LIBRARY OF PRINCETON
JAN 8 1913
THEOLOGICAL SEMINARY

Folio
Division DK402
Section .T37
v.3

MONUMENTA HISTORICA

POLONIAE.

Opera eiusdem Auctoris.

Annales Ecclesiastici, quos post Caesarem S. R. E. Card. Baronium, Od. Raynaldum ac Iac. Laderchium presbyteros Congregationis Oratorii de Urbe ab anno MDLXXII. ad nostra usque tempora continuat Aug. Theiner &c. Romae 1856. III. Vol. fol. (Proprietas S. Congr. de Propaganda Fide.) Venit scut. roman. 18.

Vetera Monumenta Hungariam Sacram illustrantia maximam partem nondum edita ex tabulariis Vaticanis deprompta &c. Romae typis Vaticanis 1859. II. Vol. fol. Venit 100 fr. gall.

Monuments historiques relatifs aux regnes d'Alexis Michaélowitch, Féodor III et Pierre le Grand Czars de Russie, extraits des archives du Vatican et de Naples. Rome, imprimerie du Vatican 1859. I. Vol. fol. Prix 35 francs.

Vetera Monumenta Poloniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia &c. Romae typis Vaticanis 1860. II. Vol. fol. Venit 100 fr. gall.

Codex diplomaticus Dominii temporalis S. Sedis — Recueil de documents pour servir a l' histoire du Gouvernement temporel des États du Saint-Siège extraits des archives du Vatican. — Romae typis Vaticanis 1862. III. Vol. fol. Venit 120 fr. gall.

Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia &c. Romae typis Vaticanis 1863. I. Vol. fol. Venit 45 fr. gall.

JAN 8 1913
THEOLOGICAL SEMINARY

VETERA MONUMENTA

POLONIAE ET LITHUANIAE

GENTIUMQUE FINITIMARUM

HISTORIAM ILLUSTRANTIA

MAXIMAM PARTEM NONDUM EDITA EX TABULARIIS VATICANIS

DEPROMPTA COLLECTA AC SERIE CHRONOLOGICA DISPOSITA

AB

AUGUSTINO THEINER

PRESBYTERO CONGREGATIONIS ORATORII, CONSULTORE SS. CONGREGATIONUM INDICIS LIBRORUM PROHIBITORUM,
EPISCOPORUM ET REGULARIUM AC SANCTI OFFICII, COLLEGII THEOLOGORUM ARCHIGYMNASII ROMANI,
ACADEMIAE PONTIFICIAE ARCHAEOLOGIAE, HERCULANENSIS ALIARUMQUE PLURIUM
ACADEMIARUM SOCIO, TABULARIORUM VATICANORUM PRAEFECTO ETC. ETC.

TOMUS TERTIUS

A SIXTO PP. V. USQUE AD INNOCENTIUM PP. XII.

1585—1696.

ROMAE

TYPIS VATICANIS

1863.

FRANCISCO WOLNIEWICZ

POLONO SACERDOTI · SPECTATISSIMO BORECKIANO IN POSNANIENSI
DIOECESI PRO-DECANO · VIRO PIETATE MODESTIA MORUMQUE CANDORE CONSPICUO
DEI AMORE DIVINIQUE CULTUS PROMOVENDI
ZELO FLAGRANTISSIMO · PRAESENS HOC POLONIAE ET LITHUANIAE
MONUMENTORUM VOLUMEN ·

IN QUO SPLENDIDISSIMA NULLOQUE UNQUAM AEVO PERITURA
POLONORUM TROPHEA
AD MAIOREM DEI AC SANCTAE APOSTOLICAE SEDIS GLORIAM · AD PATRIAE
AVITAEQUE FIDEI DEFENSIONEM · AD TOTIUS
CHRISTIANAE REIPUBLICAE SALUTEM IN BELLIS DOMINI
GLORIOSE REPORTATA · INTEGERRIMO ANTIQUITATIS TESTIMONIO CHRISTIANI
ORBIS ADMIRATIONI EXHIBENTUR ·

UTPOTE PIA EIUSDEM LIBERALITATE EXCUSUM

AUGUSTINUS THEINER

IN GRATI ANIMI SIGNIFICATIONEM
OFFERT DICAT SACRAT.

PRAEFATIO.

Tertium hoc nostrorum Poloniae atque Lithuaniae Monumentorum volumen, quod in praesentiarum publici iuris facimus, ea complectitur tempora, quae interlapsa sunt a Sixto V. usque ad Innocentium XII., sive a Sigismundo III. usque ad Ioannem pariter III., qui iure meritoque totius Europae liberator ab omnibus censetur, tum ob multas easque insignes iteratas victorias, quas de Turcarum exercitibus crebro reportavit, tum potissimum quia Viennensem Urbem totius Austriae Metropolim a formidanda hostium infidelium obsidione praeter omnem expectationem heroica fortitudine liberavit. Quae sane nunquam satis celebranda victoria, quemadmodum die 29. Novembris 1683. coram Sacro Purpuratorum Patrum Collegio, cui ipsemet non ita multo post adnumerari meruit, famosus Ioannes Casimirus Denhoff Poloniae Legatus testatus fuit,[1]) non alii procul dubio causae tribuenda est, quam invictae praefati Ioannis Sobieski virtuti, atque indefessae supremi Ecclesiae Hierarchae Innocentii XI. sollicitudini, qui nimirum nulla tentamina praetermisit, quibus Christiani Principes, ac praesertim Poloniae Rex et Germaniae Imperator ad bellum contra Turcas ineundam excitarentur, iisque tum fusis ferventissimis ad Deum precibus, tum copiosis etiam erogatis pecuniarum subsidiis opportunissimam opem suppeditavit. Haec item perinsignis Polonorum praesertim armis comparata victoria quam maximam Reipublicae Christianae utilitatem attulit, quippe

---

1) **Beatissime Pater.**

Vetustus hic mos est, ab heroicis usque temporibus ad nostram aetatem perductus, ut profligatorum hostium signis via sternatur victoribus, qua festas inter gratulantium voces in gloriae templum provehantur. Verum quoniam Ioannes Tertius Poloniae Rex Dominus meus clementissimus, qua est animi magnitudine, non sibi, sed Reipublicae Christianae vicit, eiusque in Deum pietas, et in Sanctitatem Vestram Sedemque Apostolicam observantia singularis bellicam fortitudinem adaequavit: idcirco praecipuum formidabilis Turcarum Dominatoris vexillum, Regiae dexterae virtute e mediis eorum castris ereptum, atque in eo potentiae Ottomanicae culmen ad S. V. pedes per me Ablegatum suum reverentissime demittit.

Venit quidem Ioannes Rex, vidit, et vicit. Venit inquam, et Regno relicto, Reginaque cum liberis deserta, ad liberandam Viennam Austriae Imperiumque servandum accurrit; sed Sanctitate V. auctore, cui suum obsequium exemplo omni memoria inaudito contestatus est. Vidit etiam imperterritus saeva Turcarum agmina Orbi minantia; sed S. V. providerat, clypeum hunc unum tot funera contra obiiciens, et Spiritu Sancto afflata intellexerat, eum Christianae Religionis defensorem a Deo destinatum esse. Vicit denique Ioannes, cum turmas hostium, quibus spatium vix praebuit campus, fulminanti dextera delevit. Et

Haec omnes veterum revocavit adorea lauros:
Ioannes cunctos reddidit tibi, Roma, triumphos.

Sed victoria tanta auspiciis S. V. parta est, vicistis uterque: S. V. votis et profusis in bellum sacrum sumptibus, Rex gladio et Regii discrimine sanguinis.

Agnoscat itaque, Bme Pater, S. V. et libenter suscipiat Pontificatus sui decus aeternum, quo tum sua tum invictissimi Regis virtute parto multos annos perfruatur.

quae Christiano Nomini infensissimam Ottomanicam potentiam lethaliter vulneravit, ac penitus procul dubio protrivisset, nisi nunquam satis deploranda Christianorum Principum dissidia, vel etiam aliquorum ex iis ignominiosa quaedam apathia, vel demum, quod excerabilius videtur, aliorum propriae utilitati intentae politicae artes praecipua huiusmodi rei impedimenta intulissent. Frustra clamabat Ioannes Sobieski, qui profecto postremus fuit, ut simul etiam strenuissimus ac maxime magnanimus inter omnes recentiorum temporum Christianos heroes, qui SS. Crucis vexillum contra mediam Mahumeticam lunam audacter extulerunt, tunc ut cum maxime Christianis militibus propitiam datam esse occasionem triumphale iter Constantinopolim usque prosequendi, ipsaque sacra Palaestinae loca a foedissimis Mahumetanorum unguibus eripiendi, totumque Orientem iterum Christianorum dominationi restituendi. Frustra, inquam, clamabat: nam caeteri Christiani Principes tamquam surdis verba facientis per summam Christianae Reipublicae iacturam aestuantes Poloni Regis voces penitus neglexerunt. Huiusmodi autem voces Christiani nominis amore ferventes, summaeque maiestatis plenae in Christianorum Principum auribus etiam ex Romanorum Pontificum labiis personuerunt, quorum praecordia a Nicolao V., sub quo Christiana Orientis metropolis in Turcarum manus incidit, usque ad Clementem XI., quo hortante, suamque simul operam conferente Hungariae regnum ab iisdem hostibus liberatum fuit, eadem cura eademque sollicitudo, quae Ioannis III. propter miserrimam Christiani Orientis servitutem iugiter exagitavit.

Sed ne a scopo nostro longius aberremus, ad nostrum volumen redeamus. Itaque ne hoc ipsum volumen amplioris molis evadat, seu potius ut maiori impendio parcamus, omittimus eidem ea documenta adiicere, quae spectant ad regnum Stephani Bathorii atque ad Pontificatum Gregorii XIII., quippe quae in nostra Annalium Baronii continuatione iam edita reperiuntur.[1]) Abstinemus etiam propter easdem causas a referendis praestantissimis illis, ac valde momentosis monumentis tantopere Poloniam atque S. Apostolicam Sedem commendantibus, quae respiciunt negotia tum diplomatica tum religiosa, praesertim eiusdem S. Sedis consilio atque hortatu inter Poloniam atque Moscoviam habita, tam ad bellum sacrum contra Turcas promovendum, quam ad optatissimam ecclesiae Graeco-Moscoviticae cum Romana Unionem procurandam: nam eadem monumenta in alio ab hoc distincto volumine iam in publicam lucem emissa fuerunt, quod volumen propterea tamquam eiusdem pars integralis ab hoc seiungi non debet.[2])

Unum tamen est, quod prae caeteris aegre ferimus atque quam maxime dolemus, nimirum nos animum potissimum parsimoniae advertentes, ea tantum monumenta seligere coactos fuisse, quae maioris sunt momenti, quaeque ut plurimum adhuc inedita latent, eaque in primis, quae in propatulo ponunt magnam atque nobilissimam partem, quam in Europaearum nationum consessu tunc temporis Polonia agebat: quandoquidem si caetera omnia monumenta huc spectantia, quaeque omnia et singula facta respiciunt tam politica, quam religiosa, quae eo temporis intervallo contigerunt, quod hoc praesens volumen complectitur, publici iuris nunc facere vellemus, aliud volumen superaddere oporteret, quod iam praelo paratum in promptu habemus, quodque ut in vulgus proferamus, non nisi meliora atque opportuniora tempora praestolamur.

---

[1]) Annales Ecclesiastici etc. Romae 1856. 3. vol. fol.

[2]) Monuments historiques relatifs aux regnes d'Alexis Michaélowitsch, Féodor III et Pierre le Grand Czars de Russie etc. Rome 1859. fol.

ARGUMENTA.

PONTIFICATUS SIXTI PP. V.

1585. 29. Maii. Sixtus PP. V. Andream Patritium episcopum Vendensem a rege Poloniae nominatum confirmat monetque eundem ad munus sancte peragendum. Nr. 1. pag. 1.

1586. 21. Iunii. Pontifex regi Poloniae Petrum Valachiae principem in Transilvania in carcerem coniectum commendat. Nr. 3. pag. 2.

— 24. „ Stephanus rex Poloniae commendat pontifici patriarcham Achrydonensem graecum. Nr. 2. pag. 1.

— 12. Iulii. Eidem regi pontifex cardinales Bathoreum et Radivilium a se humanissime exceptos significat. Nr. 4. pag. 2.

— 18. „ Eidem regi pontifex de archiepiscopo Leopoliensi ad debitam sibi et S. Sedi obedientiam praestandam misso gratulatur, eundemque commendat. Nr. 5. pag. 2.

— 3. Oct. Idem regi Poloniae Io. Corteam electum abbatem Olivensem commendat. Nr. 6. pag. 3.

— 25. „ Pontifex a rege Poloniae exoratus parochialem ecclesiam Posvolensem ecclesiae Vilnensi unit. Nr. 7. pag. 3.

— 15. Nov. Regi Poloniae pontifex archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum episcopo Camerinensi hoc in munere suffectum commendat. Nr. 8. pag. 3.

1587. 10. Ian. Proceres regni Poloniae ecclesiasticos atque saeculares pontifex admonet, ut fidei catholicae cultorem regem eligant. Nr. 9. pag. 4.

— 18. April. Idem episcopos Poloniae hortatur, efficiant, ut in novi regis iureiurando decretum foederis haereticorum aboleatur. Nr. 10. pag. 4.

— 10. Iunii. Archiepiscopo Neapolitano, nuntio apostolico in Polonia, pontifex facultatem in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu dispensandi concedit. Nr. 11. pag. 4.

— 5. Sept. Magnus camerarius principis Moldaviae nuntium apostolicum apud regem Poloniae de prospero fidei catholicae in hac provincia progressu edocet, petitque, ut nonnulli ex patribus societatis Iesu ad iuvandam rem catholicam mittantur. Nr. 12. pag. 5.

— 24. „ Sacerdotes Livoniae ac gubernatores eiusdem provinciae nuntio apostolico in Polonia miseram
3. Oct. ecclesiae istarum regionum conditionem significant, supplicantque, efficiat apud regem et summum pontificem, ut Otto Schenking sedi Vendensi in episcopum praeficiatur. Nr. 13. pag. 6.

— 20. Nov. Cardinalis Radivilius, archiepiscopus Gnesnensis et Episcopi Kioviensis, Wladislaviensis, Cracо-
18. Dec. viensis et regni marschalcus summum pontificem et archiepum Neapolitanum nuntium apostolicum certiores reddunt de misera regni Poloniae post Stephani regis obitum conditione. Nr. 14. p. 8.

..... Caerimoniae adhibitae in coronatione Sigismundi regis Poloniae. Nr. 15. pag. 11.

1588. 1. Ian. Petrus Moldaviae princeps, exhibita summo pontifici obedientia, de humanissimis ad se datis
3. Oct. litteris grates reddeus significat, quae ad provehendam fidem catholicam in sua ditioue egerit, petitque, ut tum hoc in negotio, tum in rebus provinciae suae apud regem Poloniae sibi praesto esse velit. Magnus Moldaviae camerarius et archiepus Leopoliensis cundem principem pontifici, cardinali Montalto ac nuntio apostolico impense commendant. Nr. 16. pag. 12.

— 10. Ian. Anna regina vidua Poloniae pontificem de Sigismundi nepotis sui in regem Poloniae electione, et turbis ex electione Maximiliani archiducis Austriae ortis certiorem reddit. Nr. 17. pag. 18.

1588. 23. Ian. Rex Poloniae pontifici, ut Stanislaum Rescium abbatem Andreioviensem sibi a secretis internuntium ad eum missum commendatum habeat, petitque, ut idem in officium sigillatoris sacrae Poenitentiariae restituatur. Nr. 18. pag. 20.

— 28. „ Idem rex Poloniae Alexandro Peretto cardinali de Montalto, ut eundem Stanislaum ad pontificem missum commendatum habeat. Nr. 19. pag. 20.

— 29. „ Cardinalis Bathoreus pontifici eundem internuntium resque regni Poloniae commendat. Nr. 20. p. 21.

— 12. Febr. Episcopus Camenecensis grates pontifici de dignitate episcopali sibi collata reddit. Nr. 21. pag. 21.

— 18. „ Episcopus Luceoriensis pontifici de confirmatione sibi impartita gratias agit. Nr. 22. pag. 21.

— 25. „ Episcopus Cameneccnsis nuntio apostolico animum ad res civiles componendas promptissimum attestatur. Nr. 23. pag. 22.

— 2. Mart. Episcopus Wladislaviensis nuntium apostolicum a calumniis tempore electionis regis falso sibi impactis perbelle purgat. Nr. 24. pag. 22.

— 5. „ Rex Poloniae a pontifice petit, ut nominatum epum Cameneceusem confirmet. Nr. 25. pag. 24.

— 6. „ Idem rex pontifici supplicat, ut episcopum Camenecensem ad sedem Chelmensem transferre, et simul abbatiam Clarae Tumbae conferre velit. Nr. 26. pag. 24.

— 6. „ Archiepiscopus Gnesncnsis pontifici archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum ob res praeclare gestas commendat. Nr. 27. pag. 25.

— 10. „ Rex Poloniae pontifici, ut Stanislaum Rescium internuntiuu suum benigne audiat, fidemque habeat. Nr. 28. pag. 26.

— 10. „ Episcopus Cracoviensis pontifici supplicat, ut eum ob regni negotia a visitatione liminum Apostolorum absolvat. Nr. 29. pag. 26.

— 12. „ Episcopus Chelmensis pontifici supplicat, ut abbatiam Clarae Tumbae sibi in commendam concedere velit. Nr. 30. pag. 27.

— 16. „ Archidiaconus Cracoviensis nuntium apostolicum de irruptionc Turcarum in Poloniam edocet. Nr. 31. pag. 28.

— ... „ Rex Poloniae pontificem de electione sua, deque coutestatione eam ob rem inter eum et Maximilianum archiducem Austriae orta certiorem reddit. Nr. 32. pag. 28.

— 3. April. Archiepiscopus Gnesnensis pontifici de nuntio suo benigne excepto gratias agens commendat Stanislaum Rescium. Nr. 33. pag. 30.

— 27. „ Cives Leopolienses pontifici et cardinali dc Montalto de humanissimis litteris sibi datis, de-
28. „ que stemmate gentilitio familiae Perettianae civitati Leopolis collato gratias permaximas agunt. Nr. 34. pag. 30.

— 28. „ Maximilianus archidux Austriae pontificem de electione sua in regem Poloniae, deque sua captivitate certiorem reddit. Nr. 35. pag. 32.

— 5. Maii. Rex Poloniae archiepiscopo Neapolitano nuntio apostolico gratissimum sibi fore eius ad se adventum significat. Nr. 36. pag. 34.

— 27. „ Idem rex Poloniae pontifici grates reddit de archiepiscopo Neapolitano nuntio apostolico sibi misso. Nr. 37. pag. 35.

— 1. Iunii. Princeps Maldaviae eiusque secretarius archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum in Polonia certiorem reddunt de iis, quae cum summo pontifice coram egerint. Nr. 38. pag. 35.

— 10. „ Cardinalis Radivilius regem Poloniae de progressu haeresum in M. D. Lithuaniae certiorem reddit: petit, ut iisdem tempestive obviam eat. Nr. 39. pag. 37.

— 20. „ Albertus dux Radivilius pontifici natam ducis Curlandiae in uxorem se duxisse significat, supplicatque, velit sibi quendam mittere sacerdotem ex collegio Germanico de Urbe, qui uxorem suam in fide catholica obfirmare aliosque haereticos partium suarum ad eandem reducere possit. Nr. 40. pag. 37.

— 24. „ Archiepiscopus Gnesnensis pontifici gratulatur de studio res Poloniae perturbatas componendi, spondetque nihil hoc in negotio a se obmissum iri. Nr. 41. pag. 38.

— 26. „ Rex Poloniae pontifici gratias agit de amantissimis litteris sibi missis, eumque certiorem reddit de iis, quae cum Maximiliano archiduce Austriae ad res Poloniae componendas egerit. N. 42. p. 38.

— 26. „ Anna Poloniae regina vidua pontifici significat, quae rex Poloniae pro liberando Maximiliauo archiduce Austriae egerit. Nr. 43. pag. 39.

— 12. Aug. Archiepiscopus Gnesnensis pontifici grates reddit de cardinali Aldobrandino ad res regni Pololoniae componendas legato extra ordinem misso. Nr. 44. pag. 40.

— 17. „ Rex Poloniae a pontifice petit, ut archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum in collegium cardinalium cooptet. Nr. 45. pag. 40.

— 23. „ Bernardus episcopus Luceoriensis archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum de adventu Ieremiae patriarchae Constantinopolitani in Russiam contendentis certiorem reddit, deque spe Russos ad unionem cum ecclesia catholica reducendi. Nr. 46. pag. 41.

— 26. „ Rex Poloniae pontifici significat cardinalem Aldobrandinum legatum a latere humanissime se excepisse, omniaque praestiturum, ut pax in Polonia instauretur. Nr. 47. pag. 42.

— 5. Sept. Anna Poloniae regina vidua pontifici grates reddit de cardinali Aldobrandino legato in Poloniam misso ad res publicas componendas. Nr. 48. pag. 43.

— 7. „ Stanislaus Warsevicius e Soc. Iesu nuntium apostolicum in Polonia de prosperis ecclesiae catholicae in Moldavia successibus edocet. Nr. 49. pag. 43.

1588. ..... Modus rem catholicam in Moldavia et Valachia iuvandi archiepiscopo Neapolitano nuntio apostolico in Polonia porrectus. Nr. 50. pag. 44.
— 8. Sept. Cancellarius regni Poloniae pontifici de amantissimis ad se datis litteris gratias agit, spondetque nihil a se omissum iri, quominus votis eius de pace in Polonia instauranda obsecundet, et cardinali Aldobrandino hoc in negotio praesto sit. Nr. 51. pag. 45.
— 15. Oct. Metropolita Moldaviae summo pontifici devotionem et obedientiam exhibet, significatque ei et nuntio apostolico in Polonia, quae princeps ad reducendas gentes suas ad avitam fidem magnifice praestiterit et praestiturus sit. Nr. 52. pag. 46.
— 18. „ Rex Poloniae pontifici Stanislaum Rescium supradictum suum apud Sanctam Sedem internuntium iterum commendat. Nr. 53. pag. 47.
— 10. Nov. Oratores principis Moldaviae apud regem Poloniae summo pontifici notum faciunt, litteras sui principis obedientiam et devotionem eidem exhibentis secretario cardinalis Aldobrandini legati a latere se tradidisse, quae Romam mittantur. Nr. 54. pag. 47.
— 10. „ Iidem tale urbanitatis officium cum archiepiscopo Neapolitano explentes, eidem nomine ipsorum principis munusculum quoddam tradunt. Nr. 55. pag. 48.
— 23. „ Rex Poloniae pontifici supplicat, ut Stanislaum Rescium ad praesentandam nomine suo debitam obedientiam gratiose admittat, cum pestis regnum Poloniae infestans honorificentiorem legatum mittere non sinat. Nr. 56. pag. 48.
— 10. Dec. Archiepiscopus Leopoliensis significat summo pontifici et cardinali Montalto oratorum principis Moldaviae adventum in Poloniam, commendatque eorum et principis propensissimum animum in rem catholicam in Moldavia et Valachia provehendam. Nr. 57. pag. 49.
— 22. „ Cancellarius regni Poloniae studium suum res cum Maximiliano archiduce Austriae componendi repetit. Nr. 58. pag. 51.
— ..... Confraternitas misericordiae Cracoviae erecta a Sede Apost. confirmationem etc. petit. N. 59. p. 51.
— Ian.-Dec. Excerpta ex litteris, quas archiepiscopus Neapolitanus nuntius apostolicus in Polouia de huius regni rebus cardinali Montalto summo pontifici a secretis scripserat. Nr. 60. pag. 52.
— Iulii-Dec. Excerpta ex litteris, quas cardinalis Aldobraudinus legatus a latere in Polonia ad cardinalem Montaltum dederat, quibusque edocet, quae ad iustaurandam in Polonia pacem cum rege Poloniae et cum Romanorum imperatore egerat. Nr. 61. pag. 65.
1589 11. Ian. Sigismundo Poloniae regi pontifex significat oratorem suum benigne se excepisse. N. 62. p. 82.
— 8. Mart. Commissarii Bendziuenses, archiediscopus Gnesnensis et magnus regni cancellarius de pace in Polonia per cardinalem Aldobrandinum instaurata pontifici gratulantur. Nr. 63. pag. 82.
— Mart. Maii. Georgius cardinalis Radivilius, archiepiscopus Gnesnensis et Culmensis, Plocensis, Posnaniensis et Luceoriensis episcopi, necnon regni cancellarius pontifici et cardinali Montalto spondent, causam ecclesiae catholicae in Lublinensibus et Petricoviensibus comitiis pro viribus contra haereticorum molitiones se tuituros fore. Nr. 64. pag. 84.
— April. Oct. Archiepiscopus Leopoliensis et magnus Moldaviae camerarius pontificem et cardinalem Montaltum de laeto rei catholicae in hac provincia progressu ac de periculis, quae huic regioni a Turcis immineant, certiores reddunt. Nr. 65. pag. 91.
— 22. April. Regi Poloniae pontifex de cardinale Bathoreo episcopo Cracoviensi in coadiutorem cum futura successione dando scribit. Nr. 66. pag. 94.
— 24. „ Cardinalis Bathoreus principem Transilvaniae consanguineum suum ab accusatione a Petro Demetrio Valachiae palatino coram pontifice facta, quod nimirum illius opes penes retineret etc. purgat. Nr. 67. pag. 95.
— April. Iulii. Comes ab Ostrorog et cardinalis Radivilius pontifici significant, quae ad concordiam inter regem Poloniae et domum Austriacam cum imperatore egerint. Nr. 68. pag. 96.
— 27. April. Ioanni Zamoiski Poloniae cancellario pontifex de pace instaurata gratulatur, insinuatque, velit regem hortari, ut catholicam mulierem uxorem ducat. Nr. 69. pag. 98.
— 28. „ Pontifex reginam viduam Poloniae, episcopos et proceres eiusdem regni monet, curent, ut rex catholicam uxorem sibi adiungat. Nr. 70. pag. 98.
— 28. „ Episcopus Chelmensis supplicat cardinali Montalto, velit efficere apud pontificem, ut tandem confirmationem obtineat. Nr. 71. pag. 99.
— 29. „ Pontifex regem Poloniae hortatur, ut non nisi catholicam ducat uxorem. Nr. 72. pag. 99.
— ... „ Descriptio status religionis catholicae in civitate Rigensi ab anno 1586. usque ad praesentem aprilem anni 1589. Nr. 73. pag. 100.
— 27. Maii. Archiepiscopo Gnesnensi pontifex de studio rei catholicae tuendae gratulatur. Nr. 74. pag. 101.
— 30. „ Maximilianus archidux Austriae pontifici de propenso erga se animo grates reddit. N. 75. p. 102.
— 3. Iunii. Anna regina vidua Poloniae commendat pontifici internuntium suum in civitate Neapolitana. Nr. 76. pag. 102.
— 6. „ Pontifex regi Poloniae gratulatur, quod cardinalem Aldobrandinum humanissime exceperit, eumque monet, ut oratorem quam primum Romam mittat. Nr. 77. pag. 103.
— 10. „ Cancellarius regni Poloniae pontifici supplicat, ut electum Vendensem confirmet. N. 78. p. 103.
— 15. „ Princeps Moldaviae et metropolita Suciaviae et reliquus clerus eiusdem provinciae summo pontifici obedicutiam exhibent, supplicantque, ut attritis ipsorum provinciae a Turcis invasae rebus praesto esse velit. Nr. 79. pag. 104.

1589. 24. Iunii. Pontifex laudat archiepiscopum Gnesnensem, quod in publicis regni comitiis pro fide catholica fortiter se gesserit. Nr. 80. pag. 104.
— 25. „ Anna Poloniae regina vidua pontifici de humanissimis sibi datis litteris grates reddit, spondetque suis votis de ducenda a rege eius uxore catholica se obsecundaturam esse. Nr. 81. pag. 105.
— 5. Iulii. Archiepiscopus Gnesnensis et cancellarius regni pontifici spondent, omnem se operam daturos, ut
13. Dec. rex Poloniae catholicam uxorem ducat. Nr. 82. pag. 106.
— 15. Iulii. Pontifex castellanum Podlachiae collaudat ob multas eius virtutes et in regem officia, monetque, ut hunc hortetur ad ducendam uxorem catholicam. Nr. 83. pag. 108.
— 8. Aug. Annae Poloniae reginae viduae pontifex significat, oratorem eius pro dignitate se excepisse, eique in negotiis suis Neapolitanis curandis praesto fore. Nr. 84. pag. 109.
— 19. „ Nuntio apostolico in Polonia pontifex mandat, ut synodum provincialem in isto regno convoeet, eique praesideat. Nr. 85. pag. 109.
— 19. „ Nuntio apostolico pontifex committit, ut collapsam disciplinam regularem in monasteriis utriusque sexus in Polonia instauret. Nr. 86. pag. 110.
— 19. „ Archiepiscopo Leopoliensi pontifex committit, ut in Moldavia pietate Petri eius principis ad obedientiam ecclesiae catholicae reducta cultum catholicum inducat, eique ad hoc plenam iurisdictionem in ista provincia concedit. Nr. 87. pag. 111.
— 15. Sept. Dux Radivilius pontificem de prole suscepta, deque studio avitae fidei provehendae certiorem reddit. Nr. 88. pag. 111.
— 22. „ Vicecancellarius regni nuntium apostolicum de pace inter regem Svetiae et Moschum ineunda etc. certiorem reddit. Nr. 89. pag. 112.
— 13. „ Magnus cancellarius regni ac Gnesnensis et Leopoliensis archiepiscopi pontificem, et cardinalem
5. Oct. Montaltum, de irruptione Turcarum in Poloniam certiorem reddunt, petuntque, ut principes christianos ad foedus contra Turcas ineundum exhortetur. Nr. 90. pag. 112.
— 2. „ Instructio pro nuntiis ad sacram regiam maiestatem in synodo Petricoviensi (celebrata die 2. Octobris 1589.) deputatis. Nr. 91. pag. 117.
— 5 „ Exemplum promissionis factae regi Svetiae a senatoribus Polonis, ut serenissimum Poloniae regem eius filium in Poloniam dimitteret. Nr. 92. pag. 118.
— 6. „ Castellanus Podlachiae pontifici et card. Montalto de humanissimis sibi datis litteris grates reddit,
7. „ spondet nihil a se omissum iri, ut rex Poloniae mulierem catholicam uxorem ducat: significatque, quae pericula Poloniae ab hoste externo immineant. Nr. 93. pag. 119.
— 14. „ Idem castellanus Podlachiae nuntium apostolicum de discessu regis Revalia, ac de regis Svetiae molitionibus filium Poloniae regem in Svetiam reducendi certiorem reddit. Nr. 94. pag. 120.
— 25. „ Episcopus Premisliensis de regis Svetiae reditu in patriam, deque Poloniae regis studio avitae fidei in Livonia instaurandae nuntium apostolicum edocet. Nr. 95. pag. 121.
— 7. Nov. Episcopus Cracoviensis cardinali Montalto supplicat, ne Martino Thomaliewski, sacerdoti nequissimo, aures praebeat. Nr. 96. pag. 121.
— 10. „ Episcopus Posnaniensis supplicat pontifici, ut cum Hieronymo Powodowski de pluralitate beneficiorum dispenset. Nr. 97. pag. 122.
— 12. Dec. Rex Poloniae Andream Koscnelecium abbatem Bledzoviensem pontifici commendat. N. 98. p. 122.
— 18. „ Archiepiscopus Gnesnensis supplicat pontifici, ut consuetum honorarium a clero Poloniae regi persolvendum comprobet. Nr. 99. pag. 123.
— 18. „ Episcopus Premisliensis cardinali Montalto de titulo defensoris fidei a rege Poloniae reginae Angliae dato se purgat. Nr. 100. pag. 123.
— 20. „ Epus Cracoviensis pontifici, ne statum academiae Cracoviensis mutari permittat. Nr. 101. p. 124.
— Ian. April. Excerpta ex litteris cardinalis Aldobrandini, quibus cardinalem Montaltum de felici legationis suae in Polonia exitu certiorem reddit. Nr. 102. pag. 124.
— Ian. Dec. Excerpta ex litteris, quibus archiepiscopus Neapolitanus nuntius apostolicus card. Montaltum de pacificatione Poloniae certiorem reddit. Nr. 103. pag. 129.
— Ian. Iulii. Excerpta ex litteris archiepiscopi Barensis nuntii ordinarii apostolici in aula Caesarea ad cardinalem Montaltum datis super rebus Polonicis. Nr. 104. pag. 150.
— Iulii. Nov. Excerpta ex litteris Alphonsi Visconti, qui archiepiscopo Barensi in munere nuntii apostolici apud Caesarem successerat, super eodem negotio. Nr. 105. pag. 154.
1590. 7. Ian. Rex Poloniae cardinali Montalto supplicat, efficiat apud pontificem, ut Maximilianus archidux Austriae pacem a se violatam recte observet. Nr. 106. pag. 157.
— 9. „ Idem rex Poloniae apud pontificem de pace nuper firmata et a Maximiliano archiduce Austriae violata conqueritur. Nr. 107. pag. 157.
— 12. „ Anna Poloniae regina vidua cardinali Montalto confessorem suum commendat. Nr. 108. p. 159.
— 17. „ Cancellarius regni supplicat nuntio apostolico, efficiat apud pontificem, ut cardinalis Bathoreus in episcopum Cracoviensem quamprimum assumatur. Nr. 109. pag. 160.
— 23. „ Archiepiscopus Leopoliensis cardinalem Montaltum de conditione rerum publicarum et ecclesiasticarum Poloniae edocet. Nr. 110. pag. 160.
— 8. Febr. Rex Poloniae pontifici Marc. Ant. Scaldinari Bononiensem commendat. Nr. 112. pag. 161.
— 26. „ Idem rex a pontifice petit, ut episcopo Cracoviensi cardinalem Bathoreum coadiutorem cum futura successione dare velit. Nr. 111. pag. 161.

1590. 9. Mart. Archiepiscopus Gnesneusis cardinali Moutalto oratorem suum commendat et consilium efflagitat. Nr. 113. pag. 162.
— 15. „ Regi Poloniae pontifex scribit, valde sibi molestum esse, quod Maximilianus archidux Austriae pacem uuper firmatam servare eludat, seque apud Caesarem nihil omissurum, ut conditiones huiusce pacis ab eodem archiduce serventur. Nr. 114. pag. 162.
— 30. „ Anna Poloniae regina vidua pontifici legatum regium et sua negotia Barensia commendat. Nr. 115. pag. 163.
— 31. „ Rex Poloniae commendat pontifici legatum suum, eumque de incursione Turcarum certiorem reddit, petitque, ut sibi pecunia praesto sit, et principes christianos ad repellendos Turcas exhortetur. Nr. 116. pag. 163.
— 3. April. Episcopus Luccoriensis cardinali Montalto P. Woluczki regi Poloniae a secretis commendat. Nr. 125. pag. 170.
— 5. „ Episcopis Moldaviae pontifex gratulatur de sancto ipsorum consilio populos eis creditos ad unionem cum Romana ecclesia reducendi, spondetque eorum res et principem regi Poloniae et Romanorum imperatori se commendaturum. Nr. 117. pag. 165.
— 5. „ Pontifex regi Poloniae commendat res publicas et ecclesiasticas Moldaviae, ut principem a Turcis deiectum in pristinum statum restituendum curet. Nr. 118. pag. 166.
— 10. „ Magnum Poloniae cancellarium pontifex hortatur, ut Moldaviae principi ad recuperandum principatum praesto sit. Nr. 119. pag. 166.
— 16. „ Rex Poloniae cardinali Montalto epum Luceoriensem suum legatum commendat. N. 120. p. 167.
— 24. „ Nuntio apostolico pontifex committit, ut regem Poloniae et nonnullos alios ad opem ferendam principi Moldaviae hortetur, ut suum statum recuperet. Nr. 121. pag. 167.
— 24. „ Archiepiscopus Gnesnensis nuntio apostolico supplicat, efficiat apud pontificem, ut referendarius regni in coadiutorem cum futura successione sibi detur. Nr. 122. pag. 168.
— 25. „ Cardinalis Radivilius pontificem de laeto comitiorum exitu certiorem reddit. Nr. 123. pag. 169.
— 25. „ Archiepiscopus Gnesuensis pòutifici significat, quae in comitiis de excludenda domo Austriaca a regno Poloniae acta fuerunt, petitque, efficiat apud Caesarem, ut Maximilianus archidux omni praetenso suo iuri in hoc regnum sponte cedat. Nr. 124. pag. 169.
— 29. Maii. Regi Poloniae mittit pontifex Bibliorum vulgatam editionem nuper a se recognitam, quae in regno isto evulgetur et ab omnibus recipiatur. Nr. 126. pag. 170.
— 6. Iulii. Summarium orationis oratoris regis Poloniae exhibitum summo pontifici die VI. Iulii MDXC. ante diem consistorii publici, et responsum in eodem consistorio datum. Nr. 128. pag. 172.
— 9. „ Cancellarius regni nuntium apostolicum de spe pacis cum Turcis ineundae certiorem reddit, adiecta narratione de eorum et Moschorum in Poloniam molitionibus. Nr. 127. pag. 171.
— 20. „ Regi Poloniae pontifex episcopum Luceoriensem oratorem suum benigne a se susceptum fuisse, rebusque ab ipso explicatis praesto fore significat. Nr. 129. pag. 173.
— 20. „ Eidem Sigismundo regi pontifex mittit pileum et ensem benedictum. Nr. 130. pag. 174.
— 21. „ Pontifex eidem regi Stanislaum Rescium eius in curia Romana internuntium in Poloniam redeuntem commendat. Nr. 131. peg. 174.
— 1. Aug. Reginae viduae Poloniae pontifex grates reddit de amantissimis litteris sibi missis, eamque hortatur, ut regem ad matrimonium cum muliere catholica contrahendum inducat. Nr. 132. p. 175.
— 4. „ Regi Poloniae pontifex insinuat, ut cardinalem Radivilium Romam redire quamprimum velit. Nr. 133. pag. 176.
— 24. „ Magnus Moldaviae camerarius pontificem per cardinalem Montaltum et nuntium apostolicum de
6. Sept. pace a se iuter regem Poloniae et Turcarum imperatorem nuper inita certiorem reddit, eique de favoribus iu suum filium collatis grates reddit. Nr. 134. pag. 176.
— Febr. Aug. Excerpta ex litteris archiepiscopi Neapolitani nuntii apostolici de rebus Poloniae. N. 135. p. 177.

PONTIFICATUS GREGORII PP. XIV.

1590. 5. Dec. Gregorius PP. XIV. regem Poloniae de sua assumptione ad summum pontificatum certiorem reddit. Nr. 136. pag. 183.
— 29. „ Cardinalis Radivilius Gregorio PP. XIV. de summ opontificato adepto gratulatur. N. 137. p. 184.
— Sept. Dec. Excerpta ex litteris archiepiscopi Neapolitani nuntii apostolici ad cardinalem Montaltum, sacrum cardinalium collegium sede vacante, et Gregorium PP. XIV. datis de rebus Polonicis. N. 138. p. 185.
1591. 5. Ian. Archiepus Gnesnensis pontifici de eius evectione in divi Petri cathedram gratulatur. N. 139. p. 189.
— 10. „ Rex Poloniae pontifici preces de confirmandis epis Plocensi et Premisliensi iterat. Nr. 140. p. 190.
— 15. „ Cardinalis Radivilius et archiepiscopus Gnesnensis pontifici supplicant, ut episcopum designatum Chelmensem etc. confirmare velit. Nr. 141. pag. 191.
— 18. „ Magnus Moldaviae camerarius et archiepiscopus Leopoliensis Gregorio PP. XIV. de adepto su-
4. April. premo pontificatu gratulantur, eique et cardinali Montalto ecclesiam Moldaviensem commendant. Nr. 142. pag. 191.
— 28. Ian. Rex Poloniae pontifici, ut cardinali Radivilio in suis negotiis fidem adhibeat. Nr. 143. pag. 194.
— 28. „ Regina vidua pontifici et cardinali Sfondrato commendat oratorem suum ad Hispaniarum regem in rebus Barensibus missum. Nr. 144. pag. 194.

1591. 3. Febr. A. Opalinski Poloniae marschalcus a cardinali Sfondrato petit, velit apud pontificem efficere, ut cum filio suo, cui rex praepositurum Plocensem contulit, de aetate dispenset: et eidem cardinali negotium abbatis Pledzemensis valde commendat. Nr. 145. pag. 195.
— 6. „ Regi Poloniae pontifex significat, se causam eius in regno Neapolitano Philippo regi Catholico commendare. Nr. 147. pag. 196.
— 11. „ Precibus regis Poloniae pontifex annuens cum Andrea Opalinski (vid. supra Nr. CXLV.) super defectu aetatis dispensat. Nr. 149. pag. 197.
— 19. „ Regina vidua Poloniae commendat pontifici nuntium apostolicum Romam redeuntem, qui ob res in Polonia praeclare gestas, in sacrum cardinalium collegium cooptaretur. Nr. 150. pag. 198.
— 28. „ Cardinalis Bathoreus pontifici supplicat, ut collatam sibi coadiutoriam Cracoviensem tandem confirmare velit. Nr. 148. pag. 197.
— 29. „ Regina vidua Poloniae, commendat cardinali Sfondrato Petrum Mariam Vulcanium sedis apostolicae in Polonia commissarium Romam redeuntem. Nr. 151. pag. 198.
— 30. „ Rex Poloniae archiepiscopum Neapolitanum Romam redeuntem pontifici impense commendat. Nr. 152. pag. 199.
— 15. Maii. Pontifex reginae viduae Poloniae grates de gratulatoriis sibi datis litteris reddit. Nr. 146. p. 196.
— 11. Iunii. Regi Poloniae pontifex commendat cardinalem Radivilium, ut ecclesiae Cracoviensi praeficiatur. Nr. 153. pag. 199.
— 16. „ Epus Luceoriensis cardinalem Sfondratum de reditu in patriam, et de iis, quae nomine pontificis cum rege Poloniae egerat, certiorem reddit. Nr. 154. pag. 199.
— 27. „ Rex Poloniae archiepiscopo Neapolitano grates reddit de iis, quae nomine suo cum Caesare egerat. Nr. 155. pag. 200.
— 20. Iulii. Pontifex Romanorum imperatoris consilium filiam Caroli archiducis regi Poloniae in uxorem dandi valde laudat, regemque ad hoc matrimonium ineundum cohortatur. Nr. 156. pag. 200.
— 2. Aug. Romanorum imperatori de matrimonio inter Annam natam Caroli archiducis et Poloniae regem inito pontifex gratulatur: et regi Poloniae de eodem argumento scribit. Nr. 157. pag. 202.
— 15. „ Capitulo et clero Cracoviensi pontifex cardinalem Radivilium in episcopum eis praefecisse significat. Nr. 158. pag. 203.
— Ian. Iunii. Excerpta ex litteris archiepiscopi Neapolitani nuntii apostolici ad pontificem et cardinales Montaltum et Sfondratum de rebus Poloniae datis. Nr. 159. pag. 204.

PONTIFICATUS CLEMENTIS PP. VIII.

1592. 1. Febr. Pontifex significat regi Poloniae exaltationem suam ad supremum apostolatum, suadet haereticos
6. Iunii. a publicis negotiis arcere, et commendat nuntium apostolicum archiepiscopo Neapolitano in hoc munere suffectum. Nr. 160. pag. 208.
— 20. April. Pontifex Moldaviae principem in pio eius consilio Romam veniendi confirmat. Nr. 161. p. 209.
— 24. „ Cardinalis Radivilius constituitur a pontifice legatus a latere ad benedicendum matrimonium inter Sigismundum regem Poloniae et Annam Austriacam Viennae incundum. Nr. 162. pag. 209.
— 28. Maii. Pontifex praedictae Annae reginae Poloniae rosam auream mittit. Nr. 163. pag. 209.
1593. 8. Nov. Pontifex principes Moldaviae et Valachiae, regem et proceres Poloniae et Cosachos hortatur, ut Turcas repellant, iisque ad sacrum hoc bellum aggrediendum Alexandrum Comuleum nuntium suum mittit. Nr. 164. pag. 210.
— 25. „ Archiepiscopum Gnesnensem pontifex monet, ne a proposito pecuniarum in commodum regni contribuendarum discedat. Nr. 165. pag. 212.
— 16. Dec. Pontifex regi Poloniae de felici in Sveciam adventu, de prospero ibi rerum successu, deque pio suo desiderio avitam fidem hoc in regno instaurandi gratulatur. Nr. 166. pag. 313.
1594. 27. Ian. Responsum ad orationem D. Stanislai Minski palatini Lanciciensis, cum Clementi PP. VIII. nomine Sigismundi III. Poloniae et Sveciae regis obedientiam redderet in aula regum apud S. Petrum die 27. Ianuarii 1594. Nr. 167. pag. 213.
— 17. Febr. Pontifex regi Poloniae suadet quam primum e Svecia in Polonia redire, significatque, filiolum
25. „ eius nasciturum e sacro baptismatis fonte per nuntium suum se libenter susceptum, data ad hoc eidem nuntio facultate, mittitque insuper ad hoc Andream Opalinski. Nr. 168. pag. 214.
— 25. „ Pontifex cardinales, episcopos et proceres Poloniae monet, impediant, ne haeretici absente rege nova conventicula faciant. Nr. 169. pag. 215.
— 26. „ Pontifex regi Poloniae Andream Opalinski ad levandum e sacro fonte filiolum eius mittit. Nr. 170. pag. 216.
— 12. Mart. Pontifex magno Poloniae cancellario de impedito haereticorum apud Radomiam conventu gratulatur. Nr. 171. pag. 216.
— 24. „ Acta consistorialia, quibus beatus Hyacinthus Polonus ex ordine sancti Dominici sanctorum ca-
17. April. thalogo adscribitur. Nr. 172.pag. 217.
— 22. „ Pontifex archiepiscopum Gnesnensem et magnum cancellarium Poloniae hortatur, efficiant apud regem, ut foedus cum Caesare ad repellendos Turcas ineat. Nr. 173. pag. 219.
— 18. Maii. Pontifex regi Poloniae oratorem eius in patriam redeuntem commendat. Nr. 174. pag. 221.
— 29. Oct. Eidem regi pontifex de felici ex Svecia in Poloniam reditu gratulatur. Nr. 175. pag. 221.

1595. 15. Feb. Pontifex aulae regiae marschalco de tam honorifico munere sibi delato gratulatur. N. 176. p. 222.
— 18. „ Pontifex regi nobiles Polonos cubiculariis pontificiis adscriptos et Romae degentes commendat. Nr. 177. pag. 223.
— 8. April. Maximilianum archiducem Austriae pontifex paterne hortatur, ne umbratili regio Poloniae titulo amplius utatur. Nr. 178. pag. 223.
— 6. Maii. Cardinali Radivilio pontifex suadet, impediat, ne palatinatus Cracovicnsis in recusandis contributionibus adversus Tartaros decretis persistat. Nr. 179. pag. 224.
— 13. „ Pontifex regi et magno cancellario et proceribus regni Poloniae de expeditione adversus Tartaros in comitiis decreta gratulatur. Nr. 180. pag. 225.
— 28. „ Pontifex regi, cardinali Radivilio, cancellario regni Poloniae et palatino Lanciciensi Ottonem episcopum Vendensem et res ecclesiae Livoniae commendat. Nr. 181. pag. 226.
— 25. Oct. Regi Poloniae pontifex Martinum Malacridem commendat. Nr. 182. pag. 230.
— 8. Nov. Pontifex eumdem regem deterret, ne cum Turcis Transilvaniam invadentibus foedus ineat. Nr. 183. pag. 230.
— 30. Dec. Pontifex eidem regi adventum episcoporum Ruthenorum in Urbem eorumque in consisterio receptionem significat. Nr. 184. pag. 232.
1594. 2. Dec. Unio ecclesiae Ruthenae cum ecclesia Romana sub Clemente PP. VIII. inita: monumenta et in-
1595. 23. Dec. strumenta publica ad eandem pertinentia. Translatio latina coaeva, approbata et authenticata a praesulibus Ruthenis, qui ad firmandam Unionem Romam venerant, ex originalibus, omisso eorum idiomate rutheno, quo conscripta sunt. Nr. 185. pag. 232.
1596. 5. Ian. Pontifex regi Poloniae significat episcopum Polocensem oratorem suum se excepisse, mittitque ei-
— 12. „ dem in negotio Moldavico episcopum Casertanum nuntium extra ordinem. Nr. 186. pag. 249.
— 7. Feb. Episcopis Ruthenis pontifex de eorum ad ecclesiam Romanam reditu gratulatur, significat, quae Romae ab ipsorum oratoribus ea in re acta fuere, mandatque, ut decretum Unionis in synodo provinciali mox convocanda ab omnibus recipi faciant. Nr. 187. pag. 250.
— 7. „ Pontifex regi ac proceribus ecclesiasticis et saecularibus regni Poloniae unionem ecclesiae Ruthenae cum ecclesia Romana impense commendat, hortaturque, ut eōs Ruthenos iisdem honoribus, privilegiis ac libertatibus frui sinant, quibus episcopi latini gaudent, praesertim vero, ut senatoribus adscribantur. Nr. 188. pag. 252.
— 24. „ Metropolitae Ruthenorum conceditur facultas consecrandi episcopos sui ritus ecclesiis vacantibus, qui tamen metropolita a Romano pontifice debeat confirmari. Nr. 189. pag. 260.
— 12. April. Pontifex regi Poloniae commendat Henricum cardinalem Caietanum in Poloniam legatum a latere missum. Nr. 190. pag. 262.
— 20. „ Eidem regi et proceribus ecclesiasticis et saecularibus Poloniae eundem cardinalem pontifex commendat, suadetque bellum contra Turcas parare. Nr. 191. pag. 262.
— 7. Sept. Eidem regi pontifex commendat Henricum Firleium comitem cardinali Caietano a se datum, nec non Petrum Sborovium in Poloniam redeuntem. Nr. 192. pag. 264.
— 18. „ Pontifex Rudolphum imperatorem hortatur, ut omne foederi cum Polonis ineundo impedimentum removeat. Nr. 193. pag. 264.
— 5. Oct. Regi Poloniae pontifex suadet quovis impedimento remoto foedus cum Caesare contra Turcas inire, et cardinalem Bathoreum Romam venire iubere. Nr. 194. pag. 265.
— 8. „ Synodus Brestensis praelatorum Ruthenorum, in qua decretum unionis ecclesiae Ruthenae cum ecclesia Romana recipitur et promulgatur. Translatio latina coaeva ex originali Rutheno novem praesulum sigillis in ligneis capsulis munito. Nr. 195. pag. 266.
— 19. „ Regem Poloniae pontifex de obitu Annae reginae viduae consolatur. Nr. 196. pag. 267.
— 26. „ Eidem regi pontifex suum dolorem, quod eius unio cum Caesare ad arma capessenda contra Turcas perfici nequeat, significat. Nr. 197. pag. 268.
1597. 18. Ian. Pontifex gratulatur episcopis et proceribus Poloniae de synodo Brestensi Ruthenorum feliciter absoluto, commendatque ipsis et regi episcopos Ruthenos, qui ad possessionem omnium iurium concessorum admittantur. Nr. 198. pag. 269.
— 5. Iunii. Constitutio pontificia, qua excommunicationis sententia ab asserto patriarcha Constantinopolitano in episcopos Ruthenos caeterosque ex clero et saecularibus eiusdem gentis ad unitatem ecclesiae nuper reversos lata irritatur et annullatur. Nr. 199. pag. 270.
1598. 29. Iulii. Pontifex archiepiscopo Gnesnensi et magno regni cancellario episcopos Ruthenos eorumque clerum et populum commendat, ut eosdem praesertim absente rege contra Schismaticorum molitiones tueantur. Nr. 200. pag. 271.
1599. 11. Ian. Pontifex Claudium ex comitibus Rangonis episcopum Regiensem nuntium apostolicum in Poloniam mittit, et Michaeli metropolitae Kioviensi inter caetera de eodem scribit. Nr. 201. pag. 271.
— 3. April. Pontifex regi Poloniae episcopos Ruthenos iterum commendat, ut iisdem observentur quaecunque
— 28. „ Archiepiscopo Leopoliensi, ut de veritate cuiusdam miraculi iuquirat. Nr. 203. pag. 273.
10. Iulii. promissa fuerunt, quando ad unitatem ecclesiae redierunt, utque eosdem contra molitiones Schismaticorum, praesertim patriarchae Constantinopolitani, defendat. Nr. 202. pag. 272.
— 17. „ Archiepiscopum Gnesnensem pontifex de synodo provinciali convocanda collaudat. N. 204. p. 273.
1600. 5. Febr. Hypatius de Wlodomiriensi ecclesia ad metropolitanam Kioviensem transfertur. Nr. 205. pag. 274.
— 24. Iunii. Episcopus Posnaniensis ad ecclesiam Wladislaviensem transfertur. Nr. 206. pag. 274.

1600. 9. Sept. Electo Vilnensi gratulatur pontifex de regimine ecclesiae suae suscepto, commendatque unionem Ruthenorum et collegium in eorum commodum Vilnae erigendum. Nr. 207. pag. 275.
— 18. Nov. Regi Poloniae pontifex episcopos Varmiensi, Luceoriensi et Chelmensi ecclesiis praefectos esse significat. Nr. 208. pag. 276.
1601. 17. Ian. Pontifex eidem regi de Ioannis Pac palatini Minscensis ad ecclesiam reditu, deque eius Romana peregrinatione scribit, et eundem in patriam redeuntem impense commendat. Nr. 209. pag. 276.
— 30. „ Pontifex eidem regi et epo Cracoviensi Petrum Poceium Ruthenum commendat. N. 210. p. 277.
— 21. April. Eidem regi pontifex Ioannem Iansulam eiusque coniugem Moldavos Romae ad unitatem ecclesiae reversos et in patriam redeuntes commendat. Nr. 211. pag. 277.
— 12. Maii. Pontifex epum Vendensem de luctuoso eius et ecclesiae statu consolatur. Nr. 212. pag. 278.
— 22. Sept. Regem Poloniae pontifex de statu hospitalis S. Birgittae in Urbe certiorem reddit. N. 213. p. 278.
1602. 20. April. Episcopo Vilnensi pontifex mandat, ut detractoribus et impugnatoribus calendarii Gregoriani viriliter se opponat. Nr. 214. pag. 278.
1603. 29. Nov. Pontifex regem Poloniae et Caesarem ad concordiam inter se fovendam hortatur. N. 215. p. 279.
— 15. Dec. Pontifex regi Poloniae de imagine cerea eius nati sibi missa grates reddit. Nr. 216. pag. 281.
1604. 10. Ian. Ianusium castellanum Cracoviensem pontifex in adversitatibus consolatur. Nr. 217. pag. 281.
— 31. „ Palatinam Volhiniae pontifex de obitu coniugis consolatur. Nr. 218. pag. 281.
— 28. Febr. Nuntio apostolico mandat pontifex, efficiat apud regem, ut Fab. Conopazchus Varmiensi ecclesiae praeficiatur. Nr. 219. pag. 282.
— 20. Mart. Archiepiscopo Leopoliensi pontifex commendat Ruthenos, ut eosdem contra molitiones Schismaticorum tueatur. Nr. 220. pag. 282.
— 31. „ Pontifex regi Poloniae unionem Ruthenorum impense commendat, utque eorum metropolita in senatorium ordinem admittatur. Nr. 221. pag. 283.
— 30. April. Eidem regi pontifex de nominatione novi archiepiscopi Gnesnensis gratulatur, quem confirmat et ad munus bene gerendum hortatur. Nr. 222. pag. 283.
— 26. Maii. Palatinus Cracoviensis de studiis fidei provehendae laudatur. Nr. 223. pag. 284.
— 16. Iunii. Regi Poloniae pontifex significat, episcopum Cracoviensem sacro cardinalium collegio a se adscriptum fuisse, quod et ipsi episcopo notificatur. Nr. 224. pag. 284.
— 30. „ Pontifex regi Poloniae nonnullos patres Carmelitanos divini verbi praecones in Persiam euntes commendat. Nr. 225 pag. 285.
— 7. Aug. Caesari pontifex castellanum Cracoviensem commendat, ut ei in quibusdam bonis recuperandis faveat. Nr. 226. pag. 285.
— 13. Oct. Epo Luceoriensi pontifex et Ruthenorum unionem et ducem Ostrogiae commendat. Nr. 227. p. 285.
— 11. Dec. Regem Poloniae pontifex, ut suos, si qui sint in Transylvania, ad se revocet. Nr. 228. pag. 286.
1605. 15. Ian. Palatinum Kioviensem pontifex ad unionem cum Romana ecclesia amanter invitat. N. 229. p. 286.

PONTIFICATUS PAULI PP. V.

1605. 9. Sept. Pontifex regi Poloniae de matrimonio cum Constantia Austriaca ineundo gratulatur. Nr. 230. p. 287.
— 12. „ Cardinalem Cracoviensem pontifex legatum constituit, ut suo nomine matrimonio regis benedicat. Nr. 231. pag. 288.
— 13. Dec. Pontifex metropolitae Kioviensi et cancellario M. D. Lithuaniae de corum studio unionem Ruthenorum fovendi gratulatur. Nr. 232. pag. 288.
— 23. Nov. Pontifex regem ac proceres regni Poloniae hortatur, ut in comitiis iam indictis contra Tartaros
1606. 18. Mart. bellum decernant: et regi de victoria a Tartaris relata gratulatur. Nr. 233. pag. 289.
— 3. Iunii. Pontifex eidem regi de concordia et pace in regno instaurata gratulatur. Nr. 234. pag. 292.
— 9. „ Cancellarium M. D. Lithuaniae pontifex laudat, quod metropolitam Ruthenorum contra molitiones Schismaticorum defendat. Nr. 235. pag. 293.
— 16. Sept. Pontifex regi Poloniae episcopum Fulginatensem episcopo Regiensi in munere nuntii apostolici suffectum commendat. Nr. 236. pag. 293.
— 22. Iulii. Regi Poloniae pontifex de recenti victoria ab Tartaris relata gratulatur. Nr. 237. pag. 294.
— 20. Sept. Eidem regi pontifex significat, per episcopum Fulginatensem nuntium apostolicum rosam auream reginae eius coniugi se mittere. Nr. 238. pag. 294.
1607. 15. Maii. Cardinali Maczieiovio pontifex mandat, ut petitiones regias de contributionibus a clero solvendis in synodo provinciali mox convocando examinari faciat, et sibi referat. Nr. 239. pag. 294.
— 19. „ Regi Poloniae pontifex patres societatis Iesu commendat. Nr. 240. pag. 295.
— 3. Aug. Eidem regi pontifex de instaurata animorum concordia et felici regni comitiorum eventu ex animo gratulatur. Nr. 241. pag. 295.
— 6. Nov. Georgio duci in Visniovec pontifex de sua a schismate ad ecclesiam catholicam conversione gratulatur, commendatque patres ord. s. Dominici. Nr. 242. pag. 296.
1608. 6. Ian. Metropolitam Ruthenum pontifex de adversitatibus pro fide perpessis consolatur. Nr. 243. p. 297.
— 13. April. Pontifex canonicis Gnesnensibus, sede archiepiscopali vacante, acta synodi provincialis nuper absolutae cum sua approbatione et cohortatione remittit. Nr. 244. pag. 297.
1609. 1. Mart. Episcopus Vilnensis unionem Ruthenorum et Petrum Arcudium presbyterum graecum pontifici impense commendat. Nr. 245. pag. 298.

1609. 14. Aug. Episcopus Cracoviensis pontifici supplicat, ut causam beati Simonis ex ordine FF. Minorum de
20. „ observantia examinare velit, commendatque ipsi eundem ordinem Minorum in Polonia. Nr. 246. pag. 298.

— 3. Dec. Pontifex ordines saeculares Poloniae adhortatur, ut in proximis comitiis ecclesiasticos eorumque bona contra iniquos invasores defendant. Nr. 557. pag. 556.

1662. 4. Febr. Regi Poloniae de victoria ab eius inimicis internis relata pontifex gratulatur, monetque, ne a militibus ecclesiarum bona occupari et vastari permittat. Nr. 558. pag. 556.

— 30. April. Senatorii et equestris ordinum praesides pontifici spondent, in contributione militari conscripta bo-
1. Maii. norum ecclesiasticorum rationem sese habituros. Nr. 559. pag. 557.

— 16. „ Rex Poloniae a pontifice petit, ut contributionem militarem a clero sibi concessam ratam habeat. Nr. 560. pag. 558.

1663. 16. Iulii. Idem rex pontifici supplicat, ut nominatos episcopos Smolenscensem et Posnaniensem confirmare
13. Aug. velit. Nr. 561. pag. 558.

— 20. Oct. Idem rex pontifici dolorem de dissidio inter ipsum et Galliarum regem exorto testatur, petitque, ut expeditionem suam contra Moscum precibus et benedictione prosequatur. Nr. 562. pag. 559.

1664. 1. Mart. Pontifex regem Poloniae ad bellum contra Turcas fortiter gerendum excitat. Nr. 563. pag. 559.

— 1. Nov. Idem regem et senatores Poloniae admonet, ut Ruthenis catholicis privilegia et iura ipsis debita tandem concedant, ac bona episcopatus Premisliensis a Schismaticis violenter erepta eidem restituenda curent. Nr. 564. pag. 560.

1665. 13. Maii. Rex Poloniae legato regis Svecorum Varsaviae liberum in eius domo confessionis Augustanae exercitium concedit. Nr. 565. pag. 561.

— 14. Iunii. Episcopus Cracoviensis regem signis e coelo visis ad pacem in regno instaurandam monet. Nr. 566. pag. 561.

— 16. Aug. Rex Poloniae a pontifice petit, ut divam Salomaeam in Beatarum catalogum referre velit. Nr. 567. pag. 562.

1667. 5. Ian. Idem rex pontifici supplicat, ut sibi subsidium quoddam pecuniarium donare, vel mutuo dare velit ad Turcas ac Tartaros Poloniam infestantes repellendos. Nr. 568. pag. 562.

— 17. Febr. Idem rex pontificem de legato Constantinopolim misso, ac de induciis cum Mosco initis certio-
23. „ rem reddit, repetitque preces de subsidio sibi mittendo. Nr. 569. pag. 563.

PONTIFICATUS CLEMENTIS PP. IX.

1667. 12. Iulii. Rex Poloniae a pontifice petit, ut nominatum episcopum Chelmensem confirmet. Nr. 570. p. 565.
— 26. „ Idem rex pontifici de consilio circa secundas nuptias ineundas secum communicato grates reddit. Nr. 571. pag. 565.
— 29. Aug. Idem rex pontifici archiepiscopum Armenum catholicum Leopoliensem Romam in eius ecclesiae negotiis euntem commendat. Nr. 572. pag. 566.
— 30. „ Idem rex Poloniae a pontifice petit, ut Alberto Korycinski novo episcopo Camenecensi praeposituram Miechoviensem concedat. Nr. 573. pag. 566.
— 15. Dec. Conventio inter Galliarum regem et electorem Brandeburgicum circa electionem regis Poloniae inita. Nr. 574. pag. 567.
1668. 30. Maii. Rex Poloniae pontifici firmam voluntatem regno abdicandi significat, quod ne faciat, idem ipsum
12. Iulii. dehortatur. Nr. 575. pag. 568.
— 27. Oct. Ludovicus XIV. Galliarum rex cardinali Rospigliosi, intercedat apud pontificem, ut Io. Casimiro quondam regi Poloniae quasdam a se collatas abbatias confirmet. Nr. 576. pag. 571.
— 1. Dec. Pontifex ordines regni Poloniae admonet, ut virum omnino catholicum in regem eligant. Nr. 577. pag. 571.
1669. 9. Ian. Eosdem ordines regni Poloniae pontifex admonet, ut in proximis electoralibus comitiis rem Ruthenorum catholicorum contra Schismaticos fortiter tueantur. Nr. 578. pag. 571.
— ... „ Memorandum de Moscovita in regem Poloniae nequaquam eligendo, mense Ianuario anno 1669. conscriptum et comitiis electoralibus exhibitum. Nr. 579. pag. 572.
— (24. Febr.) Dux Radivilius metropolitam Kioviensem schismaticum ac supremum Cosacorum Zaporoviensium ducem invitat, velint suos populos hortari, ut marchio Brandeburgicus veluti potentissimus Protestantium et Schismaticorum protector, atque acerrimus Catholicorum osor in regem Poloniae eligatur. Nr. 580. pag. 574.
— 19. Iunii. Magnus regni marschalcus ac praeses ordinis equestris pontificem de Michaelis Korybuti in regem Poloniae electione certiorem reddunt. Nr. 581. pag. 576.
— 9. Iulii. Michael praedictus rex Poloniae electus eidem pontifici a se susceptum rerum regimen notum
11. „ facit. Nr. 582. pag. 577.
— 30. „ Metropolita Ruthenus catholicus pontifici supplicat, velit regem et proceres Poloniae exhortari,
1. Dec. ut s. unionem Ruthenorum contra iniquas Schismaticorum et Cosacorum molitiones viriliter defendant, suadetque, ne aures iis praebeat, qui patriarchatum Ruthenum erigendum proponunt etc. Nr. 583. pag. 577.
— 24. Aug. Pontifex regem et ordines regni Poloniae hortatur, ut in proximis coronationis comitiis ecclesiam catholicam et sanctam Ruthenorum unionem pro viribus defendant. Nr. 584. pag. 580.
— 11. Sept. Rex Poloniae pontifici supplicat, ut privilegia sedis primatialis Gnesnensis conservare, et ep̄um
12. Oct. Camenecensem ad sedem Leopoliensem transferre velit. Nr. 585. pag. 581.
— 25. „ Idem rex a pontifice petit, ut beatum Stanislaum Kostkam in Sanctorum cathalogum referre velit. Nr. 586. pag. 582.
— 19. Nov. Metropolita Kioviensis Ruthenus catholicus a pontifice petit, ut coadiutorem cum futura successione a se designatum confirmet. Nr. 587. pag. 582.
— 23. „ Regi Poloniae pontifex significat, iura et privilegia sedis primatialis Gnesnensis infringi nunquam se passurum. Nr. 588. pag. 583.
1670. 30. Ian. Rex Poloniae nuntium apostolicum invitat, ut Czestochoviam ad matrimonium suum cum Eleo-
26. Febr. nora archiducissa Austriae solemniter benedicendum veniat. Ep̄i Cracoviensis ea de re cum nuntio apostolico questio. Nr. 589. pag. 583.

PONTIFICATUS CLEMENTIS PP. X.

1670. 10. Maii. Pontifex regi Poloniae et archiepiscopo Gnesnensi, ut sanctam Ruthenorum unionem contra nefaria Schismaticorum et Cosachorum molimina tueantur. Nr. 590. pag. 584.
— 20. „ Rex Poloniae Clementi PP. X. de eius assumptione ad summum pontificatum gratulantur. Nr. 591. pag. 585.
— 11. Iunii. Idem rex pontifici Galeatium Marescottum archiepiscopum Corinthi nuntium apostolicum in Urbem reverentem commendat. Nr. 592. pag. 586.
— 15. Iulii. Pontifex regi Poloniae Franciscum archiepiscopum Adrianopolitanum novum nuntium apostolicum commendat. Nr. 593. pag. 586.
— 6. Aug. Rex Poloniae cum pontifice amice queritur, quod supradictus nuntius apostolicus ad nuntiaturam Hispaniarum missus, et ad cardinalatum promotus non fuerit. Nr. 594. pag. 587.
— 12. „ Archiepiscopo Gnesnensi et regi Poloniae pontifex B. Stanislaum Kostkam patronum Poloniae
19. „ cum officii et missae celebratione a se constitutum significat. Nr. 595. pag. 587.
— 30. „ Archiepiscopum Gnesnensem et regem Poloniae pontifex exhortatur, ne metropolitam Ruthenum catholicum a Vilnensibus permolestari sinant. Nr. 596. pag. 588.
— 1. Oct. Rex Poloniae pontifici, ut nominatum ep̄um Smolenscensem confirmare velit. Nr. 597. pag. 589.

1670. 19. Nov. Idem rex Poloniae commendat pontifici ecclesiam nationalem s. Stanislai in Urbe, petitque, ne eandem a quocumque molestari permittat. Nr. 598. pag. 589.
— 28. „ Intercessio archiepiscopi Adrianopolitani nuntii apostolici contra investituram ducatus Curlandiae. Nr. 599. pag. 589.
1671. 24. Ian. Regem Poloniae et Romanorum imperatorem pontifex exhortatur, ut ad Turcas repellendos inter se foedus ineant. Nr. 600. pag. 590.
— 31. „ Metropolita et episcopus Chelmensis Rutheni catholici, enarratis diris persecutionibus, quibus ecclesia Ruthena unita perpetuo impetitur, supplicant pontifici, ut B. Iosaphat in Sanctorum album referat. Nr. 601. pag. 591.
— 5. Maii. Pontifex regi Poloniae Angelum archiepiscopum Damiatae novum nuntium apostolicum commendat. Nr. 602. pag. 592.
— 18. Oct. Regi Poloniae ensem et pileum et reginae auream rosam benedictam pontifex transmittit. Nr. 603. pag. 592.
— 15. Dec. Rex Poloniae pontifici supplicat, ut sibi facultatem notabilem particulam ligni sanctae crucis, quod Lublini apud patres Dominicanos asservatur, extrahendi concedat. Nr. 604. pag. 593.
— 18. „ Excerpta ex relatione, quam metropolita Ruthenus catholicus de conditione suae metropoliae, deque varia sanctae Ruthenorum unionis fortuna cardinalibus S. C. de Propaganda Fide transmisit. Nr. 605. pag. 593.
1672. 2. Ian. Episcopos et proceres regni Poloniae pontifex iterum exhortatur, ut sanctam Ruthenorum unionem in proximis comitiis viriliter tueantur. Nr. 606. pag. 601.
— 3. „ Regem Poloniae pontifex monet, ut Theodorum quendam schismaticum pro coadiutore archiepiscopi Leopoliensis Armeni scse gerentem e regno pellat. Nr. 607. pag. 602.
— 23. „ Eidem regi pontifex concedit, ut per nuntium apostolicum particulam ex ligno s. crucis in sacrario Dominicanorum Lublini asservato extrahere possit. Nr. 608. pag. 602.
— 17. Mart. Rex Poloniae pontifici calamitosa regni conditione enarrata supplicat, ut sibi ad bellum subsidium quoddam concedere velit, atque christianos principes hortari, ut unitis viribus sibi ad Turcas repellendos praesto sint. Nr. 609. pag. 603.
— 17. „ Rex et cancellarius Poloniae pontifici academiam Cracoviensem commendant. Nr. 610. pag. 603.
— 30. April. Regem et archiepiscopum Gnesnensem pontifex adhortatur, ut Polonos ad animorum concordiam
15. Oct. revocent. Nr. 611. pag. 604.
— 13. Maii. Idem rex pontificem de foedere cum magno Moscoviae duce contra Turcas inito certiorem reddit, petitque, efficiat apud principes christianos, ut et ipsi eidem accedant. Nr. 612. pag. 605.
— 4. Iunii. Eidem regi de foedere cum magno duce Moscoviae contra Turcas inito pontifex gratulatur, et principes catholicos ad id accedendum adhortari promittit. Nr. 613. pag. 606.
— 11. „ Rex Poloniae pontifici de galea et ense et rosa aurea benedictis sibi et reginae dono missis grates reddit. Nr. 614. pag. 607.
— 29. Oct. Regem Sueciae ad suppetias Polonis contra Turcas ferendas pontifex invitat. Nr. 615. pag. 607.
— 5. Nov. Regi Poloniae extraordinarium nuntium apostolicum pontifex commendat. Nr. 616. pag. 608.
— 25. „ Eumdem regem pontifex hortatur, ne archiepiscopi Gnesnensis auctoritatem a laica potestate in-
3. Dec. fringi permittat, et archiepo insinuat, ut ad persecutiones evitandas Romam veniat. N. 617. p. 608.
— 28. Nov. Ioannes Casimirus quondam rex Poloniae pontifici de Michaele rege conqueritur. N. 618. p. 609.
— 30. „ Dux Brunsvicensis et comes palatinus Rheni pontificis exhortationibus obtemperantes Poloniae
3. Dec. praesto fore promittunt. Nr. 619. pag. 610.
— 5. „ Archiepiscopus Gnesnensis cardinalem Alterium pontifici a secretis de calamitosa regni conditione edocet. Nr. 620. pag. 611.
— 10. „ Imperatrix Romanorum pontifici supplicat, ut labenti Poloniae subsidio adesse velit. N. 621. p. 615.
— 27. „ Carolus XI. Svecorum rex Christinae quondam reginae Sveciae Poloniae contra Turcas adiuvare appromittit. Nr. 622. pag. 615.
1673. 14. Ian. Regi Poloniae pontifex negotia Christinae Sveciae reginae in Polonia commendat. N. 623. p. 616.
— 28. Febr. Leopoldus imperator Romanorum commendat pontifici res Poloniae. Nr. 624. pag. 616.
— 12. Mart. Rex et regina Poloniae nec non Romanorum imperatrix pontificem de instaurata per eius nun-
20. „ tium extraordinarium animorum in Polonia concordia certiorem reddunt, eique gratias agunt. Nr. 625. pag. 616.
— 28. „ Idem rex Poloniae pontifici supplicat, ut oblationem decimarum a clero sibi sponte factam bello Turcico confirmet. Nr. 626. pag. 618.
— 8. April. Eidem regi de instaurata animorum in regno concordia pontifex gratulatur. Nr. 627. pag. 618.
— 2. Iunii. Eidem regi pontifex subsidium ex bonis ecclesiasticis in Polonia exigendum ad bellum contra Turcas concedit. Nr. 628. pag. 618.
— 28. „ Rex Poloniae pontifici significat bellum Turcis se indixisse etc. Nr. 629. pag. 619.
— 15. Iulii. Eidem regi pontifex significat, archiepiscopum Thessaloniccnsem ordinarium apud eum nuntium apostolicum se constituisse. Nr. 630. pag. 620.
— 24. „ Leopoldus Romanorum imperator a pontifice subsidium ad Turcas a Polonia et Hungaria arcendos petit. Nr. 631. pag. 620.
— 28. „ Regi Poloniae pontifex ad bellum contra Turcas fortiter gerendum animum addit ac subsidium promittit. Nr. 632. pag. 620.

1673. 11. Oct. Rex Polouiae, enarrata regni calamitosa conditione, a pontifice per Ioannem Wielopolski oratorem suum subsidium ad Turcas profligandos iterum petit. Nr. 633. pag. 621.
4. Nov.
— 20. „ Ioannes Sobieski pontificem et cardinalem Alterium ei a secretis de victoria a Turcis ad Cochimum relata certiorem reddit, illique vexillum de hoste captum dono mittit. Nr. 634. pag. 622.
— 13. Dec. Procancellarius regni commendat nomine senatus cardinali Alterio Iacobum Lombardum negotia Poloniae cum aula Neapolitana agentem etc. Nr. 635. pag. 623.
— 23. „ Reginam viduam Poloniae pontifex de obitu Michaelis regis solatur. Nr. 636. pag. 623.
1674. 10. Ian. Pontifex proceres cum ecclesiasticos tum saeculares regni Poloniae hortatur, ut quam primum ad
27. „ novi regis electionem accedant. Nr. 637. pag. 623.
— 24. „ Archiepus Gnesnensis nomine totius senatus pontifici supplicat, efficiat apud Venetos, ut Poloniam subsidio quodam pecuniario ad bellum contra Turcas continuandum adiuvent. Nr. 638. pag. 624.
— 15. Febr. Imperator Romanorum cardinali Alterio supplicat, ut per pontificem rationes reginae viduae Poloniae in electione novi regis commendatas habeantur. Nr. 639. pag. 625.
— 9. April. Pontifex ordines regni Poloniae iterato cohortatur, ut viduatae reipublicae regem et fide catholica et virtute bellica praestantem quam primum constituant. Nr. 640. pag. 626.
— 5. Maii. Oratio habita in regiae electionis comitiis ab archiepiscopo Thessalonicensi nuntio apostolico, Varsaviae die 5. Maii 1674. Nr. 641. pag. 626.
— 1. Iunii. T. de Forbin episcopus Massiliensis, oratores regis Galliarum, card. Alterio de Ioannis Sobieski in regem Poloniae electione gratulatur. Nr. 643. pag. 628.
— 6. „ Ioannes Sobieski rex Poloniae pontifici se pacta conventa solemniter iurasse significat, precesque repetit, velit principes christianos et praeprimis Italiae exhortari, ut Poloniam in bello Turcico adiuvent. Nr. 642. pag. 628.
— 20. „ Idem rex Poloniae pontifici supplicat, ut archiepiscopum Gnesneusem a se nominatum confirmare velit. Nr. 644. pag. 629.
— 20. „ Idem rex reipublicae Venetiarum de auxilio sibi contra Turcas mittendo preces repetit. Nr. 645. pag. 630.
— 2. Iulii. Idem rex a pontifice petit, ut T. de Forbin episcopum Massiliensem purpura cardinalitia condecorare velit. Nr. 646. pag. 630.
— 11. „ Idem rex pontifici supplicat, ut fratres minores Cappucinos in Poloniam mittat. N. 647. p. 631.
— 30. Sept. Idem rex Poloniae commendat cardinali Alterio nominatum epum Vilnensem. N. 648. pag. 631.
— 20. Oct. Pontifex regem Poloniae invitat, ut Romam ad sacrum iubilaeum veniat etc. Nr. 649. pag. 632.
— 7. Dec. Rex Poloniae pontifici supplicat, ut beatum Stanislaum Kostkam inter Sanctos referre velit, eum-
14. „ que de prospero armorum suorum contra Turcas successu certiorem reddit. Nr. 650. pag. 632.
1675. 4. Febr. Idem rex pontifici dolorem exprimit, quod propter negotia publica sacram Romanam peregrina-
10. Mart. tionem aggredi non possit, grates reddit de indulgentiis sibi concessis, commendatque oratorem suum. Nr. 651. pag. 633.
— (.. Mart.) Episcopus Posnaniensis de corpore sancti Valerii martyris dono sibi dato pontifici grates reddit. Nr. 652. pag. 634.
— 18. Maii. Pontifex commendat regi Poloniae, ut per suos oratores apud Portam Othomanam catholicos in custodia sacri Sepulchri Hierosolymis conservari faciat. Nr. 653. pag. 634.
— 16. Aug. Rex Poloniae archiepum Gnesnensem de armorum progressu in Ukraina certiorem reddit, petitque, velit senatum adhortari, ut sibi subsidia quamprimum mittantur. Nr. 654. pag. 634.
— 15. Sept. Pontifex regi Poloniae Franciscum archiepiscopum Corinthi novum ordinarium nuntium apostolicum commendat. Nr. 655. pag. 635.
— 8. Oct. Regina vidua Poloniae pontifici negotia sua Polonica iterato commendat. Nr. 656. pag. 636.
1676. 4. Febr. Rex Poloniae pontifici supplicat, ut cardinalem Ursinium in munere protectoris Poloniae confirmare, eique cardinalem Vidonium uti comprotectorem associare velit. Nr. 657. pag. 636.
— 6. Mart. Idem rex a pontifice petit, ut resignationem episcopi Kioviensis acceptet. Nr. 658. pag. 637.
— 6. April. Archiepus Gnesnensis pontifici supplicat, ut iubilaeum dumtaxat civitati Cracoviensi concessum ad suam dioecesim et provinciam extendere, ac generalem decimarum impositionem, ab regni ordinibus bello Turcico expetitam, a clero exsolvi permittere velit. Nr. 659. pag. 637.
— 9. Maii. Pontifex regi Poloniae subsidia ad bellum Turcicum prosequendum promittit, rataque habet sub-
16. „ sidia ob universo clero eam ob rem exigenda. Nr. 660. pag. 638.
— 17. Iunii. Rex Poloniae ordinibus regni reginam salutis instaurandae causa ad aquas Borbonenses secedere notificat. Nr. 661. pag. 638.

PONTIFICATUS INNOCENTII PP. XI.

1676. (3. Oct.) Metropolita Ruthenus catholicus Innocentio PP. XI. de adepto pontificatu gratulatur, petitque, ut nominatum episcopum Smolenscensem confirmet. Nr. 662. pag. 639.
— 21. „ Abbas Paradisiensis pontifici significat, regem et clerum Poloniae votis suis obsecundantes seminaria clericorum vel erecta, vel erigenda ad instar seminariorum s. Caroli Borromaei patribus s. Vincentii de Missione vulgo dictis dirigenda traditurus. Nr. 663. pag. 639.
— 21. „ Narratio authentica victoriae, quam Ioannes III. rex Poloniae a Turcis et Tartaris retulit, per nuntium apostolicum pontifici transmissa. Nr. 664. pag. 640.

1676. 22. Oct. Episcopus Cracoviensis nuntio apostolico gratias de dono 50000. scutatorum ab Innocentio PP. XI.
23. „ regi ad bellum Turcicum transmisso reddit, eumque de pace nuper cum Turcis inita certiorem reddit. Nr. 665. pag. 647.
— 17. Nov. Metropolita Ruthenus catholicus pontifici de subsidio seminario clericorum et noviciatui Basiliano erigendo dato grates reddit. Nr. 667. pag. 649.
— 19. Dec. Pontifex regem et ordines Poloniae adhortatur, ut Ruthenos catholicos contra iniquas Schismaticorum vexationes tueantur, et privilegia his concessa revocent. Nr. 666. pag. 648.
1677. 14. Febr. Rex Poloniae pontifici supplicat, ut Stanislaum Woienski nominatum episcopum Camenecensem confirmet. Nr. 668. pag. 649.
— 2. Mart. Idem pontifici supplicat, ut privilegia academiae Cracoviensis denuo confirmet. Nr. 669. pag. 650.
— 7. „ Episcopus Leopoliensis Ruthenus pontificem suum ad ecclesiam Romanam reditum significat, quem
17. „ episcopum metropolita Ruthenus catholicus eidem ample commendat. Nr. 670. pag. 650.
— 17. „ Rex et archiepiscopus Gnesnensis nomine totius senatus Poloniae pontifici supplicant, ut beatum
26. April. Stanislaum Kostkam inter Sanctos referat. Nr. 671. pag. 651.
— 3. „ Pontifex regem Poloniae monet, ut patres Franciscanos in custodiendo ss. Domini Sepulcho Hierosolymis per administrum suum Constantinopoli degentem tueri velit. Nr. 673. pag. 657.
— 24. „ Renovatio veterum pactorum et foederum inter Poloniam et Austriam. Nr. 672. pag. 652.
— ..... Instructio pro legato Polono ad Portam Othomanicam in negotio pacis misso, et relatio eiusdem
11. Maii. de rebus gestis, a rege Poloniae nuntio apostolico exhibita. Nr. 674. pag. 658.
— 3. Iulii. Rex Poloniae cardinali Cybo supplicat, efficiat apud pontificem, ut A. Pikarski e Soc. Iesu a se nominatus episcopus Kioviensis confirmetur. Nr. 675. pag. 661.
— 11. Sept. Pontifex episcopo Leopoliensi Rutheno gratulatur de reditu ad ecclesiam Romanam, et metropolitae Rutheno catholico de opera hoc in negotio praestita. Nr. 676. pag. 662.
— 7. „ Rex Poloniae pontifici supplicat, ut a se nominatos archiepiscopos Leopoliensem ac Gnesnensem
17. Dec. et episcopum Varmiensem confirmare velit. Nr. 677. pag. 662.
— 4. „ Pontifex eidem regi Poloniae coadiutorem archiepiscopi Armeni Leopoliensis impense commendat. Nr. 678. pag. 665.
— 14. „ Orator regis Svecciae coram rege et ordinibus regni Poloniae de iniuriis ab electore Brandeburgico sibi illatis conqueritur. Nr. 679. pag. 665.
— 30. „ Rex Poloniae pontifici preces de confirmandis a se nominatis Leopoliensi, Premisliensi, Chelmensi, Kioviensi et Camenecensi episcopis renovat. Nr. 680. pag. 666.
1678. 4. Ian. Dux Lotharingiae pontificem de matrimonio cum Eleonora quondam regina Poloniae ineundo certiorem reddit. Nr. 681. pag. 667.
— 17. „ Rex Poloniae pontifici suum oratorem commendat, rogatque, ut nominatum ep̄um Smolenscensem
6. Maii. confirmare, et Andreae Zaluskio abbatiam Vachocensem conferre velit. Nr. 682. pag. 667.
— 15. „ Rex Poloniae pontificem de nato sibi filio certiorem reddit, petitque, ut eundem e sacro fonte le-
15. Aug. vare velit, cui pontifex annuit. Descriptio solemnitatis huius baptismatis. Nr. 684. pag. 669.
— 27. Maii. Relatio scelerum a Lutheranis in Catholicos Gedani perpetratorum, et ea de re regis litterae ad
24. Iunii. nuntium apostolicum et cives Gedanenses datae. Nr. 683. pag. 668.
— 6. „ Idem rex pontifici de confirmando episcopo Camenecensi preces renovat. Nr. 685. pag. 671.
— 8. Sept. Metropolita Ruthenus catholicus pontificem rogat, ut diem festum B. Iosaphat M. ad diem 25. Septembris transferat. Nr. 686. pag. 672.
— 4. Dec. Rex Poloniae pontifici supplicat, ut sibi pro felici comitiorum exitu benedicat. Nr. 687. p. 673.
1679. 8. April. Io. Wielopolski cancellarius regni nomine regis et ordinum pontifici de officiis cum principibus christianis ad iuvandam Poloniam peractis grates reddit, petitque, velit eandem novo quodam subsidio contra Turcas adiuvare. Nr. 688. pag. 673.
— 12. „ Rex Poloniae pontifici et nuntio apostolico Michaelem Radivilium legatum suum extraordinarium
18. Dec. commendat. Nr. 689. pag. 673.
1680. 26. Febr. Episcopi Rutheni catholici pontificem de regis consilio conventum Lublinum convocandi, ibique unionem Ruthenorum schismaticorum cum ecclesia Romana tractandi certiorem reddunt. Nr. 690. pag. 675.
— 1. Maii. Rex Poloniae pontificem de nato sibi filio certiorem reddit. Nr. 691. pag. 675.
— 8. Iunii. Pontifex ep̄is Ruthenis catholicis et regi Poloniae de consilio Ruthenos schismaticos ad unionem
15. „ cum Romana ecclesia revocandi inito gratulatur. Nr. 692 pag. 676.
— 24. Iulii. Rex Poloniae pontifici de supradicto Michaele Radivilio legato suo perhumaniter excepto gratias agit. Nr. 693. pag. 676.
— 20. Sept. Pontifex regi Poloniae reditum eius legati ex Urbe significat, commendatque Opitium archiep̄um Ephesinum novum nuntium apostolicum. Nr. 694. pag. 677.
1681. 27. Mart. Leopolienses et Premisliensis episcopi Rutheni pontificem de eorum ad ecclesiam Romanam re-
30. „ ditu certiorem reddunt, quos metropolita et reliqui episcopi Ruthcni catholici eidem commendant, precesque de fundando seminario et typographia Slavonica repetunt. Nr. 695. pag. 677.
— 30. April. Rex Poloniae pontifici supplicat, ut cardinali Vidonio defunto cardinalem Barberinum in Poloniae protectorem approbet. Nr. 696. pag. 678.
— 27. Maii. Nuntiusa postolicus cardinalem Cybum pontifici a secretis de misero comitiorum exitu (malis administri Brandeburgici artibus producto) certiorem reddit. Nr. 697. pag. 679.

1681. 31. Maii. Pontifex clero Polono indulget, ut pro expeditione belliea eontra Turcas contributionem solvere possint. Nr. 698. pag. 681.
— 26. Iulii. Pontifex cpis Ruthenis catholicis, regi et palatinis Russiae et Cracoviensi de opera in reducendis
2. Aug. Leopoliensi et Premisliensi episcopis Ruthenis ad unionem cum Romana eeclesia navata gratcs reddit. Nr. 699. pag. 681.
1682. 22. Ian. Episcopus Chelmensis Ruthenus catholicus eardinalcs S. Congreg. de Propaganda Fide de laeto apud Schismaticos suae dioecesis fidei progressu certiores reddit, petitque, ut nonnullis ritus sui clericis collegio de Propaganda Fide aditus daretur. Nr. 700. pag. 682.
— 24. Mart. Metropolita Ruthenus catholicus pontifici et cardinalibus de Propaganda Fide supplicat, velint ad rem catholicam apud Ruthenos iuvandam subsidia sibi dare, quibus seminarium et typographiam Slavonicam ad excudendos correctiores libros liturgicos fundare possit. Nr. 701. pag. 683.
— 29. Oct. Rex Poloniae pontificem rogat, ut ecclesiam s. Ioannis Varsavicnsem nonnullis privilegiis condecorare velit. Nr. 702. pag. 684.
1683. 23. Mart. Idem rex cardinali Cybo legatum suum extra ordinem ad pontificem in belli Turcici negotio missum commendat. Nr. 703. pag. 684.
— 20. Maii. Romanorum imperator commendat pontifici oratorem suum, petitque, ut eontributionem a clero
29. „ Germaniae sibi concessam ad bellum Turcicum approbare velit. Nr. 704. pag. 684.
— 29. „ Dux Venetiarum pontifici de foedere eius opera inter Romanorum imperatorem et Poloniam eontra Turcas inito gratulatur. Nr. 705. pag. 686.
— 25. Iulii. Imperator Romanorum pontificem de Turcis Viennam obsidione prementibus certiorem reddit, subsidia petit, de transmissis sibi 50. millibus florenorum gratias agit, significatque eelerem regis Poloniae ad liberandam Viennam adventum. Nr. 706. pag. 686.
7. Sept.
— 7. Aug. Duci Bavariae pontifex de consilio Viennam ab obsidione Turcarum liberandi gratulatur, et collectam decimarum ecclesiasticarum eius ducatus pro hac expeditione concedit. Nr. 707. p. 688.
— 10. „ Pontifex regem Galliarum caeterosque reges eatholicos et principes incitat, ut ad liberandam Viennam accurant, concessis ipsis decimis ecclesiasticis eorum regnorum. Nr. 708. pag. 688.
— 15. „ Rex Poloniae cum mira animi magnitudine pontifici notum facit, se una cum copiis suis ad liberandam Viennam, quam celeriter potuerit, advolasse. Nr. 709. pag. 689.
24. „
— 19. „ Rex Galliarum amantissimas pontificis exhortationes de Vienna a Turcis obsessa liberanda sibi
26. „ factas declinat. Nr. 710. pag. 690.
— 11. Sept. Pontifex regi Poloniae de itinere ad liberandam Viennam suscepto gratulatur, quaecunque eius armis fausta adprecans. Nr. 711. pag. 691.
— 15. „ Rex Poloniae, dux Lotharingiae ac Romanorum imperator pontificem de liberata Vienna certiorem reddunt. Nr. 712. pag. 691.
22. „
— 25. „ Pontifex regi Poloniae, Romanorum imperatori et duci Lotharingiae reliquisque belli ducibus de Vienna a Turcis liberata gratulatur. Nr. 713. pag. 693.
— 25. „ Dux Venatiarum et regina Poloniae pontifici de Vindobonensi liberatione laetabundi scribunt.
30. Oct. Nr. 714. pag. 694.
1685. 1. April. Episcopi Rutheni catholici eardinalibus S. C. de Propaganda Fide de monachis Basilianis, veluti
13. „ iura, privilegia etc. episcoporum convellentibus, ut ritum latinum in eorum monasteriis introducant, graviter conqueruntur, supplicantque, ut hisce moliminibus obviam ire velint: quod ut quam primum et efficaciter fiat, rex ipse Poloniae a pontifice enixe petit. Nr. 715. pag 695.
— 10. Oct. Magnus regni marschalcus et secretarius regis nuntium apostolicum de gloriosa Polonorum vi-
12. „ ctoria a Turcis in Valachia relata edocent. Nr. 716. pag. 696.
1686. 2. Sept. Regina Poloniae pontifici supplicat, ut nominatum archiepiscopum Gnesnensem tandem confirmare velit. Nr. 717. pag. 700.
— 9. „ Pontifex regi Poloniae Michaelem Radziciowski et Io. Casimirum Denhoff a se cardinales creatos notificat. Nr. 718. pag. 701.
— 24. „ Regina Poloniae pontificem de insigni victoria per regem a Tartaris in Valachia relata certiorem
10. Oct. reddit, eique preces de purpura episcopo Bellovacensi conferenda innovat. Nr. 719. pag. 702.
— 2. Nov. Pontifex reginam Poloniae de absentia regis solatur, eique ae regi ipsi de gloriosa a Turcis re-
8. „ relata victoria gratulatur. Nr. 720. pag. 704.
1687. 23. Iulii. Rex Poloniae nuntium apostolicum de proxima Camenecii expugnatione certiorem reddit, doletque, quod ob suae valetudinis statum eidem adesse nequeat. Nr. 721. pag. 705.
1688. 14. Mart. Idem rex pontifici significat, se missionarios et vicarium apostolicum ordinibus Hollandiae ac principi Auriaco valde commendasse, ne amplius ab haereticis earum provinciarum persequerentur. Nr. 722. pag. 705.
— 23. Iulii. Episcopus Culmensis pontificem de iniquis facinoribus a civibus Thorunensibus in se ac presbyteros suos perpetrato refert. Nr. 723. pag. 706.
1689. 13. Febr. Cardinalis Buonvisius nuntius apostolicus extra ordinem ex aula Vindobonensi pontificem de pace
30. Maii. inter Caesarem, regem Poloniae, Venetos et Portam Othomanicam ineunda docet: conditiones praeliminares huius pacis, et quae de eadem Polonorum rex senserit. Nr. 724. pag. 707.
— 3. April. Nuntius apostolicus pontificem de infausto comitiorum Varsav. exitu edocet. Nr. 725. pag. 712.
— 2. Maii. Rex Poloniae pontifici de abruptis comitiis et de remisso principum studio bellum Turcicum iuvandi conqueritur, et subsidia nova petit. Nr. 726. pag. 714.

PONTIFICATUS ALEXANDRI PP. VIII.

1689. 13. Nov. Rex Poloniae cum nuntio apostolico per Car. Maur. Votam e Soc. Iesu consilium imperium Turcarum evertendi, Constantinopolim expugnandi et Palaestinam recuperandi communicat, petitque, efficiat apud pontificem, ut principes christianos, prae primis Czaros Moscoviae, Caesarem et Venetos eam ob rem ad foedus ineundum exhortetur. Nr. 727. pag. 716.

1690. 14. Ian. Pontifex regem, episcopos et ordines regni Poloniae hortatur, ut in proximis comitiis immunitatem ecclesiasticam defendere et continuationem belli Turcici promovere velint. Nr. 728. p. 719.

— 27. Febr. Regi Poloniae Andream archiepiscopum Scleuciensem novum nuntium apostolicum pontifex commendat. Nr. 729. pag. 720.

— 12. April. Franciscus Bonesana clericus regularis Theatinus, regi a secretis, pontificem de pace inter Po-
7. Iunii. loniam et fulgidam Portam ineunda docet. Nr. 731. pag. 721.

— 30. April. Magnus regni Poloniae marschalcus pontificem de studio suo rem christianam in promoven-
15. Iulii. do bello Turcico adiuvandi certiorem reddit: qua de re pontifex ipsi meritas laudes tribuit. Nr. 730. pag. 720.

— 15. Aug. Rex Poloniae pontifici Carolum Maur. Votam e Soc. Iesum oratorem suum impense eommen-
29. Oct. dat, petitque, ut ipsi characterem archiepiscopalem in partibus infidelium conferat, quod pontifex abnuit. Nr. 732. pag. 724.

— 15. Nov. Archiepiscopus Seleuciensis nuntius apostolicus in Polonia pontificem de propenso regis animo
16. Dec. una cum Caesare bellum Turcicum continuandi certiorem reddit: eiusdem ac pontificis litterae hoc in negotio ad Caesarem et regem datae. Nr. 733. pag. 725.

— 30. Dec. Pontifex regi Poloniae de nuptiis a eius filio cum principe palatina Neoburgica ineundis, ipsique
1691. 20. Ian. sponso ea do re gratulatur: eiusdem hoc in negotio litterae ad episcopum Posnaniensem datae. Nr. 734. pag. 727.

PONTIFICATUS INNOCENTII PP. XII.

1691. 8. Aug. Rex Poloniae Innocentio XII. do summo pontificatu adepto gratulatur, supplicatque, velit sibi ad
19. „ bellum Turcicum continuandum subsidiis liberalis esse. Nr. 735. pag. 728.

— 20. „ Idem rex a pontifice petit, ut episcopum Premisliensem Ruthenum catholicum ad vacantem ea-
thedram Chelmensem eiusdem ritus transferat Nr. 736. pag. 729.

— 22. Sept. Pontifex regi Poloniae omnia quaecumque fausta ad bellum Turcicum prosequendum adprecatur. Nr. 737. pag. 730.

— 20. Oct. Rex Poloniae, fausto ultimo bello recenso, ordinibus deliberanda pro proxime futuris comitiis proponit. Nr. 738. pag. 730.

— 1. Dec. Idem rex pontifici supplicat, ut Stanislaum Domski episcopum Plocensem et Andream Zaluski
12. „ episcopum Chioviensem ad cathedras Cuiaviensem et Plocensem transferat. Nr. 739. pag. 731.

1692. ... Febr. Idem rex pontifici Carolum M. Votam e Soc. Iesu oratorem suum commendat. Nr. 740. p. 732.

— 23. „ Episcopus Premisliensis Ruthenus pontifici et cardinalibus S. Congregat. de Propaganda Fide significat, professionem fidei catholicus se emisisse ac saerum iubilaeum in dioeeesi sua promulgasse. Nr. 741. pag. 732.

— 1. Maii. Rex Poloniae commendat cardinali archiepiscopo Gnesnensi episcopum Premisliensem Ruthenum catholicum, eumque a quacumque suspicione purgat. Nr. 742. pag. 733.

— 2. Iulii. Rex Poloniae oratorem suum apud Caesarem de conditionibus pacis sibi a Porta Othomanica propositis certiorem reddit, mandans, ut easdem cum Caesare communicet, adiectis ea de re litteris a Hano Crimensi datis. Nr. 743. pag. 734.

— 9. „ Rex Poloniae Caesarem ad paccm cum Galliarum rege ineundam invitat: Caesaris eo in negotio
27. Aug. responsum. Nr. 744. pag. 735.

— 1. Nov. Idem rex Poloniae pontifici supplicat, ut a se nominatum episcopum Luceoriensem confirmare velit. Nr. 745. pag. 736.

— Iunii-Dec. Archiepiscopus Scleuciensis pontificem de novis Tartarorum in Poloniam incursionibus, de paec cum Turcis ineunda, de infelice comitiorum exitu, deque vacillante saeri foederis conditione certiorem reddit. Nr. 746. pag. 736.

1693. 16. Ian. Rex Poloniae supplicat pontifici, ut metropolitae Rutheno catholico archimandriam Suprasliensem conferat. Nr. 747. pag. 740.

— 23. Febr. Idem rex pontifici commendat causam divortii viduae quondam palatini Lublinensis in curia Romana pendentem. Nr. 748. pag. 740.

— 4. Maii. Episcopi Rutheni catholici cardinalibus S. C. de Propaganda Fide supplicant, velint decretum Urbani PP. VIII. circa ritum Graecum innovare, episcopis latinis ac generalibus ordinum religiosorum in Polonia inhibere, ne iuvenes Ruthenos amplius ad ritum latinum et ad ordines religiosorum ingrediendos allieiant: mittunt denique missale Slavonicum non ita pridem correctius editum. Nr. 749. pag. 741.

— Ian.-Aug. Archiepiscopus Scleuciensis nuntius apostolicus pontificem de comitiorum exitu, de invasionibus Tartarorum ac de propenso Polonorum animo paeem cum Turcis ineundi edoeet. N. 750. p. 742.

1693. 7. Sept. Magnus regis secretarius auditorem nuntii apostolici in Polonia de invasione Tartarorum certiorem reddit. Nr. 751. pag. 745.
— 14. Nov. Pontifex regem et ordines regni Poloniae hortatur, ut in proximis comitiis immunitatem ecclesiasticam defendant, et bellum Turcicum promoveant. Nr. 752. pag. 745.
1694. 16. Mart. Episcopus Premisliensis Ruthenus catholicus pontificem et cardinalem Barberinum de laeto sacrae unionis progressu docet. Nr. 753. pag. 746.
— 20. April. Rex Poloniae Caesarem et Venetos de propenso Portae Othomanicae animo pacem ineundi certiorem reddit. Nr. 754. pag. 747.
— 3. Iulii. Pontifex regi Poloniae de matrimonio inter eius filiam et ducem Bavariae gratulatur. N. 755. p. 748.
— 31. Aug. Episcopus Baccoviensis in Valachia petit a pontifice, ut propter summam egestatem super pluralitate beneficiorum secum dispensare velit. Nr. 756. pag. 748.
— Iunii-Oct. Nuntius apostolicus in Polonia per cardinalem Spadam pontificem de progressu pacis cum Turcis ineundae, et de praeclaris victoriis per Polonos a Tartaris relatis certiorem reddit, adiectis harum victoriarum narrationibus a rege sibi datis. Nr. 757. pag. 749.
— 27. Nov. Pontifex regi Poloniae de insigni victoria a Tartaris relata gratulatur. Nr. 758. pag. 752.
1695. 19. Febr. Rex Poloniae quemdam equitem ad regem Persarum legatum mittit. Nr. 759. pag. 752.
— 8. Mart. Idem rex pontifici archiepum Coloniensem commendat. Nr. 761. pag. 753.
— 9. „ Idem rex pontifici supplicat, ut electum metropolitam Chioviensem Ruthenum catholicum confirmet. Nr. 760. pag. 752.
— 29. „ Idem rex pontifici preces de sacra purpura marchioni de Arquian socero suo conferenda innovat. Nr. 762. pag. 753.
— 16. Iunii. Idem rex cardinali Spadae causam de matrimonio Ursulae Daniloviciae cum Iosaphat Sapieha impense commendat. Nr. 763. pag. 753.
— Ian.-Dec. Archiepus Seleuciensis nuntius apostolicus pontificem de comitiis, de adversa regis valetudine, deque invasionibus Tartarorum certiorem reddit. Nr. 764. pag. 755.
1696. 3. Ian. Rex Poloniae pontifici de purpura socero suo collata grates reddit: descriptio traditionis baretti
11. April. cardinalitii. Nr. 765. pag. 761.
— 3. Mart. Pontifex regi Poloniae I. A. archiepiscopum Thebarum novum nuntium apostolicum commendat. Nr. 766. pag. 762.
— 13. April. Metropolita Chioviensis Ruthenus catholicus pontifici de confirmatione sua gratias agit, qui praeclarum eiusdem sacram Ruthenorum unionem promovendi studium impense laudat. N. 767. p.
26. Maii. 762.
— Ian.-Iunii. Archiepus Seleuciensis nuntius apostolicus pontificem de eventibus publicis, de victoriis per Polonos a Tartaris relatis, ac de praematuro regis obitu certiorem reddit. Nr. 768. pag. 763.
— 26. Iunii. Regina Poloniae pontificem et cardinalem Spadam de obitu regis certiores reddit. Nr. 769. p. 767.
— 11. Aug. Pontifex reginam Poloniae de obitu regis solatur. Nr. 770. pag. 768.

VETERA

POLONIAE ET LITHUANIAE

GENTIUMQUE FINITIMARUM

MONUMENTA HISTORICA.

PONTIFICATUS SIXTI PP. V.

I.

Sistus PP. V. Andream Patritium episcopum Vendensem a rege Poloniae nominatum confirmat monetque, eundem ad munus sancte peragendum. Reg. Brev. Tom. 30. fol. 33.

Charissimo in Christo filio nostro Stephano Poloniae Regi Illustri.

Sixtus PP. V. Charissime in Christo fili noster, Salutem et Apostolica benedictionem. Fecimus Episcopum ecclesiae Vendensis Andream Patritium, in quo plurimi fecimus testimonium tuum praestantis illius pietatis ac doctrinae, caeterarumque virtutum, quas gravissimum Episcopi munus et zelus exposcit: haec enim in eo esse confirmabant tuae litterae, quas scripseras ad Gregorium Romanum Pontificem, cui nuper ex huius vitae miseriis erepto atque ad sempiternam beatitudinem vocato Dei benignitate successimus. Fecimus etiam, quod in eisdem litteris postulabas, ut ei aliorum beneficiorum retinendorum potestatem faceremus. Ut autem in his rebus postulationi tuae libenter gratificati sumus, sic quaecunque Nobis facultas dabitur, agnosces nostram paternam erga Te charitatem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIX. Maii MDLXXXV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Venerabili fratri Andreae Patritio Episcopo Vendensi.

Sixtus PP. V. Venerabili frater, salutem etc. Concessimus gravissimo Poloniae Regis testimonio de tua doctrina, pietate et zelo, quod a Gregorio Romano Pontifice, cuius nunc anima fruitur, ut speramus, sempiterna beatitudine, magnopere postulaverat, ut te Vendensis ecclesiae Episcopum faceremus, tibique ea, quae obtinebas, beneficia relinqueremus: et Nos quidem optime spes tenet, fore, ut Regis testimonio nostraeque expectationi respondeas. Tibi autem munus, ut videas, gravissimum periculosissimumque impositum est, in quo etiam negligentia in crimen evocabitur: sed aderit Deus imbecillitati tuae, siquidem ipse eius gratiae non deerit, studiaque tua omnia ad eius gloriam Catholicaeque ecclesiae amplitudinem contuleris, in tanta praesertim haereticorum, quibus Episcopatus iste plenus est, colluvie. Vigila igitur, teque omnibus exemplar agendorum fugiendorumque praebe. Datum ut supra.

II.

Stephanus rex Poloniae commendat pontifici patriarcham Achrydonensem graecum. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 2.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño Domino Sixto divina providentia Papae V. SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater et Dñe, Dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum mei, Regnique et Dominiorum meorum diligentem commendationem. Gabriel Patriarcha Achrydoneus, cum

suscepta peregrinatione ad Christianos Principes petendam ab ipsis eleemosynam, qua ecclesiae suae in exolvendis a Turca impositis hoc tempore gravibus tributis allevaretur, me hic salutasset, petiit suppliciter, ut Episcopos et presbyteros Graecos, qui a se in Siciliam, Apuliam et Calabriam ad Graecas in illis provinciis eccclesias quandoque mittuntur, Sanctitati Vestrae commendarem. Confirmat autem longa memoria iam inde ab eo tempore, quo Constantinopolitanum Imperium Turcis cessit, antecessoribus suis omnibus in homines Graeci nominis, qui in illis provinciis essent, a Pontificibus Maximis faelicis recordationis Sanctitatis Vestrae decessoribus iurisdictionem ecclesiasticam semper integram fuisse relictam. Nunc ab Episcopis ibidem Catholicis eam labefactari, Graecos Episcopos, qui isthic veniant, in exercenda impediri, ut necesse sit eos inde, qui sacris Graeco ritu iniciari velint, in Achrydonensem diocesim magno a Turcis periculo pro sacris ordinibus petendis proficisci. Atque ego quidem dandum hoc humanitati putavi, ut ne homini afflicto commendationem eo in negotio ad Sanctitatem Vestram negarem. Caeterum nihil amplius a Sanctitate Vestra volo postulare, nisi ut de tota ea re ita statuat, uti rectum et consentaneum Ecclesiaeque Dei esse salutare ipsa pro sua prudentia iudicabit. Sanctitatis Vestrae Clementiae me regnumque meum etiam atque etiam commendo. Grodna die XXIIII. mensis Iunii Anno Dñi M.D.LXXXVI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae obsequentissimus filius
STEPHANUS REX POLONIAE mpp.

III.

Pontifex regi Poloniae Petrum Valachiae principem in Transilvania in carcerem coniectum commendat. Reg. Brev. Tom. 30. fol 207.

Charissimo in Christo filio nostro Stcphano Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, sal. etc. Nisi Nobis plane cognita perspectaque esset eximia pietas tua, pluribus verbis ageremus Tecum de re gravissima Nobisque et sua aequitate, et bonis atque innocentibus subvenicndi studio quam commendatissima, hisque ipsis nominibus tua praestanti opera dignissima. Satis igitur esse arbitramur rem breviter Maiestati tuae exponere. Dilectus filius Petrus Valachiae Princeps, vir Catholicus cumque hac Sancta Sede coniunctissimus, falsis apud Turcam criminibus accusatus et circumventus, coactus est in Transilvaniam fugere, ibi coniectus in carcerem est sine ulla plane causa: iamque amplius annum detinetur, fame incommodisque omnibus confectus. Rogamus Maiestatem tuam quantum possumus, quantumque summa rei aequitas et Christi causa exposcit tuaque pietas pollicetur, ut iubeas eum a carceribus eximi liberumque dimitti. Non dubitamus Maiestatem tuam hoc quam celerrime facturam esse. Nos certe hoc nomine plurimum Tibi obstricti erimus. Datum Romae etc. die XXI. Iunii MDLXXXVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

IV.

Eidem regi pontifex cardinales Bathorium et Radivilium a se humanisissime exceptos significat. Reg. Brev. Tom. 30. fol. 208.

Charissimo in Christo filio nostro Stephano Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Amabamus antea Georgium Cardinalem Radivilium; eius enim modestiam pietatemque perspeximus, tum cum sanctae mem. Gregorio Pontifice (sic) huc advenit Electus Vilnensis: nunc autem tuo gravissimo testimonio eum plurimi facimus, neque dubitamus verissima esse ea', quae Maiestas tua commemorat de illius in Livonia humanitate, prudentia, pietate, Catholicaeque Religionis amplitudinis zelo, speramusque ipsius opera et studio magnos ibi in pietate progressus fore, quod idem Maiestatem tuam confirmare incredibiliter laetamur. Quae vero tum Andreas Cardinalis nepos tuus, tum Georgius ipse nobis exposuerunt de istius Regni rebus ac statu, diligentissime considerabimus: neque ulla omnino in re, quantum quidem consilio, auctoritate, opera praestare Nos posse intelligemus, nostro muneri tuaeque optime voluntati deerimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XII. Iulii MDLXXXVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

V.

Eidem regi Poloniae pontifex de archiepiscopo Leopoliensi ad debitam sibi et S. Sedi obedientiam praestandam misso gratulatur, eundemque commendat. Reg. Brev. Tom. 30. fol. 208.

Charissimo in Christo filio nostro Stephano Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Venit ad nos venerabilis frater Ioannes Demetrius Archiepiscopus Leopoliensis Orator tuus, sanctae, ut consueverunt Romano Pontifici

Reges Catholici optimique ecclesiae filii, obedientiae pollicendae et praestandae causa. Id vero fecit, ut mos est, in Consistorio publico magna cum venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, caeterorumque amplissimorum virorum circumfusaeque multitudinis laetitia, summaque comprobatione earum rerum, quas Archiepiscopus commemoravit de tua eximia pietate. Hanc enim ex omnibus virtutibus tuis, quae multae maximaeque sunt, voluit esse totius suae orationis materiam, qua certe nulla potuit esse aut tuae Maiestati ad laudem praestantior, aut nobis ad audiendum iucundior, aut Regno isti amplissimo ad omnem felicitatem fructuosior: Regis enim bonitate ac pietate totius Regni salus continetur. Qui etiam fructus ad Regem ipsum redundat maxima ex parte. Observarunt enim Patres ex libris Regum, eos, qui pie sanecteque vixerunt, ingentibus a Deo bonis cumulatos esse; caeterosque miseros desertosque brevi interiisse. Saepius postea venit ad nos Archiepiscopus, deque tuis mandatis egit quam diligentissime summa cum tuarum laudum commemoratione. Amamus eum unice tum ob egregias ipsius virtutes, tum quia eum tuae Maiestatis observantissimum tuaeque gloriae studiosissimum cognovimus. Amant etiam eius prudentiam, humanitatem, affabilitatem omnes quibuscum aliquid eum agere oportuit, quique ad eum salutationis atque officii causa adierunt: quae quidem eo libentius de illo scribimus, quia tuae Maiestati perspecta esse non dubitamus. De te vero quid dicemus? Hoc unum, quod verissimum est, tanti Te a Nobis fieri, ut non solum unice diligamus, sed ut etiam admiremur. Oramus summam Dei bonitatem, ut in dies magis ac magis augeat gaudium nostrum de tua gloria et felicitate. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII. Iulii MDLXXXVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

VI.

Idem regi Poloniae Io. Corteam electum abbatem Olivensem commendat. Reg. Brev. Tom. 30. fol. 241.

Charissimo in Christo filio nostro Stephano Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Accepimus dilectum filium Ioannem Corteam recte, atque ab ordine ad Abbaciam Olivensem ordinis Cistercensis in Prussia postulatum esse, ipsumque et doctrinae et morum commendatione dignum duci, qui ei muneri praeficiatur, paratumque esse eius ordinis habitum suscipere et professionem facere. Si haec ita sunt, commendamus Maiestati tuae causam atque hominem, ne, quod nonnulli conari dicuntur, iniuria opprimatur. Quo officio eo libentius apud Te utimur, quia quae recta honestaque sunt, sua sponte commendatissima Tibi esse certi sumus. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die III. Octobris MDLXXXVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

VII.

Pontifex a rege Poloniae exoratus parrochialem ecclesiam Posvolensem ecclesiae Vilnensi unit. Ibidem fol. 230.

Charissimo in Christo filio nostro Stephano Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Studium tuum Vilnensis ecclesiae sacerdotum commodi et dignitatis ab ea pietate profiscitur, quam in tua Maiestate perspeximus plurimique semper fecimus. Quod igitur postulas per litteras datas mense Iulio, ut velimus Vilnensi ecclesiae parrochialem ecclesiam Posuolensem unire, ut possint scilicet sacerdotes ecclesiae Viluensis, quos eius ecclesiae fructuum tenuitate laborare, pietate abuudare confirmas, sese commodius sustentare, Deoque liberius inservire, aequum videamus. Litteras igitur unionis confici atque expediri mandavimus. Datum Romae apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die XXV. Octobris MDLXXXVI. Pont. nostri Anno Secundo.

VIII.

Regi Poloniae pontifex commendat archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum, episcopo Camerinensi hoc in munere suffectum. Reg. Brev. Tom. 30. fol. 254.

Charissimo in Christo filio nostro Stephano Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quia oportet nos aliis in rebus uti opera Venerabilis fratris Hierouymi Episcopi Camerinensis, quo haetenus nostro et Sedis Apostolicae Nuncio ordinario usi sumus, mittimus ei successorem Venerabilem fratrem Annibalem Archiepiscopum Neapolitananum, virum insigni nobilitate, doctrina, prudentia praeditum: quibus etiam nominibus illum tuae Maiestati commendatum fore non dubitamus. Quae igitur tum in adventu, tum in posterum eum tua Maiestate aget nostro nomine, cupimus, ut in iis omnem eius verbis fidem habeas. Erit etiam eius

opera in hoc Apostolici Nuncii munere paratissima ad omnia, quae ad Dei gloriam Catholicaeque Religionis amplitudinem pertinebunt, quibus rebus nihil tibi magis cordi esse certe scimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die XV. Novembris MDLXXXVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

IX.

Proceres regni Poloniae ecclesiasticos atque saeculares pontifex admonet, ut fidei catholicae cultorem regem eligant. Reg. Brev. Tom. 29. fol. 48.

Venerabili fratri Episcopo Culmensi.

SIXTUS PP. V. Venerabili frater, salutem etc. Tantum dolorem ex Stephani Regis morte accepimus, quantus sane maximus animo capi potest, eum res carissima amittitur. Novimus enim illius pietatem, et perspectam habemus praeclare factorum eius laudem. Damnum sane grave res christiana fecit, quod ut aliqua ex parte resarciatur, pro eo quod ecclesiae non aedificandae solum, sed instaurandae curam gerimus et pondus sustinemus, nullum officium praetermittere volumus, cum praesertim Poloniae Regnum eximie in Christo diligamus. Quamobrem cum ad caeteros istic Episcopos virosque primarios litteras dederimus, quibus cohortati sumus et ad pacem, et ad Regem optimum catholicaeque fidei cultorem concordissimis voluntatibus eligendum: idem tecum, qui ingenio, auctoritate et virtute praestas, agere his nostris voluimus, ut nostro hortatu rem istius Regni publicam iuvare studeas, quam maximopere potes. Multam in te spem posuimus, quae ne nos fallat, abs te valde postulamus. Sed nostro nomine de tota re Archiepiscopus Neapolitanus, Nuntius istic noster, tecum interdum coram aget, cui fidem adhibebis. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die X. Ianuarii MDLXXXVII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Eodem modo Archiepiscopis Gnesnensi et Leopoliensi, Episcopis Posnaniensi, Warmiensi, Samogitiae, Petro Palatino Siradiae, Magno Marescallo Poloniae, Magno Cancellario Lithuanicae etc.

X.

Idem episcopos Poloniae hortatur, efficiant, ut in novi regis iureiurando decretum foederis haereticorum aboleatur. Ex originali.

Venerabili fratri Alberto Episcopo Premisliensi, Regni Poloniae Vicecancellario.

SIXTUS PP. V. Venerabili frater, salutem etc. Non cessamus Deum orare pro Regni istius salute et felicitate, quam in Regis futuri virtute et pietate, inque privatorum omnium puro et syncero catholicae religionis cultu sitam esse intelligimus. Huic rei gravissimae adversatur impium illud haereticorum decretum, superiori tempore foederis nomine excogitatum, de permittenda scilicet cuique libertate, quam velit quisque fidem colere, deque iureiurando in eam rem a Rege exigendo. Oportet igitur decretum illud, ut a Synodo Gnesnensi gravissimis verbis sententiisque et anathemate damnatum est, sic in perpetuum aboleri: in quo, quantum poteris efficere consilio, auctoritate, opera, nullo loco communi causae et Christi gloriae defuturum esse te certo scimus. Caetera ex Venerabili fratre Archiepiscopo Neapolitano, Nuncio nostro, cognosces. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die XVIII. Aprilis MDLXXXVII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Eodem modo Episcopis Culmensi, Posnaniensi, Warmiensi, Samogitiae.

XI.

Archiepiscopo Neapolitano, nuntio apostolico in Polonia, pontifex facultatem in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu dispensandi concedit. Ex originali.

Venerabili fratri Annibali Archiepiscopo Neapolitano, nostro et Sedis Apostolicae in Regno Poloniae Nuncio.

SIXTUS PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Super gregem dominicum vigilis et soliciti Pastoris officium exercentes, quod pro ovibus eiusdem gregis Nobis commissis, quae aut negligentia aut malitia hominum corruptae sunt, sanandis et ad pristinam rectamque semitam restituendis ob locorum distantiam ipsi praesentes praestare non possumus, id ipsum per Praelatos catholicae religionis studio praestantes adimplere satagimus, ut nostro muneri satisfacientes earumdem ovium saluti, quantum cum Deo possumus, consulamus. Cupientes itaque hac ratione populorum totius Regni Poloniae saluti ac utilitati prospicere, tibi, de cuius fide, prudentia, integritate et pietate plurimum in Domino confidimus, quemque in universis praedicti Regni partibus nostrum et Sedis Apostolicae Nuncium paulo ante

deputavimus, ut cum quibusvis personis in civitatibus et aliis dictarum partium locis degentibus et quomodolibet existentibus, quae tertio et quarto a communi stipite, ac quarto consanguinitatis vel affinitatis gradibus invicem coniunctae, seu se attinentes matrimonium inter se scienter vel ignoranter hactenus contraxerunt, ac etiam carnali copula consumarunt, data eis prius per te a quibusvis excommunicationis et aliis censuris et poenis, et incestus reatu in forma ecclesiae consueta absolutione, necnon etiam cum illis, qui nullo iure prohibiti matrimonium inter se non servata forma Concilii Tridentini, vel alias minus rite contraxerint, seu de facto se cognoverint, ut omnes supradicti matrimonium inter se de novo contrahere, et in facie ecclesiae solemnizare, ac in eo remanere libere et licite valeant, dummodo mulieres ob hoc raptae non fuerint, gratis dispensare, ac proles susceptas et suscipiendas legitimas decernere libere et licite possis et valeas, auctoritate apostolica tenore praesentium facultatem et potestatem concedimus et impartimur, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die x. Iunii MDLXXXVII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

XII.

Magnus camerarius principis Moldaviae nuntium apostolicum apud regem Poloniae de prospero fidei catholicae in hac provincia progressu edocet, petitque, ut nonnulli ex patribus societatis Iesu ad iuvandam rem catholicam mittantur. Ex orig. autogr. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 589.

All' Illmo et Rmo Monsignor et Patron ossmo il Signor Anibal Arhiepiscopo di Napoli et Apostolico Nuntio appresso la Corona de Polonia.

Illmo et Rmo Signor et patron mio ossmo. Quanta consolacione habbia portato non solamente a me suo incognito, ma a tutti questi Chatolici l'humanissima et generosissima lettera di V. Signoria Illma et Rma scritta in Varsovia sotto gli 22 d'Auosto, Io con tutti questi Chatolici, qualli sono al numero di 15 mila in circa, rendo a V. S. Illma et Rma infinite gratie. L'amorevolissime et cortesissime offerte et promesse, che mi promette in detta lettera, l'ho accennate, et le tengho per il piu gran presente et rico del mondo, et a suo tempo non mancaro di pregare V. S. Illma, si come hora prego, che mi tenghi nella gratia sua, et si degni di servirse di me non solamente in questa provincia, m'ancor in Constantinopoli et in ogn'altro logo, che certo cosa piu grata non mi sara che servir V. S. Illma. Non restero significarli la bona et santa mente dell' Illmo Principe mio Signore, il quale è molto devotissimo della santa Sede Apostolica, il quale ha cacciato di questa provincia gli falsi predicatori Errettici, qualli gia 50 anni hanno smembratto questi popoli del grembo della santa Chiesa Romana; et al presente per la gratia di Dio et favor dell' Illmo Principe mio Signore et le molte mie fatiche questi popoli sono obedientissimi et devotissimi alla santa Sede Apostolica, havendo lassato a parte tutte le erresie, vivon conforme gli santissimi decreti del santissimo Concilio Tridentino a confussion delli Errettici Transilvani nostri vicini. Et per hora altro non ci bisogna, solamente la santissima Benedicione di Sua Beatitudine et alquanti padri Giesuite, accio possiano insegnar la vitta christiana perfettamente a quelli novi christiani over reconciliati, li quali siano instrutti nella lingua Germanica et Ungarica, et si fosser periti nella lingua grecha latina, piu approposito sarian per essaltatione della santa Sede Apostolica. Alli qualli padri io gli provedero di tutte le cose necessarie, et l'Illmo Principe mio Signore gl'assegnera una Città nominata Cotnar, popolata da Saxoni et Ungari, con tre bellissime et antichissime Chiese Catoliche, le qual hanno intratte ferme 400 in 500 ducati et buone stancie appresso della Chiesa Catedrale, che sara approposito per loro, potendo far un seminario et educar gli fiolli di questi Catolici. Dal Illmo et Rmo Monsignor Archiepiscopo di Leopoli mi vien scritto quanta sia grande la volunta di V. S. Illma a favorirmi in ogni occasione honorata, del che non ho dubbio alcuno; et piu tanto io resto obligatissimo servittor di V. S. Illma, quanto che alcune mie lettere scritte a Sua Beatitudine V. S. Illma et Rma l'habbia mandatte et di breve aspettava la risposta, la qual prego V. S. Illma et Rma me le mandi senza metter tempo di mezzo per consolacion di questi popoli. Et scriva V. S. Illma et Sua Beatitudine a questo Principe mio Signore, perche dette letterc saranno di gran giovamento a queste Chiese, et chi portara dette lettere al Illmo Principe, sara ben visto et honorato, et potra veder l'esser di queste chiese et la condicion et bona volonta di questi popoli, et nel suo ritorno potra dar piena informacione et a V. S. Illma et Rma, et bisognando a Sua Beatitudine. Di novo di Constantinopoli habbiamo come il gran Turcho alli 18 d'Auosto secondo il antico Calendario alle 19 hore in circa in giorno di Venere ha levato la

Chiesa patriarchale et il monasterio, et l'ha fatto moschea, et questo per il contrasto delli Greci, qualli havcano 4 patriarchi elletti, et vedendo il gran Turco tanta confussion per piu espediente ha levato la chiesa patriarchale. Altro per hora non ci occorre, a V. S. Illma et Rma bassio le santissime mani et humilmente mi raccommando con questi padri et questi popoli aspettando la santissima benedicione di Sua Beatitudine. Da Iassi a di 5 Settembrio 1587.

Di V. S. Illma et Rma

servitor affettionatissimo
Bartolomeo Bruti Gran Camarier di Moldavia
et Capitano di Lapusna.

XIII.

Sacerdotes Livoniae ac gubernatores eiusdem provinciae nuntio apostolico in Polonia miseram eccleeiae istarum regionum conditionem eignificant, supplicantque, efficiat apud regem et summum pontificem, ut Otto Schencking sedi Vendensi in episcopum praeficiatur. Nuntiat. Polon. Tom. 26. fol. 89 et 90.

Illmo et Rmo Dño, Dño Hannibali de Capua Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Neapolitano, S. D. N. ad Regem Poloniae cum potestate Legati de latere Nuncio etc. etc. Dño nostro clementissimo.

Illme et Rme Dñe, Dñe clementissime. Cum Reverendus Dominus Otto Schencking, Praepositus noster et Vendensis Episcopatus vacante Sede Administrator, in magnis Ecclesiae Vendensis caeterarumque Livonicarum Ecclesiarum negociis ad Illmam Celsitudinem V. proficisceretur, non abs re facturi esse videbamur, si nos quoque supplices hasce ad Illmam Celsitudinem V. per eum mitteremus. Etsi enim certum habebamus, Reverendum Dñum Administratorem pro sua singulari in Deum pietate, et Patriam suam iuvandi studio causam Ecclesiarum harum acturum esse diligentissime: aequum tamen fuit, ut nos quoque cum illo coniunctis viribus pro causa Dei et Ecclesiae eius sanctae Illustrissimae Celsitudini V. supplicaremus. Summa igitur animorum submissione et humilitate Illmam Celsitudinem V. obtestamur, ut Vendensem Ecclesiam, novellam videlicet Domini vineam, benignis oculis intueri causamque eius, cum praesertim Sedi Apostolicae immediate subiecta sit, auctoritate sua et Legationis munere, quo fungitur, gravissimo promovere dignetur, Ut quae Ecclesia longo tempore innumeris difficultatibus atque incommodis pressa est, nunc tandem beneficio Illmae Celsitudinis V. respirare mereatur. Mercedem sane huius tanti operis Illma Celsitudo V. a Christo O. M. cum in hac mortali vita uberrimam, tum in illa caelesti beatorum sede, quae misericordibus maxime debetur, cumulatissimam sibi comparabit. Nos quoque infimi Sacerdotes, qui in hac provincia animarum conversioni operam navamus, pro incolumitate et prospero rerum omnium successu Illmae Celsitudinis V. immortalem Deum precari non desistemus. Quaenam autem illa sint, in quibus Ecclesiae Livoniae opem Illustrissimae Celsitudinis V. implorent, ipsi Reverendus Dñus Administrator pro munere exponet. Gratiae et protectioni Illmae Celsitudinis V. nosmet humillime commendamus. Datum Vendae xxiii. Septembris Anno Domini m.d.lxxxvii.

Illmae et Rmae Celsitudinis Vestrae

Clientes humillimi Livoniae Sacerdotes
Georgius Sterbelius Schol. Wendensis.
Fabianus Quadrantinus Parochus Pernaviensis.
Gerhardus Crannius Praepositus Kokenhausensis.
Petrus Lypczynsky Parochus Felinensis.
Erthmanus Tolgsdorff Parochus Wollm. c. g.
Martinus Hincz Parochus Tricatensis.

Illme et Rme Dñe, Dñe clementissime. Prioribus litteris nostris has alteras quoque adiungendas esse, et per manus Venerabilis Domini Fabiani Quadrantini, quem propterea misimus Illmae Celsitudini V. reddendas censuimus. Quia enim Livonia Episcopo orbata est, et nos toto fere sexennio didicimus, quantum detrimenti provincia illa in re Ecclesiastica acceperit, quod vel longo tempore nullum praesentem Episcopum habuerit, vel talem postea adepta sit, qui sine ullo fructu vitam in ea degerit finieritque: et vero intelligimus etiam, cum admirabili animarum commodo fieri posse, si provinciae illi Episcopus praficiatur, qui et linguam moresque gentis illius probe calleat, et de numero sit eorum

Sacerdotum, qui primi in Livoniam missi non sine maximo animarum incremento in ea laboraverint, pericula etiam vitae et fortunarum quamplurima perpessi sint, Uno ore atque animo omnes devotissime supplicamus Illm̃ae Celsitudini V., dignetur authoritate sua, qua omnibus praceminet, interposita efficere, ut non aliquis, qui parum utilis provinciae huic esse possit, obtrudatur nobis; sed ut Reverendum Dominum Ottonem Schencking, Praepositum nostrum et Vendensis Episcopatus vacante Sede Administratorem, Livonem nobilem, multisque egregiis virtutibus praeditum, et doctrina excellenti ornatum, cuius etiam ardens in Deum pietas et in animabus Christo lucrifaciendis ferventissimum studium omnibus cognitum est, quique multas et maximas pro catholica fide persecutiones in ea provincia sustinuerit, patrimonii quoque sui, et quicquid habuit facultatem, iacturam fecerit, quem denique felicis recordationis Stephanus Rex singulari amore complexum ad altiora evehere deliberatum habuerit, Episcopum adipisci mereamur. Vocationem hanc non humanam, sed plane divinam esse ex eo coniecturam facimus, quod non tantum totius Cleri Livonici unanimes in eius personam consenserint voluntates, verum politici quoque Ordinis homines (quemadmodum litterae eorum testatum faciunt) viri nobilissimi, summi, medii, infimi, tota denique Livonia cum Patrem sibi dari Pastoremque vehementer exoptet. Hoc beneficii et gratiae genus si ab Illm̃a Celsitudine Vestra obtinebimus, tum demum et afflictam Livoniam bene sperare iubebimus, et nobis ipsis gratulabimur, qui tantum praesidii in habendo idoneo Praesule ab Illustrissima Celsitudine V. impetraverimus. Gratiae et beneficentiae Illm̃ae Celsitudinis V. nos perquam humillime commendamus. Datum Vendae XXIIII. Septembris Anno Domini M.D.LXXXVII.

Illm̃ae et Rm̃ae Celsitudinis Vestrae

Clientes humillimi Sacerdotes Livoniae
GEORGIUS GERBELIUS Schol. Wendensis etc. (ut in superiori.)

Illm̃e et Rm̃e in Christo Pater ac Dn̂e Dn̂c Clementissime.

Exigit a nobis officii et pietatis ratio, non tantum quae ad publicam pacem Livoniae pertinent, ea ut spectemus, verum etiam quae divini cultus incrementum et ecclesiarum commoda concernunt, de iis ut quam maxime soliciti simus. Quia igitur Wendensis Ecclesia pastore nunc orbata est, et nos toto illo tempore, quo Livoniae praefuimus, experientia quotidiana docti intelleximus, plurimum damni accepisse provinciam istam in re ecclesiastica, quod aut praesentem nullum habuerit Episcopum, aut talem sane habuerit, qui incommoda valetudine perpetuo impeditus, quae sui muneris erant, digne exequi nequiverit: non modo utile, verum etiam summe necessarium esse existimamus, ut talis creetur Livoniae Ep̄us, qui et linguae et morum gentis illius gnarus existat, et de medio sit eorum Sacerdotum, qui a felicis recordationis Stephano Rege in eam provinciam missi strenue in ea pro Christi fide laborarunt et decertarunt: qui et ea praerogativa praeter caeteros digni esse videntur, ut mercedem aliquam et consolationem se adipisci sentiant suorum pro ecclesia Dei susceptorum laborum. Et quia nobis omnibus perspecta est singularis virtus, doctrina, pietas, religio, vitae quoque ac morum integritas Reverendi Dn̂i Ottonis Schenckingk, praepositi Wendensis et eiusdem Episcopatus moderni administratoris, omni diligentia rogamus Illm̃am Celsitudinem V., ut auctoritate sua apud Serm̃am Regiam Maiestatem intercedere velit, ut cum ad Livonici Episcopatus honorem evehere dignetur, non eam tantum ob causam, quod memoratus Dominus Otto Schenckingk vir nobilis et Livo natus sit, ac propterea plurimum fructus in lucrandis animabus inter suos facere possit, verum etiam quod vitae ipsius laudabiliter actae nos omnes testes simus. Sic fieret etiam, ut Livonum gens eo propensiore studio erga veram religionem pietatemque ferretur, si cerneret suos quoque indigenas eiusmodi honorum titulis ac praeeminentiis ornari. Rem faciet Illm̃a Celsitudo Vestra et Deo Optimo Maximo gratissimam et officio suo publico dignissimam. Commendamus nos gratiae et benevolentiae Illustrissimae Celsitudinis Vestrae. Datum Derpati 3. Octobris Anno Domini M.D.LXXXVII.

Illm̃ae et Revm̃ae Celsitudinis Vestrae

Servitores humillimi
IOANNES LYRSZNOWOLSKY DE HOBORI Castellanus Zakro. Capitan. Pernaviensis.
PIOTHR STABROWSKY Starosta Treidenski Renka swav.
VOYCIECH RECZAYSKY Miejs. Mai. Starosta Derpatensis.
STANISLAUS RUTZKOWSKI Starosta Iberpolsky Chocazy Ziemi Kalisky.
STANISLAUS LOKNICKI Secr. Oeconomus Derpatensis ms. etc. etc.

XIV.

Cardinalis Radivilius, archiepiscopus Gnesnensis et episcopi Kioviensis, Wladislaviensis, Cracoviensis et regni marescalcus summum pontificem et archiepum Neapolitanum nuntium apostolicum certiores reddunt de misera regni Poloniae post Stephani regis obitum conditione. Nuntiat. Polon. Vol. 26. fol. 61, 75, 79. et Vol. 27. fol. 85.

Alla Santità di Nostro Signore.

Beatissimo Padre.

Io non scrivo cosi spesso à V. Santità, et si come vorrei per l'importanza de'negotii et doverei per l'obligo che le tengo, perche et i passi sono pericolosi et la residenza mia non è cosi vicina come quella di Polonia, et quel che piu importa, non vi è stata cosa di certo, ma in dubio et in disparere de molti. Hora si è conchiusa quell'altra Dieta della quale scrissi à V. Santità nell'altre mie dove havendo havuto tempo la parte contraria di far le prattiche, manco si è venuta à conclusione importante, perche ancor che la Nobilta fusse piu che mai per noi, anzi alcuni pregassero me à far di novo la nominatione per Massimiliano, nondimeno per il rispetto d'alcuni protestanti, et cio ch'è piu per non accender qua quel foco che pur troppo ha alzato le fiamme in Polonia, in niuua maniera me lo lasciai persuadere. Et poi harei fatto in cio piu tosto danno, che utile alla causa nostra, sendo che 'l thesoro et alcune principali Citta di questo dominio siano in mano di Signori adherenti alla contraria parte, et quando fusse seguita la nominatione, all'hora saria stato lecito à ogn'uno andar à trovar il suo Candidato, et cosi si saria posta in scompiglio tutta la Republica. Pensammo dunque à un terzo modo per non dar piu tempo al tempo, et proponendo l'ordine equestre di mandar Ambasciatori à riconoscere i suggetti, et à veder di por pace in Polonia, accettammo unitamente questa proposta et acconciammo talmente i capitoli di tal Legatione, che spero non nocera niente alla causa nostra. Andranno sei senatori et dodeci gentilhomini, tanti della parte dell'uno, quanti dell'altro, tra quali son ancor io col Signor Duca mio fratello, et ancorche non sia poco viaggio et nel piu aspro tempo dell'anno, nondimeno pigliaro volontieri questa fatigha, prima per servitio d'Iddio et della patria, poi per giovare all'intento nostro. Il carico nostro sara prima di cercar ogni modo possibile per rimediare à danni et per levar ogni ombra di vergogna, affinche un'eletto cedi all'altro, et quando il negotio fusse tanto disperato che non vi si trovasse rimedio alcuno d'accordo, all'hora havemo amplissima facolta d'attaccarsi à uno, et quello sara da tutto 'l corpo della Republica tenuto per Rè, al quale dalla maggior parte da noi altri Ambasciatori sara resa obedienza, siche partiremo quanto prima, perche 'l negotio non patisse dilatione. Quando saro in Polonia non mancaro di far sapere minutamente ogni cosa alla Santità V., alla quale per fine di questa con ogni summissione bascio i sanctissimi piedi. Di Vilna à 20 di Novembre 1587.

Di Vostra Santità

humilissimo et obedientissimo servo
Il Cardinale Radzivil.

Illmo et Revmo Dño, Dño Annibali de Capua Archiepo Neapolitano, Legato Apostolico.

Illme et Rme Domine. Pulchram sane nomineque et officio suo pastorali dignam cogitationem suscepit Sanctissimus Dñus Noster, quod pro suo paterno in rem communem christianam studio, eximiaque erga gentem nostram sibi semper devotissimam charitate, de pacandis regni huius rationibus tantopere sit sollicitus. Intelligit enim procul dubio sapientissimus Pontifex, quanta inde non modo istius regni pernicies, sed aliarum quoque christianarum provinciarum vastitas secutura sit, ubi nos mutuis caedibus debilitati atque confecti, istud christianitatis propugnaculum, barbaris hostibus ei iampridem inhiantibus, lacerandum reliquerimus. Summas igitur suae Sanctitati gratias agere merito debemus omnes, nec minores ipsi quoque Illmae Dominationi V., quae piam hanc suae Sanctitatis voluntatem tam sedulo sibi putat excquendam. Deus Optimus Maximus fortunet conatus Illmae Dominat. Vestrae. Quascunque autem hac in re partes meas esse iudicaverit Illma D. V., in eis elaborare non praetermittam consilio illius subnixus. Cui me officiaque mea promptissima diligenter commendo. Datum in Shrzinno 21. Novembris 1587.

Illmae ac Rmae Dominationis Vestrae

Deditissimus frater et servitor
Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis et Regni Primas ms.

Illm̃e et Rm̃e in Christo Pater, Dn̂e Dn̂e mihi clementissime. Scripseram superioribus Illm̃ae Dominationi Vestrae, significans de ingressu Maiestatis Regiae Maximilini in Regnum Poloniae sibi a Deo destinatum, et per libera suffragia ac iura Regni et Magni Ducatus Lithuaniae collatum, nunc autem cum Regulum Swethiae ingressum mihi significatum est, nec de eo Illm̃am D. V. ignorare volo: coniicio enim ex apparatu Regiae Maiestatis legitime Electi, non sine cede alterius Cracoviam ingressuros visum est: ideo de his Illm̃am Dom. V. certiorem facere, ut in tempore huic malo occurat: non enim me latet iam Sanctissimum Dominum nostrum aliqua consilia Illm̃ae D. V. perscripsisse, quibus occurreretur huic malo toti Christianitati periculossissimo. Communem enim parentem Sanctitatem Suam esse scio, rogo, ut pro sua benevolentia moneat Episcopum Cracoviensem, ut quamprimum ad vos aceurat, et huic malo tempestivius occurat, alioquin actum esse de Cracovia certo sibi persuadeat, et non solum de Cracovia actum iri, verum hoc malum ulterius progressurum omnino sibi persuadeat, quod maxima cum voluptate hostes nominis Christiani exceptures seiat: offieii itaque Episcopum admoneat serio, et iam conclamatum de Regno dicat atque accelerct, eum omuino inducat. In reliquo me et omnia mea Illm̃ae et Rm̃ae D. V. sedulo commendo. Datum ex Mogila septima Novembris 1587.

Illm̃ae et Rm̃ae Dominationis Vestrae

humilis exorator

Iacobus Zbaraski in Woronchin Nominatus Kyoviensis mpp.

Rm̃e ac Illm̃e Dn̂e. Quod praeter opinionem omnium Maiestas Regia, Sendomiria relicta, ulterius Pokriwniczium nempe progressa fuerat, me etiam instituti itineris consilia mutare oportuit, atque ex ea causa, quae a D. V. Rm̃a in commissis habui, prius expedire non potui. Die tamen quinta Decembris, qua Maiestatem Regiam hie Zabinii asseeutus sum, primum omnium huic D. V. Rm̃ae petitioni satisfaeiendum existimavi, atque primum ex oceasione eum Magnifieo Domino Marehalco Regni, postea cum aliis Dominis Senatoribus hic praesentibus, quo animo et qua voluntate D. V. Rm̃a erga Serenissimi Eleeti nostri, vel potius univcrsi Regni eausam esset, cxposui, in eamque sententiam a Dominis Senatoribus itum est, ut omnino propensioris huius D. V. Rm̃ae animi erga restituendam Regni huius tranquillitatem studium et laude et gratitudine sua dignum iudicent, eensentque ex parte Serenissimi Regis nostri D. V. Rm̃am nulla securitate indigere, et eam, quae Oratoribus iure gentium concessa est, abunde illi ex parte nostra sufficere. Posteaquam tamen Serenissimum Arehiducem Maximilianum adierit, et antequam Cracoviam attingat, aliquam Equitum alam praesidii eausa sibi adiungi voluerit, id non solum ipsi negaturos non esse, verum etiam pro sua erga Sanctam Sedem Apostolicam reverentia, et D. V. Rm̃am studio, modo me de tempore, loco, die certiorem faeiat, libentissime obviam missuros. Quo nomine unum ex meis ad D. V. Rm̃am eodem momento expediendum existimavi, quem ut D. V. Rm̃a non detineat, sed e vestigio ad me dimittat peto: quodque superest D. V. Rm̃am bene valere cupio. Datum Zabinii die 5. Decembris 1587.

Rm̃ae ac Illm̃ae D. Vestrae

Frater vester observantissimus

Hieroninus Roz(razewki) Episcopus Wladislawiensis mpp.

Rm̃e atque Illm̃e Domine. Ex literis, quas Zabinio quinta praesentis per Sulkovium familiarem meum ad D. V. Rm̃am ac Illm̃am dederam, non solum quae tardioris responsi mei ad ea, quae D. V. Rm̃a Bozeeinii mecum eontulerat, et quae nunc obiter literis suis Ilza quarta eiusdem datis, mihi vero hodie redditis eommemorat, fuerit causa, verum etiam quid hoc nomine eum Dn̂is Senatoribus egerim, et quae tandem ipsorum fuerit sententia, facile D. V. Rm̃a intellexit. Unde sicut non est quod eadem interim denuo repetam, ita D. V. Rm̃am laterc nolim, me hie Craeeoviae exacerbatos erga ipsam offendisse hominum animos; quod tamen dignitas ac existimatio D. V. Rm̃ae mihi semper eordi sit, de praeclaroque ipsius erga eommunem tranquillitatem studio ac pietate, viro Episcopo digna, optima quaeque mihi semper persuadeam, in eadem a malevolorum obtrectationibus vindieanda officio meo usque adeo non defui, ut vix offensiuneulam quorundam ex praeeipuis effugerim. Quod tamen sicut libenter praestiti, ita ne in posterum quidem quicquam corum, quae ad contestandam meam erga Sanctam Sedem Apostolicam observantiam, ac erga D. V. Rm̃am studium pertinuerint, in me desiderari patiar, planc persuasus, si quae hic eommenta contra D. V. Rm̃am ex malevolentia aliqua fingantur, ea D. V. Rm̃am non tamen oratione atque verbis, quam candidiori aliqua atque praestanti opera erga tuendam afflictis-

simi Regni istius tranquillitatem refutaturum esse. His Dom. V. Rmam bene valere cupio, ipsiusque amori ac benevolentiae me etiam atque etiam commendo. Datum Craccoviae die 13. Decembris 1587.

Rmae ac Illmae Dominationis Vestrae

Frater et servitor observantissimus
Hieronimus Roz. Episcopus Wladislawiensis.

Rme atque Illme Dne. Quantum referat, ut praeclarum hoc D. V. Rmae et Illmae erga communem tranquillitatem Regno huic restituendam studium operi quamprimum demandetur, vel quisque, qui salutis communis studiosus est, facile deprehendit. Adeo tamen aliquorum animos de addictiori quadam D. V. Rmac erga partem alteram voluntate persuasio quaedam occupavit, ut prius quae ad commune incendium hoc extinguendum pertinuerunt, obtinere nequierimus. Ego vero ita de D. V. Rma sentio, ut sicut eius vices atque personam representat, cui pacis tuendae conservandaeque religio praecipue incumbit, a Christoque Salvatore tanquam suo Vicario potissime commendata ac relicta est: ita eius dignitatem adeoque existimationem a malevolorum calumniis tutaturam esse, aedificationemque eam, qua Sancta Sedes Apostolica universae Reipublicae Christianae tanquam sibi demandato gregi praelucere debet, non solum ab eorum commentis vindicaturam, verum etiam conflatam de se suspitionem praestanti aliqua Sedis Apostolicae Nuncio dignissima opera omni conatu ac studio extersuram: Personae vero meae existimationem ita cordi habituram, ne dum de Sancta Sede Apostolica atque D. V. Rma bene mereri studeo, nomen meum aliquorum obtrectationibus exponam. Quo nomine securitatis literas, quas efflagitavit, D. V. Rmae mitto, adiunctusque est iisdem ad petitionem Illustris Domini Exercituum Supremi Ducis Sulcovius meus, quem D. V. Rmae tanto libentius praesto adesse volui, quanto observantiam atque amorem meum erga ipsam omnibus occassionibus testatiorem redderc cupiam. His D. V. Rmam bene valere cupio, ipsiusque amori ac benevolentiae me commendo. Craccoviae 18. Decemb. 1587.

Reverendissimae atque Illustrissimae D. Vestrae

Frater ac servitor addictissimus
Hieronimus Episcopus Wladislawiensis.

Illustrissime Domine. Venimus per Dei gratiam salvi ac incolumes Novemiasto una cum Serenissimo Rege nostro, ubi per aliquot dies substitimus tum propter incommoda itinera, tum ut Serenissimi Regis milites ex longinquo itinere fessi reficerentur. Cras Deo volente Cracoviam iter suscipiemus, quam solutam esse obsidione accepimus. Iam enim ii, qui Mogilam occupaverant, non sine maxima suorum clade obiverunt. Etenim superioribus diebus totis viribus Cracoviam adorti sunt, tormentisque bellicis ac lectissimo milite ad muros urbis admoto, cam expugnare voluerunt. Verum minus eis foeliciter res cessit. Nam etsi ab eis satis acriter diuque pugnatum sit, fracti tamen a Cracoviensibus fugatique sunt. Periereque ex iis duo millia quingenti, ex Cracoviensibus aliquot tantum desiderantur. Quae res certe ingenti tristicia me affecit: non possum enim non dolere, tot christianos homines uno die periisse. Quapropter etiam atque etiam rogo Illmam D. V., ineat si quam potest rationem, ut hae satis periculosae inter christianos principes tempestates componi sedarique possint: faciet Illma Dom. V. rem huic Regno Imperioque ac universae Christianitati apprime utilem. Intellexi ex meo Thesaurario velle Illmam D. V. oppidum meum Ilzam commigrare: cuius rei causam non satis coniicio. Nam si id Illma D. V. commodioris mansionis valetudinisque gratia facere constituit, sciat Illma D. V. nil illo loco esse insalubrius, quod ego toties quoties ibi mansi, cum maximo valetudinis meae dispendio expertus sum. Faciat tamen Illma D. V. quidquid ei placuerit, et ibi maneat, ubi ei visum fuerit. Quam bene valere, eique officia mea commendata esse quam maxime cupio. Datum in Novemiasto 2. Decembris Anno Dni 1587.

Illustrissimae D. V.

additissimus servitor
Petrus Myszkowski Dei gratia Episcopus Cracoviensis sua manu.

Non satis mihi placet consilium Illmae D. V. de migratione Ilzam, nisi forte aliquid molestiae illi a meis isthic servis exhibeatur; quod quidem minime vellem. Non video etiam aliquid a quoquam periculi familiaribus Illmae D. V. vel quod absit ipsi Illmae D. V. Speramus enim post istam cladem Austriacorum omnia tuta esse futura. Verumtamen ubicunque voluerit habitare Illma D. V. in meis bonis, id illi arbitratu suo facere licet: ego mandavi Thesaurario meo, ut faceret certiorem fratrem suum Capi-

taneum Ilzensem, ut Illmae D. V. omnem, quae fieri poterit, hospitalitatem exhibeat, ac me et omnia mea obsequia lubens commendo. (Postscriptum manu propria.)

Illme Dne, Dne observandissime. Scripsi antea Illmae D. V. cum venissem ad aulam Regiam et fecissem illius mentionem et apud Regem et apud Dominum Regni Marschalcum, me non reperisse eam offensionem animorum contra Illmam D. V. quae ad eam quibusdam rumoribus perferebatur. Cum vero venissem Cracoviam, quo triduo ante adventum Regis perveni, audivi nescio quid a plerisque mussitari, quasi Illma D. V. author esset dissensionum nostrarum intestinarum; qua de re etiam literas quasdam se habere nonnulli profitentur. Quod cum mihi plane incredibile videretur, et fortasse confictum a malevolis hominibus et obtrectatoribus, conatus sum quantum in me fuit diluere suspitionem istam: hactenus quantum profecerim non satis video; faciam tamen capta occasione, ut eam opinionem, quae iam videtur inhaesisse in animis hominum, evellere possem, qui ut mihi videor sum bene conscius singularis prudentiae et praeclarae voluntatis Illmae D. V. in hanc nostram Rempublicam. Non abs re tamen videretur, si ipsa Illma D. V. accepto breve Sanctissimi Domini Nostri huc se ad nos conferat, cuius praesentia omnes huiusmodi nebulas facile discuti posse arbitror; quod ipsa Illma D. V. pro sua prudentia facilius aestimare poterit. Quam bene valere et omni prosperitatis genere cumulari cupio, eiusque gratiae me commendo. Datum Cracoviae XI. Decembris Anno Domini MDLXXXVII.

Illustrissimae D. V.

observantissimus servitor
P. Miskowski Episcopus Cracoviensis.

Illme et Rme Dne, amice observandissime. Litteris Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis vestrae cum iis, qui ad latus Sacrae Regiae Maiestatis assunt, Senatoribus perlectis, quid de iis rebus, quas Illustrissima ac Reverendissima Dominatio vestra perscribit, sentiremus, consilia contuli, et quanquam ea omnia cum caeteris quoque, qui per id tempus a Sacra Regia Maiestate absunt, Senatoribus communicari oportere non ignorarem, tamen propter contracti temporis brevitatem, responsum non differendum existimavi. Non possumus non summe laudare propositum Sanctissimi Domini nostri, qui ut alias semper et ubique, ita in hoc Regni istius perturbato rerum statu pacem et tranquillitatem communem, quoad eius fieri potest, summo studio et conatu tuendam conservandamque nititur. Nos quidem omnes, qui vota nostra in partes Serenissimi Regis Sigismundi contulimus, tali moderamine in rebus eiusdem usi sumus, ut nihil ab ista parte contra pacem pietatemque christianam agi, nihil moliri certo sciamus: cum e diverso a parte altera id ipsum geri, non modo audiamus, sed plane experiamur. Quae enim domus audaciae eorum praeclusa est, quae Nobilitas ab illorum vinculis libera et immunis: quos occasiones effusionis sanguinis hactenus non dederunt? quid vero huic simile a nostris partibus quisquam expertus est? Rex nullo milite externo munitus pacifice Regnum hoc ingressus est; a suis ad Sedem illius nullo Nobilitatis, imo cuiusquam detrimento deducitur, ita ut nullae non modo effundendi sanguinis, sed minimae etiam iniuriae dentur occasiones. Et quoniam iam eius Sacra Regia Maiestas ab Urbe et Sede sua Regia Cracoviensi non multis distat milliaribus, de rebus omnibus, quae mutuo consilio indigebunt, ex propinquo tractari conferrique poterit, collatis prius nostris sententiis cum illis, qui Cracoviae degant, Senatoribus: ita tamen ne aliquae ab adversariis dentur occasiones, quae laudandos hosce Sanctissimi Domini nostri conatus infringere et evertere queant, per nos nunquam fiet, ut non lacessiti quidquam iniuriosum pacique commuui nocivum cogitemus. Interim Illmam ac Rmam D. vestram felicissime diutissimeque valere cupio. Datum in Skrzinno 21. Novembris Anuo 1857.

Illmae ac Rmae Dom. Vestrae

deditissimus amicus et servus
Andreas Opalinsky S. Reg. Mareschalcus mpp.

XV.

Caerimoniae adhibitae in coronatione Sigismundi regis Poloniae. Nuntiat. Polon. Vol. 29. fol. 125.

In ecclesia s. Ioannis Evangelistae facta est tandem Coronatio Sigismundi Principis Svetiae in Regem Poloniae: Episcopi Regni, cappis et infulis ornati, Cracoviensis, Cuiaviensis, Praemisliensis, Caminecensis et duo Abbates infulati ascenderunt in Palatium Regis, ibi habitis super Regem oratio-

nibus induerunt illum alba dalmatia et pluviali, et ita solemniter in ecclesiam sancti Stanislai deduxerunt. Coronam praeferebat illi Palatinus Cracoviensis, sceptrum Palatinus Siradiensis, pomum Capitaneus Samogitiae, gladium Dñus Myskowski. Ad altare maius stabat paratus Archiepiscopus Gnesnensis. Rex flexit genua ante altare, dicebantur super illa orationes. Postea dedit illi Archiepiscopus sacram confirmationem, postea ad sedem paratam in medio Chori recessit. Ante Evangelium deductus est ad altare, ut iuramentum Regno praestaret. Haeretici aliquot sese ante altare ingesserunt, et scripta quaedam tenentes manibus contendebant, ut declaratio Confoederationis, quam in praetorio fecerant, a Rege adiuraretur: Catholici negabant faciendum, quod ea petitio non esset in particularibus Comitiis ab universa Nobilitate approbata. Rex genua flectebat finem contentionis expectans: interim Cancellarius et Mareschalcus Regni accedebant ad Nuncios terrarum, quidnam fieri de confoederationis deliberatione vellent, inter eos quoque fuit contentio. Itaque ex Senatusconsulto Rex iuravit, se ea omnia sancte servaturum, quaecunque erunt in Comitiis Regni ex omnium ordinum sententia de ista declaratione et de processu contra non servantes confoederationis decreta. Sic Rex iuramentum absolvit, Mareschalcus alta voce quaesivit, utrum Regia Corona deberet imponi, posteaquam in iura omnia et libertates Regni iuravit et in Confoederationem inter dissidentes de religione. Acclamatum est ab omnibus in Dei nomine: Wymie Bozè, Wymie Bozè. Itaque unctus et coronatus est a Dño Archiepiscopo Karnkowski, sceptrum et pomum in manibus et gladium accinctus. Ita coronatus ad sedem secessit, postea suo tempore accessit et communicavit magna cum devotione et lachrymis. Finita missa ad Theatrum maius ascendit, ubi milites creabat. Ita coronatus in Palatium ascendit, bombardae et tormenta explosa. Cardinalis et reliqui Senatores pransi sunt cum eo.

XVI.

Petrus Moldaviae princeps, exhibita eummo pontifici obedientia, de humanieeimis ad ee datis litteris grates reddene eignificat, quae ad provehendam fidem catholicam in sua ditione egerit, petitque, ut tum hoc in negotio tum in rebus provinciae euae apud regem Poloniae eibi praesto esse velit. Magnus Moldoviae camerarius et archiepus Leopoliensis eundem principem pontifici, cardinali Montalto ac nuntio apostolico impenee commendant. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 217 et 355.

Sño ac Bño in Christo Patri ac Dño, Dño Sixto Quinto divina providentia
Universalis Sanctae Ecclesiae Romanae Pontifici Maximo,
Dño Dño nobis longe clementissimo.

Sñe ac Rñe in Christo Pater, Dñe Dñe Nobis longe clementissime. A debito Sñae ac Bñae Paternitatis Vestrae pedum osculo, promptissima nostra servitia in paternam eiusdem clementiam humiliter commendamus. Literae Sanctitatis Vestrae nobis sunt redditae, quas summa pietate perlegimus magnumque ex eis gaudium caepimus, longe vero maius ex hoc, quod ad Beatitudinis Vestrae aures pervenit reformatio Ecclesiae Catholicae hic in Provincia nostra Moldovia, quae a multis annis horrendis obsita erroribus iacuit: at nunc industria Magnifici Bartholomei Bruti magno Camerae nostrae magistro, viro Catholico, ab iisdem repurgata ad universale Corpus Sanctae Ecclesiae vicissim rediit. Cuius cum S. B. V. post Deum summus sit parens, imprimis Deo Optimo Maximo, dehinc S. B. V. pro tam paterna hac in re erga nos animi sui declaratione ingentes agimus gratias, enixe ac suppliciter eandem orantes, ut de caetero clementer eiusdem ulteriorem curam gerat, nosque ut reliquos Christianos Reges ac Principes pro filio agnoscat ac in paterna protectione sua habeat. Nos nulla in re Sanctae Ecclesiae deerimus, sed pro virile nostro, facultatibus etiam nostris, ut caepimus, eam iuvabimus. In signum perpetuae obedientiae ac pietatis nostrae erga se propediem, pacatioribus rebus Polonicis, deosculatum Sanctissimos Paternitatis Vestrae pedes legatos nostros isthuc expediemus: cuius Sanctissimis orationibus ac clementiae nos humiliter commendamus, eamque in Christo bene valere cupimus. Negotium filioli Bruti nostri itidem Beatitudo Vestra sibi habeat commendatum. Moldaviae 1. Ianuarii Anno 1588.

Sñae ac Bñae Paternitatis Vestrae

Ad quaeque servitia paratissimus humilis filius
Petrus Princeps ac Dominus Moldaviae.

Illño ac Rño in Christo patri ac dño, dño Hannibali de Capua Dei gratia
Archiepo Neapolitano et Sanctae Sedis Apostolicae Legato in Polonia etc.
dño amico nostro observandissimo ac charissimo.

Petrus Dei gratia Princeps ac dominus Moldaviae, Benivolentiae ac amicitiae nostrae commendationem. Illñe ac Rñe dñe Archiepiscope, dñe amice charissime. Magnam voluptatem caepimus ex

literis Illmae ac Rmae Dominationis Vestrae, longe vero maiorem ex Sanctmi ac Beatissimi in Christo Pontificis nostri, et quod clementiam suam nobis pollicetur, et quod Sanctitati Suae status Ecclesiarum Catholicarum hic in Provincia nostra innotuit. Agimus itaque imprimis Deo Optimo Maximo, dehinc Sanctitati Suae ingentes gratias pro paterno suo in nos sanctamque Ecclesiam affectu ac animo, spetialiter Illmae ac Revmae Dominationi Vestrae, quod et ex officio et sua in nos pietate christianoque amore nobis benevult, nobisque suum studium in omnibus rebus pollicetur. Quod ut gratissimo animo accipimus, sic integre nobis etiam pollicemur, expectationem nostram nulla in re a benevolentia tua frustratam ituram. Tute itaque quibuscuuque difficultatibus ac rebus nostris freti tua clementia ac prudentia, praesertim apud Regiam Maiestatem Polouiae et Suam Sanctitatem tractandis ad Illustmam ac Rmam Dominationem Tuam confugiemus. Respondimus Suae Sanctitati ad literas, propediemque perpetuae observantiae ac pietatis erga internuncios nostros gratia exosculandi pedes Suae Beatitudinis eo expediemus. Causam filioli Bartholomei Bruti nostri commendatam habeat, ac bene valeat. Moldaviae 1. Ianuarii Anno 1588.

Illmae ac Rmae Dominationis Vestrae

Syncerus paratus amicus
IDEM QUI SUPRA.
Ex commissione Suae Illmae Celsitudinis propria.

Sanctissimo ac Beatissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Sixto Quinto
Divina clementia S. Universalis Ecclesiae Catholicae Pont. Max.
Dño, Dño Nobis clementissimo.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dne Dne clemeutissime. Post oscula beatorum Santitatis V. obsequiorum nostrorum humillimam cammeudationem. Literae B. V. quas nobis Illmus ac Rmus Dnus Hyppolitus Aldobrandinus tit. S. Pancratii Presbyter Cardinalis, Legatus S. V. ad Sermum Poloniae Regem, per Reverendos Patres Societatis Iesu transmisis, fueruut nobis valde gratissimae. Pro quibus Sanctitati V. gratias agimus quam maximas, quod ex iisdem Sanctam eius benedictionem acceperimus, paterumque animum cognoverimus. Intelleximus item ex iisdem gratum esse studium Sanctitati Vestrae quod de reformanda Ecclesia Catholica in Provincia nostra suscepimus. Cuius is nunc status est, ut de hinc nulli haereticorum amplius in ea locus esse possit: in quos non solum nos graviter animadvertemus, verum etiam id ut Metropolitae et Episcopi nostri faciant, serio iussimus. Firmam itaque in Deo spem habemus, quod gloria Dei inter homines hos pristiuo more suo revivisset. Qua in re, cum Illmus ac Revmus Dominus Archiepiscopus Leopoliensis, Metropolis Russiae, et Magnificus Bartholomeus Bruti, Supremus Curiae nostrae Magister, nobis operam suam strenue naveut, multum sane nos clarissimis his viris ob id debere fatemur. Specialis vero clementia Sauctiatis Vestrae, qua Brutum nostrum filiolumque eius charissimum, quemadmodum ad nos scripsit, ornare decrevit, parit nobis summam voluptatem. Qui cum Sanctitatis Vestrae clementia dignus sit tanquam acerrimus Sanctae fidei Catholicae propugnator, eum ut conceptа hac clementia sua prosequi non desistat, S. V. oramus. Cum itaque Sanctae fidei Catholicae per Reverendos fratres Franciscanos, et pios Doctores Societatis Iesu, quos et honestissime susceepimus et liberalissime in Provincia nostra alimus, ciuscemodi nunc sint fundamenta iacta, ut nullo modo amplius Ecclesiae hae ab universali corpore avelli possint, imprimis Deo Optimo Maximo, postmodum Sanctitati Vestrae denuo ingentes humillimasque gratias agimus, quod nos easdemque in clementissimam protectionem suam receperit. Ad quam, cum ob varia impedimeuta legatos nostros, uti promiseramus, hoc tempore mittere non potuerimus, ignoscat id nobis Sanctitas Vestra: nihilominus tamen, missis his ad Sermum Poloniae Regem, clementer ipsis iniunximus, ut Illmum ac Rmum Cardinalem a latere conveniant, debitamque illi nomine nostro obedicutiam exhibeant. Quod reliquum est, nos paternae eius clementiae subiicimus, eamdemque in Christo valere optamus. Datum Moldaviae 3. Octobris Anno 1588.

Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
PETRUS PALATINUS MOLDAVIAE.

Illmo ac Rmo in Christo patri ac dño, dño Annibali a Capua Archiepo Neapolitano,
et legato Summi Pontificis in Regno Poloniae, Dño amico nobis imprimis observmo.

PETRUS Dei gratia Palatinus Valachiac, dominus ac haeres Moldaviae, Benevolentiam ac amicitiam nostram. Illme ac Rme Dne, Dne nobis imprimis observandissime. Redditae nobis sunt hactenus literae Rmae Celsitudinis Vestrae, diversis temporibus scriptae, plenae benevolentiae suique in nos amoris,

quibus insuper speciale studium inserviendi nobis in quibuscunque rebus nostris apud Suam Regiam Maiestatem fuit annexum. Pro qua tam benevola animi sui erga nos declaratione non solum ingentes Rñae Celsitudini Vestrae agimus gratias, verum etiam omni officiorum genere de eadem id semper demereri studebimus. Caeterum supervacaneum arbitrati sumus pluribus de statu Ecclesiarum Catholicarum hic in Provincia nostra Revcrendisque Patribus Societatis Iesu ad eandem scribere, cum per R. P. Stanislaum Varsovicium Rectorem Collegii Lublinensis id iam fecerimus: id tamen Illñam Rñamque Dom. Vestram scire cupimus, quod patribus his Ecclesiis hic optime consulitur. Cum vero nunc Magnificos hos Oratores Consiliarios, Ieremiam supremum Provinciae nostrae Mareschalcum, et Bartholomeum Bruti, magnum aulae nostrae magistrum, ad Suam Regiam Maiestatem expedivimus, clementer hoc ipsis in mandatis dedimus, ut non solum Illmo Rñoque Cardinali a latere, tanquam locotenenti Summi Pontificis, nomine nostro obedientiam Sanctae Ecclesiae Catholicae Romanae praestandam exhibeant, verum etiam eandem orent, ut quonimus legatos nostros, uti id Sanctitati Suae promiseramus, Romam expedivcrimus, nos apud eandem literis suis excuset. Quod ut Rña Celsitudo Vestra itidem faciat, Oratorcsque hos nostros in causa nostra apud Suam Regiam Maiestatem iuvet, mirifice ab ea petimus. Nam quod eos ad Suam Sanctitatem mittere non potuerimus, temporis iniuria et gravissimae occupationes obstiterunt, quibus animus noster in hac inquictissima Provincia plerumquc in diversum trahitur, et iam has iam illas molestias a Turcis et Tartaris sustinerc cogitur. Faciet hac in re Rña Celsitudo Vestra rem nobis gratam, longe vero gratissimam, si Bruti nostri filiolique sui charissimi causam Summo Pontifici commendaverit. Qua in re si Illña Rñaquc Dominatio Vestra expectationem nostram vineet, ut non minor ipse in agendo quam referendo gratias erit, ita contra, nos omne nostrum studium ac benevolentiam Rñae Celsitudini Vestrae pollicemur. Bene valeat. Datum Moldaviae 3. Octobris Anno Dñi 1588.

Illñae Rñaeque Dominationis Vestrae

Studiosissimus
IDEM QUI SUPRA.
Ex commissione Suae Illñae Celsitudinis propria.

Sanctissimo et Beatissimo Padre Santo (Sixto Papa Quinto).

Il Sño Breve da V. B. scritto al Eccño Prineipe mio Signore, gl'Illñi et Rñi Archiepiscopi di Napoli et Leopoli aeompagnate con loro lettere le mandorno qui in Moldavia, dove da me per nome di V. B. gli fu presentato, mi comandò a legerlo, et io non solamente con ogni debita reverentia ho leto detto Sño Breve, ma li fece l'interpretationc con molta consolacione mia et satisfacione di sua Eccellenza Illña; et finito di legerlo si levò in picdi pigliando il Breve Sño nellc sue mani, dopo haverlo basciato lo messe sopra la testa ringraciando prima Iddio et poi V. B., ehe la pia et santa sua volunta mostrata a questi Catolici sia pervenuta alle orecchie di V. B., et che V. Santità si habbia degnata con sue sanete lettere a visitarlo. Quanta sia la volunta del Eccño Principc per grandir il nome della Santa Sede Apostolica in questa Provincia di Moldavia a confussion delli maledetti Eretici Transilvani et Germani, V. B. per l'istesse lettere dell'Illño Principe mio Signorc intendera, qual è per honorare la Santità Vostra et mandara li suoi nuncii, quietati gli romori di Polonia. Qui non si è mancato et non si mancara ogni aiuto a questi Catolici, qualli si trovano un numero di 15 mila, et per quanto la possibilita di sua Eccellenza a questi padri Francesehini li provedc et di victo et vestito, et gli dà modo a repeziar le sante chiese distruttc dalli maledctti Erettici et antichita del tempo. Et alli Franecschini, quali habitano il monasterio di Baeho, per maggior loro eomodita gli ha donato una villa, habitata di Catholici Ungari di fuochi 50 in circa, con due vigne et duo molini, havendo intcso che la Santità V. sia stato Franceschino. Altro non mi resta se non ringraciar la Maesta di Dio ehe nel santissimo Pontificato di V. B. la santa Chicsa habbia fatto cosi gran aquisto, et è per far maggior con la santissima Benedicionc di V. B., alla qual con ogni debitta riverentia humilmente bascio gli Sñi picdi, pregandola si degni consolarmi in honorar la persona d'un mio figliolo, qual si trova in Capo d'Istria con la santissima liberalita della Santa Sede Apostolica, et concedermi il titolo di deffensor et protetor della Chiesa Romana contra gli Eretici, perche non sara mal impiegato, comc V. B. potra pigliar informacion dalli Illñi Archiepiseopi di Napoli et Leopoli, et a Vostra Beatitudine dal omnipotcnte Iddio prego molti et fellici anni per essaltacion della santa Sede Apostolica. Da in Iassi a di XIIII. Ienaro 1588.

Di V. B. Sña, qual humilissimamente basia gli Sñi piedi

servitor humilissimo
BARTHOLOMEO BRUTI Cam. mag. di Moldavia et Cap. di Lepusna.

All'Illmo et Rmo Signor et Patron mio ossmo, il Signor Annibal dignissimo Archiepiscopo di Napoli et legato Apostolico nel Regno di Polonia.

Illmo et Rmo Signor mio et Patron ossmo.

L'Illmo et Revmo Monsig. Archiepiscopo di Leopoli per suo gentilomo mandò qui in Moldavia il Smo Breve scritto da Nostro Signore al Eccellmo Principe mio Signore insieme con l'humanissime lettere di V. Signoria Illma et Rma, le qual da me a Sua Eccza furno lette et interpretate con molta mia consolatione et satisfactione di sua Eccza Illma. Dopo haverlo letto, si levò in piedi, basciò il Breve Smo et lo posse sopra la sua testa per honorar Nostro Signore, presente esso gentilomo, dicendo: Ringratio et Sua Santità et V. S. Illma qualli con le loro santissime lettere l'hanno et consolato et visitato, et per l'avenire si sforziaremo dar consolacione a Sua Beatitudine con aiutar a questi padri Franceschini et rediffical le sante Chiese, le qual per l'antichità del tempo, et per esser statte molti anni in poter di Eretici del tutto et distrutte et dispoliate erano. Illmo et Rmo Monsig. quanto aiuto habbiano datto a questi Catolici et a queste Chiese il Smo Breve di N. S. et l'humanissime lettere di V. S. Illma scritte all'Illmo Principe mio Signore, et S. B. et V. S. Illma potranno vedere per le lettere, qual sua Eccellenza scrive, il qual non solamente è per conservar questa provincia netta d'ogni sorte di Eretici, ma per honorar la Santa Sede Apostolica et consolar Nostro Signore, mandara S. Eccellenza nuncii a basciar gli santissimi piedi di Sua Beatitudine, quietati li romori di Polonia, et d'ordine di S. Eccza verano basciar le sacratissime mani di V. S. Illma et visitarla. Questi padri Franceschini per esser pochi et non sanno la lingua Germanica et Ungarica, non pono del tutto consolar questi Catolici, qualli sono al numero di 15 mila. Vero è che non mancono con le loro sante messe et offici. Però V. S. Illma insieme con l'Illmo et Rmo Archiepiscopo di Liopoli potrano consolar questi Catolici et honorar queste chiese, si come gia per loro lettere prometeno con mandar sei padri Bernardini, li qualli potrano viver molto comodamente nel monasterio di Baco, dove l'Illmo Principe ha donato una villa di Catolici Ungari nominata Trebes appresso Baco mezzo miglio, di fuochi 50 in circa, con due vigne et duo molini, dove potrano star comodamente et servir Iddio, dove il padre Fra Gierolomo con l'aiuto del principe in Baco si trova a riconciar il monasterio et camere per li fratti. In Cotnar potrano vinir et star per stancia 4 padri Gesuiti, nella qual Citta sono tutti Ungari et Germani. La chiesa è grande et bella et ornata, et ha bone intratte di vini et potrano seminar il verbo divino a confussion delli Eretici Transilvani. Al presente si trovano in Cotnar 25 di botte di vini, quali si vende la botte 50 tallari. Qui in Moldavia il Principe mio Signore ha datto ordine, non si consummino detti vini, aspetando Giesuite, si verano, trovino l'intratte. Et oltre di queste chiese molte altere sono con bone intratte, ma senza sacerdoti, et le loro intratte il Principe mio Signore le a concesse segondo antichamente alle chiese, levandole da mano delli usurpatori. Il tutto ho voluto significare a V. S. Illma, accio sappiano cosi li Bernardini come li Giesuite come haverano da viver in questa Provincia. Noi qui per quanto sono le nostre forze non mancaremo et favorir la santa Chiesa et questi Catolici, et honorar questi padri, et altro non aspetiamo che Bernardini et Giesuite per essaltar la santa Chiesa et consolar questi popoli. Le lettere che Sua Eccza scrive a S. B. con le mie insieme V. S. Illma et Rma si degnera manidarle et procurar la resposta; et si S. B. con il favore et oppera di V. S. Illma mi vora consolar, come gia mi dà intencione con honorar la persona d'un mio figliolino per nome Antonio della liberalita della santa Chiesa, et questo non per le mie fatiche ni per bisogno ch'io habbia, ma per confusion delli Eretici S. Beatitudine potra mandar l'espedicia della gratia in mano di V. S. Illma, et anco si S. B. conciedera il titulo del procurator et deffensor delli Catolici contra gli Erctici, non sara mal impiegato, si come gia suplicai S. B. Il Illmo Principe mio Signor et io insieme desideriamo servir V. S. Illma et Rma, et in parte disfalcare le sue infinitissime cortesie offerte, che per sue humanissime lettere ci fa, et nel resto preghiamo Iddio per la grandezza della santa Chiesa et felicita di V. S. Illma et Rma, le cui sacratissime mani humilissimamente basio. Da Iassi a di XIIII. Ienaro 1588.

Di V. S. Illma et Rma

Servitore affettmo
Bartolomeo Bruti Camarier mag. di Mold. et Cap. di Lepusna.

All'Illmo et Rmo etc. Nuncio Apostolico nel Regno Polonico.

Illmo et Rmo Signor mio ossmo. L'Illmo Sig. Principe mio Signor ha comandato al Signor Marescial Grande della sua Corte, et a me di pigliar questo carico di far complimenti con Sua Maesta

Regia offercndo la bona vicinità et amicitia, et affirmargli Capitoli conforme gli antichi costumi di Moldavia et Regno Polonico. Questo carico volentiere pigliai con non poco mio discomodo et travaglio per esser, come si suol dire, il cor dell'inverno, si per servire l'Eccmo mio patrone, et con questa occasione basciar le sme mani di V. S. Illma et Rma. Ma la mia fortuna non mi permese tanta gratia di potermi consolare et far quello, ch'io desideravo tanto tempo di vedere un tanto mio Signore, et offerir le mie debole forze et con viva voce renderc a V. S. Illma et Rma infinite gratie di tante humanita et cortesic, quale sempre V. S. Illma e Rma me ha mostrata, alle qualle per altro modo per hora non posso respondere, pregaro V. S. Illma et Rma con questa mia humillissima lettera, sia contenta di tenermi per servittore, come me li sono donato fino alla morte mia, et questo tengha V. S. Illma et Rma per certo, degnandosi esprimentare con una minima polizina vedera con effetti in qual si voglia occasione et logho che mi trovaro. Non restero di significarc a V. S. Illma et Rma con mia consolacione, sapendo che non sara men grato d'intendere a V. S. come gia credo in parte havera inteso dal R. P. Varsovetio Rettore della compagnia di Iesuiti in Lublino, come gli padri Iesuiti, quali mi furno mandati da V. S. Rma, si trovano in Moldavia molto contenti et stanno volentieri, havendoli l'Eccmo mio patrone ussato tutte le cortesie, et datoli ampla autorita di poterc stare, con averli provisto tutte le cose necessarie per loro bisogno, et fatoli patroni di tutte le chiese Catolichc, havendoli ancor io datto dua boni casali di Ungheri per loro bisogno, qualli erano mei et hora sono della sancta Chiesa, havendo riservato alli padri Franeesehani il monasterio di Bachu loco bellissimo, con haver datto alli detti padri una bona villa pur d'Ungari et vigne et moline, li qualli stano molto commodi et benc, et pregho Iddio, qui non si ferma la grandezza della santa Chiesa Romana soto il Smo Pontificato di N. S. Sixto Quinto. Sapeva V. S. Illma et Rma chc sua Eccellenza Illma ha comandato et al Sig. Mariscal et a me, credendo che noi dovessimo trovare l'Illmo Cardinale Oldobrandini et V. S. Illma appresso S. M. Regia, per far gli debbitti complimenti con sue lettere et a viva voce prestare obedienza alla santa Sede Apostolica, come legati et reprcsentanti in questo Regno di Sua Beatitudine; et anco piu chiaramente vedera V. S. et il Illmo Cardinale et Sua Beatitudinc che dovea dir prima, quante siano stattc le mie vigillic, per non dir le spcse et travagli in rinnovar questa nova chicsa, l'istesse lettere del Rmo Metropolita, qual serivc a Sua Beatitudine, all'Illmo Cardinale et a V. S. dimostrano. Qual lettere tutte insieme l'habbiano datte al Rev. Stattilio Paulini Secretario dell'Illmo Cardinale Oldobrandini, qual habbiamo trovato qui appresso S. M. Regia; per il qual secretario mandiamo in segno della amicitia, che il Illmo Principe mio Signore pretende con V. S. Illma et Rma uno Brocato d'oro lavor Turchesco, qual V. S. Illma accettera con lieto animo, non il dono qual è picolo, ma l'amicitia et animo del donantc. Sara contenta V. S. Illma di procurare la risposta da S. B. et degnandosi scrivere et respondere insieme con il Illmo Cardinale, scrivano mentre siamo in questo regno, perche scntira grandissima allegrezza sua Eccellenza portandoli noi la risposta, qual si degnerano indriciare all'Illmo et Rmo Monsig. di Liopoli, che al nostro ritorno andarcmo da Sua S. Illma. Si bene io sò quanto V. S. ha procurato et procura che sia honorata la persona d'un mio fiolino, che sia honorata con honori et benefficii ecclesiastici, si come d'ordine di Sua Beatitudine il Illmo et Rmo Cardinale Mont'Alto mi ha scritto per suc lettere, che cra per farlo Sua Bcatitudine, et anco mi dava intencione di farmi gratia da darmi il titulo del protcttore gencrale di queste Chiese contra gli erctici, et da V. S. Illma mi fu affirmato: sto aspettanto qucsta gratia, non perchc la nccessita mi astregha, ma che vedano l'eretici Transilvani et altri che Sua Bcatitudine havuto a earo et si compiacc nella servitù mia per csaltacione della Chiesa santissima Romana. Altro non mi occorrc sc non preghar Nostro Signor Iddio fcliciti et grandischa V. S. Illma et Rma come gli sua (sic) servitori desiderano, et con basciar le sue sme mani humillissimamente mi raccomando. Datta in Bereszie a dì 26 Novembre 1588.

Di V. S. Illma et Rma

servitor affetmo
Bartolomeo Bruti manupp.

Illmo et Rmo Dno, Dno meo observandissimo, Dno Archiepiscopo Neapolitano,
Scdis Apostolicae in Polonia Legato.

Illme et Rme Dne, Dne observme. Rediit iam ex Valachia Nuncius ille meus, quem cum litteris Sanctissimi Domini Nostri et Illmae D. V. ad Principem illius terrae miseram, longo satis tempore illic detinebatur non alia de causa, quam propter tumultus hosce bellicos, quos in hisce partibus

Nisovii milites contra ditiones Turcarum excitaverant, et urbem cum arce Oczakoviam everterant, et Valachiam ipsam ingressi ferro et incendiis vastare ceperant. Valde praedicat Nuntius hic meus singularem, pietatem Illmi Palatini Valachiae Moldaviae, quam etiam Illma D. V. ex adiunctis literarum exemplis tum ad Sanctissimum Dominum, tum ad me datis, et sine dubio ad se luculentius intelliget. Oro, Illme Dne, erga hunc Dni Brutti filium Smus Dnus edat signum aliquod beneficentiae et liberalitatis, ipso etiam non supplicante, ne et nos confundamur, cum talium hominum patrocinium suscipimus, non ullo nostro mundano emolumento, sed gloriae Dei causa. Caeterum cum ipsi Nuncii, quos hic idem Princeps huc in Poloniam ad S. Regem, atque eosdem fortasse ad sanctam Sedem Apostolicam eodem itinere miserit, operae pretium erit Smum Dominum de statu harum partium plenius edoceri. Ego sane, si possem et aliquae mihi facultates essent, non paterer ullum in me officii genus desiderari, quod ad iuvandas animas in partibus illis pertinere posse videretur. Sed de his tandem. Interea me gratiae Illmae D. V. commendo, ipsamque diu salvam, felicem et florentem esse desidero. Leopoli 25. Februarii 1588.

Illmi et Rmae D. Vestrae

deditissimus servitor
Ioannes Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

Sanctissimo Domino Nostro.

Sanctissime et Beatissime Pater, Dne Dne clementissime. Quas ad me miserat Sanctitatis V. litteras Principi Valachiae transmittendas Illmus et Rmus Archiepiscopus Neapolitanus, S. V. in Polonia Nuncius, eas ego per familiarem proprium miseram. Sed cum Princeps ille a mense Septembre ad hoc fere tempus bello cum militibus Nisoviis seu Cosacis Borysteniensibus, qui et arces quasdam Turcicas depopulati erant, et ditiones eius vexabant, destineretur, tardius ad me meum nuncium remisit. Nihil itaque Sanctitas V. nec Principi illi imputabit, neque nobis, qui et domesticis periculis implicati et externis pulsati tardius expectationi Sanctitatis V. respondimus. Susccpit ille Princeps Sanctitatis V. litteras cum omni devotione ac reverentia, quod iam pridem e litteris tum Dni Bartolomei Brutti, tum Nuncii mei intellexi, et Sanctitatem V. summum Iesu Christi Vicarium, ac verum caput universalis Ecclesiae et sancti Petri successorem, litteris Sanctitatis Vestrae capiti suo impositis coram consiliariis suis ecclesiasticis et saccularibus, uberrimis verbis et affectu recognovit et professus est. Quod idem nunc hisce, quas Sanctitati V. mitto, litteris eum luculenter testificari non dubito. Quae illius egregia voluntas, ut rebus etiam ipsis Sanctitati V. planior esse possit, Oratores suos exhibendae obedientiae causa ad S. V. allegabit, simul ac Poloniae Regem iam coronatum esse intellexerit. Quod cum iam factum sit, author ero homini, ut id primo quoque tempore fiat. Et quicquid porro mearum fuerit partium ac virium, lubens praestabo. Ego singulari divinae bonitati de tanta gratia et beneficio gratias ago, quod tam potentem Principem, cuius olim antecessor Stephanus, et Turca devicto et Poloniae ac Ungariae Regibus superatis, triumphum egerat Valachiae seu Volochiae, id est Italicae Coloniae presidem, ita ad se trahere dignatur. Sed et ipse vir praestans magnificus Dnus Bartolomeus Brutti, cubiculi eius magister, magnam eius rei bene navatae laudem meretur, et Sanctitatis V. gratia dignus est. Cuius filio si S. V., uti ante supplicavimus, non levandae inopiae, quae illum premit nulla, sed virtutis ornandae causa aliquo beneficio honesto studiorum causa, quod se facturam S. V. clementissime recepit, providere sine illius etiam sollicitationibus dignata fuerit, magnam tum in eius animo ad quaeque pro Ecclesia Dei suscipienda studium, tum in Principe illo, quem mira gratia prosequitur, maiorem in dies erga se inclinationem excitabit. Humillime exosculor pedes S. V. et Deum Opt. Max. pro diuturna ac felici vita et valetudine S. V. assidue oro. Leopoli 26. Februarii 1588.

Sanctitatis Vestrae

perpetuus servus et indignus capellanus
Io. Demetrius Solicovius Archiepiscopus Leopoliensis.

Illmo et Rmo Dno, Dno et Patrono meo obsermo, Dno Cardinali Montealto.

Illme et Rme Dne, Dne et Patrone obserme. Quod operam et studium meum in iuvanda Catholicae religionis institutis Moldavia Smus D. N. grata habeat, facit me in futurum Sua S. ad haec et his similia officia hac tam benigna animi sui significatione alacriorem. Equidem nihil est, quod magis cupiam, quod antiquius habeam, quod rebus omnibus vitae ipsi denique meae praeponam, quam Eccle-

siae Sanctae Catholicae salutem et dignitatem, in qua universa salus, dignitas, consolatio ac faelicitas nostra sempiterna collocata est. Eas, quas Illmã D. V. a Smo D. N. litteras ad nos miserat ad Principem Moldaviae perferendas, eas primo quoque tempore per proprium familiarem misi: ad quas quod a mense Septembre usque ad Februarium respousum expectaverim, in causa fuerunt bella, quibus per hoc tempus Princeps ille erat implicatus, quibus liberior factus iam tandem familiarem meum ad me cum responso S. Suae dato remisit. Eas litteras ego Illmo et Rmo Dño Nuucio Apostolico, is vero ad Illmam D. V. una cum meis et Dñi Bartholomei Bruti mittit. Benedictus Deus, qui Principem illius Provinciae in tam turbulentis temporibus luminc gratiae suae illustrare, et ad cultum ac observantiam sanctae matris Ecclesiae plene adducere velle videtur. Quod uberius Sua S. ex hisce litteris eius propriis atque brevi ex nunciis etiam ipsius sine dubio intelliget. Dñi Bartholomei Bruti viri in primis catholici et in Moldavia in iis, quae ad promovendam Catholicam religionem spectant, apud Principem illum potentis, ut Sua S. habeat clementem ratiouem ornandi cius filio, non inopiae levandae, quae illum non premit, sed virtutis illustrandae causa, perquam optarem: ea enim res illi in posterum ad omnia calcar addet. Status Reipublicae nostrae cuiusmodi nunc sit, non scribo. Deum tantum precor, ut nobis, qui ferocissimis christiani nominis hostibus expositi sumus, pacem largiatur, et propter Ecclesiam suam dilecti filii sui sponsam nostrum civile bellum, quod arma et vires infidelium erant dirempturae, iam tandem fine quietiore terminet. De abbatia aliqua, ubi vacaverit, mihi a Smo D. N. oblata, est quod ipsius Sanctitati gratias agam et Illmae D. V. Sed qui neutrius factionis esse volui, et publicae tantum paci et saluti patriae studui, dum altera iam superior est, altera prorsus superata, nescio an aliquid nobis melioris spei hoc rerum statu relictum esse arbitrari poterimus, sperare quidem non desinimus, sed faciat Dominus, quod bonum est in oculis suis. Nos si ea, quae pro Ecclesia Dei animo nostro conceperamus, praestare non poterimus, at ea semper praestare studebimus, quae poterimus. Ego interea exosculor manus Illmae D. V. ipsiusque me gratiae diligentissime commendo, eamque diutissime salvam, faelicem et incolumem esse a Deo Optimo Maximo precor. Leopoli ultima Februarii 1588.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae

servitor deditissimus
Io. Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

Illmo et Rmo Dño, Dño Hannibali de Capua Archiepo Neapolitano, et S. Sedis Apostolicae in Polonia Nuncio etc. etc.

Illme et Rme Dñe, Dñe observandissime. Literas Leopoliensium meorum ad Smum D. N. et Illmum Cardinalem Montaltium mitto Illmae et Rmae D. V. Quos ut una cum eorum pastore Suae Sanctitati commendet Illma D. V., ab ea maiorem in modum peto. Ipse ego pro hac vice nihil scribo ob itineris molestias et vires aliquantisper in his tumultibus aulae prostratas. Moldaviam, Brutum ac eius negocium, cuius successu omnia pendere videntur, habeat sibi commendatissimum: me vero omnia facturum semper et sibi persuadeat et Smo D. N. osteudat, quaecunque ad sanctae Catholicae religionis dilatationem in partibus illis pertinebunt, modo vires et facultates voluntati meae respondeant. Languent omnia siue nervo. Mors Regis, continua itinera et labores, zelus periculis etiam ipsi maioris me exhauserunt ac fere oppresserunt. Exosculor manus Illmae D. V. eiusque me gratiae commendo. Bocznae Dominica infra octavam Asceusionis 1588.

Illustrissimae et Reverendissimae D. V.

deditissimus servitor
Io. Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

XVII.

Anna regina vidua Poloniae pontificem de Sigismundi nepotis sui in regem Poloniae electione, et turbis ex electione Maximiliani archiducis Austriae ortis certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 1.

Smo ac Bmo in Christo Patri et Dño, Dño Sixto Divina providentia Papae V. SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño Clementissimo.

Beatissime Pater. Post mei servitiorumque meorum humillimam commendationem. Cum Serenissimus Poloniae Rex, Nepos noster charissimus, ad Sanctitatem Vestram hoc tempore mitteret, non eam forsan legationem, quam missurus est, volente Deo Opt. Max. brevi ad venerandam et adonandam

Sanctitatem Vestram et Sedem ipsam Apostolicam, sed qualem illico sub ipsa Regni sui principia pro perpetua erga S. V. et Sedem Apostolicam observantia intermittendam sibi esse non existimavit: Ego quoque hisce literis meis Sanctitatem V. de Regni Regisque nostri Serenissimi condicione informandam esse iudicavi. Nam eum post Deum O. M. cura rerum etiam humanarum nulli magis quam Sanctitati Vestrae aut incumbat aut conveniat, ad Sanctitatem V. quo in statu versetur modo et Regnum et Respublica nostra, sola rei veritate ob oculos posita, referendum esse censeo. Ac memini quidem iam esse Sanctitatem V. prioribus literis meis edoctam iure et consuetudine Regni recte et legittime Serenissimum Sveciae Principem, Nepotem meum charissimum, esse in Regem Poloniae electum, in Conventu generali celebrandae electioni indicto, magno et omnium Episcoporum et Saecularium Senatorum ipsiusque Equestris ordinis consensu, nominatum ab Archiepiscopo Gnesnensi Primate Regni huius, expensis accurate et ventillatis particulariter virtutibus et ornamentis Serenitatis eius, et quod esset singulari pietate summaque in relligione Catholica et ferveuti constantia praeditus, et quod proximus de sanguine Regum antecessorum, quorum magna sunt in Rempublicam merita, et quod linguam Regni huius vernaculam calleret optime, atque adeo quod dotem sive utilissimas prae caeteris condiciones Regno secum afferret, aetasque esse Deo gratias in templo Urbis huius primario, ab omnibus relligionis Catholicae cultoribus, quod eum populis his Regem dare dignatus est, fuerit (sic). Qui toto hoc interregni tempore ab omnibus prorsus passim ordinibus, perpetua populi voce et faustis acclamationibus postulabatur, et quasi voce ac digito ipsius Dei O. M. desiguabatur. His omnibus rite solemniterque ex antiquo more peractis, homines quidem non multi, authoribus nonnullis, qui superioribus annis Deum sunt iratum experti, tercia demum die ingruentibus fere tenebris Serenissimum Archiducem Maximiliauum idoneum sibi esse existimaverunt, cuius bonitate et authoritate sub spetie alterius Electionis ad perturbandum tranquillum patriae statum abuterentur, nullo in hoc eorum isthic coetu praesente Senatorii Ordinis Episcopo, preter illum, qui nominandi sibi partes contra leges moremque assumpsit, Kyoviensem nominatum, qui tamen a Sanctitate Vestra nondum confirmatus neque consecratus esset. Persuaseruntque tantum Serenitati eius, ut ipsis hortantibus et ducentibus Regnum hoc armata manu ingressus, multa oppida ferro flammaque adortus, Cracoviam etiam Regni sedem primariam tentaverit, undique populis tamquam pro laribus et foeis pro dignitate et incolumitate Serenissimi Nepotis mei, tum quidem adhue absentis, depugnantibus. Veuit tandem is per Dei gratiam salvus et incolumis ad has oras, et a mari Baltico ad Vistulam usque et in ipsam Urbem Cracoviensem Coronationi Serenitati eius destinatam ab adversa parte obsessam, Deo ipso immortali, non factiosis hominibus eum deducentibus, pervenit: omnia itiuera Serenitati eius patuerunt, ubique civitates apertae, undique publica festivitate et faustis aeclamationibus acceptum frequens deduxit etiam armata Nobilitas, parata pro incolumitate Sereuitatis eius extrema quaeque subire. Iamque per Dei gratiam Serenitas eius more et legibus Regni huius in Regem Poloniae solemniter inaugurata est: non cessat tamen pars adversa ferro sibi viam velle parare, et ea, quae luce sunt meridiana clariora, apud Serenissimum Archiducem Maximilianum partim negare, partim dissimulare, partim interpretari modo, ut rebus privatis suis consulat, et Serenitatem eius induceat et fortasse universam Serenissimam Austriacam familiam ad credendum iustis et legittimis eos niti rationibus. Quibus quidem conatibus eorum, si Serenitas eius pergit aures animumque praebere, equidem magnopere metuendum est, ne et Regnum hoc in magnas coniiciant difficultates. Perpetuis certe nominis Christiani hostibus nihil accidere potest iucundius, quam videre mutuis caedibus atteri vires nostras, quibus fractis, quod omen Deus avertat, auctam iu potentiam suam barbara cupiditate iam pridem animo conceperunt. Ergo tempus est, ut Sanctitas Vestra gliscentem hanc et late urentem flammam Dei Optimi Maximi in terris Vicarius authoritate, paternaque cura sua cohibendam extinguendamque sibi esse existimet, ne per conniventiam Principum Christianorum viribus adultis maius opinione multorum pariat orbi Christiano periculum. Ego certe et Serenissimus Nepos meus, qualemcunque fortunam Regni huius esse voluerit immortalis Deus, operam sedulo dabimus, ut de perpetua nostra erga sanctam Sedem Apostolicam observantia, atque adeo filiali prorsus obedientia constet semper et Sanctitati Vestrae et caeteris omnibus. Commendo autem me et Regnum hoc, ac ipsum Serenissimum Nepotem meum in gratiam et benevolentiam Sanctitatis V. Quam diu ac feliciter valere cupio. Datum Varsaviae die x. Mensis Ianuarii Anno Dñi MDLXXXVIII.

S(anctitatis) V(estrae)

obedientissima filia
ANNA REGINA POLONIAE mpp.

XVIII.

Rex Poloniae pontifici, ut Stanislaum Rescium abbatem Andreioviencem suum secretarium et internuntium ad eum miesum commendatum habeat, petitque, ut is in officium sigillatoris eacrae Poenitentiariae reetituatur. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 3.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Domino clementissimo.

Sñe ac beatissime in Christo pater et dñe, dñe clemcntissime. Post oscula pedum beatorum mei regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Stanislaum Rescium Abbatem Andreioviensem, Sanctitatis V. utriusque signaturae Referendarium et Sccretarium meum, non puto commendatione mea egere apud S. V., quod et iam ante complures annos et nuper in negotiis dccessoris mei Serñi Stephani Regis ita Romae versatum intelligam, ut sua sponte S. V. notum esse dubitare non debeam: testimonium tamen iudicii de eo mei tribuendum illi apud S. V. putavi, quod ego primum ex eiusdem decessoris mei iudicio de illo suscepi, ut qui non modo imprimis charum illum habuerit, verum etiam ornarit: postea vero integritate atque in negociis gerendis industria eius cognita, libenter ipse etiam feci, ut quo loco apud eundem serenissimum decessorem meum fuisset, codem ego quoque illum haberem. Collatum is, quemadmodum cognovi, habuerat a Sanctitatis V. decessore sanctissimae memoriae Gregorio XIII. Pontifice et Cardinale Hosio officium sigillatoris sanctae poenitcntiariae, quod qua ratione, dum ille permissu eiusdem Sanctitatis V. decessoris ad Stephanum Regem in Poloniam venisset, ad alium ab illo translatum sit, Sanctitati V. ignotum esse non potest: neque tamen expectare nunc Sanctitatem Vestram puto, quibus verbis causam hanc illius Sanctitati V. commendem, de quo ita sentio, quemadmodum scripsi. Itaque solum hoc etiam atque etiam a S. V. peto, ut non modo ad eam commendationem, quae a decessore meo iam antc in causa hac illius tributa illi fuit, verum ad suam etiam clementiam, quam Sanctitas V. antehac eadem in re illi detulit, tantum cumulum meae etiam huius commendationis causa adiicere Sanctitas Vestra velit, ut ego eam quoque plurimum apud S. V. pondcris habuisse intelligere possim. De quo eo magis S. V. supplicare non dubito, quo magis Rescium ipsum non tam de accessione aliqua quam de existimatione sua, ne quid admissum a sc existimari possit, ob quod iurc officio eo privari debuerit, laborare video. Sanctitatis V. clementiae me, regnum ditiouesque meas etiam atque etiam commendo. Datae Cracoviae die XXIII. mensis Ianuarii Anno Domini M.D.LXXXVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsoquentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

XIX.

Idem rex Poloniae Alexandro Peretto cardinali de Montalto, ut eundem Stanislaum ad pontificem missum commendatum habeat. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 5.

Illmo et Rño Dño, Dño Alexandro Peretto Cardinali de Montalto, S. Sedis Apostolicae Vicecancellario, Regni Roloniae Protectori.

SIGISMUNDUS III. Dei Gratia Rex Poloniae et Designatus Rex Sueciae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc. Rño in Christo Patri domino Alexandro Peretto Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali etc. amico nostro charissimo, salutem et omne bonum. Rñe in Christo pater, amice noster charissime. Cum pro nostra erga Sñum Dñum Nostrum et Sanctam Sedem Apostolicam observantia venerabilem Stanislaum Rescium, Abbatem Andreioviensem et Sanctae Sedis Apostolicae referendarium ac secretarium nostrum, ad Sñum Dñum Nostrum mitteremus, cidem, ut Paternitatem quoque vestram tanquam primarium Ecclesiae catholicae senatorem salutaret, nostramque illi benevolentiam ac studium defcrret, mandavimus, ab illa amicc postulamus, ut et Rescium libenter audiat, et si quibus in rebus ad nos regnumque nostrum pertinentibus auctoritate, studio opera ipsius egoerit, ut nostra omnia causa deesse ea illi non patiatur: nos vero inter eos principes habeat, qui cum Ecclesiae catholicae observantissimi tum peculiariter Paternitatis Vestrae amantissimi sint, cui prosperam valetudinem a Deo O. M. precamur. Cracovia die XXVIII. mensis Ianuarii Anno Dñi M.D.LXXXVIII. Regni nostri anno primo.

SIGISMUNDUS REX.

XX.

Cardinalis Bathorius pontifici eundem internuntium resqus rsgni Poloniae commendat. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 3.

Sanctissimo Dño Nostro Sixto PP. Quinto.

Beatmẽ in Christo Pater, Dñc Dũe Clementissime. Visum est Serño Poloniae Regi Sigismundo, statim ut Regni coronam accepit, approbante et hortante Senatu universo, ut S. V. de sua electione, coronatione, et iis, quae interim acciderunt, per R. D. Abbatem Rescium, S. V. Referendarium, nulla mora interposita faceret certiorem, tum etiam cultum suum et observantiam et obedientiam denunciaret. Ei ego repugnanti, ipso etiam Rege iubente, author fui, ne isto tam necessario tempore laborem oblatum refugeret patriae suae causa, futurum, ut a S. V. benignitate longe etiam quam ante maiorem gratiam, protectionem et benevolentiam cxperiretur. Dedi igitur isthuc proficiscenti iu mandatis, ut beatos S. Vcstrae pedes meo quoque nominc humiliter exoscularetur, caque S. V. referret omnia, quae pro mea fide et officio S. V. scire oportere existimavi. Fidem ut illi habeat, quaeso. De benignitatc S. V. in Regnum hoc omnia omnibus polliceri non desino, futurum, uṭ de sublevandis illius ratiouibus, et his, qui suscitati sunt, motibus tranquillandis, et se dignas et ista in qua sedet Petri Cathcdra cogitationes et consilia suscipiat. Quod superest, Deum precor, ut S. V. Ecclesiae suae sanctae quam diutissime commodet, et bcatos illius pcdes iterum atque iterum deosculor. Datum Cracoviae 29. Ianuarii Anno Dñi 1588.

Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus servitor
Andreas Cardinalis S. Angeli.

XXI.

Episcopus Camenecensis grates reddit pontifici de dignitate episcopali sibi collata. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 465.

Sño ac Bño Patri et Dño, Dño Sixto Papae quinto S. Romanae et Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño Dño Clementissimo.

Sñe et Beatissime Pater et Dñe, Dñe Clementissime, post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae orationcs et obsequia mea humillime ad pcdes S. V. provolutus commendo. Talis erat conditio Regni huius hoc tempore, ut propter bellorum tumultus nullo modo ad Sanctitatem V. tuto scribere potuerim. Eo factum est, quod tardius Sanctitati V. gratias ago pro eo, quod mė Camenecensem Ep̃um creaverit, et Commendatarium Abbatiae Clarae Tumbae in Mogila fecerit. Quo nominc Sanctitati Vestrae summas ago et habeo gratias: referam etiam, ubi pro Sanctitatis V. salutc et incollumitate Deum oravero, quod me facere et officium meum, et beneficia Sanctitatis V. in me collata tanto magis stimulabunt: dabo operam, ut in hoc Episcopatu recte administrando Sanctitati V. et in primis Deo Maximo ipsiusque sanctae Ecclesiae fidem et operam meam diligeuter impendam. Iusiurandum quod praestiti iuxta mandatum et praescriptum Sanctitatis V. transmitto, illudque in memoria habere ac servare pro mea fide curabo. Sanctitatis V. pedes iterum osculatus me devotionemque meam iu ipsius gratiam et clementiam commendo. Datum Cracoviae 12. Februarii Anno Domini 1588.

Sanctitatis Vestrae

Devotus et obsequentissimus servus
Laurentius Gozliczky Episcopus Camenecensis.

XXII.

Episcopus Luceoriensis pontifici ds confirmations sibi impartita gratias agit. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 469.

Sanctissimo Dño Nostro Sixto divina providcutia Papae Quinto etc. Dño Dño meo Clementissimo.

Beatissime Pater. Quod me Sanctitas Vestra in partcm sollicitudinis vocare, mihique Luceoriensis ecclesiae ovcs pascendas committerc benigne dignata est, vocem illius Christi loquentis vocem agnosco, eiquc tanto libentius obtemperandum censeo, quanto spem maiorem concipio, forc, ut qui me ad hanc omnium periculosissimam animarum curam vocarc pcr Sanctitatem V. dignatus est, is quoque vicissim facultatem et vires mihi suppeditet, quo possim officii muncrisque mci rationes omnes ita adimplere, ne haec ipsa vocatio mea contra me sit in dic iusti iudicii Dei. Quamobrem omni mea spe et fiducia in illius benignitate et misericordia reposita, qui linguas infantium facit disertas, munus consecrationis in Dci nomine tertia post Epiphauiam dominicá cx manibus Rñi Dñi Archiepiscopi Gnesnensis accepi, facta ea fidei profcssione, quam S. V. praescripsit mihi in litteris suis. Cuius rei testimonium

Sanctitati V. mitto, humiliter et demisse supplicans, ut duplicatam adhuc impertiri mihi dignetur benedictionem, cuius praesidio verbo simul et opere possim ei gregi commodare, quem pascendum mihi Sanctitas Vestra commisit. Ego vero Deum rogare non desinam, ut perfectum Sanctitatis Vostrae cura et labore videamus, ne sit amplius in Ecclesia Dei Iuda et Israel, Roboam et Ieroboam, Israel et Samaria, sed sit omnium credentium cor unum et anima una, sit unus Pastor et unum ovile. Meum vero cultum et observantiam et obedientiam iterum atque iterum S. V. defero, denuntio et promitto, beatosque illius pedes cum ea, qua par est, humilitate exosculor. Dat. Cracoviae die 18. mensis Febr. 1588.

Sanctitatis Vestrae humillimus exorator et servus
Bernardus Macieowski Episcopus Luceoriensis mpp.

XXIII.

Epus Camenecensie nuntio apoetolico animum ad ree civilee componendas promptiseimum attestatur. Polon. Vol. 26. fol. 245.

Illmo et Rmo in Christo Patri et Dño, Dño Annibali de Capua Archiepo Neapolitano, S. Sedis Apostolicae in Regno Poloniae Legato, Dño observandissimo.

Illme et Rme Dne, Dne et fautor obsme. In hac rerum et temporum perturbatione nullas potui ad Illmam D. V. litteras dare, quod neque tuto mitti potuerant, neque sciebam, quonam in loco diutius Illma D. V. persistere solita fuisset. Nunc regno per Dei gratiam pacato et Sulicoviae Illma Dominatione V. manente, quod debeo, libenter officium meum Illmae Dom. V. persolvo, doleoque hoc tumultu durante a me persolutum non esse. Quid iam nobiscum agatur, procul dubio scit Illma D. V., quid in futurum sperandum sit, Deus scit, qui humana consilia solus investigare recte scit. Attamen quòd secundum rationem divinari potest, non utique male consilia pacis statuendae cadere possent, si communis omnium parens et Ecclesiae Dei prineeps Smus Pontifex id sibi sumpsisset curandum. Pertinere hoc ad pietatem et officium S. Sanetitatis, nemo est qui dubitet, maximusque ad illustrandam Sanctae Sedis dignitatem et autoritatem hoe maxime tempore campus est oblatus. Quidquid suscipiendum et tractandum sit, meum non est proponere, dedit eam Sanctae Sedi prudentiam Deus, ut sciat quid eam agere deccat. Aliquid tamen in celeritate positum esse puto, ut agatur, ne partium studia contemptu suo magis inardescant, et materiam praebeant ampliorem maioribus, quod absit, contentionibus suscipiendis. Ut aliqua partium id a Sancta Sede querat, modum non video, quolibet in gradu suo stare cupiente casumque animo suo metiente. Solus est Smus Pontifex, qui populos crudeli ferocitate in se sevientes reprimere possit, cum habeat quoque Illmam D. V. in regno Poloniae legatum summae autoritatis et prudentiae laudem habentem. Nos per Dei gratiam parata omnia habemus: Tributum in Comitiis coronationis pro bello decretum: Concordia et pax interna constituta. A Turcis et Scytis metus nullus: Moschus pacem petit. Arma universae nobilitati ad bellum parari iussa, binae ob id litterae praemissae, terciis ad condictum armatus miles comparebit. Absit autem, ut in viscera Christi Christiani ruamus: non debet valere tantum ambitio aut ex adversa fortuna dolor coneeptus. Haec ampliare nolo, satis est pro officio praemonuisse. De Illma D. V. rumores illi recederunt. Ego qualis in tuenda dignitate Illmae D. V. fuerim, privatim et publice quid egerim et dixerim, ab aliis Illma D. V. reeognoscet, et Pstrokovius, qui litteras reddet, narrabit. Non erat difficilis Rex in iis, quae Rmus D. Archiepiscopus Gnesnensis petebat. Regem habemus et pietate summa et iudicio non vulgari, quamvis iuvenis sit: spem plane de se facit magni Regis et principis futuri. Hoe reipsa Illma D. V. probabit. Quod amplius ad me pertinere putabo, nullam de Illma D. V. bene merendi occasionem postponam. In cuius gratiam me diligentissime commendo, omniaque fausta et felicia precor. Datum Cracoviae 25. Februarii Anno Domini 1588.

Illmae et Rmae D. V. Servitor et frater obsequentiesimus
Laurentius Gozliczky Episcopus Camenecensis.

XXIV.

Episcopus Wladislaviensis nuntium apostolicum a calumniis tempore electionie regiae faleo eibi impactis perbelle purgat. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 539.

Smo ac Bmo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. SS. ac Univers. Eccl. Summo Pontifici, Dño Dño meo clementissimo.

Beatissime Pater. Quibus tempestatibus atque procellis a morte Regis nostri Stephani Regnum hoc exagitatum fuerit, licet Beatitudo V. aliunde intellexerit, et Rmum tamen Bnis V. Nuncium Dnum

archiepiscopum Neapolitanum in singulis ad Bñem V. perscribendis nihil diligentiae praetermisisse, vel indefatigabile studium ipsius, quod in munere suo obeundo omnibus nobis toto legationis suae tempore probavit, facile indicat. Dolendum nobis est, quod corpore Reipublicae nostrae penitioribus morbis iam debilitato, civium ad interitum ruentium discordia loco unius capitis, quod ad ipsius vulnera atque defectus curandos apprime desiderabatur, bina sibi asciverit, hocque periculoso scysmate exorto ac animorum dissensione invalescente, non modo nos varia hominum iudicia experiri, verum etiam et Bñis V. Nuncium praedecessorum suorum exemplo, qui ne superioribus quidem Interregnis calamitatem hanc subterfugere potuerunt, tanto maioribus difficultatibus expositum esse, lapidemque hanc offensionis, a quo nemo nostrum liber extitit, incurrere opportuerit, quanto praesentis Interregni erumnae, tristis ac deplorata facies, praeteritorum Interregnorum mala omnibus numeris summisque intervallis longissime superet, adeo ut si Rñus Dñus Nuncius in hac studiorum dissensione calamitatumque cumulo existimationem Sedis Apostolicae apud hos populos sartam tectam conservare voluit, ad neutralitatis praesidia tanquam sacram anchoram, donec subsequens universi Regni consensus alterius partium aequitatem elucidaret, confugere debuerit: sed nc hoc quidem industriae genere petulaciorum linguarum morsus effugere potuit. Quod sicut praeter omnem culpam ex ea, quae Interregnorum tempore inter liberos populos sevire solet, licentia ipsi evenisse, quisque prudens atque rerum peritus fateatur necesse est, ita quod non defuerunt, qui virtutis integritatisque Rñi Dñi Nuncii ipsius partes defendendas susciperent, quin et ipsa pro ea charitate, quae inter Episcopos in primis vigere debet, malevolorum suspitionibus ob causam huius electionis iniuste traducto Antistiti non deessem, cum mea erga Sanctae Sedis Apostolicae dignitatem tuendam observantia, tum integer Rñi Domini Nuncii animus, qui mihi ex mutuis colloquiis iam pridem probatus erat, facile me excitarunt. Quo enim animo erga huius electionis nostrae subiectum Rña D. sua esset, adeo abunde in congregatione Episcoporum huius Regni, presente etiam Illño Cardinale Radzivilo, declaravit, ut sicut libertati Senatoriae, quae in hoc Regno Episcopali coniuncta est, piis et sanctissimis admonitionibus suis nihil derogatum vellet, ita ut scysmaticis atque hereticis reiectis, in quemcunque Regem, modo is Catholicus esset, eligendum voluntates inclinaremus, aliud a nobis certe nec petierit, nec postularit. Qui animi ipsius candor ob oculos meos cum observaretur, constanciae Senatoriae arbitratus consentaneum, ut me nihil ea morarentur, quae vulgares quidam homines magis ad invidiam, cum Sedi Apostolicae, tum ordini Ecclesiastico in persona ipsius conciliandam in vulgus spargerent: rebus sese iam mirabili quodam hominum consensu in partes Serñi Sigismundi Regis inclinantibus, quo ipsius Rñi Dñi Nuncii erga Regni tranquillitatem ac civium concordiam studium magis eniteret, obtinui in inauguratione Regia, ut hoc nomine ad Serñum Archiducem Maximilianum proficisceretur. Qui dum iam rei istius fundamenta aliqua iecisset, quod de summa rerum vel ipso marte iudice iam decisum esset, atque conatus ipsius finem haberet: ego nihilominus de priori meo erga vindicandum a malevolorum obtrectationibus ipsius, vel potius Sedis Apostolicae existimationem studio quidpiam remittere nolui. Proptereaque redeunte a coronatione ipsa Cracovia Rño Domino Archiepiscopo nostro Gnesnensi, atque ad me ex itinere amicitiae ergo divertente, quin etiam hac oblata occasione Rñus Dñus Nuncius nobiscum de rebus suis coram ageret, minime praetermittendum esse existimavi. Ubi hanc certe exponendae causae suae egregiam opportunitatem nactus non modo consiliorum suorum solidissimas rationes exposuit, verum etiam falso conceptas suspitiones ab hominibus malevolis, potius ordinis quam personae odio conflictas, evidentissimis documentis ita diluit, ut sicut, quam facilia essent, in varia studia rapta hominum ingenia ad eiusmodi commenta effingenda deprehendimus, et manu quasi ipsa innocentiam Rñi Dñi Nuncii contrectavimus, ita ad officii nostri in vindicanda ab omnibus calumniis ordinis Ecclesiastici integritate rationes pertinere existimavimus, ut quamprimum Serñum Regem nostrum et Proceres, ad quos haec pertinere arbitrabamur, de omnibus certiores redderemus. De quibus etiam ad Bñem V. tanquam rerum istarum optime conscius et oculatus testis perscribere, innocentiaeque Rñi Dñi Nuncii, vel potius virtuti ipsius debitum testimonium hoc dare muneris mei esse existimavi, ut dum B. V., omni fuco remoto, rei seriem a me intellexerit, non solum prudentissimi atque in legationis munere obeundo cautissimi et integerrimi viri innocentem animum perspectum habeat, verum etiam praestantissimis animi ipsius dotibus, et cum in tuenda Sedis Apostolicae dignitate, tum procurandis Reipublicae christianae, atque adeo Regni huius commodis, virtutibus et meritis nihil derogari patiatur, quin potius Antistitis sicut generis nobilitate, ita animi dotibus conspicui fortitudinem constantiamque omnibus virtutum praemiis exornandam iudicet. Quod superest, Beatñi V. ecclesiam meam atque me ipsum

commendo, verum sponsam meam eo diligentius, quo in medio hereticorum constituta, ut favoribus atque gratia Bñis V. fulciatur, maxime vel in hoc operariorum paucitate indiget. Quibus quod ob direptas decimas ac alios reditus extenuatos maxime destituta est, per me a B. V. petit, ne vacantia in mensibus B. V. beneficia aliis conferri patiatur, quam qui laboranti illi ac iam pene desolatae opera ac servitio praesto adesse possint, neve id eveniat, quod in canonicatu olim Cancellarii mei, qui in latere meo sub ipso electionis aestu Warschoviae ictu bombardae peritus nuper occubuit, contigit. Id enim Diaecesi meae, quae ultra 200. miliaria Italica in longitudine sese extendit, atque terciam iam ecclesiarum partem prophanatam habet, remedium unicum si sublatum fuerit, certe ne cum Cathedralis ipsa, tum Collegiata, quae unica tantum in Diaecesi mea supcrest, et in quarum utraque solum Bñis Vestrae suis mensibus dispensatio incumbit, vastiori cuidam desolationi exponatur, maxime verendum esse, vel his paucis annis, quibus ecclesiae huic praesum, expertus sum. His humillima servitia mea Bñi Vestrae ad sanctissimos eius pedes provolutus summa cum devotione et diligentia commendo, Dominum Deum precatus, ut Beatitudinem Vestram quam diutissime salvam ac incolumem conservet. Datum Wolboriae die 2. Martii 1588.

Beatitudinis Vestrae

Humillimus servitor et sacellanus
Hieronimus Episcopus Wladislawiensis mpp.

XXV.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut nominatum episcopum Camenecensem confirmet. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 13.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Patri et Dñe, Dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum mei Regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Cum Reverendum Laurentium Goslicium Episcopum Camenecensem ob spectatam virtutem ipsius ex eo Episcopatu ad Chelmensem, obitu Reverendi Adami Pilchowski pastore carentem, gradu autem altiorem transferendum censuissem, in locum illius Venerabilem Stanislaum Gomolinscium, Praepositum Posnaniensem, Plocensem Scholasticum Sendomiriensemque Canonicum, nominavi, virum compluribus iam annis insigni pietate ecclesiasticam vitam agentem, flagrantem autem mirifico religionis Catholicae tuendae propagandaeque studio, atque ad id et claritatis generis et insignis doctrinae instructum ornamentis. Diligenter itaque a Sanctitate V. peto, ut hanc nominationem meam auctoritate sua Sanctitas V. comprobet, gratamque habere velit. Quoniam autem Episcopatus ille Cameneccnsis et admodum tenues habet reditus, et eos ipsos ob creberrimas Tartarorum incursiones atque hostium barbarorum propinquitatem propemodum incertos: addo hanc ad Sanctitatem V. petitionem meam, ut eidem Nominato meo retinendorum Sacerdotiorum, quae ipsa non magnorum sunt redituum, nimirum Praepositurae Posnaniensis, Plocensis Scholasticatus et Canonicatus Sendomiriensis facultatem clementer largiatur. Multum enim profecto rei Ecclesiasticae interest, ut in illo Episcopatu inter Schismaticos Ruthenos posito, hostibus autem immanitate barbaris vicino, obtinendo facultates habeat eas, quibus in eo tam gravi Episcopi munere istic cum dignitate versari, et Senatoriam etiam functionem pro ecclesiastici ordinis commodis in Regno nostro procurandis cum auctoritate posset sustinere. Cuius rei aequam rationem Sanctitatem V. habituram minime dubito, me autem ipsum, cum haec a Sanctitate V. ad praesens impetravero, beneficio ab illa affectum statuam, atque id omni in Sanctitatem V. observantia demereri curabo. Quod reliquum est, Sanctitatis V. clementiae me Regnumque meum etiam atque etiam commendo. Datum Cracoviae die v. Martii Anno Domini m.d.lxxxviii.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
Sigismundus Rex Poloniae.

XXVI.

Idem rex pontifici supplicat, ut episcopum Camenecensem ad sedem Chelmensem transferre, eique abbatiam Clarae Tumbae conferre velit. Ibidem Vol. 59. fol. 11.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño Dño Sixto divina providentia Papae V. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater et Dñe, Dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum mei Regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Posteaquam huic Regno divina atque

horum populorum voluntate inauguratus confirmatusque sum, Episcopo Chelmensi, Reverendo Adamo Pilchowski, vita hac interregni tempore perfuncto, Reverendum Laurentium Goslicium Episcopum Camenecensem successorem designavi. Quod ut facerem, praeclara huius viri virtus id a me quasi suo iure postulare mihi visa est. Non enim me latebat, quemadmodum ille ab eo tempore, quo huic tanto Epi muneri obeundo rite consecratus est, in eo se gesserit, qua pietate, qua vitae morumque integritate et dignitate illud sustinuerit, quo studio, qua contentione animi pro officio suo in summa iniquitate temporis rerumque omnium perturbatione, interregno praeterito, Catholicae religionis ac Ecclesiae Dei rem egerit: coram idem ipse, cum in Regnum venissem, animadverti atque cognovi, ac idcirco cum etiam quid in Republica consilio, rerum usu, constantia et auctoritate valeret, expertus essem, quanto maiores illius in omni genere virtutes esse videbam, tanto magis veterem huius Regni consuetudinem observandam in eo ornando putavi: qua receptum est, ut qui in minoribus Episcopatibus sese probavissent, ii ad ampliores gradatim virtutis ergo transferentur. Feci itaque id, quod ut Sanctitas Vestra ratum et gratum habeat, atque auctoritate sua comprobet et confirmet, diligenter Sanctitati Vestrae supplico. Quia autem Episcopatus Chelmensis licet gradu et ordine in hac Republica altior sit, fructibus tamen Camenecensis vix amplior censeri potest, uti et possessionibus non opulentus, et Tartarorum crebis incursionibus expositus, ipsas Ecclesiae illius Chelmensis rationes a me postulare intelligo, ut Abbatiam Clarae Tumbae cum eo Chelmensi Episcopatu Reverendum Laurentium Goslicium retinere cupiam. De qua quoniam iam ante illi hanc gratiam Sanctitas Vestra largita est, ut eam quoad vivet commendae iure obtinere posset, non dubito nunc etiam me rogante eam gratiam illi integram Sanctitatem Vestram esse praestaturam: quo ex Sanctitatis Vestrae benignitate eos sumptus vir is habeat, quibus et Episcopalem dignitatem et Senatoriae functionis onera ad Ecclesiastici ordinis praesidium possit sustinere. Tametsi ad praesens ea sit Abbatiae illius ratio, ut cum in ipso Monasterio Clarae Tumbae Illustris Archidux Austriae Maximilianus praeterita aestate sedem belli posuisset, omnes illius aestatis omnesque praediorum huius Abbatiae fructus militum illius, cum inter Germanos plerique omnes essent haeretici, rapinis sublati sint, expoliati omnibus fortunis coloni, deformata aedificia ac ad eam vastitatem istic omuia radacta, ut impensas potius grandes requirat, quam sumptus aliquos hoc tempore possint suppeditare. Utcunque autem est, maiorem in modum a Sanctitate Vestra peto, ut eam huius viri, quem iam ad Episcopatum Chelmensem propono, rationem Sanctitas Vestra habere velit, quam eius habere debet, qui si facultatibus instructus erit necessariis, et praesidio et ornamento maximo ordini Ecclesiastico sit futurus. Quo quidem nomine ego etiam ipse omnem observantiam Sanctitati Vestrae debebo, cuius clementiae me Regnumque meum etiam atque etiam commendo. Datum Cracoviae VI. mensis Martii Anno Domini M.D.LXXXVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

XXVII.

Archiepiscopus Gnesnensis pontifici archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum ob res praeclare gestas commendat.
Nuntiat. Polon. Tom. 27. fol. 297.

Sño in Christo Patri et Dño Nostro Dño Sixto V. Sanctae Romanae et Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño Dño clementissimo.

Beatissime Pater et dñe, dñe clementissime. Cum hisce diebus, peractis Coronationis Serñi Principis Domini Sigismundi III. Regis nostri Comitiis, in Archidiaecesim meam obeundi muneris mei gratia properarem, percommodum accidit, ut apud Illñum et Rñum Episcopum Vladislaviensem cum Sanctitatis Vestrae Nuncio Illño D. Archiepiscopo Neapolitano convenirem: qui nobis in sermone familiari satis luculenter ostendit, quantae curae sit V. Sanct. inclyti huius Regni salus, tranquillitas, dignitas et amplitudo: ut quamlibet omnes Christiani Orbis Provincias ex aequo sua paterna solicitudine complectatur, ad hanc tamen Rempublicam peculiari quodam amoris et benevolentiae affectu S. V. propendere, curasque suas et cogitationes omnes quasi in huius unius commodum et ornamentum derivasse videatur. Quod sane nuncium tametsi nobis minime novum accidit, qui de Sanctitate Vestra non secus ac de communi totius orbis Patre ac Pastore cogitare consuevcramus: gratum tamen fuit hoc prolixius ab eodem Illño D. Nuncio cognovisse. Et V. quidem Sanctitas excelsi huius ac pene divini sui animi fructu in omnes aetates laetabitur: nos vero omni officii et obligationis atque Pontificatus Sanct. V. memoriam

gratissimis animis retinebimus: omnes gentes et nationes ut intelligant, nusquam melius V. S. suum benemerendi studium, quam in Republica Polona posuisse. Quod ipsum Illm̃um et Rm̃um D. Archiep̃um Neapolitanum non dubito eadem fide et diligentia pro nobis S. V. confirmaturum, quam in obeundo cum dignitate S. V. munere suae legationis pari cum prudentia semper prae se tulit. Id enim toto interegni tempore egit, idque unum summo conatu ursit, ut Rex Catholicus eligeretur. Quod cum se Dei auxilio et nostrum omnium studiis consecutum esse cernerct, nihil postea eorum praetermisit, quibus declararet S. V. Regni dumtaxat istius salutem et dignitatem exoptare, atque pro munere suo procurare. Fieri quidem vix unquam potest, ut in perturbato alicuius Reipublicae statu, cum omnia omnibus suspecta esse solent, praestantissimus quisque in negocio sine aliqua sinistra suspicione versetur: sed nobis, qui penitus omnia inspcximus, egregie probavit suam erga S. V. et Sanctam Sedem Apostolicam fidem et innocentiam, suum erga hoc inclytum Regnum amorem studiumque pro virili de illo benemerendi. Quapropter et in Comitiis Coronationis, cum de illo ageretur, illius dignitatem pro meo munere tutatus sum: et tunc oportune cum eo congrcssus non modo censui, ut Regiam Maicstatem salutatum quamprimam proficisceretur, sed etiam Secretarium praemisi, qui ante Suae Illm̃ae D. adventum de illius in Rempublicam hanc studio Regiam Maiestatem edoceret. Sed haec et alia omnia ex literis Illm̃i Domini Archiepiscopi Nuncii sui melius cognoscet S. V. Hoc enim duntaxat fuit institutum meum in hisce literis, ut pro munere meo Primatiali gratias agerem S. V. de tam illustri et eximia erga nos voluntate, quam nos omni officio et pietatc erga S. V. non modo conservare, sed indies augere et excitare contendemus. Deus Opt. Max. Sanctitatem Vestram diu servet sanam atque florentem. Datum Lovicii die 6. Martii 1588.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus Sacellanus
Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis mspp.

XXVIII.

Rex Poloniae pontifici, ut Stanislaum Rescium internuntium suum benigne audiat, fidemque habeat. Ibidem Vol. 59. fol. 15.

Sm̃o ac Bm̃o in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño clementm̃o.

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater ac Dñe, Dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum mei regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Etsi de omni meo regnique mei statu iam ante hac litteris Sanctitati V. significarim, mittendum nihilominus ad Sanctitatem V. putavi Ven. Stanislaum Rescium Abbatem Andreioviensem, Sanctitatis V. Referendarium et Secretarium meum, qui iisdem de rebus coram etiam pluribus cum Sanctitate V. ageret. Eum igitur, ut Sanctitas V. benigne audiat, fidemque iis in rebus, quas meo nomine illi exponet, habeat, Sanctitati V. supplico. Atque obsequium quidem et in Sanctitatem V. ac Sanctam Sedem Apostolicam observantiam meam paulo post maiorem etiam aliquem legatum meum Sanctitati V. declarabo: nihilominus nunc tamen etiam litteris hisce, perque praesentem hunc internuncium meum maxima ea Sanctitati V. defero, gratiaeque eius me ditionesque meas humillime commendo. Datum Cracoviae die x. Martii Anno Domini m.d.lxxxviii.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
Sigismundus Rex Poloniae.

XXIX.

Episcopus Cracoviensis pontifici eupplicat, ut eum ob regni negotia a visitatione liminum Apostolorum absolvat. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 445.

Sm̃e ac Bm̃e Patri Dño, Dño Sixto Quinto Summo et universalis Ecclesiae Catholicae Pontifici Maximo, Dño suo clementissimo.

Sm̃o ac Bm̃o Pater. Post oscula beatorum pcdum Sanctitatis V. Memini me, cum sacros Ep̃i ordines susciperem, ad visitanda beatorum Petri et Pauli Apostolorum limina tertio quoque anno sacramento obligatume sse: cui obligationi, etiamsi quam maxime vellem, satisfacere non possum. Nam cum in hoc Poloniae Regno Episcopi non solum Episcopali, verum etiam Senatorio fungantur munere, illos a Regno abesse non licet, quod si etiam liceret, tamen propter Comitia publica, quibus illi interesse iure sunt astricti, illos abesse minimc rei Ecclesiasticae conduceret, idque propter haereticorum nimiam

insolentiam, cum quibus in omnibus tam publicis quam privatis Conventibus magnae semper nobis intercedunt de summa rerum omnium controversiae. Nam ex quo tempore christiana religio sumpsit originem, vix unquam in toto christiano orbe tot fuere, quot in hoc Regno nunc sunt Haereticorum sectae, et eae quidem non magis numero quam potentia horrendae, quae cum eo licentiae et audaciae progressae iam sint, nihil ut sibi licere non arbitrentur, nullamque prorsus non solum Ecclesiasticorum, verum etiam saccularium Magistratuum rationem habeant, in hoc tam perturbato et misero rerum statu, quid aliud nobis faciendum est, quam hic, ubi tanti mali est iucendium, perpetuum excubandum. Quapropter Sanctitati V. humillime supplico, ut me ab hoc obligationis vinculo authoritate sua solvere velit: in quo Sanctitatem Vestram non solum eius causae, quam in medium attuli, verum etiam meae summae senectutis, quae mihi satis molesta est, benignam rationem habiturum esse confido. Cuius Clementiae me ecclesiamque meam supplex commendo, ac ut eam universae Ecclesiae suae diutissime servet incolumem, Deum optimum maximum rogo. Datum Cracoviae die x. mensis Martii Anno Domini 1588.

Sanctitatis Vestrae

devota et humilis creatura
Petrus Episcopus Cracoviensis.

XXX.

Epiacopua Chelmenais pontifici aupplicat, ut abbatiam Clarae Tumbae sibi in commendam concedere velit.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 467.

Sño et Bño Patri et Dño, Dño Sixto Papae Quinto Sanctae Romanae et universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Dño Dño Clementño.

Sñe et Bñe Pater et Dñe, Dñe Clementissime, post oscula pedum beatorum S. V. orationes et obsequia mea humile ad pedes Maiestatis V. provolutus commendo. Maiestas Regia Dominus et Rex noster Serenissimus pro sua pietate et officio designavit me Episcopum Chelmeusem, morte Adami Pilichowsky illo interregni tempore ab anno uno vacantem. Augere me autem voluit hoc Episcopatu non ideo, ut istius ampliores proventus ante Camenecensem Episcopam habeantur; sed ut more et consuetudine Regni in superioris loci Episcopatum ascendam. Episcopatus iste Chelmensis sicut et Camenecensis in Russia est, Scytharum etiam excursionibus obnoxius, Scismaticis Graecis plenus, proventus exiguos habet peraeque ut Camenecensis, et ideo Maiestas Regia Abbatiam Clarae Tumbae in Mogila destinavit quoque, ut ipsam una cum Episcopatu Chelmensi teneam, sicut cum Camenecensi ex gratia et clementia S. V. per commendam tenui. Ad eandem gratiam et clementiam Sanctitatis V., ut idem nunc mihi quemadmodum et ante annum aditus pateat, et in primis ut ad Episcopatum Chelmensem translatus Abbatiam quoque praefatum cum eodem Episcopatu teneam, humiliter supplico Sanctitati V. Me iusta petere Sanctitas V. cognoscet, primum quod bona Abbatiae istius antecessorum meorum alienationibus distracta, iure agendo recuperare caepi, litem occupatoribus intentavi. Monasterium negligentia summa fere desolatum restauravi, in eam rem sumptus maximos aere alieno contracto feci: pro eo vero, ubi commoda spero, subito incommodum extremum subsecutum est. Nam Maximilianus Archidux Austriae cum exercitu veniens monasterium praefatum cepit, in eodem sedem belli posuit, ipse cum milite ibi habitavit, Cracoviam oppugnavit. Quae ibi commissa sunt, horret animus narrare, ut tanti Principis nomini parcatur. In summa monasterium et bona ipsius omnia cum aedificiis, ut fit in bello, distructa, devastata, ita ut vastitas maior vix ulla possit apparere. Ego in rebus et facultatibus meis vasallique mei extremam cladem patimur. Debeo autem et pietati et conscientiae meae, ut de hoc monasterio ad pristinum statum reducendo cogitem, et istius rei non parva iam fundamenta ieci. Quos conatus meos et Sanctitas V. comprobet, gratiaque et concessione sua adiuvet, ab ea supplex peto. Etenim ego neque in solo Episcopatu Chelmensi conditionem meam tueri recte possem, neque deserere fas esset ius commendae in Abbatiam ad vitam a Sanctitate V. semel concessum, cuius Abbatiae ad me nulla utilitas, incommoda vero plurima accesserunt. Ex translatione quoque Episcopatus non amplior, sed par et eadem conditio reddituum speranda est. An vero gratia Sanctitatis V. dignus sim, nihil ego dicam: dicent de me, qui me cum haereticis belligerantem, Sanctae Sedis autoritatem hic tuentem quotidie iuuentur. De Regni huius conditione nihil ego scribam: narrabit Maiestatis Regiae Nuntius ad Sanctitatem Vestram ablegatus. Hoc unum dicam, quod Regem habemus plane pium, catholicum, religiosum, ad maximas res agendas et animum et spiritum habentem. De sorore ipsius ad Catholicam religionem

reducenda laboramus, ut spero non inani labore. Cum his pedes Sanctitatis V. osculatus, ipsi me cum orationibus et obsequiis meis humillime consecro et dedico. Dat. Cracoviae die 12. Martii An. Dñi 1588.

Sanctitatis Vestrae Devotus et obsequentissimus servus
Laurentius Gosliczky Episcopus Camenecensis designatus Chelmensis.

XXXI.

Archidiaconus Cracoviensis nuntium apostolicum de irruptione Turcarum in Poloniam edocet. Nuntiat. Polon. Vol. 26. fol. 205.

Illmo et Rmo Dño, Dño Annibali de Capua Archiepiscopo Neapolitano, Smi D. N. et S. Sedis Apostolicae in Regno Poloniae Nuntio etc. Dño Colendissimo.

Illme et Rme Dñe, Dñe colendissime. Nudius tercius scripsi ad Illmam Dominationem V. de incursione Turcarum et Chami seu Imperatoris Scytarum Praecopieusium cum ipsius exercitu uon contemnendo in terras Russiae: quodque Ioannes Zamoiscius Regni Poloniae Cancellarius et supremus exercituum Capitaneus cum Constantino seniore Duce Ostrosiac, aliisque proceribus et multa nobilitate ex terris Russiae iverunt ipsis in occursum. Verendum namque est, ne isti hostes Christiani nominis damnum aliquod inferant in Podolia et Pokucia, quae est opulentissima provincia contermina Valachiae. Ferunt etiam, quod üdem hostes, praesertim Turcae, adduxerunt secum circiter duodecim tormenta bellica, ut possent arces, non ita pridem a nostris in vastissimis illis campis aedificatas, a Nicolao videlicet Iagloveccio et praedicto Duce Ostrossiae, diruere. Licet namque arces illae sunt in ditionc Regni huius, quia tamen illis in campis armenta sua, praesertim vero arietes Turcae pascere consueveruut, quos postea Constantinopolim mittere solent, nec aliuude meliores habent: idcirco vcrentur, si deserta illa a multis annis loca a nostris excolerentur, ne ista pascua illis depereant, et quod caput est, Scytae Praecopienses iam nou possent ita commode et inopinate, uti facere consueverunt, in ditiones Regni Poloniae et in Moscoviam excurrere. Existimo autem istos eas nectere causas expeditionis huius suae, quod milites nostri sylvestres (Kozakos Nizovios nostri appellant), qui ad inferiorem ripam fluminis Boristenis incolunt et ex raptis vivunt, maxima damna intulerunt in Scytarum et Turcarum armentis et equireis, ac aliquot arces ipsorum in eorum campis dirucrunt, certosque mercatores Turcicos depraedati sunt, quod factum fuit ante obitum Stephani Regis, et hoc praeterito interregno durante. Quare, cum sciant hosce Kozakos imperio Regis nostri ad officium reduci non posse, iniuria hac provocati Turcae et Scytae in dominiis Regni eosdem Kozakos inquirere, ac de ipsis poenas sumere cogantur. Causius autem seu internuncius Turcicus, qui hic nuper Cracoviae fuit, dixit, exercitus istos Turcarum iussu sui Imperatoris collectos fuisse, et in finibus Regni expectavisse. Si confirmaretur fama de occupato Regno Poloniae per Archiducem Maximilianum, ut statim in ditiones Polonicas irrumperent. Caetera Illma Dom. V. et Rma intelligct ex Slavogorscio familiari suo, cui ctiam oretenus commisi, ut illud negocium, quod mihi et venerabili Capitulo Plocensi intercessit cum plebano in Trambki diocoesis Posnaniensis (occasione certi processus fulminatarum seu comminatarum ecnsurarum Rmi Dñi Episcopi Posnaniensis) Illmae Dom. V. cxplicaret: a qua etiam nunc maiorem in modum rogo, ut efficiat apud praedictum Episcopum Posnaniensem, vel saltcm litteris suis ei persuadeat, ne contra nos publicari faceret huiusmodi censuras, quandoquidem appellatuin cst ab ipsius sententia in prima instantia per ipsum lata ad Smum D. N., ncc tempus adhuc est elapsum prosequendae appellationis a iure statutum, et quod propter guerras istas ac difficiles transitus per Austriacae ditionis provincias non patet nobis nunc tutus accessus ad curiam Romanam. Scio certo, quod adhuc in mense Septembre hoc negotium in Rota est commissum, sed processus Auditoris, citationis videlicet, inhibitionis et compulsionis in itinere aut heret aut interiit. Cupio D. V. Rmam optime diutissimeque valere. Cracoviae die 16. Martii Anno Domini 1588.

Illmae et Rmae Dom. Vestrae additissimus servitor
Stanislaus Crasinski Archidiaconus Cracoviensis.

XXXII.

Rex Poloniae pontificem de electione sua certiorem reddit, deque contestatione eam ob rem inter eum et Maximilianum archiducem Austriae orta. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 9.

Smo ac Bmo in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina provid. PP. V. etc.

Sme ac Bme Pater et Dñe, Dñe clementme. Post oscula pedum beatorum (mei) regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Quomodo omnium ordinum regni Poloniae consensu

proximis Comitiis Varsaviensibus in Regem electus fuerim, non dubito iam ante Sanctitatem Vestram cognovisse, simulque de Illmo etiam Archiduce Maximiliano ab aliis paucis quibusdam Rege nominato non nihil inaudivisse, de cuius utriusque nominationis iure, ne summae Sanctitatis Vestrae prudentiae diffidere videar, multis non disputabo: rem ipsam ponam. A nullo negari posse existimo, cum omne ius Regni in Senatus atque nobilitatis consensu positum sit, ita utrunque nostrum nominatum esse, ut cum ego omnium ordinum quasi voce electus fuissem, Illustritas Sua non modo contra omnium consensum a paucissimis quibusdam triduo post intempesta nocte nominata sit, verum ab huiusmodi etiam nonnullis, quibus partim nullum omnino ius suffragiorum, partim istud tamen eius nominationis nullo iure aut exemplo competebat. Primum enim cum per regnum hoc atque magnum Ducatum Lituaniae ad centum quadraginta Senatores sint, e tanto numero vix septem solos Senatores, quorum tamen duo nominationi ipsi non interfuerunt; e nobilitate autem tanta, quanta ea regni huius est, non pluribus sexaginta electioni suae assentientes habuit; deinde a designato Episcopo Kyoviense inter Episcopos non modo postremo, verum nondum etiam a Sanctitate V. per aliquot iam annos confirmato, renunciata Illustritas Sua fuit; cum id ius more institutoque maiorum ad Archiepiscopum Gnesnensem solum pertineat: ad extremum vero nonnullis etiam proscriptis et exulibus suffragia de ea ferentibus, qui contra omnium gentium morem armatis externis iisdem ipsis etiam partim ex Italia, partim Germania proscriptis stipati, consilio illi, in quo Illustritas Sua nominata fuit, adhibiti fuerunt. Renunciata autem fuit, quemadmodum ostensum iam est, cum triduo post meam electionem, tum provecta iam nocte, quo nimirum tempore alia etiam minora negocio, partim legitime administrari non posse, partim et maxime administrentur, nullam tamen auctoritatem habere existimantur. Quibus ex rebus omnibus, quantum iuris Illustritas Sua vindicare sibi potuerit, pro singulari prudentia sua facile Sanctitas Sua perspicit. Accedebat autem huic, quod in libero regno, et quod suffragiis, non successione defertur, ad ius quidem nihil, ad aequitatem tamen multum facit, quod superiorum etiam Regnum familiam, quae proxime imperio hoc potita est, tam propinqua cognatione contingam, ut cum propinquior illis nemo omnino me sit, vel hanc ipsam ob causam in regno, quod maiorum meorum fuisset, nullus praeferri mihi debere videretur. Eadem autem haec omnia, etsi apud Illustritatem quoque Suam tantum valitura confidebam, quantum merito valere debuissent, ab iisdem tamen illis, qui eam nominarant, in regnum inducta, non modo armata id ingressa fuit, verum multa etiam violenter, contraque foedera ea, quae regno huic cum vicinis Serenissimae domus Austriacae ditionibus intercedunt, partim fieri permisit, partim ut fierent, adventu suo causam praestitit. Non modo enim privatis nonnullis, nobilissimis tamen hominibus atque Senatoribus etiam aliquot praeter opinionem eorum summa vis atque iniuria facta est: verum cum templa etiam aliquot vexata ac spoliata sunt, tum ecclesiastici quidam, ut ab aliis rebus ita maxime a bello remoti in captivitatem abducti durissimeque habiti fuerunt. Ut de nefaria vi iam taceam, quae nulla, ne sexus quidem ratione habita, ingenuis aliquot mulieribus a satellitibus quibusdam eius illata fuit. Veni et ego non tam armis quam causa omniumque ordinum consensu atque comitatu adeo, cum omnes fere certatim regnum mihi ingredienti obviam se effunderent, fretus, Cracoviamque sedem Regni ad insigna regni accipienda ingressus, summa omnium voluntate coronatus, regnoque confirmatus fui. Illustritas Sua, etsi ab ea urbe ipsorum Regni ordinum opera atque armis ante adventum meum reiecta iam tum recesserat, in finibus tamen regni per duos fere menses ita adhuc versata fuit, ut neque ipsa de spe retinendi regni, neque miles eius de iniuriis in populos meos quicquam remitteret. Quibus rebus cum non modo vindicandae, verum propulsandae etiam iniuriae, meique defendendi necessitatem mihi allatam viderem, Ducemque militiae et Cancellarium regni mei, Illustrem et Magnificum Ioannem de Zamoscio cum exercitu contra Illustritatem Suam misissem, singulari benignitate divina is exitus belli eius fuit, ut exercito eius fuso fugatoque, Illustritas Sua ipsa per deditionem in potestatem meam venerit. Quem successum, ut solius Dei beneficio acceptum fero, ita non aliter uti eo cogito, quam universae Christianitatis saluti atque utilitati expediat. Ita enim animo paratus sum, ut neque vim facientibus cessurus, neque honestae paci non libenter locum relicturus sim, omnibusque testatum faciam, ut contentionis huius causa a me profecta non est, ita ob privatas controversias rempublicam christianam minime turbatam me velle. Haec eo pluribus Sanctitati V. exponenda putavi, quod ad pietatem atque in sanctam sedem apostolicam observantiam meam pertinere iudicarem, ut de omni meo, regnique mei statu in primis Sanctitatem quoque V. tamquam communem Christianitatis parentem certiorem facerem: ac vel hac ipsa re in primo hoc aditu regni mei inter alios principes Christianos, ipse quoque

nomen quasi meum profiterer, sanctamque Sedem illam communem cum aliis parentem me quoque agnoscere testarer. Facile autem omnibus hisce ex rebus perspecturam Sanctitatem V. mihi persuadeo, primo nihil non modo iniuste, verum etiam non nisi necessario omni hac in re susceptum a me fuisse: deinde vero eum animum meum esse, ut omnia consilia mea non tam ad privatam aliquam utilitatem meam, quam ad universae reipublicae Christianae salutem referam. Verum cum iisdem de rebus internuntium etiam aliquem quamprimum ad Sanctitatem V. missurus sim, finem nunc facio. Observantiam autem atque obsequium meum in Sanctitatem V. ac Sanctam Sedem apostolicam summa Sanctitati V. interim defero, gratiaeque eius me ditionesque meas humillime commendo. Datum Cracoviae die ... Martii Anno Domini M.D.LXXXVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

XXXIII.

Archiepiscopus Gnesnensis pontifici de nuntio suo benigne excepto gratias agens commendat Stanislaum Rescium.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 295.

Sñio in Christo Patri et Dño Nostro Dño Sixto V. etc.

Sñe Pater et dñe, dñe clementissime. Rediit ad me salvus et incolumis Vincentius Praepositus Lascensis, quem ad S. V. ablegaveram, ut quis tum temporis fuisset amplissimi huius Regni Poloniae status, V. S. meo nomine exponeret. Hic ea omnia attulit, quae de V. S. non modo expectabamus, sed certo etiam nobis pollicebamur, Vestrae nimirum Sanctitati non alicuius privati Principis honorem et contentionem, sed solam huius Regni salutem et dignitatem cum religionis Catholicae sanctitate coniunctam curae esse atque semper fore. Exposuit subinde alia multa, quibus S. V. propensissimae suae in nos voluntatis inclinationem pro paterno suo affectu dignata est contestari. Quo nomine ego pro officio meo ingentes ago gratias S. V., utque nota sit nostris hominibus praestans haec illius et divina voluntas, pro meo munere contendam et elaborabo. Iam quis sit hoc tempore Reipublicae nostrae status, quae S. Reg. Maj. dñi nostri pietas, animi magnitudo, in rebus omnibus supra aetatem prudentia, et in S. V. Sanctamque Sedem Apostolicam devotio, referet D. Rescius Abbas Iedrzeiovicnsis, eiusdem M. R. Secretarius: quem commendarem pluribus S. V., nisi vel notior esset V. S. quam ut mea commendatione egeat, vel ne V. S. Maiestas literarum prolixitate offendatur, vererer. Quare finem facio, supplico tantummodo S. V., ut tam in iis, quae nomine R. M. acturus est, quam quae pro Ecclesia mea a S. V. meo nomine petet, clementem et benignam se illi praebere dignetur. Commendo preces et obsequia mea S. V. Deumque precor, ut illam Ecclesiae suae clavum diu atque feliciter tenere velit. Datum Lovicii 3. Aprilis 1588.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus Sacellanus
STANISLAUS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS manu sua.

XXXIV.

Cives Leopolienses pontifici et cardinali de Montalto de humanissimis litteris ipsis datis, deque stemmate gentilitio familiae Perettianae ipsorum civitati collato gratias permaximas agunt. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 643.

Sñio ac Bñio in Christo Patri et Dño, Dño Sixto eius nominis Quinto, S. R. E. Pont. Max. Dño Dño nostro clementissimo.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe clementissisime. Post humilima beatorum pedum oscula et infimae devotaeque nostrae subiectionis ac obedientiae commendationem etc. Ovibus, quae pastorem suum agnoscunt, quantae voluptati sit, ab eo vicissim nosci et vocem eius audire, anno superiore didicimus. Cum Illñus et Rñus Dñus Ioannes Demetrius Solikowsky Archiepiscopus Leopoliensis, Pastor noster colendissimus, ad Sanctitatis V. Sedem, Serenissimi Stephani Regis tum nostri aeterna memoria dignissimi functus legatioue, nos quoque humilimas oves Sauctitati Vestrae tanquam Summo ac Unico Iesu Christi in terris Vicario ita addiceret, ut ab illius Sanctitate non solum Apostolicam, cui nulli thesauri conferri possunt, benedictionem, verum et singularis ac plusquam paternae in nos clementiae publicum, amplissimum perpetuumque nobis reportarit monimentum. In eius itaque incundissimo reditu, quanto cum gaudio et quanta cum animi exultatione litteras Sanctitatis Vestrae vidimus, legimus et exosculati

sumus? Deinde cum Leonem nostrum subiugalem ab ipsius sacri culminis Leonc, Montibus de petra Petri et supra eos Stella maris, quae tenebras irradiat, contra quosvis hostium insultus auctum et munitum conspeximus: quantum inde consolationis et lactitiae spiritualis, quantumque civilis ornamenti omne in aevum accepimus? Ac dum etiam apud cactcras civitates et apud nostram posteritatem praedicabitur, Summum orbis totius Caput et Principem hanc Sarmatiae Civitatem adeo dilexisse, ut insignia sanctissimae suae domus cum illa communicarit, eiusque cives familiae suae quodammodo fecerit participes: qua id nostra et Civitatis cum gloria sit futurum, non vcrbis haec solum ullis sane exprimere, scd nec animo ipso comprehendere possumus. Dum tamen ea a nobis reputantur, cum vix in praesentiarum reperire apud nos valeamus, quo non solum parem aliquam gratiam, scd minimam etiam gratitudinis nostrae significationem Sanctitati V. pro tam sublimi clementia declarare possimus: hoc saltem unicum gratiae referendae confugium habemus, quod in ipsa devotissima pectorum ct verborum nostrorum erga Sanctitatem V. oblatione positum est, ut eidem Sanctitati V. Domino nostro Domino clementissimo, quanta maxima submissione quam humilimas gratias agamus, animisque omni gratitudine plenis hoc Sanctitatis V. bcneficium celebremus. Quod quidem et ipsi iam facimus nunc et posteris nostris, ut nomen Sanctitatis V. celeberrimum semper ct colendissimum habeant, relinquemus. Id autcm per huius Rcgni turbulenta quaedam tempora literis nostris erga Sanctitatem V. testari hactenus non licuit. Porro addidit etiam Sanctitas V. nobis ac posteris nostris Diplomate suo non solum rcbus ipsis, vcrum etiam doctrina pïssima calcar et animum, ut quod hactenus depositum in hac Civitate inter Infideles ct Schismaticos ab omni hacretica peste integrum et inviolatum, Dei beneficio, custodivimus, fidei nimirum Catholicae sanctam et veram professionem, idem et sequentibus temporibus ab adversarïs nobis eripi non patiamur, sed in eius firma possessione, quemadmodum Sanctitas V. hortatur, et Sancta Sedes Apostolica Romana docet, in sempiternum custodiamus et conservemus, et sub protectione Sanctitatis Vestrae et Sanctae Sedis Apostolicae montibus aeternis adhaeramus. Interea cum tota Ecclesia Catholica ac universo christiano orbe talem tantumque pastorem sibi divinitus oblatum gaudente et gratulante, nos etiam minimi servi et scabellum pedum Sanctitatis V. votis nostris et precibus humilimus Omnipotentem Deum comprecamur, ut in hoc summo rerum Christianarum fastigio Sanctitatis Vestrae sanctissima et saluberrima omnia consilia et instituta ad sui nominis sempiternam gloriam, et ad totius Ecclesiae Catholicae exaltationem dirigat et prosperet, ipsamque S. V. quam diutissimc salvam, et sospitem nobis servet. Cuius beatis pcdibus humilime advoluti, nos et omnia nostra devotissime ac submississime commendamus et subïcimus. Leopoli die XXVII. mensis Aprilis Anno salutis humanae M.D.LXXXVIII.

Beatissimae Sanctitatis Vestrae

Indigni et perpetuo obsequentissimi servi
CIVES LEOPOLIS RUSSIAE.

Illmo Principi ac Rmo in Christo Patri et Dño, Dño Alexandro Peretto S. R. E. Cardinali de Monte Alto etc. Dño Dño nostro colendissimo.

Illme ac Rme Dne, Dñe Clementissime. Post submissum minimorum ct promptissimorum obsequiorum nostrorum commendationem. Serius et Smo D. N. D. clementissimo et Illmae Celsitudini V. ad literas respondemus, quas nobis indignis licet ac immeritis Pastor noster, Illmus et Rmus D. Ioannes Demetrius Solikowsky Archiepus Leopoliensis, ex legatione, qua tum apud Sanctissimam illam Apostolicam Sedem a Serenissimo divae memoriae Stephano Rege nostro fungebatur, reversus inde ad suam Ecclesiam et ad nos oves suas attulerat. Eius tamen tarditatis non fuit alia causa, quam iniquitas ipsa turbulentioris tcmporis, qua hoc Regnum et eius Civitates, nosque cum illis eramus tanto tempore involuti. Nunc ergo iam quasi faciliore, ac ut speramus, securiore literarum succedente commeationc, cum et ipse noster Pastor ad Illmam Celsitudinem V. scriberet, nos quoque, quanta decet, cum reverentia nostras hasce scribimus ac humilime exhibeamus. Est quippe quo haec Civitas cumprimis Smo et clementissimo D. N., deinde vero Illmae Celsitudini V. et publicc et privatim dedicatissima se perpetuo agnoscat et profiteatur, cum praesertim a tam summo Christianorum Capite ac Principe, ab eiusque tam Illmo Cardinale D. Patrono nostro benignissimo non solum verbis et literis admodum iucundissimis compellata, sed et sanctissimae Apostolicae benedictionis, quam nihil potest esse ad spiritualem consolationem acceptius, et Insigniorum suae Sanctitatis Vcstraeque Illmae Celsitudinis in rem nostram civilem largito collatoque Diplomate magnificcntissime aucta et condecorata sit. Pro qua quidem tam prolixa et incredibili clementia

in nos et munificentia, cum sane plurimam illis observantiam nostram et gratitudinem debeamus, eam vero interim aliter quam verbis tantum et animis propensissimis testificari non possumus. Primum hoc ab Illma Celsitudine V. obnixe oramus, ut quamvis exiles ac prorsus indignas, quae suae Sanctitati offerantur, humillimas tamen submissae nostrae erga illam subiectionis literas praesentibus annexas beatis suae Sanetitatis pedibus subiieere, illasque pro innata et singulari sua bonitate, proque ipsius Sanctissimae Sedis Apostolieae summa et maiestate et sublimitate verbis suis ornare, atque Civitatem eam et nos ipsos, nostraeque fidei ae voluntatis erga Sanetam Catholieam Romanam Eeclesiam, et erga eius Sanctam Sedem eonstans ae perpetuum studium addieere et eommendare dignetur. Hoe enim benefieentiae erga nos eumulo ab Illmae Celsitudine V. ad priorem amplitudinem aeeedente, nune quas item Illmae V. Celsitudini debemus, et quantas pleuissimo peetore gerimus et possumus, nuue habemus referimusque gratias. Deinceps autem ae primo quoque tempore eam operam dabimus, ut non verbis tantum, sed et omni humilium nostrorum servitiorum offieiorumque genere, ac quibus et quantis lieuerit argumentis gratos nos Illmae Celsitudini V. ad perpetuam usque posteritatis nostrae memoriam praestemus. Interea eiusdem humanissimae Celsitudini optima quaeque preeantes, Deum ipsum oramus, ut illam ad sui nominis honorem et gloriam, ad suaeque Eeclesiae Catholicae singulare deeus in quam plurimos annos incolumem et felieem servet. Cuius gratiae, elementiae et protectioni nos et nostra omnia etiam atque etiam dedicata et eommendata iri eupimus. Leopoli die XXVIII. mensis Aprilis Anuo salutis humanae M.D.XXXVIII.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae

minimi servi et obsequentissimi

CIVES ET COMMUNITAS CIVITATIS LEOPOLIS RUSSIAE.

XXXV.

Maximilianus archidux Austriae pontificem de electione sua in regem Poloniae, deque sua captivitate certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 201.

Sanetissimo Domino Nostro Sixto Papae Quinto.

Sme ae Bme Pater, Dne Colendissime. Post oscula beatissimorum pedum et humilimam mei eommendationem S. V. incolumitatem vitae, ac felicem in omnibus rebus sueeessum a praepotenti Deo preeatus, eidem obsequia mea et observantiam debitam reverenter defero. Etsi non dubitabam, Pater Beatissime, eum hasee ad Sanetitatem V. darem, iam multorum sermonibus, literis, fama denique ipsa iniquae et adversae sortis meae eventum ita ubique inerebuisse, ut minime opus foret S. V. amplius de ea certiorem facere: tamen quia usus me superiori tempore doeuit, quam multi extiterint, qui res haetenus in Polonia gestas, iuxta ae ipsorum animo libitum fuit, non modo rudi vulgo corrupte et depravate proposuerunt, verum etiam exteris iisque summis Principibus saepissime falsa pro veris nunciarunt, non possum non vereri, eum eorum qui meae, quinimo inelitae domus Austriaeae dignitati invident, malevolentiam considero, ne forte Sanetitatis Vestrae omnibus notissimum et sane paternum erga me animum eonfictis eriminationibus et calumniis suis abalienare et avertere conati fuerint. Itaque non abs re faeturum me iudieavi, si a me quoque S. V. eius, quae mihi obtigit, molestiae nuneius perferretur: praesertim eum eerto seiam, eompertumque habeam S. V. inter gravissimas eogitationes suas non minimae eurae esse, qua ratione deeus familiae nostrae, non eonservetur tantum, sed et amplifieetur.

Primum igitur illud S. V. signifieandum existimavi. Cum multae sint graves et iustissimae eausae, quae me animo forti et magno praesentem eonditionem ferre iubeant, tum vero in primis illae, quod Regnum hoc nequaquam eontra voluntatem ineolarum ingredi, aut ad libertates eorum opprimendas venire unquam propositum habuerim, prout falso malevolos de me spargere audio, imo typis in publieum emittere ipsemet vidi. Alienissimum a nostro sanguine, meque ipsomet semper fuit quiequam, quod alterius sit invadere, aut gentem liberam servituti subiieere. Quod autem in proximis Electionis Comitiis Varsoviae Regno vaeanti studia mea detuli, ex eo Polonia beuevolentiam erga se inelitae domus Austriaeae agnoscere potius debebat, quam ut eulpabilem aliquam regnandi eupiditatem nominaret.

Fuit enim antea meae conditionis ea ratio, in qua mutationem aliquam appetere eausa prorsus nulla impellebat, sed eonsideranti maiorum meorum exempla, qui maturo consilio aeque ad Regni Poloniei emolumentum, quam aliarum ditionum commodum augendum laborem haud medioerem suseeperunt, an aliqua ratione vieinos populos Austriaeorum Prineipum imperio, multis temporibus retro, parentes eum Polonis aretiori ueeessitudinis vineulo eoniungere possent: pariter fortuuam tentare atque

experiri placuit, quatenus ea conatui nostro aspirare vellet. Approbavit consilium illud Sanctitas Vestra, praeterea Sacra Caesarea Maiestas Dominus et frater meus colendissimus, et una cum ipso Rex Catholicus pluresque alii laudatissimi Principes, qui per Legatos et Oratores suos me ad diem Electioni destinatum honorifice et diligenter ordinibus Regni commendarunt. Ex quo factum est, ut magno consensu, non exigua hominum abiectorum particula, sicuti impudenter malevoli garriunt, sed frequens Nobilitas, quae Varsaviae substiterat, per acclamationem, quam summum in Electionibus Regis Poloniae robur obtinere aiunt, me Regem suum solenniter salutarint publicarintque. Quorum iudicium simul Senatorii ordinis insignes et primarii viri, non Poloni tantum, sed et Lithuani, ratum gratumque habuere omnes, exceptis iis dumtaxat, qui vel largitionibus fascinati, vel a Ducc partis adversae, me quasi ex professo oppugnante, viventi adhuc Rege Stephano ad dignitates et honores quos tenebant promoti erant: reliqua pars potentiam et offensionem viri, cuius mentionem modo feeimus, formidabat. Unde mirari nemo debet, quod mihi de primariorum Magistratuum dissensione totics ad aures obgannitur. Extant namque particularium conventuum provinciarum itidem, et Palatinatuum quamplures protestationes: praeterea non tam notorium quam omnis populi vox est, se victorem, me quam victum videre maluisse. De quibus si remoto metu libere omnibus regnicolis sententiam suam exprimere facultas daretur, haud difficile foret, supradictas falso mihi impositas calumnias, quibus reclamantibus et invitis pene omnibus regnum ingressus arguor, detegere et confutare.

Addam praeterea, neminem affirmaturum, me oblatam Electionem Regiam praepropere aut inconsiderate amplexum, sed accedente Sac. Caes. Maiestatis et caeterorum inclytae domus Austriacae, multorumque aliorum Christiani orbis Principum consilio, summaque voluntate et cohortatione iter ad Regni gubernacula capessenda suscepisse, invitantibus et urgentibus etiam ipsismet continue Polonis, qui in celeritate plurimum positum asserebant. Unde nec mora Olomucium Moraviae metropolin me contuli, ubi conditionibus acceptis, more priorum Regum Poloniae iuramentum in Ecclesia Cathedrali praestiti.

Nec postmodum alia mente quam propensissima, et ad salutem libertatemque omnium defendendam studiosissima in Regnum veni. Sed cum ii, qui mihi sese opponebant, iamdudum ante meum adventum Cracoviam frequentes confluxissent, meque ad bellum gerendum minus instructum hostiliter exciperent: castra quidem ante urbem locavi, sed tamen patienter omnia sustinens, intentatum nihil reliqui, quo ipsos a proposito divellerem, iustissimaeque causae meae conciliarem. Quantum autem profecerim, tempus posterius edocuit. Nam dum disputationibus ipsorum attendo, dum hosti Urbem vallis muniendi locum et tempus relinquo, dum denique unus atque alter ex ipsis blandis suis pollicitationibus animos meorum lactat, meaque consilia protrahit, evenit, ut hiemis difficultates inciderent, quibus a longiore Urbis obsidione remotus ad Silesiae fines copias reducere coactus sum. Praecavi quatenus potui sedulo, ut mei ab incendiis, caedibus, et omni iniuria sustinerent. Sed dum in Arce quadam, Creppicium dicta, morarer, scribit ad me S. V. Nuncius Archiepus Neapolitanus, simulque ostendit, quanta cura et sollicitudine S. V. ob recens accensam belli flammam prematur, et quantopere cupiat paterna sua vigilantia illam, ne latius serpat, ocyus restinguere: Ideoque mandatum ipsi dedisse, ut consilium quoddam mihi proponeret, quo pacem salva utriusque partis dignitate sanciri posse speraret. Paratum ergo venire modo illi, de salvo conductu caverem. Quibus cognitis milites, qui illi obviam procederent, ablegavi, et adventum eius gratissimum habens honorifice uti decuit accepi. Cum autem postularet, ut inducias ad mensem paciscerer, quo tanto commodius, cum altera etiam parte tractatio institui posset: Etsi in mentem multa veniebant, quae animum, ne consentirem, suspensum effecere, nimirum inimicorum insolentia, quae omnia deterius interpretari solebat, veritus etiam ne forte timiditate adductum, pacem me petere iactitarent; tamen posthabitis iis omnibus S. V. voluntatem omnium maximam habendam ratus, inducias ad mensem unum me observaturum scripto pollicitus sum. Sed dum talia aguntur, ac ego primum propter aeris incommoditatem, qui multos e meo comitatu necaverat, in oppidum vicinum, Vielunium appellatum, me conferrem, Venit nec opinanti mihi nuncius, Cancellarium Regni Ioannem Zamoscium valido et copioso cum exercitu Cracoviae egressum me persequi. Quamobrem cum nec S. V. postulationi de induciis locum dari, sed illam sperni animadvertentem, me vero viribus ad resistendum tum temporis imparem et inferiorem viderem, concessi inditiones fratris mei Sacrae Caes. Maiestatis, sperans etiam hostes, foederum, quae ipsis cum Regno Bohemiae intercedunt, rationem habituros. Sed illi, quantum possibile fuit, properantes, obvios Caesaris subditos, inermes Rusticos, omnes trucidavere, neutro sexui parcentes, omnesque villas, oppido Silesiae Pitschinio circumiacentes, flammis consumpsere. Quae cum oculis intueri

ulterius non liberet, extremam fortunam experiri decrevi, et collecto quidem equitatu, peditatuque meo perquam exiguo vinctis praeterea auxiliis, Moravicis et Slesiacis, Ungaris itidem nonnullis, qui omnes ea ipsa hora, qua ad praelium eundem erat, defatigati penitus ad me venere, hosti in campo 24. Ianuarii obviam processimus. Et quamvis nostri ad pugnam lacessiti, fortiter aliquandiu se defenderent, tamen propter eminentem multitudinem adversariorum pedem referre coacti sunt. Occubuere equites haud multi, pedites vero plures. Ego cum paucis in oppido solus relictus, cum illud undique non obsidione tantum cinctum viderem, in quo de commeatu nihil ante prospectum erat, sed etiam iam textis aedium ignis iniiceretur, metuens quod plane futurum erat, miserabilem innocentum hominum stragem, et tam infantium, quam aliorum sanguinis effusionem horrendam, passus sum me in deditionem recipi, maluique conditionem istam, in qua etiamnum detineor, tolerare, quam alieni exitii spectator esse. Sed sanguinolenti hostes nec eo quidem fuere contenti. Nam Silesiae optime semper de Polonis meritae, irreparabilia damna intulerunt, dum per aliquot miliaria, incolas nihil hostile expectantes, invasere, eorum oppida, pagos et aedes incendendo, stupris, caedibus, rapinis omnisque generis flagitiis animi sui nequissimi malatiam explevere. Ea nimirum Poloniae egregia gratitudo est, pro multis magnis et luculentis beneficiis, quae laudatissimae memoriae praentes, avi proavique mei, et demum universa domus Austriaca in Nobilissimos quosque Proceres ac Nobiles Polonos, quos frequentes saepe in aulis suis honorifice educavere largiter et effuse contulerunt, quod nimirum tam hostiliter, inhumaniter, crudeliter et plane furibunde in miseros et inermes domus Austriae subditos, vicinos suos studiosissimos saevierunt. Sed ad me revertar.

Ego Crastnostavum in Russiam adductus sum, locum solitarium, et praesenti rerum mearum statui non minus gratum quam aptum. Illic intra parietes aede sacra excepta, devotioni aliisque animi exercitiis quamplurimum vaco. Et quamvis nullum non lapidem moverim, ut conditiones liberationis meae manifestentur, tamen negatum hactenus constanter fuit. Dies igitur a Caes. Maiestate ad tractationem habendam indicendus est, ubi de renovanda pace inter Poloniae et Boemiae Regnum quoque agi debet. Sane animos utriusque gentis inter se vicinae graviter exacerbatos video, unde difficile erit pacifice istas controversias definire et componere. Ex ista enim parte insolentia praedominatur, illic ob iniuriarum illatarum memoriam homines vehementer vindictam expetunt. Verum quocunque res tandem pervenerit, cum S. V. ex rerum gestarum non alta magis quam vera repetitione intellexerit, quam multis et variis modis ego indigne lacsus sim, quae iniuria non meam modo personam, sed universam demum Austriacam Sanctae Sedis Apostolicae semper observantissimam concernit; cumque praeterea demonstrarim, quam misere et extra omnem culpam Sacrae Caes. Maiestatis ditiones hostiliter devastatae siut; denique quam insignem contumeliam S. V. acceperit ex eo, quod ipsius paternum consilium pacem et tranquillitatem publicam spectans repudiatum fuerit, Sanctaeque Sedis Apostolicae Nuncius despicatui habitus: Etsi praeclara et laudata pietas Sant. V. eam in re iustissima rogare nou patiatur, tamen illi vel diligentissime etiam supplicare non dubitabo, si usus ita exegerit, dignetur S. V. cum autoritate sua, tum auxiliis atque ad extremum omni ratione qua poterit acquiori parti, hoc est nostrae assistere, nec cuiusquam vanae oratioui plus dare quam ipsi veritati a me ad longum enarratae. Parcat mihi S. V. quod prolixius et copiosius ista quam decuit fortasse exposuerim. Non enim solummodo propter rei magnitudiuem necessarium ita fore iudicavi, verum etiam fretus amore paterno, quem multis modis a S. Vestra expertus sum, existimavi, illam nihil eorum, quae mecum acta sunt, celare oportere. Iam S. V. diuturnam et optimam valetudinem, omniaque fausta et foelicia a Deo ex animo precor, eique me et meas rationes humiliter commendo. Dat. Crastnostavii 28. Aprilis Anno 1588.

Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
MAXIMILIANUS.

XXXVI.

Rex Poloniae archiepiscopo Neapolitano nuntio apostolico gratissimum sibi fore eius ad se adventum significat.
Nuntiat. Polon. Vol. 25 fol. 117.

Rmo in Christo Patri Dño Hannibali de Capua Archiepiscopo Neapolitano,
Smi D. N. Nuntio Apostolico, sincere nobis dilecto.

SIGISMUNDUS III. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc. necnon eadem gratia designatus Rex Sueciae, magni Ducatus Finlandiae

haeres. Rñe in Christo Pater, sincere nobis dilecte. Si quam de Paternitatis V. in nos animo non tam existimatio nostra, quam tempora reipublicae dubitationem nobis attulerunt, eam proximae literae Paternitatis Vestrae plane nobis exemerunt. Ita enim Sanctissimi Domini Nostri voluntatem deferri a Paternitate Vestra ad nos intelligimus, ut in eadem nobis deferenda non minus Paternitatis quoque Vestrae singulare in nos studium ac voluntatem facile perspiciamus. Quod cum ita existimare nos intelligat, minime dubitare potest, quin adventus quoque ipsius gratissimus nobis futurus sit. Nos sane et Sanctissimo Domino Nostro debitam observantiam nostram, quamvis et iam ante testati sumus, et deinceps etiam prolixius per nostrum aliquem testaturi simus, tamen per hanc quoque occasionem vicissim declarare, et Paternitatis V. cum tanto in nos studio coram frui, tum eidem nostra benevolentia praesentes respondere cupimus. Paternitas V. benevaleat. Datum Cracoviae die v. Maii Anno Domini M.D.LXXXVIII. Regni nostri primo.

SIGISMUNDUS REX.

XXXVII.

Idem rex Poloniae pontifici grates reddit de archiepiscopo Neapolitano nuntio apostolico eibi misso. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 17.

Sñio ac Bñio in Christo Patri et Dño Dño Sixto divina providentia Papae Quinto, SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater et Dñe, Dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum meique, Regni et Dominiorum meorum commendationem. Nuntium Sanctitatis Vestrae Rñum Dominum Annibalem de Capua Archiepum Neapolitanum libenter vidi et apud me habeo, non modo quod S. V. nomine ita Regem Poloniae me salutavit, ut paternam ex salutatione ea Sanctitatis V. erga me benevolentiam facile agnoscerem, atque ipse pro mea in Sanctitatem V. observantia summopere etiam honorificum mihi ducam, ut caeterorum Regum Christianorum Aulas, ita meam etiam Sanctitatis V. Nuntii presentia ornari: verum quod ipsum etiam ea prudentia atque ingenio esse perspicio, ut vel hoc nomine gratissimus mihi sit. Exequiis predecessoris mei divae memoriae Stephani Regis interfuit. Quod officium cum ita et mihi praesenti et illo mortuo praestiterit, ut cadem re Sanctitati quoque V. gratum se facturum existimaret, hoc etiam nomine multum me debere Sanctitati V. existimo. Verum quis animus meus in Sanctitatem V. sit, Sanctitatis V. ac Sanctae Sedis Apostolicae observantissimus, quis praeterea Regni mei status, non dubito Sanctitatem V. ex eiusdem Nuncii sui litteris rectius perspecturam. Sanctitatis V. clementiae me, regnum ditionesque meas humillime commendo. Datum Cracoviae die 27. mensis Maii Anno Domini 1588.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentieeimue filiue

SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

XXXVIII.

Princeps Maldaviae eiusque eecretarius archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum in Polonia certiorem reddunt de iis, quae cum eummo pontifice coram egerint. Nuntiat. Polon. Vol. 26. fol. 125.

A l'Illño e Rño Monsignor Signor mio osservandissimo Sig. Arcivescovo di Napoli Nuntio in Pollonia à Cracovia.

Illño e Rño Monsignor, Signor mio osservño. Io resto con molto obligo à V. S. Illña dela pietosa intentione, ch'ella mostrò verso me nel udire l'anno passato parte de miei travagli di Transilvania dal Sig. Franco Sivori, come egli m'ha dato ragguaglio, e prima che hora lene havrei scritto ringratiandola, s'io non havessi aspettata l'occasione, che hora mi s'è offerta di farlo, e perche so, che le è gia noto, quanto io passai dopo la partenza dal mio stato con la perdita de miei beni in Transilvania, e con una prigionia tanto ingiusta di trenta mesi incirca, e dipoi m'accerto, ch'ella havrà intesa la libertà concessami solo dal'aiuto divino, di che sia lodata la Maestà di Dio, però di questo non le replicherò cosa alcuna, ma le dirò, che havendo come Christiano risoluto dopo ch'io fui libero di mettere in dimenticanza ogni ingiuria ricevuta dai Transilvani, pur ch'io fussi reintegrato di quel che havevo perduto là, non mancai d'usar tutti quei mezzi giusti et amorevoli, che si potessc, perche tra loro e me resultasse accordo e rialligamento d'amicitia; ma tutto fu vano, che per quanto io operassi

di mostrar segni d'humanità e di cortesia, non potei haver da essi corrispondenza alcuna, se non parole senza conclusione. Perloche mi risolvei restando pur nela mia opinione di proceder come Christiano, di ricorrere à Sua Santità come à capo universale, accio intese le mie giuste querele si degnasse con la santa sua autorità farmi far ragione del mio, et hebbi cosi favorevole la buona volontà sua, che si degnò darmi sopra questo fatto un Breve per il Principe Illmo di Transilvania, havendo prima ordinato a l'Illmo Cardinale Montalto, che per parte sua scrivesse à l'Illmo Cardinal Battori, à l'Illmo Gran Cancellier di Pollonia, al detto Signor Principe, e à V. S. Illma: nel che tanto piu s'è accresciuta la speranza mia di venir à capo di questo negotio, poiche è piaciuto à Sua Beatitudine farne dar la cura à V. S. Illma, perche havendo io prima ancora risoluto di pregarla ad essermi d'aiuto in cotal fatto, con tanta piu confidenza le invio tutte le sopradette lettere con la copia del Breve, e perche mi ha anco appresso Sua Beatitudine fatta gratia di commetter questo particolar per me à l'Illmo e Rmo Monsignor Legato, perciò la prego ad esser insieme con Sua Signoria Illma per trattarne con l'Illmo Gran Cancelliere. Hò gia dato lume di tutto à Monsignor Legato, e la somma dela mia domanda è, che mi sia dal Principe Illmo di Transilvania fatto restituire il mio, acciò ne nasca tra noi pace et amicitia intera, e tanto piu poiche li miei beni mi sono ritenuti nel suo stato, che non venendoli io à rihavere in tutto ò in parte, sarò sforzato à rivelare al Gran Turco la mia prigionia di dui anni e mezzo incirca, che à lui dai Transilvani è stata sempre negata, e farli sapere la somma dei danari che essi mi ritengeno, che sa bene il Principe, che à lui non puo essere se non di molto pericolo, perche non si contenterà il Gran Turco d'haver solo nele mani 300,000. scudi, ch'io pretendo, che mi siano ritenuti, ma ancora ne voria il doppio, oltre che ne potrebbe nascere cagione di grave danno, e resultarne finalmente forse la sua e mia rovina, e per l'opposito, se facendo quel ch'è giusto, e che s'appartiene particolarmente à Principe per legge universale, mi farà dar conveniente sodisfatione, si confermerà tra noi dovuta et amorevole unione, e perche si in questo come in ogni altra cosa à ciò appartenente mi son già rimesso nela volontà di Sua Beatitudine e di Monsignor Illustrissimo Legato, approvando ogni loro risolutione sopra l'accordo da trattarsi per questo conto, ne starò aspettando quella buona conclusione, che con tali mezzi si puo e deve sperare. Di tutto questo prego V. Sig. Illma à far capace l'Illmo Gran Cancelliere et abbracciar per me questo negotio, di che le terio sempre obligo indissolubile, aggiungendomi favore con una sua a l'Illmo Principe di Transilvania in quel tenore che piu le piacerà, et inviandola in compagnia del Breve per quei mezzi che la giudicherà migliori, con procacciarne risposta come è mente di Sua Santità, e fare insieme tener la sua à Monsig. Illmo Battori, et occorrendo sopra questi particolari maggior informatione à V. S. Illma, il Sig. Lorenzo Nelli consapevoli de tutto et amico mio potrà ad ogni suo piacere ragguagliarnela. Non entrerò superfluamente ad offrirmele in contracambio, che in ciò mi parebbe d'offender la prontezza del animo suo per se stesso volto à la cortesia, ma ben le dirò che ovunque mi si porgerà occasione di servirla, darò con ogni affetto segno di quanto io sia per giudicarmi tenuto à la sua bontà, con che le bacio le mani, e pregole da Iddio ogni maggior grandezza. Di Roma il giorno primi di Giugno 1588.

Di V. S. Illma

affettissimo servitore

Il Principe de la gran Valachia Petrus.

Illmo et Rmo Monsignore mio Collendissimo.

L'assenza di V. S. Illma di Cracovia l'anno passato mi levò la commodità di farle la dovuta riverenza avanti la mia partenza di Pollonia, statta massime subbitta per l'improvvisa nova che io hebbi della liberatione dell'Illmo et Eccmo Principe di Vallachia mio Signore dalla captivittà in che lo tenevano Transilvani. Feci puoi a bocca rellattione a soa Eccellenza della somma benignittà ritrovatta in V. S. Illma, et compassione che haveva dimostrato di suoi miseri accidenti, et in oltre le offerte cortesissime di doversi impiegare in quelle cose che la occasione rappresentassi in benefficio di questo negocio, il che si come fu a soa Eccnza oltre modo caro, cossi ha sempre riserbato in soa memoria, con l'intento massime che ha di riservirla, pottersi far capitale della soa molta humanittà et cortesia, onde tanto maggiormentc gusta che dalla Santittà di N. S. sia statto rimesso in mano di V. S. Illma la somma del negotio da trattarsi per la restituzione de i beni di soa Eccnza, statti ritenutti in quel stado di Transilvania, si come ne scrive a V. S. Illma diffusamente, a me non resta donque altro che

baciarli umilmente le mani et offrirmele perpetuo et divotmo Servittore, pregando Iddio che a V. Sig. Illma conceda ogni compimento di fellicittà. Di Roma al Primo di Giugno MDLXXXVIII.

Di V. S. Illma

Divottissimo Servittore
FRANCO SIVORI Nobile Genovese.

XXXIX.

Cardinalis Radivilius regem Poloniae de progressu haeresum in magno ducato Litbuaniae certiorem reddit, et petit, ut iisdem tempestive obviam eat. Nuntiat. Polon. Vol. 24. fol. 90.

Serenissime Rex, Dne Clementissime. Superioribus diebus in quodam Conciliabulo hic Vilnae habito decreverunt Haeretici Calvinistae, aut Cuingliani, ad obsistendum Ecclesiae Catholicae, et diffundendum virus suae pestilentissimae haeresis, quandam Universitatem seu Academiam in hac Civitate erigere, eamque omni qua poterunt authoritate stabilire. Et quamvis hactenus id satis infeliciter attentaverint, Deo praepotente, impia eorum consilia variis modis mirabiliter dissipante, his tamen non obstantibus extrema iam uti video tentare volunt, ut impios suos conatus ad exitum perducere possint. Nam et certa stipendia pro certo Magistrorum numero designasse, situmque loci ad fabricam erigendam delineasse dicuntur, et quod amplius est, certos quosdam nuncios delegerunt, quos ad Sacram Maiestatem V., ut eidem super hac re supplicent, ablegare volunt. Haec igitur tota causa est, Serme Rex, quam ob rem ego conscientiae et officii mei obligatione stimulatus, litteris hisce S. M. Vestram praevenire volui, obtestans illam atque obsecrans per Christi viscera et per amoris vinculum, quo in totam Rempublicam nostram obstringitur, ut tanto malo tempestive obviam ire velit. Nihil enim poterat Daemon ad perturbandam pacem publicam tam politicam quam Ecclesiasticam, et ad tumultus eccitandos aptius excogitare, quam quod isti homines malo agitati spiritu excogitarunt. Nam si in eadem Civitate, in qua unica tantum Religio colitur, ob publicam pacem conservandam nulla ratione duae Universitates sub eiusdem fidei vexillo militantes admittuntur, quando minus admittendae erunt duae Universitates, una Catholica, Haeretica altera. Hactenus triviali duntaxat Schola, quam per vim et iniustitiam meo praedecessori illatam extruxerunt cum summa difficultate potuimus pacem conservare: quid fieret, si erigeretur altare contra altare, id est Academia Sathanae contra Academiam Iesu: quae iam ab aliquot annis cum magno huius Civitatis splendore, et totius Lithuaniae emolumento authoritate Gregorii Pontificis Maximi, et Stephani Primi Poloniae Regis stabilita est. De S. Maj. V. non dubito, quin ea, qua praedita est in Deum pietate, et qua valet in Rempublicam authoritate et potentia, opponet se murum fortissimum pro Domo Dei non solum Universitatem, sed ne minimum quidpiam ipsis concedendo aut convivendo. Ego certe mortem potius oppetere paratus sum, quam ut vel tantillum illis hac in parte permittere debeam. Quare optima spe sum, Serenissime Rex, ut cum Deus et iustitiae causae a nobis sint, nullam datum iri laeticiae ansam Ecclesiae hostibus, imo vero hac occasione eos manifeste intellecturos, mentitam esse iniquitatem sibi. Christus Dominus Sacram Vestram Maj. sanam et incolumem, donis coelestibus auctam quam diutissime conservet. Wilnae die 10. Mensis Iunii Anno 1588.

Sac. et Sermae R. Maiestatis Vestrae

Fidelissimus Consiliarius
GEORGIUS CARDINALIS RADZIVIL.

XL.

Albertus dux Radivilius pontifici natam ducis Curlandiae in uxorem ee duxisse significat, supplicatque, velit sibi mittere quendam eacerdotem ex collegio Germanico de Urbe, qui uxorem suam in fide catbolica obfirmare aliosque haereticos partium suarum ad eandem reducere possit. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 289.

Smo Do Nostro Sixto V. Pont. Max. Do Do Clementissimo.

Bmc Pater, Dne Dne clementissime. Post oscula pedum Beatitudinis Vestrae. Paternam providentiam S. V. quam Christi ovibus per totum mundum impendit, cura salutis, quam debemus proximis, implorare me cogit. Accepi in uxorem filiam Ducis Curlandiae, in haeresi quidem educatam, sed iam Dei beneficio ad lumen Catholicae veritatis reductam, quae cum solam Germanicam linguam intelligat, et in Regno Poloniae Magnoque Ducatu Lituaniae praeter quosdam ex Societate Iesu non sint, qui hanc linguam concionentur: ad pedes S. V. supplico, ut R. P. Generali Praeposito Societatis Iesu praescribere

dignetur, quo aliquem doctum et maturum probumque ex Collegio Germanico seu Seminario Germanicae linguae gnarum Sacerdotem ad me mittat, cuius opera et uxor mea in fide sña confirmetur, ad profectumque virtutum incitetur, et alii quamplurimi, qui sub ditione mea conversantur, eiusdem linguae haeretici ad viam veritatis revocari possint. Concipio etiam magnum spem de Illña Ducissa Curlandiae matre uxoris meae, posse illam ad lumen veritatis adduci, si haec necessaria adiumenta fidelium praecipue et prudentium Christi operariorum accesserint. Clemcntiam hanc erga me S. V. et Apostolicam charitatem ac solicitudinem aeterna bonitas remuncrabitur, et ego indignus servus S. V. cum omni domo mea perpetua gratitudine prosequar. Osculor pedes S. V. Cracoviae 20. Iunii 1588.

Sanctitatis Vestrae

humillimus servus

Albertus Radzivil Dux in Olica et Niesniesz, Magni Ducatus Lituaniae Supremus Mareschalcus mpp.

XLI.

Archispiscopis Gnesnensis pontifici gratulatur de studio res Poloniae perturbatas componendi, spondetqus nihil hoc in negotio a se obmissum iri. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 299.

Sño in Christo Patri et Dño Nostro Dño Sixto V. Pont. Max.

Sñe ac Bñe Pater. Quanta benevolentia atque charitate V. S. et Serenissimum Regem nostrum et Regnum universum complectatur, abunde et antea satis, et nunc in suscepta serio de illius tranquillitate cura et solicitudine per suas literas tam ad Regiam Maiestatem, quam ad me vii. Maii datas S. V. declaravit, antevertitque eadem de re vix non cogitationes meas, quas Illño Dño V. S. Nuncio eidem S. V. insinuandas communicaveram. Cuius quidem eximii sui operis, ut et aliarum omnium actionum fructum etsi scimus S. V. non in hominum praedicatione, sed in spe retributionis aeternae posuisse: bonorum tamen omnium linguae divinum S. V. pectus paterni istius in nos amoris et benevolentiae fontem depraedicare non cessabunt, precabunturque Dominum, ut illud nobis et Christianae Reipublicae diuturnum, et in omnibus rebus faelici successu prosperare velit. Ad meipsum quod attinet, magnam inde eximiae S. V. voluntatis in me propensionem agnosco, cum mihi liberandi Serñi Maximiliani Archiducis Austriae curam iniungere dignatur, eoque nomine maximam habeo gratiam S. V. quodque pro officio meo fueram libentissime facturus, ut in eo nəgocio recte conficiendo omne meum studium, consilium operamque conferrem, id mandato S. V. faciam libentius. Nihil enim magis cupio, quam ut hoc non modo ex re Reipublicae nostrae, sed etiam ex V. S. voluntate concludatur. Deus O. M. Sanctitatem V. ad Ecclesiae suae gubernacula diu servet sanam atque florentem. Datum Lovicii 24. Iunii 1588.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus Sacsllanus

Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis mss.

XLII.

Rex Poloniae pontifici gratias agit ds amantissimis litteris sibi missis, eumque certiorem reddit ds iis, quas cum Maximiliano archiduce Austrias ad res Poloniae componendas egerit. Nunt. Pol. Vol. 59. fol. 29.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño Dño Sixto, divina providcntia Papae V. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño Clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater et Dñe, Dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum meique et regni mei diligentem commendationem. Binae Sanctitatis V. litterae eodem fere tempore redditae mihi fuerunt. Ad quas nunc eo paucioribus respondendum puto, quod et superioribus litteris meis, et per Internuncium ac Secretarium meum, Venerabilem Stanislaum Rescium, cum observanciam meam erga Sanctitatem Vestram pluribus testatus sim, tum de omni instituto in regno hoc capiendo meo sententiam atque animum meum apertissime Sanctitati V. declararim, de eodemque a Rño etiam Archiepiscopo Neapolitano, qui nuncii Sanctitatis V. munere apud me fungitur, crebro Sanctitatem V. certiorem fieri puto. In primis tamen vehementer gratulatus mihi sum, quod ex litteris Sanctitatis V. cognovi, et meum officium seu potius debitam erga Sanctitatem V. pietatem tam paterno animo a Sanctitate V. acceptam fuisse, et eum animum Sanctitatis V. erga me csse, quem ex iisdcm litteris eius perspexi. Cum enim ita a pientissima faemina matre mea Regina Sueciae ab ineunte aetate institutus fuerim, ut solidam

omnium actionum mearum laudem a solo Deo, cuius munus Sanctitas V. in terris sustinet, ecclesiaque catholica petendam semper mihi statuerem: non possum non vehementer gaudere in primo hoc ingressu non solum regni, verum aetatis etiam fere meae tam illustrem meae erga ecclesiam catholicam voluntatis Sanctitatis V. comprobationem me consecutum. Etsi autem grave onus impositum mihi videam, non modo praesenti Sanctitatis V. de me iudicio, verum imposterum etiam expectationi eius respondendi; tamen et Deum omnium bonorum datorem orabo, ut suam ad eam rem gratiam mihi largiatur, et ipse omni studio annitar, ut non modo posteriores actiones meae primis respondeant, verum in dies etiam maiores cum in omni pietatis genere, tum maxime in Sanctitate V. colenda progressus faciam. A Sanctitate etiam V. vicissim peto, ut eam voluntatem, quam erga me regnumque meum pro singulari clementia sua semel suscepit, eadem benignitate sua imposterum conservare velit. De Illmo Principe Archiduce Maximiliano, ad cuius liberationem Sanctitas V. me hortatur, quae mens mea sit, puto S. V. iam ante satis perspexisse. Dolui certe iam ab initio casum hunc ipsius. Etsi enim eo perduci a quibusdam passus se fuisset, ut non modo in gravissimam de regno contentionem mecum descenderit, verum multa etiam contra populorum meorum salutem vel fecerit, vel fieri passus fuerit: non parum tamen me, cum generis ipsius, quod praesertim aliqua ex parte commune mihi cum illo esset, dignitas, tum communis humanitatis conditio ac omnium rerum vicissitudinis recordatio movit; maxime vero quod cum ad unum Deum successus hosce referram, nullam maiorem grati animi significationem erga illum edere me posse statuerem, quam si quem beneficii huius auctorem agnoscerem, eum beneficentia atque misericordia, quae propria bonitatis divinae est, quam maxime imitarer. Itaque et ab initio, quantum per publicas rationes regni mei fieri potuit, humanissime acceptus habitusque a me fuit, et nunc ita sibi persuadere Sanctitatem V. velim, plurimum iam etiam cum omnia ea, quae ante ostendi, tum maxime Sanctitatis V. auctoritatem atque cohortationem apud me valere. Verum etsi nihil mihi tribuere velim, quo alteri quicquam detrahatur, tamen an iudicio ac voluntati huic meae quam Sanctitati certe Vestrae probaturum me confido, ab altera parte responsum sit, ex eo Sanctitas V. iudicare potest, quod eum et ante et eo tempore, quo Illmus Archidux Maximilianus proelio victus in potestatem meam pervenit, de rerum harum statu diligentissime atque humanissime ad Serenissimum et Excellentissimum Caesarem Rudulphum Illmi Archiducis Maximiliani fratrem litteras scriptas dedissem, ab omni eo tempore nullum omnino responsum ad eas retulerim, neque omnino vel me pro rege Poloniae, quem honorem Deus ipse iudicio suo mihi confirmavit, agnoscere hactenus voluerit, neque de ipsius Archiducis Maximiliani fratris sui liberatione cogitationem ullam serio susceperit. Quod factum eius si cum omnibus actionibus meis Sanctitas V. contulerit, non dubito facile eam perspecturam, nulla in re neque humanitati, neque publicae paci me defuisse. Ab altera parte nullam certe, ut quam lenissime dicam, amici animi significationem adhuc datam, simulque iudicaturam ex eo Sanctitatem V. quid ea in re a me amplius fieri possit vel debeat. Quod reliquum est, etsi Internuncium meum Ven. Stanislaum Rescium nulla apud Sanctitatem V., cui gratissimum eum esse video, commendatione egere perspiciam: ut tamen imposterum etiam clementia sua Sanctitas V. eum prosequatur, cumque negotiorum meorum a me illi commissorum ratio postularit, benigne audiat, Sanctitatem V. supplico, inque gratiam Sanctitatis Vestrae me, regnum ditionesque meas humillime commendo. Cracoviae die XXVI. mensis Iunii Anno Domini M.D.LXXXVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

XLIII.

Anna Poloniae regina vidua pontifici aignificat, quae rex Poloniae pro liberando Maximiliano archiduce Auatriae egerit.
Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 33.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V.
SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Sum. Pont. Dño colendissimo.

Beatissime Pater et Dñe, Dñe colendissime. Post oscula pedum beatorum. Ut solent esse omnes, ita fuerunt nobis gratissimae quoque litterae Sanctitatis V. die Maii VII. scriptae, quas gravissima etiam et prudentissima oratione Illustris Archiepiscopus Neapolitanus, Sanctitatis V. Legatus, comitatus est. Ac quod Serenissimum Poloniae Regem, Nepotem nostrum charissimum, attinet, nihil dubitamus eum Sanctitati V. pietatem observantiamque suam erga sanctam Sedem Apostolicam, ceterasque

Regias virtutes in omnibus actionibus, consiliisque suis probaturum esse. Quod vero de pace et liberatione Serenissimi Archiducis Maximiliani consilia et cognitiones Sanctitas V. suscipit, nosque ad idem faciendum hortatur, negari prorsus non potest neque debet, facere Sanctitatem Vestram, quod summum Dei Vicarium, authorem pacis et concordiae, prae ceteris omnibus maxime decet. Nos certe memores rerum humanarum et consanguinitatis, quae nobis varia et multiplex cum Serenissima Austriaca familia intercedit, viccm Serenitatis eius frequenter dolemus: sed cum a Maiestate Caesarea et ab iis, quorum interest, nulla hucusque de liberanda Serenitate eius, vel de renovanda nobiscum amicitia serio suscepta vel agitata fuerint consilia, facile Sanctitas V. iudicare poterit, quid nos facere, quidve sincere conveniat. Qua de re cum Serenissimus Rex, Nepos noster charissimus, ad Sanctitatem Vestram copiosius scripserit, non est, cur idem repetamus. Satis est intelligere Sanctitatem V. et calamitatis Serenissimi Archiducis Maximiliani culpam penes nos nullam esse, et authoritatem Sanctitatis V. apud nos in loco esse praecipuo, et nos a cruentis consiliis, nisi aliter salus Reipublicae postulet, prorsus abhorrere. Cupimus Sanctitatem V. diu bene ac feliciter valere. Datum Cracoviae die xxvi. Mensis Iunii Anno Domini M.D.LXXXVIII.

Sanctitatis Vestrae

obedientissima filia
ANNA REGINA POLONIAE mpp.

XLIV.

Archiepiscopus Gnesnensis pontifici grates reddit de cardinali Aldobrandino ad res regni Poloniae componendas legato extra ordinem misso. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 301.

Sñio in Christo Patri et Dño Nostro, Dño Sixto V. Sanctae et Universalis Ecclesiae Romanae Pontifici Maximo.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe clementissime. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae. Adventus Illñi Dñi Cardinalis Aldobrandini in hoc inclytum Regnum, vetus nostrum de V. Sanctitatis erga nos voluntate indicium existimationemque confirmavit. Etsi enim nunquam dubitavimus, eam motuum et dissensionum compositionem, quae non ita pridem sunt excitatae, maximae curae futuram fuisse Sanctitati Vestrae, quod inde istarum Provinciarum salutem Christianaeque religionis dignitatem et amplitudinem sapientissime existimet dependere: tamen quasi manibus contrectamus, Vestram S. serio ad eam rem non modo mentem et voluntatem, sed etiam manus apposuisse. Illñus quidem D. Cardinalis Aldobrandinus eo est ingenio, prudentia, fide humanitateque praeditus, ut non modo amorem et observantiam nostrorum hominum sibi conciliaverit, sed etiam in spem certam nos induxerit, fore, ut gravissimam et eximiam actionem istam fine salutari decoroque concludat. Quod illi omnes ex animo precamur, imprimisque ego, ita ut mihi Vestra S. in suis literis, quas ab eodcm Illño Cardinale accepi, mandare dignatur, omne meum studium, consilium, omnem operam, diligentiam et authoritatem praeclaris illius conatibus adiungam. Atque ut paucis multa concludam, ad omnia, quae Vestram S. velle ex eodem Illño Cardinali intelligam, studiosissime me accommodabo. Deus Opt. Max. Vestram S. diu incolumem faelicemque ad Ecclesiae suae gubernacula sedentem conservet, ad sui sancti nominis gloriam Christianorumquc populorum pacem, salutem et dignitatem. Commendo humillima obsequia et orationes meas Sanctitati Vestrae. Datum Gnesnae 12. Augusti 1588.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus Sacellanus
STANISLAUS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS mss.

XLV.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut archiepiscopum Neapolitanum nuntium apostolicum in collegium cardinalium cooptet. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 35.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Sum. Pont. Dño clcmentissimo.

Sñe ac Bñe Pater ac Dñe, Dñe clementissime. Post oscula pedum beatissimorum, (mei) Regnorumque ac ditionum mearum humillimam commendationem. Paterna Sanctitatis Vestrae erga me benevolentia, atque ardens meum ac singulare studium, quo teneor, exhibendi me semper obedientissi-

simum ac obsequentissimum filium Sanctitatis V. et Sanctae Sedi Apostolicae fiduciam praebet, me ex ipsius benignitate id, quod nunc summopere cupio, perfacile impetraturum. Rm̃us Archiepiscopus Neapolitanus, qui apud me Sanctitatis V. Nuncium agit, praeter familiae nobilitatem plurimaque ipsius merita, quibus complures annos Sanctae Sedi Apostolicae inserviendo omnium studia sibi comparavit, ego virum adeo eximiis virtutibus, religione, pietate ac prudentia ornatum sum expertus, ut incredibili illum amore atque animi propensione prosequar, dignumque iudicem, qui a Sanctitate V. cardinalatus honore cohonestetur: in quo quidem sapientissimo tanti Pontificis iudicio collocatus vim ingenii, prudentiae atque integritatis suae pro tuenda istius Apostolici culminis dignitate commodius atque impensius patefacere poterit. Quapropter, quemadmodum aliorum Principum postulationibus, qui praeclarissimos viros Sanctitati V. commendarunt, satisfacere humanissime placuit: proxime autem Serenissimi Henrici Galliarum Regis preces benignissimis auribus excepit, cum ob Regni sui turbulentos motus in Cardinalium Collegium Rm̃um Nuntium illic residentem cooptaverit: ita a Sanctitate Vestra his meis litteris obnixe peto, hanc eandem praerogativam Rm̃o Dn̄o Archiepiscopo Neapolitano, remotis quibuscumque impedimentis, nulla interiecta mora, rogatu meo deferre velit. Hoc primum huius regni mei primordia ingressus summa a Sanctitate V. animi contentione etiam atque etiam postulo, ac toto pectore contendo, ne me huiusmodi consolatione privare velit. Quod certa spe a Sanctitate V. expectans, Deum opmniotentem precor, Sanctitatem V. quam diutissime omnibus suis votis florentem conservare velit in beneficium Sanctae Catholicae universalis Ecclesiae. Quod reliquum est, observantiam atque absequium Sanctitati V. defero, gratiaeque eius me ditionesque meas humillime commendo. Datum Cracoviae die 17. Augusti Anno Domini 1588. Regno vero nostri primo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obssqusntissimns filius
Sigismundus Rex Poloniae.

XLVI.

Bernardus episcopus Luceorisnsis archiepiscopum Nsapolitanum nuntium apostolicum de advsntu Isremias patriarchas Constantinopolitani in Russiam contsndsntis csrtiorem reddit, dsqus spe Russos ad unionsm cum scclesia catholica reducendi. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 473.

Illm̃o et Rm̃o Dn̄o, Dn̄o Annibali de Capua Archiepiscopo Neapolitano, Sanctm̃i Dn̄i Nostri ad Serm̃um Regem Poloniae Legato, Dn̄o meo obserm̃o.

Illm̃e et Rm̃e Dn̄e, Dn̄e obserm̃e. Quod me suis litteris Illm̃a et Rm̃a Dom. V. iterum inviserit, maiores, quas possum et animus meus cupit, ago ipsi gratias. Hoc tam necessario Reipublicae nostrae tempore libenter Cracoviam, ut Illm̃a et Rm̃a Dom. V. hortatur, venirem, cum ad consultandum de Republica (uti sane ratio officii mei a me requirebat), tum ut Illm̃o Dn̄o Cardinali, qui adventu suo in maximam ac fere certissimam spem futurae pacis nos omnes erexit, Vestraeque etiam Illm̃ae et Rm̃ae Dom. coram inservire possim, nisi negotia quaedam Ecclesiae meae huiusmodi essent, quae me hinc abesse vel minimo temporis spatio non sinunt, oro immortalem Deum, ut alio saltem aliquo in loco brevi Illm̃am et Rm̃am Dom. V. videre atque iucundissima ipsius praesentia frui mihi liceat. Rediit Lucas meus, qui de benevolentia Illm̃ae et Rm̃ae Dom. V. erga me multa mihi retulit. Cui utinam me tam gratum exhibere valeam, quam cupio! Praetermissis aliis, quae hic apud nos aguntur, unum hoc omnino Illm̃ae et Rm̃ae Dom. V. significandum existimavi, quod cum Mense Iunio in Podlachiam ad alteram Diocaesis meae partem proficiscerer, Patriarcha ille Constantinopolitanus Hieremias in Moscoviam condens, per oppidum quoddam, in quo ego cum meis substiteram, praeter spem plane meam opinionemque celerius transiit. Quem cum tunc assequi ob instantem noctem mihi non liceret, Brestam, ubi aliquandiu moraturus esse videbatur, properavi: verum inde quoque ante meum adventum discessit. Paucis post diebus Dn̄us Iudex Districtus Brestensis Schysmaticus quidem, sed authoritate, doctrina atque rerum usu non vulgari vir, quique omnium eorum quae ad religionem spectant, scientissimus inter suos esse videatur, post habitos cum Patre Societatis, qui hic mecum degit, de religione nonnullos sermones, haustaque fortasse quoquomodo veritatis luce, semel atque iterum quasi data opera ad me venit, hortatusque me est summa cum contentione et obtestationibus quam maximis, ut cum aliis Episcopis Theologisque Catholicis, hoc maxime tempore, cum ea se nobis occasio offert, qua unquam commodior nescio an concedi queat, unionem Russorum cum Ecclesia Romana curemus. Dicebat ille providentia imprimis ac dispositione divina esse factum, quod Patriarcha Constantinopolitanus in has oras venerit. Addebat

curandum esse magis cum Graecis colloquium, quam vel scriptiones contra Russos editas, vel refutationes illorum, quae publice a nostris in concionibus fiunt. Sive enim amiserit sive recusaverit oblatum colloquium Patriarcha, si quidem Romana Ecclesia veritate nititur, facilius Ruthenos ad ineundam nobiscum unionem invitatum iri. Ac certe si ille habito colloquio erroris convictus succubuerit, et se et alios multos virtutum ac generis claritate conspicuos homines, qui nihil aliud expectant et exoptant magis, quam ut aliqua a nostris hac de re collatio in charitate et spiritu lenitatis cum ipso institui possit, nolle amplius illi adhaerere, atque hoc ipsius errore involvi: si vero certamen subterfugerit, venturum esse illum in suspicionem veri Schysmatis, atque ita facilius a Ruthenis deserendum. Referebat idem bonus vir, observare se cum suis diligentissime, utrum ad expilandos Vladicas Popponesque suos Patriarcha venerit, an ut salutem ex animo sibi subiectorum curet. Viam ad extremum ipse ostendebat, qua in procuranda hac fidei unione procedendum sit. Ecce, inquit, Patriarcha Vilnae pro festo Nativitatis Mariae Mitropolitarum atque Vladicarum suorum Synodum indixit, quam illi hic Brestae institui haud dubie mallent propter iter brevius, et frequentiores hic quam apud Vilnam Vladicas. Regia igitur Maiestas, ad quam nostrae Russiae Dominium pertinet, tamquam solicita de subditorum suorum salute cogat Patriarcham Synodum hanc Vilna Brestam transferre. Vos autem Episcopi cum Archiepiscopis atque Theologis vestris, quibus Deus ipse de salute hominum districte mandavit, facite interea, quod vestri est officii. Credat Illma et Rma D. V. nos, qui haec audivimus, multum consolationis habere et spei. Sed et Illmam et Rmam D. V. occasionem hanc tam bonam iuvandi nostrates Ruthenos pro zelo, quo flagrat, minime neglecturam spero: hoc praesertim tempore cum Illmum Dum Legatum nobiscum hic habemus, qui pro Dei gloria multa possit facere et velit, admonitis ea de re Dominis Archiepiscopis atque Episcopis, et a Regia Maiestate quod opus fuerit impetrato. Rem totam, ut agebatur, delineasse mihi satis erat. Reliquum prudentiae atque pietati Illmae et Rmae D. V. commissum esto. Cui promptissima servitia mea diligentissime commendo, vitamque diutissime incolumem ac faelicissimos rerum omnium successus ex animo opto. Datum ex Chotaczow die 23. Mensis Augusti Anno Domini 1588.

Illmae ac Rmae Dominationis Vestrae

Servus addictissimus
Bernardus Macieiowski Episcopus Luceoriensis.

XLVII.

Rex Poloniae pontifici significat cardinalem Aldobrandinum legatum a latere humanissime se excepisse, omniaque praestiturum, ut pax in Polonia instauretur. Nunt. Polon. Vol. 59. fol. 39.

Smo ac Bmo in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V.
SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño clementissimo.

Smc ac Bme in Christo Pater et Dñe, Dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum mei regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Legatum a latere V. Sanctitatis, Rmum in Christo Patrem Dñum Hyppolitum S. R. E. Cardinalem Aldobrandinum, summumque Poenitenciarium, ad me a Sanctitate V. missum ita excepi, quemadmodum et ipsius dignitas et mea erga Sanctitatem V. veneratio postulare mihi videbatur. Cum omnino talem coram cognovi, qualem esse mihi Sanctitas V. scripsit, eximia doctrina, magno rerum usu, singulari animi candore atque virtutum praeditum. Ipsae porro Sanctitatis V. litterae mihi a Rmo Cardinali redditae, paritcrque sermones mecum ab illo Sanctitatis Vestrae nomine habiti, dici non potest, quantum me delectarint. Ex iis enim, cum amorem erga me charitatemque paternam, tum vero curam et sollicitudinem constituendae in republica Christiana tranquillitatis, summo ac Universalis Ecclesiae pastore dignissimam, abunde cognovi. Dabo sane operam, ut tot iam illustribus argumentis cognitae Sanctitatis V. erga me benevolentiae omnibus obsequentissimi S. Sedi Apost. filii officiis respondeam. Bella porro, quae Christiani principes inter se committerent, plane impia et Christianae Reipublicae funesta semper iudicavi. Itaque conscientia mihi mea testis est, idque adeo palam omnibus esse confido, me huic, quod in regno meo excitatum erat, bello nullam dedisse causam, sed populos, qui sua sponte liberis suffragiis regnum mihi detulerunt, coactos pro dignitate mea libertateque sua arma sumpsisse. Quocirca ut initio pacis studiosissimus fui, ita nunc etiam, quantum mea dignitas et regni mei rationes patientur, minime ab honesta pace me abhorrere, et cum Sanctitatis Vestrae auctoritatis, tum etiam tranquillitatis in Republica Christiana publicae summam rationem ducere

Sanctitati V. probabo. Qua dc re Rm̃um Sanctitatis V. a latere legatum fusius illi perscripturum mihi persuadeo. Quod reliquum est, Sanctitatis V. clementiae me regnumque et ditiones meas ctiam atque etiam commendo. Datum Cracoviae die XXVI. Augusti Anno Domini M.D.LXXXVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentiseimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE

XLVIII.

Anna Poloniae regina vidua pontifici gratee reddit de cardinali Aldobrandino legato in Poloniam misso ad ree publicas componendae. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 47.

Sm̃o ac Bm̃o in Christo Patri et Dn̄o, Dn̄o Sixto divina providentia Papae V.
SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dn̄o clementissimo.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater, Dn̄e Dn̄e clementissimc. Post Sanctitatis V. beatorum pedum oscula meique commendationem. Quemadmodum cacteris in rebus gravissimis et admiror magnopere, et laudo singulariter flagrans studium Sanctitatis V. in communi Republica Christiana administranda, ut omnes eius partes sint incolumes: ita magnas prorsus insignesque gratias ago Sanctitati V. de hac etiam sollicitudine ipsius, qua de Regno Poloniae afficitur, paci tranquillitatique illius consulendo. Legatione tam gravi Sanctitatis V. nihil mihi Serenissimoque Regi, nihil Regno gratius optatiusque potuit accidere. Cuius quidem personam, quod viro maximarum virtutum laude illustri amplissimo Cardinali Aldobrandino magna cum gravitate imposuit, secundissima quaeque pro cius spectata prudentia de optato exitu rei ex sententia conficiendae speramus. Quae vero Sanctitas V. ad me scripsit, plane sunt ex eo genere, in quo quidem cogitationes meae assiduaque cura pervigilant. Mala discordia et armis Regna florentissima concidunt. Quidquid auctoritate mea Reginali apud Serm̃um Regem Regnique ordines potuero, id totum ad compositionis, ad pacis, ad tranquillitatis rationcm conferam. Sed nostra consilia, Beatissime Pater, pcrinfirma sunt, nisi suffragatione gratiae Divinae sint fulta. Supplico Sanctitatis V., ut tanti momenti ncgotium piis religiosisque hominibus commendet. Eorum immortali Deo grata deprecatio efficiet, ut et Sanctitas V. piae patcrnaeque sollicitudinis suac, ct nos operae laborisque nostri exoptatum fructum una cum Serenissimo Rege universoquc Regno capiamus, in veterem propinquitatis amicitiaeque gratiam cum Augusta Austriana domo redacti. Sanctitatem V. faxit Deus florentissimam diutissime valere. Datum Cracoviae Nonis Septembris M.D.LXXXVIII.

Sanctitatis Vestrae

filia obiedentissima
ANNA REGINA POLONIAE mpp.

XLIX.

Stanislaus Wareeviciue e Soc. Ieeu nuntium apoetolicum in Polonia de proeperie eccleeiae catholicae in Moldavia euccessibue edocet. Nuntiat. Polon. varia Vol. 29. fol. 425.

Illm̃o ac Rm̃o in Christo Patri et Dn̄o, Dn̄o Annibali Archiepiscopo Neapolitano,
et Sm̃o Dn̄o Nostro ad Serenissimum Regem et Regnum Poloniae,
Dn̄o Dn̄o benignissimo.

Illm̃c ct Rm̃e in Christo Pater et Dn̄e benignissimc. Veni in Moldaviam cum duobus patribus Societatis Nostrae ad Illm̃um Principem Moldaviae, quem 3. huius mensis in castris, nam propter pericula pestis sub papilionibus nunc habitat, salutavi. Qua dc re cum se mihi offert nuncius Serenissimi Rcgis nostri Constantinopoli huc rediens, Illm̃am Paternitatcm Vcstram ccrtiorem facere volui, ad illius consolationem, ut aliquid dc hac missione cognoscat. Literas Sm̃i Domini Nostri, Serenissimi Regis, Illm̃i Dn̄i Cardinalis Aldobrandini et Illm̃ac Paternitatis V. ac aliorum, quas mecum fercbam, Illm̃o Principi reddidi, quas cum magna significatione amicitiae succepit, et praesertim Sm̃i D. N. non enim eas tantum osculatus est, sed etiam capiti suo in signum subicctionis et obedientiac imposuit. Invenimus illum ad obedientiam Suae Sanctitatis valde propensum, imo prumptum ct paratum ad introducendam autem religionem Catholicam in ea oppida et partis ditionis suae, quac Ecclesiae Romanae aliquando suberant, et haereses ex illis extirpandas inflammatum. Nam praetcrquam quod antc ministros haereticos iusserat repelli, nunc denuo, nobis praesentibus, edictum fecit, assentientibus Wladicis religionis graecae,

ut omnes ad Catholicam religionem revertantur aut regione excedant, alioqui se in illos ferro et igni animadversurum. Denique nec in praesidio suo, quod quingentis et amplius Hungaris constat, vult deinceps ullum pati haereticum. Voluit iurisdictioni nostrae subdere Saxones et Hungaros omnes: sed diximus non esse id nostri muneris, Hierarchia Ecclesiastica opus esse et parochis, qui praesint Ecclesiis. Quamobrem de his maxime laborandum erit, potissimum Saxonibus et Hungaris: hi enim ad Ecclesiam Romanam ante pertinebant. Successu vero temporis operarii formari poterint etiam pro Moldavis, cum nostri hic sedem fixerint, ut videtur velle Illmus Princeps. Ad sumam, Illme et Rme Domine, videtur hic magnum ostium ad Catholicam religionem propagandam dinitus aperiri, magis quam in Transilvania et in aliis locis ab haereticis occupatis, idque propter egregiam voluntatem Principis et summam atque absolutam vitae ac necis in omnes potestatem. Nullis enim legibus aut potentia vel authoritate cuiusque prohiberi possit, quo minus id, quod induxerit in animum, exequatur. Hoc interim Illmae Paternitati V. significare volui, plura deinceps, cum hinc me post 14. dies, ut spero, expediero, illi vel superioribus significaturus. Hoc unum addam, legatum Reginae Angliae, qui hic in reditu e Constantinopoli rediit, magna sua et Reginae suae confusione vidisse hic Iesuitas, et haereticos repelli ac religionem Catholicam recipi, quam illi nefarie e Regno suo eiecerunt. Quod superest, me orationibus Illmae Paternitatis V. ac Socios meos ac totam hanc missionem humiliter commendo. Ex Castris Principis Moldaviae 7. Septembris 1588.

Illmae ac Rmae Paternitatis Vestrae

Minimus servus in Christo
Stanislaus Warszevizius.

L.

Modus rem catholicam in Moldavia et Valachia iuvandi archiepiscopo Neapolitano nuntio apostolico in Polonia porrectus.
Nuntiat. Polon. Varia Vol. 29. fol. 251.

Illma et Rma Paternitas Vestra meminerit de negocio Moldavico proponendo, ut Sua Sanctitas inflammetur ad hoc opus sanctum promovendum et ad exitum perducendum. Primum, quod ipse Dominus videatur ad conversionem et aggregationem illius Provinciae ad gremium Ecclesiae Catholicae ostium aperire. Nam Princeps ante Schismaticus benigne suscepit Sacerdotes nomine Suae Sanctitatis missos, nemine repugnante neque contradicente, eorumque potestati ac inspectioni Ecclesias Catholicas, quae sunt in illa provincia, et Haereticis pulsis Sacerdotes iam non habent, tradere voluit. Quin etiam nullum Haercticum amplius vult pati in ditione sua. Ad obedientiam Suae Sanctitatis valde propensus est et egregie defendit et confirmat Primatum S. Petri et successorum eius. Nec solum ipse propensus est, sed etiam Metropolita et Episcopi, seu Wladicae lingua illorum nuncupati. Metropolita nec est, nec vult esse subiectus Patriarchae Constantinopolitano. Porro Patriarchatus Coustantinopolitanus iusto iudicio divino propemodum sublatus esse videtur, non tam propterea quod qui dicebatur Patriarcha Ieremias, sit de sede deiectus, et in Moscoviam abierit, quam quod Imperator Turcarum domicilium et templum Patriarchale in habitationem et delubrum Machometanum converterit (quod nunquam ante factum fuit). Praeterea ita crevit auctio et emptio Simoniaca Patriarchatus, ut nemo dignitatem illam obtinere possit, qui deinceps centum et quinque millia aureorum Hungaricorum non solverit. Quam summam nemo in consequens tempus poterit persolvere, cum et ii, qui antea eleemosynis illos iuvabant, iam sint ab illis aversi. Proinde et ipsa dignitas vel tolletur, vel exulabit, vel ad valde humilem statum deiicietur, et honore ac existimatione sua privabitur. Hac occasione utendum est, quam Dominus dat, ut gentes illae schismaticae ad Sedem Apostolicam vel convertantur vel revertantur. Speranda est item ex multis argumentis non solum Moldaviae conversio ad obedientiam, relictis genti ritibus Graecis, cum emendatione ubi opus fuerit secundum Concilium Florentinum, sed etiam Valachiae et Moldaviae inferioris, cuius Princeps est nepos ex fratre Petri huius Principis Moldaviae, Catholica matre natus, qui quidem ditior est ipso Petro et potentior. Laudatur autem cum ab aliis virtutibus, tum a pietate et propensione erga Sedem Apostolicam Romanam. Et cum ad illum proficiscens in Moscoviam veniret Ieremias Patriarcha, nihil cum illo negocii habere voluit (quemadmodum narrat Illustris D. Brutus), nec ulla eleemosyna illum iuvit. Speranda etiam Russorum conversio, qui eadem religione et ritibus quibus et Moldavi utuntur, ut non commemorem Transylvaniam vicinam, quae tali exemplo non posset non commoveri. Ad hoc negocium inchoandum et perficiendum opus esset liberalitate Suae Sanctitatis, nec

multis sumptibus, sed mille, aut ad summum mille ducentis scutatis pro Seminario in ea Provincia instituendo in annos singulos, saltem ad viginti aut quindecim annos ad institutionem iuventutis et Sacerdotum pro Ecclesiis Catholicis et trahendos Moldavos ad studia literarum ac obedientiam Sedis Apostolicae. Ac successu temporis postquam venirent ad obedientiam, ad ipsum Principem, Proceres, aulam et milites in Orthodoxa fide et obedientia Sedis Apostolicae praedicatione verbi Dei in lingua Moldavica continendos. Quam parvum autem est id stipendium, quo unam atque alteram Provinciam Sua Sanctitas Christo Domino atque Sedi Apostolicae ad meritum et gloriam suam sempiternam potest subiicere, cum Principes saeculares multos milliones nonnunquam effundant, et ne unam quidem possint acquirere aut recuperare. Porro non est expectandum a Principe Moldaviae hoc tempore, ut ipse hunc sumptum faciat aut subeat: quin potius liberalitate Suae Sanctitatis esset alliciendus. Nam pendit magnum tributum Turcae (quamdiu non datur facultas vel occasio illius exeutiendi) et ordinarium et extraordinarium, ut aliquando ad ducenta millia Hungaricorum aureorum pertingat. Praeterea alit semper ad quinque millia militum tum circa se, tum in finibus. Unde et solvit magnas usuras, quas tamen incipit iam dissolvere. Successu tamen temporis posset aliquid ab eo sperari. Hanc igitur palmam propriam Deus Optimus Maximus Suae Sanctitati porrigit, ut accessio istarum nationum fiat Suae Sanctitatis Pontificatu ad Dei gloriam et Suae Sanctitatis praemium sempiternum. Expediret etiam, ut propter ordinem Hierarchicum conservandum Sua Sanctitas curam Ecclesiarum Catholicarum, quae utuntur ritibus Romanis, Rmo Dño Archiepiscopo Leopoliensi et successoribus eius literis suis commendaret, et ut crearet illi Suffraganeum in illa provincia, qui ibi semper adesset et Ecclesiis superintenderet. Quamvis ibi Ecclesiae Catholicae sint pauperrimae, tamen successu temporis modus aliquis illius sustentandi inveniretur.

LI.

Cancellarius regni Poloniae pontifici de amantissimis ad se datis litteris gratias agit, spondetque nihil a se relictum iri, quominus votis eius de pace in Polonia instauranda obsecundet, et cardinali Aldobrandino hoc in negotio praesto sit. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 253.

Sanctissimo Dño Nostro, Domino Dño Clementissimo.

Sanctissime ac Bme Pater et dne, dne clementissime. Cum et pro singulari clementia S. V. quam erga regnum Poloniae patriam meam perspiciebam, me quoque pro mea parte omnia S. V. debere non semel profiteri cuperem, et praecipuam erga S. V. observantiam, seu pietatem potius meam omni significationis genere quam maxime testari, magis tamen tacita veneratione S. V. antea colebam: literis meis, maiestatis eius mihi conscius, aspirare ad eam non audebam. Nunc S. V. literarum, quas binas hoc tempore accepi, benignitate invitatus, utrumque faciendum mihi putavi. Nam et ego meae erga illam pietatis declarandae occasionem mihi oblatam videbam, et illae tantam S. V. cum erga patriam meam, tum erga me ipsum benignitatem prae se ferebant, ut sine impii animi nota silentio a me praeteriri non posse eas iudicarem. Non modo enim amplitudinem et dignitatem regni Poloniae maximae curae S. V. esse ostendunt: Verum, cum quod per se magnum est, paternam curam eius, tum quod multo maximum est, ad eandem conservandam opes etiam omnes illius, quae benignitate divina maximae sunt, benignissime regno huic deferunt. Ad me autem quod attinet, ut pietas quidem erga S. V. ac Sanctam Sedem Apostolicam mea et nota et probata S. V. esset, vel imprimis me optasse non possum dissimulare, ut vero tantum illi S. V. tribueret, quantum iis literis tribuit, expectare ausus non fui. Imprimis igitur pro clementia ea S. V. cum erga regnum hoc, tum me ipsum tantas, quantas maximas animus meus concipere potest, gratias S. V. ago, eamque etsi in posterum etiam sua sponte S. V. retenturam non dubito: facile enim vel S. V. erga omnes Catholicos populos paternus animus, vel ipsa universae reipublicae Christianae securitas, cuius non minima pars in huius regni quiete posita est, a S. V. id impetrabit, quod tamen nihil nobis magis exoptandum putem, id ut faciat, ego etiam omni studio S. V. supplico. De me multis polliceri non debeo, illud tamen confirmare non dubito, nihil unquam maiori curae mihi futurum, quam ut opinioni ei S. V., quam de meo cum in Santitatem Vestram, tum in pacem etiam animo habere eam video, omnibus in rebus re ipsa respondeam. Eademque in re, quantumcumque publico commodo regni huius fieri a me potest, ne, quod S. V. mihi mandat, Illmo etiam Dño Cardinali Aldobrandino S. V. a latere legato desim, omnem operam dabo, cuius ego praestanti doctrina, prudentia atque humanitate coram frui nondum potui: ex literis autem et legatione ad me, maxime autem omnium celebratione talem cognovi, ut neque maiori cum dignitate, neque ad

munus hoc magis idoneum quemquam a S. V. mitti potuisse iudicem. Quod reliquum est, clementiae S. V. me etiam atque etiam commendo. Zamoscio die 8. mensis Septembris Anno 1588.

Eiusdem Sanctitatis vestrae

humillimus cervitor

Ioannes Zamoiski Cancell. et generalis Regni Pol. Capit. mpp.

LII.

Metropolita Moldaviae summo pontifici devotionem et obedientiam exhibet, significatque ei et nuntio apostolico in Polonia, quae princeps ad reducendas gentes suos ad avitam fidem magnifice praestiterit et praestiturus eit.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 651 et 667.

Sño ac Bño in Christo Patri ac Dño, Dño Sixto V. Dei gratia Sanctae Universalis Ecclesiae Catholicae Pont. Max. Dño Dño Clementissimo.

Sñe ac Rñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis V. obsequiorum meorum humillimam commendationem. Literas, quas Sanct. V. Illño Principi Dño meo Clementissimo misit, Sua Illña Celsitudo mihi ostendit. Maximam sane ex iis consolationem accepi, quod paterno animo Sanctitas V. Suam Celsitudinem prosequitur, protectionemque Ecclesiarum Catholicarum Provinciae huius in se clementer recepit. Equidem quod statum earum attinet, is nunc est. Repurgata est a nefandis erroribus, daturque a me partim ex officio meaque in Sanctam Ecclesiam Catholicam observantia, partim ex mandato Illñi Principis Dñi mei Clementissimi opera, ne, pulsis ac extirpatis iam haereticis omnibus, unquam amplius inficiatur. Qua in aedificanda cum strenuo laboret Magnificus Dñus Bartholomeus Bruti, multum sane illi hoc nomine omnes pii debent: longe vero plus Rñis Fratribus Franciscanis et Patribus Societatis Iesu, quos et unice amamus, et singulari quadam pietate prosequimur. Sane cum tantam felicitatem, sño Beatitudinis V. pontificatu, Sanctae Ecclesiae Catholicae videam, non possum non gaudere in Domino, imo ex animo semper desideravi Sanctit. V. invisere, eiusque beatissimos exosculare pedes. Verum cum id fieri nunc non potuerit propter varias Priucipis mei Clementñi et meas occupationes, quas in hoc officio meo, ad quod me Deus Opt. Max. nuper delegit, sustineo, intermittere tamen nolui, quin nacta commoda hac scribendi occasione per Magnificum Dominum Ieremiam Supremum Provinciae huius Mareschalcum, fratrem meum carissimum, et Bartholomeum Bruti, Oratores Suae Celsitudinis ad Serñum Poloniae Regem, his litteris meis pietatem meam erga Sanctitatem V. declararem. Cui me humillime subiicio supplicoque eaedem, ut sanctñam benedictionem suam mihi clementissime impartiatur, meque pro filio obedientissimo Sanctae Ecclesiae Catholicae Romanae de hinc et habeat et agnoscat, quoad si Deus Opt. Max. mihi vitam prolongaverit, solus per occasionem perpetuae pietatis et obedientiae erga, deosculatum beatissimos pedes Sanctitatis Vestrae venero. Quam beatissime in Christo Iesu valere cupio. Datum Soczaviae Moldaviae ex Metropolia mea die 15. Mensis Octobris Anno Domini 1588.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus et obedientiesimue filius

Georgius Mohila Metropolita Soczaviensis totiusque Moldaviae.

Illño et Rño in Christo Patri ac Dño, Dño Annibalo a Capua Dei gratia Archiepo Neapolitano et Summi Pontificis apud R. Maiestatem Poloniae Legato, Dño Dño observandissimo.

Illñe ac Rñe Dñe Archiepiscope, Dñe mihi imprimis observandissime. Litterae Sñi ac Bñi Pontificis Dñi nostri clementñi, adeoque Illñae ac Rñae Celsitudinis Vestrae ad Illñum Principem Dñum meum clementñum scriptae, magnam nobis omnibus attulerunt voluptatem. Quas ac mihi Illñus Princeps Dñus meus clementñus ostendit, illico Deo Opt. Max. gratias egi, quod Ecclesiae hae Catholicae, quae per multos annos horrendis obsitae erroribus separataeque ab universalis Ecclesiae corpore fuerunt, ad eiusdem gremium vicissim redierunt sño Pontificatu moderni Pontificis Maximi Dñi nostri clementñi. Illñus Princeps Dñus meus diu secum deliberaverat mittere me invisum Sanctissima capita Principum Apostolorum Petri et Pauli, exoscularequе beatissimos pedes S. Suae: verum ob gravissimas occupationes, quas et Celsitudo Sua et ego in hoc officio meo, ad quod me Deus Opt. Max. nuper delegit, sustinemus, in aliud commodius tempus id differens, consilium in praesentiarum mutare coactus

est. Quod statum Ecclesiarum attinet, is nunc est. Repurgata est a nefandis erroribus, daturque a me, partim ex officio meaque in Sanctam Ecclesiam Catholicam obedientia, partim ex mandato Illmi Principis Dni mei clementmi, opera, ne pulsis ac extirpatis iam haereticis omnibus, unquam amplius inficiatur. Scripsi nunc ad Suam Sanctitatem debitamque obedientiam dehinc Sanctae Ecclesiae Catholicae praestandam Suae Sanctitati per literas meas obtuli, quas Illmo et Revmo Cardinali de latere misi. Rogo itaque Rmam Celsitudinem Vestram, ut per literas suas me Suae Sanctitati commendet, ut Sua Sanctitas me dehinc pro obedientissimo filio sanctae Ecclesiae Catholicae habeat et agnoscat. A me nullum praetermittetur officium, quod augendae gloriae Dei et Sanctae Ecclesiae Catholicae inserviet, ac quod fratres Franciscanos et patres hos Societatis Iesu attinet, non secus ac pater filiorum sic ego ipsorum curam geram. Caetera Illma et Rma Celsitudo Vestra ex Magnifico Dno Ieremia supremo Mareschalco Provinciae huius, fratre meo charissimo, et Magnifico Dno Bartholomeo Bruto Oratoribus ad Serm Regem Poloniae cognoscet: quibus ut in omnibus Illma et Rma Cels. V. fidem adhibeat, oro. Eandem in Christo bene valere cupio. Datum Zoczaviae ex Metropolia mea die 15. Octobris Anno Domini 1588.

Illmae et Rmae Celsitudinis Vestrae

Studiosissimus
GEORGIUS MOHILA EPISCOPUS METROPOLITANUS SOCZAVIAE.

LIII.

Rex Poloniae pontifici Stanislaum Rescium supradictum suum apud Sanctam Sedem internuntium iterum commendat. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 51.

Smo ac Bmo in Christo Patri et Dno Dno Sixto divina providentia Papae V. SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dno clementissimo.

Sme ac Bme in Christo Pater et Dne, Dne clementissime. Post oscula pedum beatorum mei Regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Mandaveram Venerabili Stanislao Rescio, Abbati Andreioviensi, Sanctitatis V. Referendario, Secretario meo et ad Sanctitatem V. Internuncio, ut confectis apud Sanctitatem V. meis negotiis nonnullos in Italia Principes adiret, meoque nomine salutaret. Nunc iterum illum in Urbem reverti volui, ut coram Sanctitatem V. observet, et dum maior mea legatio, quam obedientiae Sanctae Sedi Apostolicae deferendae causa propediem mittam, ad Sanctitatem V. venit, ipse sit testis ac voluti obses meae in Sanctitatem V. observantiae debitaeque venerationis. Supplico, velit Sanctitas Vestra hominem sibi cognitum et commendatum benevolentia sua complecti, et quando meum aliquod regnique mei apud Sanctitatem V. aget negocium, ea fide audire, qua me ipsum audiret, si istic praesens essem, ac ipse ad Sanctitatem V. verba facerem: cuius clementiae me regnumque et ditiones meas iterum atque iterum commendo. Datum Petricoviae die XVIII. mensis Octobris Anno Domini MDLXXXVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

LIV.

Oratores principis Moldaviae apud regem Poloniae summo pontifici notum faciunt, litteras sui principis obedientiam et devotionem pontifici exhibentis secretario cardinalis Aldobrandini legati a latere se tradidisse, quae Romam mittantur. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 561.

Smo ac Bmo in Christo Patri ac Dno, Dno Sixto V. divina providentia Sanctae universalis Catholicae Ecclesiae Pontifici Maximo, Dno Dno Clementissimo.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dne Dne clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V. obsequiorum nostrorum humillimam commendationem. Illmus Princeps Dnus noster longe clementmus missis nos (sic) oratoribus suis ad Serm Poloniae Regem id iuxta clemeuter nobis in mandatis dedit, ut Illmum ac Rmum Dnum Aldebrandiuum tituli Sancti Pancratii Cardinalem Presbyterum ac Legatum a latere Sanctitatis V. ad Serm Regem Poloniae convcniremus, eique nomine Suae Celsitudinis debitam dehinc Sanctae Romanae Ecclesiae praestandam obedientiam exhiberemus. Verum cum Samosciae essemus apud Illustrem ac Magnificum Dnum Caucellarium Regni Poloniae certiores de Suae Rmae Celsitudinis absentia facti, ac recta Brescium Lithuaniae oppidum ad Serm Regiam Maiestatem

contendentes, literas, quas Illmus Dominus Princeps noster clementissimus ad Sanctitatem Vestram exaraverat, Reverendo Dño Secretario Suae Rmae Celsitudinis, quem forte sub id tempus ibidem invenimus, reddidimus. Quare cum temporis iniuria ac locorum distantia nobis integrum non fuerit Suam Rmam Celsitudinem videre, nihilominus per literas debitum pietatis nostrae munus erga Sanctitatem V. Suae Rmae Celsitudini obtulimus. Quod ut Sanctitatis V. paterno benevolo animo accipiat, ac Illmum Principem Dnum Nostrum clementissimum, nosque omnes pro obedientissimis filiis Sanctae Romanae Ecclesiae agnoscat et habeat, Sanctitatem Vestram humiliter oramus, cuius paternae protectioni nos subiicimus, eamque in Christo bene valere exoptamus. Datum Samosciae 10. die mensis Novembris Anno Domini 1588.

Sanctitatis Vestrae

Humillimi obsequentissimi filii
Ieremia Mohila Marschalcus Supremus Provinciae Moldaviae,
Bartholomeus Bruti, Oratores ad Regiam Maiestatem Poloniae.

LV.

Iidem tals urbanitatis officium cum archispiscopo Neapolitano explentens eidem nomins ipsorum principis munusculum quoddam tradunt. Ibidsm fol. 563.

Illmo ac Rmo in Christo Patri ac Dño, Dño Hannibali de Capua Dei gratia
Archiepiscopo Neapolitano et Summi Pontificis in Polonia Legato,
Dño Dño clementissimo.

Illme ac Rme Dne Archiepiscope, Dne clementissime. Servitiorum nostrorum commendationem etc. Illmus Princeps Dnus noster clementissimus, missis nos oratoribus suis ad Srmum Poloniae Regem id iuxta clementer nobis in mandatis dedit, ut Illmam Rmamque Celsitudinem V. tamquam legatum Apostolicum conveniremus, eamque nomine Suae Celsitudinis salutaremus. Verum cum Samosciae apud Illmum ac magnificum Regni Cancellarium essemus, certiores de absentia Rmae Cels. V. ab aula Regia facti non sine gravissimo animi nostri dolore, eo quod sanctae consuetudinis ac collocutionis eius nulla nobis coram copia dari potuerit, nosque recta Brescium Lithuaniae oppidum ad Suam Regiam Maiestatem proficisci oportuit, litteras Suae Illmae Celsitudinis Dni nostri clementissimi ad R. C. V. exaratas Rev. Dño Secretario Illmi ac Rmi Dni Cardinalis Aldebrandini, quem forte hic apud Dnum Cancellarium invenimus, reddidimus. Rogamus itaque R. C. V. ut siquidem id temporis iniuria factum locorumque distantia, quo minus eam soli convenire potuerimus, clementer id nobis ignoscat. Munusculum, quod Illmus Princeps Dnus noster clementissimus R. C. V. misit, nimirum frustum serici auro intertcxtum eidem transmittimus, eandem nomine Suae Celsitudinis peramanter orantes, ut grato id animo accipiat, et non donum sed donantis animum intueatur, qui et syncerus et omnis pietatis plenus semper esse debebit erga sanctam Sedem Catholicam et R. C. V. quam bene in Christo valere optamus. Datum Samosciae 10. Novembris Anno Domini 1588.

Illmae ac Rmae Cels. Vestrae

servitores studiosissimi
Ieremia Mohila Marschalcus Provinciae Moldaviae,
Bartholomeus Bruti, Oratores ad Srmum Poloniae Regem.

LVI.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut Stanislaum Rescium ad praestandam nomins suo debitam obedisntiam gratiose admittat, cum pestis regnum Poloniae infsstans honorificentiorem legatum mitters non sinat. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 53.

Santissimo et Bmo in Christo Patri et Domino, Dño Sixto divina providentia
Papae V. Sacrosanctae Rom. ac Universalis Ecclesiae Pont. Max.
Domino clementissimo.

Sme ac Bme in Christo Pater et Dne, Dne clementissime. Post oscula pedum beatorum mei Regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Postcaquam Regnum hoc Dei O. M. voluntate sum adeptus, nihil prius aut antiquius nihilque in votis habui magis, quam ut meam erga Sanctam Apostolicam Sedem obedientiam debitamque pietatem, misso ad Sanctitatem V. oratore, universo Christiano orbi testatam facerem, meque ipsum ac Regnum hoc meum Sanctitatis V. autoritati atque

patrocinio committerem. Qua in re cum variae me regni mei difficultates inicio retardassent, tum vero illud ad extremum impedimentum mihi est obiectum, quod divino permissu per omnes propemodum provincias meas pestifera lues late sparsa sit atque diffusa. Itaque iam designatus a me ad Sanctitatem Vestram orator, omnibus pene celebrioribus huius Regni locis peste infectis, neque comparendi in eam legationem sui facultatem habet ullam, neque expedito ad Sanctitatem V. itinere uti posset, quandoquidem ob suspensionem huius contagii ad omnes et in Germania et in Italia Civitates diu haerendum illi esset, et non nisi multorum mensium interposito spacio ad Sanctitatem V. perveniendum. In eo incommodo atque difficultate id mihi consilii capiendum putavi, ut Sanctitatis V. iudicio voluntatique permitterem, si diuturnior huius a me officii Sanctitati Vestrae molesta sit expectatio, sique id a me reddi quamprimum expedire Sanctitati V. videbitur, a Venerabili Stanislao Rescio Abbate Andreioviensi, Sanctitatis V. Referendario, Secretario meo, qui iam in Urbe Internuncius meus praesens est, obedientiam hanc recipiat, cui scribo, ut eam Sanctitati V. meo nomine deferat atque tradat, si ipsa Sanctitas Vestra recte id ab illo et cum dignitate peragi posse iudicaverit. Maiorem in modum a Sanctitate V. peto, primum ut moram hanc nulla mea culpa, sed temporum rationibus contractam aequo animo ferre velit, deinde ut (si ita Sanctitati V. videbitur) delatam a Rescio obedientiam meam benigne suscipiat, eamque me Sanctitati V. perpetuo sancte praestaturum esse certo confidat. Ut primum autem aeris ista hic conquieverit contagio, ampliorem ad Sanctitatem V. legationem mittam, qua et ista confirmem, et eum, quem Sanctitati V. honorem debeo, debito modo reddam. Quod reliquum est, Sanctitatis V. clementiae me, Regnumque meum commendo. Datum Brestae Lituanico [Lithuaniae] die XXIII. mensis Novembris Anno Domini M.D.LXXXVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentiseimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

LVII.

Archiepiscopus Leopoliensis significat summo pontifici et cardinali Montalto oratorum principis Moldaviae adventum in Poloniam, commendatque ipeorum eorumque principis propensissimum animum in rem catholicam in Moldavia et Valachia provehendam. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 361 et 427.

Sanctissimo Dño Nostro.

Sanctissime ac Beatissime Pater. Oratores Principis Moldaviae euntes ad Regem nostrum renovandorum foederum causa apud me fuerunt. Sunt autem viri praecipui, Hieremias Mohila supremus Moldaviae Gubernator, et Bartolomeus Bruti Albanus Curiae Magister, iam S. V. de nomine et virtute sua notus. Sine dubio eadem opera se se nomine Principis sui ad obedientiam S. V. ac S. Sedi Apostolicae praestandam contulissent, nisi et pestilentia gravis, quae hisce in partibus grassatur, et Principem ipsum iam ab Augusto mense sub tentoriis in Campo cum exercitu, et aula et proceribus suis subsistere cogit, aliaque adhuc pericula a Scythis Tauricanis illi et nobis incumbentia, impedimento fuissent. Quod tamen non nihil dilatum est, non in longum extractum iri pollicentur. Mittit ad S. V. Princeps ipse litteras, mittit et Metropolitanus Supremus Provinciae illius, frater huius Gubernatoris germanus, vir pius, Graeci ritus, cum ea, quam tum per litteras, tum per fratrem suum Sanctitati Vestrae ac S. Sedi Apostolicae coram persona mea praestitit obedientia, quod antea fuit factum nunquam. Patres Societatis Iesu a legatis S. V. et ipsorum Provinciali huc in Russiam ad me submissos, et a me deinde in Moldaviam transmissos tanta benevolentia et animorum alacritate susceperunt, ut non solum ipsi Patres id praedicent, sed etiam una cum Metropolitano ipso, eiusque clero graeco omnes etiam Consiliarii Principis illorum missione velementer consolati pro illis gratias agant. Omnes Ecclesiae Catholicae modo recipere eas velint, ipsorum authoritati permissae. Locus manendi ipsorum arbitrio ac electioni datus, Dñus Brutus ipse possessionem quandam non vulgarem illis assignat. Princeps fundis attributis stabilem illis sedem et Collegii fundandi occasionem dare optime animatus est. Novella tantum plantatio riganda est, et patribus venerandis in hoc Apostolico munere subveniendum. Hunc Dñum Brutum, cuius auspicio res faeliciter initium et progressum acceperunt, pluribus S. V. non commendabo: certus sum S. Vestram et filium eius ornaturam aliquo honesto, uti clementissime sollicita est, ecclesiastico Sacerdotio, et eum ipsum si non alia re ad praesens, saltem apellatione aliqua honorifica, Catholicae religionis per Moldaviam protectoris honoraturam. Calcar addet homini multa bona faciendi, pro dignitate S. V. et S. Sedis Apostolicae, Sanctaeque Religionis Catholicae sub immani Turca latius patefaciendi

fores, et ad initia rerum aliquarum etiam in rebus mundi, quae coniunctam causam habent cum gloria Crucis Christi et S. Religionis Christianae Catholicae exaltatione. Quibus de rebus, quia uberius scripsi ad Illmos Legatos S. V., non dubito eos omnia, quae e meis litteris acceperunt, diligenter S. Vestrae esse exposituros. Quae omnia ego humillime S. V. Dñi nostri clementissimi voluntati, gratiae et prudentissimo iudicio commendo. Ipseque interea supplex ad oscula beatorum pedum S. V. procumbo, pro diuturna ac faelici vita ac valetudine S. Vestrae Deum Opt. Max. assidue cum universo Clero et populis provinciae meae orans. Datum Dunaiovii 14. Decembris 1588.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus et perpetuus Servus
Ioannes Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

Illmo et Rmo Dño meo obsermo, Dño Cardinali Montalto.

Illme et Rme Domine, Dñe obserme. Fuerunt apud me ante diem histernum Illmi Principis Moldaviae oratores, Dñus Hieremias Mohila primus Provinciae illius gubernator seu Marschalcus, et Dñus Bartholomeus Bruti curiae Magister, viri praestantes, qui ad Sermum Regem nostrum vadunt. Habent et litteras ad Smum D. N. et ad Illmas Dominationes Vestras litteras et mandata. Quas mihi reddiderunt, eorum exempla Illmae et Rmae D. V. transmitto. De quibus mecum egerunt, ut ob temporis angustiam in praesentiarum scribere non possum. Huius Gubernatoris frater germanus est Provinciae illius Metropolitanus, qui nunc obedientiam suam ad pedes Smi D. N. per litteras suas deffert, cum eoque frater suus, qui apud me fratris suamque erga Sanctam Sedem Apostolicam fidem commendavit et testificatus est. Omnes ii una cum Dño Brutto sentiunt, eiusque ductum, iudicium et instituta sequuntur. Nunc primum Dñum Bruttum de facie agnovi praesentem, cuius eximia pietas, ardens studium et zelus erga Sanctam Religionem Catholicam incredibilis non hoc solum, quod hucusque contendi meretur, sed etiam multo maiora et luculentiora. Animus ad res magnas et praeclaras natus in hoc unum ferri viribus totis videtur, ut Sacrosanctam Catholicam Religionem non solum in terris Moldaviae, sed etiam in plerisque aliis Provinciis Turcarum potestati subiectis plantet, ac e vestigio in libertatem asserat et dilatet. O si omnes Episcopi hoc zelo praediti essent, quo vir hic praestantissimus, non esset dubitandum de meliore statu religionis sanctae. Sed nescio quis nos laetargus occupat? ut ad ea, quae proprii muneris nostri sunt, non nimis attendamus. Caeterum et in Machometanorum Republica ita bene, exacte ac perfecte versatus est, ut iis, qui de Reipublicae Christianae conditione sublevanda, sectaeque Machometanae nervis succidendis cogitationem suscipere vellent, plurimum momenti allaturus esse videatur. Qualem cum sciam esse Sanctissimum vere Pontificem nostrum, optarem pro Dei gloria et Christianae Reipublicae utilitate magnorum virorum magnam haberi rationem. Iam non semel suggessi pro fide mea, quid facto opus existimarem. Vita brevis, ars lunga. Bis facit, qui cito facit. Alexander non differendo in crastinum, quod hodic praestare potuit, Dominus orbis habitus, et cognomentum magni assequutus est. Occasionibus autem qui non deest, sed eas frontispicio apprehendit, res gerere solus dinoscitur. Quid? quod et Deus Opt. Max. nunc ipse videtur manum salutarem extendere, ad opem partibus illis ferendam lumenque vultus sui ostendendum. Sic accisis Turcarum viribus et animis, ut vix unquam Christiani Proceres a Draconis huius potentia exorta, aucta et stabilita, ad eius vires magis ac magis labefactandas, et quod volet Deus Opt. Max. evertendas, meliorem oportunitatem habuisse viderentur, atque nunc. Misimus duos Patres Societatis Iesu illuc, habuimus et sacerdotes quosdam illic. Sed quid erunt haec omnia, et quam utilitatem allatura sunt, nisi de fundamento ponendo quam primum cogitemus. Quod quale existimemus non dubito R. P. Varsevicium luculenter Illmas Dominationes V. edocuisse. Addendum ego, imo praemittendum esse id putarem, in quo cardo totius rei bene inchoandae vertitur, ut Dominum Bruttum hunc, cuius consilio illa opulentissima provincia in loco periculosissimo, nempe inter Turcarum et Christianorum ditiones, sita in bono et tranquillo, quoad eius fieri potest, statu regitur et conservatur, sine aliqua consolatione ac spe generosioris alicuius praemii non relinquamus. Filii eius interim sacerdotio aliquo honesto ratione habita, et ipsi ob externam in saecularibus curam et defensionem Ecclesiarum in illis partibus, et negocii huius sacrosancti divinitus inchoati protectionis munere et appellatione sive titulo concesso. Magna res est, honorifico verbo id assequi ac efficere, quod superioribus paulo temporibus maximis impensis ac sudoribus vix, ac ne vix quidem obtentum fuisset. Quod si a Sua Sanctitate pro eius summa pietate ac prudentia clementer concessum fuerit,

ausim ego affirmare, nos in hoc tam pulchro negotio (licet mare velivolum tempestates semper polliceatur ac pusillanimes terreat) Dei clementissimi auxilio secure et faeliciter velificaturos et navigaturos, et ad res magnas ac toti Reipublicae Christianae salutares in dies maiorem fenestram patefactum iri. Rogo, Illmẽ et Rmẽ Dñe, habeat eam rem cordi Dominatio V. Illma et Rma, et nostra pia desideria, quibus et vires et facultates in rebus aliis desunt, apud Smum Dominum nostrum suo favore prosequatur, ut si in hac vita pro Dei gloria aliud praestare non possumus, hoc saltem fundamento ponendo, quo melius nullum esse potest, in illam aeternam et beatam haereditatem maiora et certiora nobis merita comparemus. Haec tamen et caetera omnia prudentissimo iudicio Suae Sanctitatis et arbitrio summo subiecta sunt. Quidquid illa iusserit, voluerit, mandaverit vel habenas laxari vel vero astringi, parere in omnibus parati sumus. Deus animum videt, a nobis nullum terrenum lucrum quaeri. Haec liberius et pluribus propter meam singularem fiduciam, quam gero de Illma et Rma Dominatione Vestra. Item quia id debeo, et ipsi sacrosancto nomini Suae Sanctitatis, quae meam Civitatem Leoninam et Leonem gestantem, et Stellis illustrare et Montibus circumvallare, et Leone ipso exornato contra omnia tam spiritualia quam carnalia pericula communire dignata est, et me multa semper de sua gratia sperare iussit. Interea Illmam et Rmam D. V. diutissime salvam, faelicem et incolumem esse opto, meque ipsius gratiae et benevolentiae commendo. Datum (14. Decembris) 1588.

Illustrissimae et Reverendissimae D. V.

Devotiseimus et affectionatiesimus Servus
Io. Demetrius Solicovius Archiepiscopus Leopoliensis.

LVIII.

Cancellarius rsgni Poloniae studium suum ree cum Maximiliano archiduce Austriae componendi rspetit. Ibidem fol. 669.

Smo et Bmo in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V.
SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño clementmo.

Sme ac Bme Pater et Dñe, Dñe clementissime. Litteras Sanctitatis Vestrae, quibus ad meas respondet, denuo accepi, non minoremque ex iis erga me clementiam, quam ex aliis superioribus eius perspexi: pro qua quid ego gratias illi agam, qui ne minimam quidem partem eius verbis assequi possim? Itaque non tam ut in hoc genere gratiarum actionis observantiam meam illi ostendam, literas hasce dandas ad eam putavi, quam ut eius auctoritatem, maxime qua ad tranquillitatem et pacem me cohortatur, tantum apud me ut ante, ita nunc quoque valere testarer, quantum merito valere ea debet. Cum enim eo animo semper fuerim, ut vires regni huius maiori cum Ecclesiae et religionis catholicae propagatione contra barbaros potius converti posse existimaverim, pacis cum Christianis colendae non potui non semper autor esse. Non aliter animatos cum Regiam etiam Maiestatem tum ordines regni video, ut quantum in ipsis sit, pacem cum Christianis cupiant, abhorreant a bello. Quominus autem adhuc convenerit, non dicam quidem, cuius culpa fiat, sed iudicabit ex eo ipsa S. Vestra, quod nulla alia re hactenus impediatur, quam quod conditiones a Smo Archiduce Maximiliano in deditione Bycinense promissae ab altera parte in dubium vocari nunc videantur: de quarum tamen aequitate, quo S. Vestra ipsa statuere possit, exemplum earum una cum hisce ad S. V. mitto, meum quidem erga pacem studium atque in omni negotio hoc sinceritatem cognoscet, ut spero S. V., cum ex Illmo Dño Cardinale Aldobrandino S. V. de latere Legato, tum ex eo, quem frequentissime ad me Illma D. Sua misit, Rmo Dño Tholosano, quem ut ego singulari pietate, probitate ac sinceritate indefesso etiam in pacificationis hoc negotio labore versari cognovi, ita mei quoque cum erga S. V. observantiae, tum in hoc negotio studii testimonium vicissim illum mihi praebiturum non dubito. Quod reliquum est, S. V. clementiae etiam atque etiam me commendo. Zamoscio die xxii. mensis Decembris Anno Domini mdlxxxviii.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Servitor humilissimue
Ioannes Zamoiski Regni Pol. Cancell. et Gener. Cap. mpp.

LIX.

Confraternitas misericordiae Cracoviae erecta a Sede Apost. confirmationem etc. petit. Nuntiat. Polon. Vol. 7. fol. 104.

Ratio instituti Congregationis seu Confraternitatis misericordiae Cracoviae
ad S. Barbaram caeptae anno Domini 1588.

Huius congregationis et personarum, quas ad illam vocat Dominus, finis est et institutum, ut ex propriis et ab aliis conquisitis eleemosinis opem ferant illis, qui intra privatos parietes domesticis

calamitatibus et paupertate affliguntur, morbisque divexantur, qui et mendicare erubescunt, et omni alio praesidio sunt destituti: quod ut facilius consequantur, habent inprimis in legibus, ut singulis diebus ad hanc intentionem ter Pater noster et ter Ave Maria orantes, impetrent a Domino cordis sui ad opera misericordiae exercendum effectum, ipsisque afflictis pacientiam et solacia necessaria.

Deinde singulis mensibus commune pro re eadem offertur divini altaris sacrificium, cui omnes utriusque sexus assistunt, et eleemosinas ad ipsum altare pro illis aflictis conferunt.

Bis in anno omnes simul divinam accipiunt Eucharistiam.

Singulis hebdomadibus ordinarias et certas, quas nunquam praetergredi licet, conferunt eleemosinas, extraordinarias autem tribuunt pro devotione et rerum suarum successu.

Viri singulis diebus dominicis faciunt collectas ad deputatum locum convenientes, in quo de rebus specialibus habent negocia, visitatorum de miseriis et calamitatibus proximorum audiunt testimonia, eleemosinas distribuunt, et ab oratione capiente exordium cum oratione conventum concludunt.

Singulis hebdomadibus per vices unum visitant hospitale aut carcerem, et deputatas tribuunt eleemosinas. Quando possunt, sacerdotem etiam in comitatu habent, qui spirituales afflictis thesauros spargat.

Cum opus est, in eleemosinarum defectu ad fores templi astant, colligentes stipem pro afflictis, concionatore pro sugesto necessitatem illam commendante.

Habent ad haec omnia exequenda pulchras ordinationes et statuta, quae servantes omnia prudenter et caute pacateque perficiunt, et suam ad pia haec opera voluntatem confirmant.

Decem habent viros, quorum sententiis ad fugiendas altercationes eleemosinarum distributio perficitur. Ex quibus quatuor sunt visitatores, qui miserias et calamitates eorum, qui iuvandi sunt, examinat, ne dolus subsit, et ad congregationem diebus dominicis omnia referunt.

Habent et Montem pietatis, hoc est, separatam pecuniae summam, quam mutuo conferunt certis et in Italia usitatis condicionibus ad auferendam usurarum iniquitatem, quae hic late serpit et multos pessundat.

Nulla hactenus similis est in toto Regno hoc instituta congregatio et societas, quae parit magnum fructum et admirationem omnibus, et suo exemplo provocat provocabitque ad opera misericordiae multos. Non exiguam pecuniae summam per hoc quadriennium sparserunt pauperibus et egenis, quotidie spargunt, et certas quasdam familias ordinariis et hebdomadariis eleemosinis sustentant.

Numerantur in ea congregatione prope personae virorum 200, ex quibus sunt multi Praelati, Magnifici, Nobiles, Cives et alii honestissimi viri, qui omnes supplicant, hoc suum propositum et institutum ad Dei gloriam et animarum suarum salutem, proximorumque auxilio a Sede Apostolica confirmari et gratiis aliquibus spiritualibus decorari, ut tanto propensius piis operibus addicti alios etiam ad imitationem excitent.

LX.

Excepta ex litteris, quas archiepiscopus Neapolitanus nuntius apostolicus in Polonia de huius regni rebus cardinali Montalto summo pontifici a secretis scripserat. Nuntiat. Polon. Vol. 25. fol. 23 et seqq.

All'Illmo et Rmo Sig. Padrone mio Colmo il Sig. Card. Montalto

Crepicz, 9 Gennaro 1588.

Con le mie precedenti diedi conto à V. S. Illma che con volontà et consenso di quelli Signori Senatori che sono in Cracovia io dovea essere di presenza al Sermo Massimiliano, per vedere se nelle dissensioni di questo Regno fosse possibile ritrovare qualche modo di concordia et di pace, et che era in procinto di partire, havendo havuto risposta da esso Sermo Massimiliano ch'io andasse. Hora soggiungo con questa, che se bene ho ritrovate pessime strade, et che per andar sicuro mi sia stato bisogno far molti giri, sono arrivato questa mattina nove di Gennaro al campo del Sermo Massimiliano, che ho ritrovato à Crepicz. Ho havuto subito udienza da esso Sermo Massimiliano, et havendole fatto grande istanza in nome di Nostro Signore, che si dovesse trovare qualche modo d'accordo et di pace, m'ha risposto, che dalla sua parte si mostrerà sempre riverente et obedientissimo alla volontà della Santità Sua: et veramente m'ha ricevuto con grandissimo honore. Hoggi devo trattare sopra ciò con quelli Signori Polacchi principali, che sono della sua fattione, et appresso ne darò ragguaglio particolare à V. S. Illma, di quanto sarà concluso.

(P.S.) Gli ambasciatori di Lituania che dovevano venire con quelle conditioni ch'io scrissi a V. S. Illma, non vengono più, ch' hanno havuto sospetto del passaporto li haveva fatto il Principe di Svetia che non era libero; onde il Sig. Card. Radzivil et li fratelli et il Palatino di Vilna se sono fermati, et solo il Palatino di Trocchi con il Vicecaucelliere di Lituania, che sono della fattione del Principe di Svetia, sono andati a trattare col Principe di Svetia, avendo potestà assai limitata. Intanto se dovea fare uno altro convento della Lituania.

Crepicz, 11 Gennaro 1588.

Alli IX. del presente arrivai qui in Crepicz, dove ritrovai il Serñio Massimiliano, et subito mi diede udienza gratissima, et mi ricevè con grandissima benignità, come con le mie precedenti delli 9 di questo ne ho dato particolar ragguaglio à V. S. Illma. Il giorno seguente feci di nuovo instanza et con esso Serñio Massimiliano, et con tutti questi Sig. Polacchi ch' erano qui, et si congregarono nella camera dove io ero, che si dovesse trattare qualche modo di componere queste dissentioni, mostrando che Nostro Signore lo desiderava sommamente, et che in nome della Santità Sua io lo ricercava con grandissima instanza. Tutti veramente mostrando grandissima riverenza à Sua Bñe risposero lodando la pia et santa mente della Santità Sua, et confessandole obligo perpetuo dell'amorevolezza che mostrava verso questo Regno, dicendo che sopra quello che io havevo proposto non potevano darmi risposta, se prima non ne trattavano col Serñio Massimiliano loro Re, ma che tutti haverebbono havuto particolar pensiero di mostrarsi obsequenti all' auttorità di Nostro Signore et subito partiti da me andoruo al Serñio Massimiliano, et furono in consiglio in fino alle 3 hore di notte: questa mattina ancora han fatto consiglio sopra ciò, et il Serñio Massimiliano mi ha dato risposta, che principalmente per la osservanza che deve alla Santità di Nostro Signore che lo ricerca, si contenta che si tratti di pace, et che à questo effetto si eliggano Commessarii deputati dall' una et l' altra parte, che in qualche loco habbiano ad unirsi, e trattare del modo et particolari de la pace, et che si faccia tregua per un mese, come più particolarmente V. S. Illma si degnarà vedere nella copia di un scritto che mi ha mandato, la quale sarà qui allegata. Con questa risposta ho spedito subito uno in diligenza à Cracovia, et scritto à Monsig. Arcivescovo di Gnesna, et ai Vescovi di Cracovia et di Cuiavia, che trattino con il Serñio Principe di Svetia, et con gli altri Senatori che si accetti la tregua et questo principio di trattare la pace, che non veggo il miglior mezzo di questo da potere sperare qualche compositione et concordia in queste dissentioni, intanto che daranno risposta, io mi ritirerò à qualche loco del Regno, che potrò conoscere manco periculoso, non parendomi di dovermi trattenere uell'esercito del Serñio Massimiliano per non causare nuovi sospetti all'altra fattione: ma ho bene scritto à Cracovia, che sempre che occorerà, ritornerò de nuovo al Serñio Massimiliano, et andarò in ogni loco che sarà necessario per beneficio publico et servitio de questo nobilissimo Regno senza sparagnare ne fatica, ne spesa alcuna, che cosi me lo comanda la Santità di Nostro Signore. Hora se il Serñio Principe di Svetia, et quelli Signori Senatori, che sono in Cracovia, vogliono veramente la pace del reguo, devono accettare questa occasione di trattarla, già che il Serñio Massimiliano si mostra pronto alle conditioni debite et convenienti, et havranno visto agli effetti, che per ordine di Nostro Signore si sono fatti tutti quelli officii che sono stati possibili. In questi particolari c'ho trattato col Serñio Massimiliano, l'ho trovato veramente Principe di molta prudenza et di molto valore, zelante assai della Religione Catolica, et incliuato naturalmente alle cose di guerra: dipende da se stesso principalmente, et vuole sapere, et intendere ogni particolare, et dona grandissima satisfattione a tutti, per quanto ho conosciuto in questi pochi giorni.

Vitovia, 26 Febraro 1588.

Fu proposto à Nostro Signore, che la Sede Apostolica doveva riscuotere dal Duca di Prussia 100 mila tallari, presupponendo che suo padre, chiamato il Duca Alberto seniore, avvertitosi degli errori suoi, et desiderando riconoscere l'autorità del Sommo Pontefice et della Santa Sede Apostolica havesse destinato suo Ambasciatore il Signor Paolo Scaligero Marchese di Verona, suo Consigliere, per mandarlo à Roma à Sua Santità à chiedere l'assolutione dell'heresie, nelle quali era vissuto molti anni, et havea deliberato mandarle all'hora 100 mila tallari: et si narra, che gli havesse rimessi in Auversa per via di Danzico: et non essendo andato poi à Roma il Scaligero per molti impedimenti, et esseudo

stata tenuta la rimessa di questa somma, si presuppone ch'esso Duca Alberto à 7 di Settembre dell'anno 1567 havesse fatta una donatione di questi 100 mila tallari alla Sede Apostolica, et che di più la confermasse per una sua lettera in forma di testamento pochi mesi prima che morisse, come si può vedere più particolarmente dall'allegate copie di quelle scritture secondo me l'ha date m. Bernardo Stefanucci. Di tutto questo ne è informato Monsig. Rño Commessario della Camera, il quale per ordine di Nostro Siguore quando dovea venire à questa Nuntiatura di Polonia mi diede notitia del negotio, dicendomi che la Santità di Nostro Signore teneva conto di questa attione per cederla al Re Stefano di gloriosa memoria, acciò quel Re, ch'era di molto valore, in tempo opportuno potesse pigliare occasione di ricuperare quel stato dalle mani del Duca, che è perfido heretico, et introdurvi la vera Catholica Religione. Et l'Illño Sig. Cardinale Azzolino, che sia in gloria, nella mia partita di Roma, mi diede questa commessione fra l'altre per ordine di Sua Beatitudine, che in nome della Santità Sua facessi libero dono della pretendenza di essi 100 mila tallari al Re Stefano, il quale essendo morto prima che io giungessi in questo Regno, et essendo successe poi tante dissensioni et romori di guerra, non è venuta occasione di trattare di tal negotio. Hora essendo coronato Re il Serño Principe di Svetia, et dovendo il Duca di Prussia giurarli homaggio et ottenere l'investitura del stato ne' primi Comitii, che si crede s'habbiano da intimar presto per deliberare molte cose necessarie alla quiete del Regno, pare che questa sarebbe buona occasione di fare effetto gagliardo, et domandare questi 100 mila tallari prima che se li conceda l'investitura; ma come la Sede Apostolica ha molte altre pretendenze nel Ducato di Prussia di maggior qualità et stima, per le quali quando quel Duca altre volte ha giurato homaggio al Re di Polonia, li Rñi Nuutii pro tempore ne hanno fatto protcste sollenni per conservare illese le ragioni della Sede Apostolica (come V. S. Illña si degnarà vedere nelle copie di quelle c'hanno fatte et Mons. Rño Portico à tempo di Sigismondo Augusto, et l'Illño Cardinale del Mondovì à tempo di Stefano, che saranno con questa) cosi dovendo ancor io fare simile protesta in nome della Sede Apostolica, con l'istesse sollennità, quando esso Duca di Prussia in questi Comitii domanderà l'investitura et vorrà giurare obedienza al Re: vengo in dubio, che potrebbe parere atto contrario nell'istesso tempo produrre quelle proteste et fare instanza che paghi 100 mila tallari come legittimo Duca di Prussia, herede del Duca Alberto seniore, et che ciò potesse causare qualche pregiudicio all'altre pretendenze che sono di maggior qualità, et fondate in ragioni più salde. Questo negotio dei 100 mila tallari in nome di un tal Paolo Ossero lo sollecita qui m. Bernardino Stefanuccio, che con questa occasione lo menai in Polonia per mio Auditore, dicendo che havea seco le scritture che sarebbono state valide in qualsivoglia giuditio, et pretende perciò che la Camera Apostolica l'habbia fatta cessione della terza parte, che sarebbono 33 mila tallari et più, ma le scritture che ora presenta non sono gli stromenti originali, ma solamente copie autenticate nella città di Monastero per Notaro publico, il quale se bene approva, che tutte queste copie di molti privilegi, stromenti, lettere et altre scritture (fra le quali sono queste che trattano di tal negotio) corrispondono fedelmente a quegli originali, che ha presentato esso Sig. Paolo Scaligero, et fa fede ch'erano integri et illesi et senza sospetto di rasura alcuna, nondimeno egli non dice, che quelle scritture dalle quali sono cavate queste copie siano li veri istromenti originali, dove sia stata riconosciuta la mano del Duca Alberto et il suo sigillo, et del Notaro che l'ha fatte, et delli testimonii; et come tutte quelle scritture sono in favore di esso Sig. Paolo Scaligero, cosi queste copie senza tal ricognizione, et senza esservi citata la parte che ci haveva interesse non so quanto potrebbono valere in giuditio, et tanto più che contra esso Scaligero per quello che si dice in questo regno si oppongono molte cose, et principalmente di haver falsificato scritture, et però non hanno havuto essecutione, nè credito alcuno nelle altre dispositioni, che nell'istesse scritture si narra haver fatto il Duca Alberto in favore d'esso Scaligero; onde parendomi che le dette scritture non siano in quella forma valida che si promettevano, et vedendo ch'erano state autenticate nella città di Monastero, ho scritto à Monsig. Rño Vescovo di Nazareth, Nuntio in quelle parti, che vegga con la sua autorità, se vi fosse modo di haver notitia di tali scritture originali, et già ho risposta da S. S. Rña che vi userà ogni diligenza maggiore Paolo Ossero, in nome del quale tratta questo negotio il Stefanuccio, et da chi egli ha havuto queste scritture, hora si ritrova in Danzico, per quanto ho havuto notitia, gli ho scritto caldamente sia contento venir da me quanto prima et con la sua presenza si cercherà ogni mezzo di validare queste scritture per quanto sarà possibile. Intanto per non errare in negotio di questa qualità, ho giudicato cautela più sicura dubitare in molte cose, et darne ragguaglio particolare à V. S. Illña, acciò degnandosi ella

intendere quello che commanderà Nostro Signore, mi favorisca darmi ordine preciso come debba incaminarlo, stante le proteste che si devono fare per le altre pretendenze come ho detto, et quando hora si havesse ad intentare questa attione delli 100 mila tallari se devo domandarli sotto nome dell'istessa Sede Apostolica, o pure come ceduti à qualche luoco pio, havendosi à trattare con heretici; che tanto esequirò con ogni riverenza et diligenza possibile, et humilmente à V. S. Illma bacio le mani etc.

Vitovia, 7 Aprile 1588.

Saranno allegate con questa la lettera che scrive il Principe di Moldavia à N. Signore in risposta del Breve che la Santità Sua si degnò mandarli questi mesi adietro, et ancora una lettera di Monsignor Arcivescovo di Leopoli, et una del Signor Bartholomeo Bruti Cameriere del Principe di Moldavia per Sua Beatitudine, et le lettere che l'istesso Monsignor Arcivescovo di Leopoli et Signor Bruti scrivono à V. S. Illma, et quelle che hanno scritte à me, acciò ch'ella havendo particolar ragguaglio della riverenza che mostra il Principe di Moldavia alla Santa Sede Apostolica, et della prontezza, con la quale procura promuovere la religione Cattolica in quelle parti, si degni darne conto alla Santità Sua. Io ho risposto subito à quel Principe lodando molto la sua pietà, et essortandolo à mandar quanto prima li suoi Ambasciatori à Nostro Signore come promette, et gli ho offerto prontissima l'opera mia con l'auttorità della Santità Sua in tutto quello che potrò et per suo particolar servitio, et principalmente in aiuto della religione Cattolica in beneficio di quelle anime. Il Signor Bartholomeo Bruti desidera molto, che Nostro Signore si degnasse di honorarlo con dargli titolo di procuratore, et protettore di Cattolici in quelle parti, et che favorisce il suo figliuolo di qualche pensione o beneficio, come ha supplicato altre volte: et vedendo io con quanto ardore s'adopra nel servitio del Signore Dio, non posso mancare di non pregare instantemente V. S. Illma à favorirlo con l'auttorità, et protettione sua appresso la Santità di N. Signore. Se gli Ambasciatori di esso Principe di Moldavia verranno qui in Polonia, non mancarò di far loro tutti quegli honori et accoglienze, che per me sarà possibile, et tanto più se havranno ordine di passare in Roma, come penna Bruti. Trattero co'l Padre Provinciale della Compagnia del Giesù, et con il Provinciale de' Padri di S. Francesco dell'Osservantia, che qui chiamano Berardini, se sarà possibile mandare da quà alcuni de'loro Padri idonei al bisogno di quei popoli, come ricerca esso Bruti. Un Gentilhuomo di Prussia che venne hieri da me per suoi negotii particolari, et partito da Danzico alli 30. di Marzo, mi riferisce che in tutta Prussia era publico rumore, che molte navi et altri vascelli bene armati di artiglierie, et de soldati erano comparse in quel mare di Danzico appresso Revalle, et che alcuni di quelli vascelli erano venuti in Pomerania, dove erano sbarcati soldati in terra; li quali haveano saccheggiate alcune ville, et da quelli del paese erano stati fatti prigioni due di essi soldati, li quali (dice questo gentilhuomo) ch'erano Francesi, et che hanno confessato in tormenti, che in quelle navi et vascelli erano intorno à 30000 soldati in servicio del Re di Spagna et del Re di Francia, et che essi non sapevano à quale impresa fossero destinati, et haveano preso due navi cariche di ricche mercantie che venivano à Danzico: onde per tutta Prussia s'era dato ordine di pigliar mostra de'soldati, temendo che non volessero far impresa in quella provincia. Questo à punto mi ha riferito il sopradetto gentilhuomo; et se bene l'aviso ha poco del verisimile, et in queste parti sia solito spargersi molte nove stravaganti, ho voluto pure scrivcrlo à V. S. Illma, poi che correndo questa voce verrà scritto da altri, se bene senza fondamento di certezza. Li Tartari quando fero mostra di tornarsene adietro, entrorno per un altra parte nella provincia di Podolia, et havendo scorso un pezzo innanzi hanno fatto gran danno conducendo prigione molte et molte anime, con haver abbruggiate parecchie ville, et ancora non c'è nova che siano fuora del Regno, et scrivono che vi siano insieme 2000 Giannizzeri, et habbiano artiglieria che non è lor solito. Il Signor Cancelliere l'era andato incontro con la nobiltà, et soldati della Russia, ma non ha tanta gente che possa venire à battaglia con essi.

Vitovia, 15 Maggio 1588.

Quel mio che mandai al Sermo Re per darle conto della commissione che mi dava V. S. Illma per ordine di N. S., che io dovessi andar subito à risedere apprcsso la Maestà Sua et riconoscerla per Re di Polonia, non potè far l'officio cosi subito, ritrovandosi Sua Maestà ritirata in Niepolomicz à diporto insieme con la sorella et con la Serma Regina; ma subito che ritornò in Cracovia diede gratissima udienza à quel mio, et mostrò di ricevere sommamente cara l'amorevole volontà che li dimostrava la

Santità Sua, et disse, che m'haverebbe risposto subito. Intanto venendo la festa di S. Sigismondo, che è il giorno del suo natale, la Maestà Sua la passò allegramente in feste et banchetti con la Serña Regina et molti Senatori; ma la notte le sopravenne un poco di febre, per la quale stando ritirato alcuni giorni, non potè attendere à speditione alcuna. Subito rihavuto poi mi diede la risposta molto cortese, dicendo che m'haverebbe ricevuto con ogni amorevolezza, come V. S. Illña si degnerà vedere dall'istessa lettera di Sua Maestà, et da quella che mi scrive il Vescovo di Premeslia Vicecancelliere. Di più la Maestà Sua ha mandato un gentilhuomo de suoi Secretarii, il quale m'invitasse in nome della Maestà Sua, et mi accompagnasse per la strada con ordine, ch'io sia ricevuto et honorato in tutti li luochi, per li quali mi occorrerà passare. Questo Signor Secretario giunse qui hier sera, et io hoggi à punto mi pongo in viaggio senza tardanza alcuna per essere in tempo dell'essequie del Re Stefano che sia in gloria, le quali s'havranno à celebrare in Cracovia alli 22 o 23 del presente. Con questa occasione si troveranno insieme molti Signori Senatori, et s'haverà da deliberare li Comitii generali, del che et d'ogni altro particolare che occorrerà ne darò conto à V. S. Illña come devo.

Cracovia, 27 Maggio 1588.

Con le mie del 15 del presente da Vitovia diedi ragguaglio à V. S. Illña, che il Serñio Re non solo mi havea risposto benignamente, che mi haverebbe ricevuto con molta amorevolezza, ma che havea mandato un suo Segretario, perchè m'accompagnasse nel viaggio con l'auttorità della Maestà Sua, et che io mi sarei posto subito in cammino per Cracovia, et cosi havendo essequito con usare ogni maggiore diligenza nel viaggio per giungere à tempo dell'essequie del Re Stefano di gloriosa memoria, arrivai la sera delli 19 vicino Cracovia una lega, havendomi fatto intendere Monsig. Rño Vescovo di Premislia Vicecancelliere, che Sua Maestà volea farmi incontrare dalla sua Corte, desiderando ch'io entrasse con publico et honorato ricevimento. La mattina delli 20 à buon'hora vennero in uno à quel luoco dove io era questi Signori Canonici di Cracovia con molti altri Prelati, et l'Illño Sig. Cardinale Battori, et tutti questi Signori Vescovi che si trovarono qui mandorno i loro gentilhuomini, et vennero molti Signori Senatori, che me si sono mostrati sempre amorevolissimi amici, et particolarmente il Sig. Palatino Laschi, che in ogni occasione mostra apertamente grandissima riverenza alla Santa Sede Apostolica. In compagnia di questi Signori io me ne veniva in Cracovia, et più d'un miglio Italiano fuori della Città mi vennero all'incontro li gentilhuomini del Serenissimo Re ch'erano molti; ma due Senatori principalmente havea deputato la Maestà Sua insieme col Senato, che venissero à ricevermi, cioè Monsig. Rño Vescovo di Camegnicz, hora nominato al Vescovato di Chelma, et il Sig. Castellano di Podlaschia, quello che è stato in Svetia et ha condutto in questo Regno il Serño Re, et che tiene principalissimo luogo nella sua gratia. Monsig. di Camegnicz parlò in publico in nome di Sua Maestà, mostrando che il Serño Re ricevea per accettissimo favore, che Nostro Signore mandasse il suo Nuntio à salutarlo per Re di Polonia, et à risedere appresso della Macstà Sua, la quale all'incontro se mostrarà sempre obediente et osservantissimo alla Santità Sua et alla Santa Sede Apostolica, et che riceveva me particolarmente con molta amorevolezza. Io nella risposta che li feci ancora publicamente, procurai dimostrare che con molta prudenza il Serño Re riconosceva l'amorevolezza di Nostro Signore di mandarli subito il suo Nuntio à salutarla come Re di Polonia, et che ne l'obedientia mostrava ch'era Re veramente Cattolico, et che cosi Nostro Signore l'haverebbe abbracciato et amato come principalissimo figliuolo di quella Santa Sede. Finite queste ceremonie tutti quelli Signori mi accompagnarono sino à casa. Il giorno seguente mandai à dimandar l'udienza à Sua Maestà, et me l'assegnò per Domenica mattina 22 del mese prima che ella andasse in Chiesa. Nell'hora stabilita venne l'istesso Rño Monsig. Vescovo di Camegnicz, et il Sig. Castellano Biecense in nome di Sua Maestà à levarmi di casa, et à compagnarmi in castello. Nell'entrare che feci nella camera, dove era il Serño Re, egli si mosse subito et me venne à l'incontro passando più della metà della stanza, dove mi diede la mano come si usa qui, et si ritirò poi in quello stesso luogo dove prima si ritrovava. Erano con la Maestà Sua molti Signori Vescovi et altri Signori Senatori principali, in presenza dei quali io esposi alla Maestà Sua l'ordine, che io havea havuto prima da Nostro Signore di riconoscere per Re quello che havesse riconosciuto il Regno, come già m'ero offerto alla Maestà Sua molti mesi sono, et che poi havendo inteso Sua Santità che la Maestà Sua era stata coronata di nuovo mi havea commandato precisamente, ch'io dovessi venire à salutarla in nome della Santità Sua come Re di Polonia, et assisterlo come Nuntio di Sua Beatitudine, la quale mostrandosi

la Maestà Sua Re veramente pio et Cattolico lo riceveva per amatissimo figliuolo, et mi allargai mostrando che li Regni et li Dominii dipendevano assolutamente dalla mano del Signore Dio, et che non v' è più saldo et vero stabilimento che riconoscerli da Sua Divina Maestà, et mostrarsi protettore et difensore della vera Religione Cattolica, et le offersi poi il mio servitio con ogni maggior sincerità et devotione. Sua Maestà mostrò di ricevere quest' officio di Nostro Signore con molta osservanza et mi s' accostò dicendomi piano, che rendeva infinite gratie all' amorevolezza di Nostro Signore, et rengratiava ancora me, che l' havessi declarata la buona volontà di Sua Beatitudine. Mi domandò della buona salute della Santità Sua et mi disse poi, che à tutto quello che io havea detto in quel ragionamento haverebbe risposto Monsig. Vescovo di Premeslia Vicecancelliere, il quale, fattoli cenno da Sua Maestà, rispose à quelli capi che io havea toccato, offerendo, che il Serñio Re sarebbe stato sempre osservantissimo della Santa Sede Apostolica et in ogni occasione si mostrarà tale. Mostrò, che si riceveva molto caro questo officio d'amorevolezza di Sua Santità di mandarle il suo Nuntio à risedere appresso la Maestà Sua, et fece à me amorevolissime offerte in nome della Maestà Sua. Dopo quest' atto il Serñio Re calò in chiesa per essere alla messa cantata et alla predica, et io l' accompagnai per il braccio come qui si usa, facendo in chiesa le ceremonie di Nuntio Apostolico di dar la benedittione al Diacono che deve cantar l' Evangelio, et al Predicatore con l' altre solite. Finita la messa accompagnai Sua Maestà per quella prima volta insino alla sua camera: et quell' istessi Signori che m' haveano condotto à Palazzo, accompagnarono me in sino à casa. Nelli tre giorni seguenti si sono fatte l' essequie del Serenissimo Stefano che sia in gloria, con molte ceremonie che usano qui, et io ho assistito sempre. In questi giorni per causa delle suddette essequie non ho potuto visitare la Serñia Regina, che la Maestà sua è stata sempre occupatissima; ma questa mattina ho fatto l' officio con la Maestà Sua, et li ho presentato il Breve, che Nostro Signore le manda in risposta delle lettere, che le scrisse la Maestà sua alli 10 di Gennaro; la quale lo ricevè con gran riverenza, offerendosi sempre obedientissima alla Santità Sua, et mi fece amorevolissime accoglienze. Era insieme con la Maestà sua la sorella del Serñio Re, la quale se bene heretica et ostinata, pur ella mi fece molto honore. Onde sapendo che il Re et la Regina la stimano assai, et in publico et in privato l' honorano grandemente, mi parve di salutarla, dicendole che salutava Sua Altezza come Sorella del Re et Nipote della Serñia Regina, et che quando fosse venuta alla vera nostra religione et riconoscere la Sauta Sede Apostolica, come volea sperare con l' essempio della Serñia Regina, l' haverei all' hora salutata et servita ancora come Nuntio Apostolico. Ella che è astuta et sagace senza rispondere à questo mi ringratiò con molta creanza et con molto rispetto. Il Serñio Re et la Serñia Regina scrivono à Nostro Signore con questa occasione della mia venuta, et le lettere l' hanno mandate à me, et saranno allegate con questa.

Cracovia, 8 Giugno 1588.

haereses, omnes etiam recens excogitatas seminare: deinde Concionatores nostri haereses pro concionibus arguere haud obscure per legem eandem vetabantur; cum insimul possent hac ratione concionibus suis excitare tumultus et seditiones, eos ipsos deniquc et alios Catholicos Sacerdotes, quicunque prohibendarum blasphaemiarum rei fierent, seculari Magistratui ad supplicium capitis subiiciebant. Restitimus huic quoque maxima contentione, nihilque Domino nos adiuvante haeretici profecerunt. Caeterum nunquam nostra et patrum memoria gravius et periculosius nostrum Catholicorumque cum haereticis certamen fuit, vix unquam maior fides, constantia zclusque pro gloria Domini tam Episcoporum quam orthodoxorum enituit, quod nos Deo O. M. Sanctorum precibus atque adeo ipsius S. V. sacrificiis acceptum referimus. Serñus sane Rex iuvenis omuium Regiarum virtutum laude et imprimis Christiana pietate ornatissimus, eximium suum propugnandae Christianae religionis studium dcclaravit, causaeque nostrae in hac dimicatione favit. Illñus autem ct Rñus S. V. Nuntius nullum officium vigilantissimi S. Sedis Apostolicae legati praetermisit, tam in nobis excitandis, quam in Regia M. cohortanda et roganda, ut idem, quod nos contendcremus, vellet. Nos quidem hoc tempore gravissimos haereticorum conatus utcunque repressimus, illi autem perpetuam nocendi voluntatem minime deposuerunt. Vigilandum itaque diligentius in posterum erit, ne quid istorum fraudibus per nostram ncgligentiam vel imprudentiam Ecclesia Dei detrimenti capiat; pollicemurque S. Vestrae non modo promptum studium et voluntatem ad eam rcm nos allaturos, sed etiam latera nostra pro Christi ovili nobis commisso obiecturos. Interim autem a V. S. obnixe petimus, ne gravissimis totius orbis negotiis curam et solicitudinem de nobis susceptam obrui apud se patiatur, Regnumque hoc orthodoxum perpetua sua benevolantia et patrocinio complectatur. (Dat. Lovicii 11. Maii 1589.)

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus Sacellanus

Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis manu sua.

Smo D. N. Dño Sixto V. S. Rom. et Universalis Ecclesiae Pont. Max.

Sme ac Bme Pater, Dñe Dñe Clementissime. Si unquam a nostratibus haereticis laboratum fuit, ut omnium et inter se pugnantium Sectarum impietatem non modo legum publicarum authoritate firmarcnt, scd etiam talibus praesidiis armarent, quibus orthodoxa pictas opprimi et exterminari posset, in his certe Comitiis, quae Lublini ad Mensem Ianuarium indicta sunt, animadvertimus, tantum impetum illorum futurum, ut omnes superiorum temporum conatus et contentiones superaturus videatur. Peractis enim proxime praeteritis Comitiis, cum res illis, quamlibet satis instructis fuisse viderentur, minime successisset, egere multis in locis conventicula, quibus sacrosanctarum Synodorum nomcn indiderunt, in quibus id constitutum habent, ut maiorem quam unquam antea ad labefactandum inprimis ordinem Ecclesiasticum, deinde ad confoederationcm legibus muniendam adferrent. Suspectam nimirum habent Synodum nostram, quam ad evertendas haereses coactam esse non male coniectantur, oportunitatem quoque temporis tantam, quantam difficillima haec Reipublicae tempora illis videntur attulisse, minimc negligendam existimant, ut non ante patriam graviter laborantem adiuvare constituerint, quam pro firmitudine confoederationis aliquid enundinarentur. Nobis tametsi animi in causae iustissima defensione non deerunt, V. tamen S. et Sanctae Sedis Apostolicae praesidiis magnopere opus fore videmus, ut nimirum aliquis authoritate illustris eandem causam apud Serñum Regem et in Senatu nobiscum agat atque tueatur. Et commodiorem quidem ego video neminem hoc tempore Illño Dño Archiepo Neapolitano, cum propter illius pietatcm ac zelum, tum propter rerum Regni huius peritiam, prudentiam singularem summamque Serñi Regis et omnium Senatorum benevolentiam, quam sibi integritate et dexteritate sua egregie collegit, tum et propter splendorem familiae, qui si ad comparandam authoritatem, quae inprimis ad retundendos advcrsariorum impetus, tum ad confirmandos retinendosque Catholicos necessaria est, dignitate Cardinalatus V. Sanct. iudicio et bcnignitatc condecoraretur, maiori ccrte cum dignitate et honore in hisce Comitiis rebus agendis et delibcrandis interesset. Hoc enim idem consilium susceperam, cum ante aliquot annos providens adversariorum nostrorum conatus a sanctae mem. Gregorio XIII. petiissem, ut pro Comitiis illis vel Cardinalem aliquem mitteret, vel bonae mem. Albertum Bolognetum Nuncium suum Cardinalem renunciarct. Quod quidem tum impetraveram, interfuitque Cardinalis ille Comitiis illis magna S. Sedis Apost. dignitate. Iacta enim fuerant fundamenta recuperandorum antiquorum Ecclesiasticorum iurium, quae succedente postca interregno Rcipublicae difficul-

tatibus rebusque novis conciderunt. Nunc cum nobis spes quaedam affulgeat, tam Serñi Regis pietate, quam Catholicorum Procerum et Nobilium multorum studiis, hoc idem a S. V. suppliciter petendum existimavi, velit suae de clarissimi viri virtutibus et meritis voluntatis iudiciique signum hac in illum dignitate collata praebere. Non equidem meum esse intelligo, id apud S. V. iustissimum meritorum cuiusque aestimatorem agere, sed quando non parva hinc video et Catholicae religioni et Regno oriri posse emolumenta, suppliciter etiam atque etiam a S. V. peto, ne velit occasiones quascunque iuvandi istius inclyti Regni praetermittere, neve nos privatam aliquam causam nostram hac in re opere aut curare existimare velit, quamvis nihil sit, quod non Illmo Dño Archiepo Neapolitano vehementer cupiam. Loquuntur enim pro ipso, cum alia praeclara eius merita, tum recens ad Serñum Suetiae Regem magno licet cum periculo, summa tamen cum S. V. et Sanctae Sedis Apostolicae dignitate et splendore, uti ad nos perfertur, legatio confecta. Me certe obstrictum gravi crimine existimarem, si remedia omnia, quibus Ecclesiam Catholicam iuvari posse intelligo, vel ipse negligerem, vel S. V. non insinuarem. Precor tandem Deum Opt. Max. ut V. S. diutissime nobis servet incolumem, consiliorumque illius et conatuum omnium felicem exitum praestet. Datum Petricoviae die 5. Octobris 1589.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus Sacellanus
Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis mspp.

Smae ac Bmae Patr, Dne Dne Clementme. Nequeo profecto verbis exprimere magnam Sanctitatis V. dignationem, qua me binis suis brevium literis tam benigne compellavit, ut ego humilitatis meae conscius magnopere in anima confundar: gravissimo vero S. V. de me iudicio propter eas res facto, quam nemo Christianorum, nedum Primas, in parte creditae sibi solicitudinis Antistitum praetermittere etiam in supremo discrimine sine scelere potest, magnopere delectarer, nisi sentirem non magis mihi ex eo ornamenti, quam oneris provenire. Tametsi enim in eo libenter desudem, non modo et omnem in munere meo culpam negligentiae praestem, sed etiam ut pro eo ac debeo Sanctae Catholicae religionis rationes promoveam: multae tamen se offerunt difficultates in tanta hominum apud nos licentia, ut propemodum desperatio animum subeat ita explendi mei muneris, quo et mihi ipsi satisfaciam, et Vestrae Sanct. conceptam hanc de me opinionem utcunque sustentem. Sed si in eo omnia possumus, qui nos confortat, cuiusque solius gloriam imprimis spectare debemus, animo equidem, voluntate et contentione confido, me S. V. satisfacturum, Deum suppliciter precatus, ut qui ad conandum mentem indidit, idem vires facultatemque perficiendi praestet, Vestraeque S. eximiam hanc in nos voluntatem, qua ad audendum omnia pro Christi gloria et Sanctae Sedis Apostolicae maiestate excitamur, diutissime conservet. Perscripseram S. V. mense superiori, quanta se se Tartarorum multitudo in Podoliam Russiamque infuderit, quantae item Turcarum copiae ipsos Regni fines insederint, quae hoc tempore non puto esse repetenda: hoc tantum addam, quod postremo certo cognovimus, Tartaros magnis insignibusque cladibus esse repulsos, ducem ipsum Tartarorum in crure globo ictum, nepotem ipsius, fratrem patruelemque concisos cum delectorum et veteranorum militum plus quam decem millibus, eaque clade multa hominum millia ex captivitate, in quam abducebantur, liberata: Turcicarum vero copiarum ducem iam fines Regni ingredientem, audito, ut credimus, exercituum nostrorum adventu, pedem in Moldaviam retulisse, ostentare nobis spem pacis, ut hyberna in Moldavia omnis infestationis nostrorum securus transigat, primoque vere nobis maiore vi bellum inferat, qua de re plura ex Revñdo Dño Vincentio de Seve Praeposito meo Lascense cognoscet S. V., quem cum Synodi nostrae Provincialis actis misi ad S. V., cui supplico velit S. V. benignas praebere aures, quaeque ad divinae gloriae et Catholicae religionis incrementum, ac haeresum extirpationem, Christianaeque pietatis augmentum a nobis sancita viderit, ea gravissimo suo iudicio et assensu comprobare dignetur. Interim Regni nostri rationes cum Provincia et Ecclesia mea Metropolitana commendo S. V. diuturnamque illi valetudinem cum foelici conatuum consiliorumque successu a Deo immortali precor. Lovicii 20. Octobris 1589.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus Sacellanus
Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis mspp.

Illmo et Rmo Dño, Dño meo collmo, Dño Alexandro Peretto Cardinali de Montealto.

Illme et Rme Dne, Dne colendme. Litteras Illmae et Rmae Celsitudinis V. admodum Ill. et Revcrendus D. Archiepus Neapolitanus Nuntius Apostolicus mihi reddidit, ac eadem fere Smi Domini

Nostri nomine significavit: de quibus breviter quidem, sed tamen perspicue me Illma et Rma Cels. V. commonefecit. Quamquam autem neque publice unquam, neque privatim intermisi, quin causam Dei et auctoritatem Sanctae Sedis Apostolicae contra impiorum hominum conatus summo studio defenderem: tamen in his precipue Warsaviensibus Comitiis, in quibus haeretici homines impietatem suam magna contentione constabilire studuerunt, sic universus spiritualis Senatus impietati et furori haereticorum hominum restitit, ut magna ex parte corum vim atque impetum vel fregisse, vel certe repressisse videatur. Mihi quidem ut nunquam in tuenda Dei causa neque animus neque diligentia defuit, ita Smi Dni N. et Illmae atque Rmae Celsitudinis V. exhortatione incitatus nihil in me eorum desiderari patior, quae ab obsequentissimo et observantmo Sanctae Sedis Episcopo requiruntur. Ad benedictionem Smi D. N. quam mihi per Illmam et Rmam C. V. sua Sanctitas impartivit, summa cum reverentia procumbo, ac suae Sanctitatis sanctissimos pedes omni cum demissione exosculor. Illmae vero et Rmae C. V. omnes prosperos ac diuturnos successus exopto, atque ad cam humillima mea obsequia atque servitia defero. Datum Warsaviae XXI. Aprilis MDLXXXIX.

Illmae et Rmae Celsitudinis vestrae

Addictissimus et obsequentissimus servus
PETRUS COSTHCA EPISCOPUS CULMENSIS.

Illme et Rme Dne. Accepi litteras Illmae et Rmae D. V. quibus nomine Smi D. N. admoneor, ut pro munere meo in Comitiis Regni nostri conatibus vel potius furori haereticorum in detestandae Confederationis approbatione controveniam. Ea admonitione profecto nihil iucundius accidere mihi potuit, cum enim ea in re summi Pastoris tantum studium tantamque curam cogito, quae pertinet ad religionis Catholicae amplificationem et conservationem, facile in cam spem adducor, iniquitatem et impietatem non praevalituram: Christianam vero Catholicam fidem meliore loco hoc in Regno aliquando tandem futuram. Itaque quicquid ego curae meae, laboris atque diligentiae in hoc negotio adhibere potui, feci libenter, quantum et munus meum, et res ipsa et admonitio Smi D. N. postulabat. Caeterum si quid, quod Deus malum avertat, non ex animi nostri sententia eveniat, peccatis nostris, quibus Deum Opt. Max. offendimus, imputandum erit, et meliora expectanda tempora. Precor ut Illma et Rma D. V. felicissima diutissime valeat, quodque reliquum est, mea diutissima studia et obsequia Illmae et Rmae D. Vestrae diligentissime commendo. Varsoviae die 24. Aprilis 1589.

Illmae et Rmae D. V.

humilis servitor
PETRUS EPISCOPUS PLOCENSIS.

Illme ac Rme Dne. Accepi litteras Illmae ac Rme D. V. quibus nomine Smi D. N. me ad retundendos conatus Haereticorum, per quos plerumque Regna convelli ac turbari consueverunt, tuendamque catholicam religionem atque adeo communem patriae tranquillitatem et salutem cohortari et inflammare videtur. Qua in re agnosco S. Suae paternum verc erga nos patriamque nostram hactenus variis turbinibus conquassatam affectum, dignamque supremo pastore ac Christi vicario vigilantiam: agnosco etiam Illmae ac Rmae D. V. singularem benevolentiam et propensionem: utrunque nobis universis non nisi gratissimum et iucundissimum accidere potuit. Maximas proinde habemus et Smo D. N. et Illmae ac Rmae D. V. gratias; denique precamur, ut sollicitudinis suae uberrimos referant fructus. In me quod erat virium, tenuitatisque meae collegioque universo Eorum, necnon zelosorum Catholicorum nihil studii et operae defuisse satis contestari poterit Illmus D. Archiepus Neapolitanus Nuncius Apostolicus, qui proculdubio de omnibus et singulis luculenter S. Suae et Illmae D. V. significabit. Commendo me humillimaque mea obsequia Illmae D. V. et per eandem cum debita subiectione pedes beatos S. Suae exosculor, vitamque diuturnam ac prosperam precor. Datum Warsawiae 25. Aprilis Anno 1589.

Illmae ac Rmae Dom. Vrae

addictissimus servitor
LUCAS EPISCOPUS POSNANIENSIS mpp.

Illme et Rme Dne, Dne colendissime. Sub finem iam fere Comiciorum redditae mihi sunt literae Illmae et Rmae D. Vestrae, quibus me gravissime nomine Smi D. N. hortatur, ut impis haereticorum conatibus, sceleratissimoque illi, quod cum inferno et morte ad eversionem non religionis modo Catholicae, sed et universi Reipublicae nostrae status pepigerunt, foedcri modis omnibus pro eo ac debeo unacum

aliis Rmis confratribus meis resisterem. Qua in re quid hic tentatum a nobis et perfectum sit, S. Suam ex literis Illmi D. Nuncii, cuius etiam vigilantia et studium in promovendo negocio singulare fuit, sufficienter intellecturam non dubito. Hoc unum affirmare possum, egisse pro viribus ac opposuisse se Seniores nostros, (quorum vestigia secuti utcumque et nos iuniores sumus) tantumque fecisse pro defendenda Ecclesiae causa, atque profligendis adversariorum consiliis, ut merito Smum Dominum, cum haec cognoverit, contentum fore existimem. Inposterum etiam ubicumque se nobis aliqua occasio offeret, laborandi pro gloria Dei, rogabimus illum, ut gratia sua nobis adsit, neque nos officium nostrum in gratiam hominum deserere unquam patiatur. Id quod facillime impetraturos nos confidimus, cum S. Sua sanctissimis precibus et authoritate sua, vestraeque etiam Illmae et Rmae D. nos iuvabunt. Quod reliquum est commendo humillima servitia mea Illmae et Rmae D. Vestrae, pro qua vita ipsius incolumi ac faelicissimo rerum omnium successu Deum immortalem oro. Dat. Varsaviae die 28. mensis Aprilis 1589.

Illmae et Rmae Dominationis Vestrae

servitor obsequentissimus
Bernardus Macieiowski Episcopus Luceoriensis.

Illme et Rme Dne. Literae Illmae Dominationis Vestrae in comitiis quidem nostris, sed sub finem ipsorum, quo tempore occupatissima esse solent, redditae mihi fuerunt, quae causa est, ut serius aliquanto nunc ad eas respondeam, neque tamen quicquam magnoperc, quod ad eas rescribam, esse video, quod Illmae D. V. non sua spoute notum esse posset. Nam quod ad religionem catholicam in hoc regno propagandam nomine Smi Domini Nostri me hortatur, hortatur illa quidem currentem, quod dici solet: sed cum in omni re duo potissimum spectari solere Illma D. V. non ignoret, et quantum velit quisque et quantum possit, studium quidem religionis catholicae id meum est, ut vel mori pro ea, si ita necesse sit, non recusem: facultatem eius propagandae, seu potius diversarum sectarum tollendarum, non tam expeditam cuiquam in regno hoc esse sciat, quam optarem. Facit autem id et numerus eorum, qui ex nobilitate praesertim seducti sunt, et temporis longinquitas, quo superstitiones eae, et in iisdem licentia roborata est. Et cum respublica haec in universae fere nobilitatis potestate sit, nihil etiam in eadem sine omnium consensu vel obtineri vel statui potest: qui quam difficile efficiatur, quantoque consilio ac moderatioue opus ad eam sit, norunt ii, qui in animis hominum tractandis versati sunt, omninoque non tam in voluutate aut consilio alicuius, quam ipsis temporibus posita videtur, quibus tamen uti prudentis est. In proxime praeteritis comitiis omnia sane difficilia fueruut. Ad opinionum enim in tanto eorum, qui pari iure rempublicam gerunt varietate, accesserat superiorum etiam temporum ambitus, atque ex eo nata perturbatio, quae in varias item partes rempublicam distraxerat, ita ut non solum in unum corpus eam rursum quasi colligere difficillimum esset, verum ne in novas dissensiones statim recideret, verendum esset, quae in tali regno, quod tot barbaris nationibus obiectum est, sine maximo incommodo nunquam, toties autem sine excidio eius nullo modo existere possunt. Oblata tamen non contemnenda, si uti ea, qui maxime debebant, voluissent, religionis catholicae firmius etiam stabiliendae occasio fucrat. Cum enim de modo ac ratione eligendorum Regum deliberatum fuisset, inter alias conditiones hae etiam sanciri potuissent, ut primum quidem non nisi qui rectam religionem profiteretur, hoc est qui in catholicam Romanam religionem se eam colere et perpetuo observaturum et retenturum iuraret, Rex esse posset, eaque ratione, si eam (quod absit) mutaret, regno amoveri, lege iam ante de non praestanda obedientia Regibus, qui iuramento non starent, perlata, posset: deinde ut iuramentum etiam caeteraeque caeremoniae, quae in augurationibus Regum adhiberi solent, ab adversae autem religionis hominibus partim in dubium vocari, partim elevari, partim impugnari solent, Catholicam autem religionem Romanam imprimis firmant, lege etiam lata, atque utriusque partis consensu non tam confirmarentur sancirenturque, quam renovarentur. Sed sive fato quodam sive errore eorum, qui magis se venditare, quam aliquid perficere vellent, sive etiam cupiditate quorundam, qui ambitum tolli nollent, tota res ne perferretur, impedita fuit. Quodcunque tamen aliquando tempus religionis catholicae augendae futurum rursum sit, de me ita sibi Illma D. V. persuadeat velim, nulli omnino ea in re me concessurum, idque re ipsa declaraturum. Quod reliquum est, gratiae Illmae D. V. etiam atque etiam me commendo omniaque fausta ac felicia a Deo Opt. Max. ei precor. Datum Zamoscii die xii. mensis Maii Anno Dni mdlxxxix.

Illmae et Rmae Dom. Vrae

Observantissimus
Ioannes Zamoiski Cancell. et Generalis Cap. mpp.

LXV.

Archiepiscopus Leopoliensis et magnus Moldaviae camerarius pontificem et cardinalem Montaltum de laeto rei catholicae in hac provincia progressu, ac de periculis, quae huic regioni a Turcis imminent, certiores reddunt.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 401. 425. etc.

Illmo et Rmo Dño, Dño meo obsermo, Dño Cardinali Montalto.

Illme Dne, Dne obserme. Litteras Illmae D. V. Romae XXI. mensis Ianuarii datas ad medium fere mensem Martium Warsaviae in Comitiis Regni ab Illmo et Rmo Dño Nuncio Apostolico accepi una cum his, quae in Moldaviam scriptae, et iam per Principis Moldaviae, qui huc missus fuerat, internuncium transmissae sunt. Ceterum quod Illma D. V. hisce litteris non obscure significet, litteras quidem Palatini Moldaviae et Georgii Mohilae Metropolitae, nec non Hieremiae Mohilae Marschalci supremi et Bartolomaei Bruti eiusdem Principis Curiae Magistri et ad Sermum Regem nostrum Oratorum perlatas esse, me vero nichil de iis rebus, quas ipsi recensent, scripsisse. Vereor ne aliquid erroris in ea re acciderit, cum litterae hae a me missae et meas sibi adiunctas habuerint, non solum ad Illmam D. V. sed etiam ad Smum D. N. Pluries iam antehac et scripsi de rebus hisce, et responsa Illmae D. V. accepi, imo et iam me quidem rogante. Illmis vero S. Sedis Apostolicae apud nos Legatis auctoritatem suam adhibentibus, et Patres aliquot Societatis Iesu in illas partes destinati et missi sunt, et summa cum omnium alacritate suscepti, templa omnia catholica, quae superiore aetate ab haereticis ministris occupata fuerunt, eorum potestati tradita. Ante adventum autem eorum, longo etiam intervallo opera Domini Bartolomaei Bruti haereticis amotis, libera relicta fuerunt, quorum curam Franciscani quidam Fratres aliquantisper sustinuerunt. Sed cum et de illis Brutus apud me conquereretur, et nec vita, nec doctrina eorum instituto responderet, miseram istuc meos visitatores sacerdotem, flagitione Bruti, qui officium aliquod facerent, cum Patres Societatis a nobis expectarentur. Quos Fratres illi cum non satis fraterne acciperent, quod me id sine Sanctae Sedis Apostolicae autoritate facere dictitarent, emigrationi suae causam praebuerunt. Interea supervenerunt Patres, qui etiam illic locum sibi delegerunt Roman dictum, faciuntque excursiones et catechisant populum. Non commemoro ea, quae iam optime Illma D. V. meminit, Smi D. N. ad Palatinum Breve summa cum reverentia et professione subiectionis ab eo susceptum, et responsum eius et subiectionem declaratam. Quam etiam Oratores eius hic in Polonia perquam luculentissimis argumentis innovarunt. Quod nondum Oratores suos ad Smum D. N. misit, hoc tum difficiles Interregni nostri rationes effecerunt, tum in eius Provinciam Cosacorum seu Nisoviorum militum irruptiones, qui cum utramque ripam Boristhenis insideant, saepe illius ditiones devexaut, Turcarumque immanem rabiem irritant. Non est Provincia illa eiusmodi, quae multa pace abundet, sed quae semper in procinctu posita, nunc muneribus plurimis pacem a Tyranno redemit, nunc Tartaros vel abigit, vel donis placatos reddit, nunc Nisovios nostros vel arte superat, vel eis succumbit. Nunc Vendacem Turcarum Portam, ne Principem novum tanquam famelicam muscam accipere cogatur, supra modis auctis stipendiis ad quoslibet rumores praeoccupat. Laus Opt. Max. Deo, quod adhuc tantum gratiae eius praesentibus temporibus in ea appareat, ut ad agnitionem veri Pastoris ac Ecclesiae Princeps illius et proceres pervenerint. Populus Moldaviae est triplex, imo quadruplex: indigenarum Modaviorum, qui ritus Graecos sequebantur, linguam autem propriam habent multa latina in se habentem; Ruthenorum similiter Graeca insantium (?); Saxonum et Ungarorum, a prima quidem origine Catholicorum, sed tandem a Lutheri temporibus praesertim Heraclidis Basilici Despothae Sami, qui Anno Salutis 1560. Principatum illum occupaverat, pulsis Catholicis sacerdotibus, Lutheranos Ministros introduxerat. In his omnibus is iam status est. E templis Catholicis eiecti Ministri et Sacerdotes Catholici suscepti, et ad iuvandum Ministerium Catholicae Religionis Princeps est animo paratissimo. Ipse autem Princeps licet retineat ritum Graecum, tamen resolutione accepta de articulis Catholicae Religionis, ut de Processione Spiritus sancti a Patre et Filio, de Ecclesia, Petro ac eius successoribus, conciliis atque rebus aliis, in quibus schismatica contumacia illam Provinciam una cum aliis multis detiuebat, et ipse in se correxit errores, et iu subiecto populo emendare satagit. Eaque de causa neminem in suis terris, qui Catholicam religionem abiiciat aut illi adversetur, ullo modo tolerat. Haec res sicut non est falsa, ita non est falsum gaudium Suae Sanctitatis, cui non mentitur bonus ille et candidus Princeps, sed animo fido, simplici et devotione pleno obsequitur. Quamdiu id autem, Deus novit. Spero ego sane, quod quamdiu vivit, nunquam sententiam suam sit mutaturus: et quamdiu est Princeps illius terrae, fideli animo catholicam Religionem in illa Provincia et sustinebit et fovebit et amplificabit. Adiuvatur igitur et ille a nobis omnibus viribus, quo

stabiles sint illius fortunae, salus et dignitas diuturna. Adiuvandi sumus et nos in hoc pio instituto nostro a Sancta Sede, ut et ille et nos sentiamus gratiam Suae Sanctitatis. Eius initium iam pridem ostendimus in Bruti filio aliquo Ecclesiastico honesto in Italia beneficio exornando fuisse sumendum. Quod cum tamdiu promittatur, et necdum promatur, nonnihil lentescere benc inchoata videntur. Haec est summa. Ego partibus illis cunctis Europae populis vicinior Archiepiscopus non desum et officio et pictati, licet non debito meo, necessitas ipsa et clamor assiduus miserorum circumquaque populorum etiam sub utroque Imperatore ubi desunt Episcopi, exigit, ut non expectatis etiam Suae Sanctitatis mandatis facere saepius cogar, quae in manibus veniunt facienda pro Dei gloria. Haec interea ad litteras Illmae D. V. rescribenda putavi, quantum inter labores Comitiorum Regni fieri potuit, quae ut Smo D. N. referantur, ab Illma D. V. peto. Ut autem Illma D. V. in promptu habeat omnis Moldaviae summam, chartam hanc iisdem litteris inserendam putavi. Quicquid mihi Smus D. N. hac in parte iniunxerit ulterius faciendum, modo vires meae sufficere possent, nullum laborem defugiam. Quoniam autem Reverendus P. Stanislaus Warssawicki Soc. Iesu, qui Fratres suos in Moldaviam deducebat, et cum Principe ipso coram de rebus omnibus egit, ad Illmum D. Card. Aldobrandinum de rebus hisce omnibus abunde retulit, et is poterit Smum D. N. de iis copiose reddere certiorem. Commendo me gratiae Illmae D. V. Eamque diutissime salvam et florentem esse precor. Datum Warsaviae Dominica Conductus Pascha 1589.

Illmae et Rmae D. Vestrae

Servitor deditissimus
Io. Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

Sme et Bme Pater. Summa est haec Sanctitatis Vestrae in administratione Orbis sibi divinitus credita diligentia ineffabilis pietas, quod in tantis aliarum praecipuarum Christianae Reipublicae partium periculis, quibus ea vigilantissime occurrit, Moldaviae nuper ad obedientiam S. V. ac Sanctae Sedis Apostolicae adiunctae oblivisci non potuit. Illius enim salutem quam cordi habeat, declaravit hoc suo clementissimo literarum suarum Brevi, quo mihi minimo servo suo Ecclesiarum illius Terrae curationem et inspectionem benignissime mandando committere dignata est. Illius igitur nomine S. V. in primis gratias ago, quod illius salutem et bonum tamquam bonus pastor quaerat, deinde meo, quod exiguo studio et velis meis tenuibus benignitatis suae singularis, clemente aura aspiraverit; mihique ultra fines provinciae meae, vineae Dominicae dilatandae ac meriti comparandi ostium patefecerit. Eodem, Pater Beatissime, die datum est hoc a S. V. ad me mandatum, quo Scythae et Tartari apud nos Provinciam meam depopulati sunt: mira divinae bonitatis providentia dum pagani nobis clades et vulnera adferunt, Deus remedia submittit. Gaudeo igitur non tam honore quam labore, non tam functione quam virtutis exercendae occasione, non tam facultatis excusandae, quam voluntatis declarandae proposito campo. In quo utcumque ego me ad onus ferendum imbecillum esse agnoscam, non solum propter ingenii mei vires tenues, sed etiam res non satis explicatas: nihilominus tamen faciam alacri animo, quod S. V. mandat, fretus auxilio divino non defuturam eius opem eam animo sincero quaerentibus: ut ut iam et Princeps illius terrae, quemadmodum antea S. V. perscripsi, hoc Tartarorum et Turcarum ad nos eiusque ditionis incursu in angustias redactus est, ut mutatio status provinciae illius in formam gubernationis Turcicae, quod absit, in foribus esse videtur. Orabimus hic Dominum praepotentem, ut istum Principem bonae voluntatis gubernet ac defendat, nobisque contra Crucis filii sui hostes adesse et auxilio esse velit. Quicquid autem sic mandante S. V. pro virili mea tentatum et actum illic ad Dei gloriam fuerit, non dubito, Sanctitatem V. bonam et promptam voluntatem boni et aequi consulturam, et uti sese res dederint, ad Dei gloriae propagationem clementibus suis subsidiis et consiliis praesto futuram esse. Interea S. V. beatos pedes humiliter exosculor, ac pro diutissima et felicissima vita ac valetudine florente Deum O. M. precor. Varsaviae Sanctae Luciae (13. Decembris) 1589.

Sanctitatis Vestrae

Perpetuus et humillimus Capellanus et Servus
Io. Demetrius Archiepiscopus Leopoliensis.

Illmo et Rmo Dño et Patrono meo observmo etc. Dño Cardinali Montalto etc.

Illme et Rme Dne, Dne et Patrone obsermе. Smi D. N. Summi Pontificis Apostolicum Breve accepi, quo mihi S. S. in negocio sanctae Religionis Catholicae promovendo curam in Moldaviae

Principatu commendat. Iampridem sane hoc operae precium fuisse necessario a multis iudicatum est. Ut autem hoc mihi a Suà Sanctitate mandaretur, homini et ingenio nullo et facultatibus tenuissimis praedito, hoc a spe et opinione mea quam alienissimum erat. Multo melius et faelicius in illa Provincia alii operam suam ponere potuissent, quam ego cura provinciae et Diaccesis meae, utriusque laboriosissimae et vastissimae, innexus et occupatus. Verum quoniam ea est non solum voluntas, sed et mandatum Suae Sanctitatis, sine ulla refragatione parendum est, et loco singularis gratiae et clementiae huius muneris demandatio reputanda mihi venit. Magna mihi quidem necessitas imposita est et magnus timor, ne conceptae de me opinioni Sanctmi Domini Nostri non satisfacere possim. Verum quoniam is mandat, qui potestatem mandandi habet, et Deo obsecundat, qui ei mandanti obsequitur, omnem operam adhibere volo, quantum Deo auxiliante potero, ut Sua Sanctitas in mea fide et diligentia erga se et Sanctam Sedem nihil desiderare iure possit. Et de omnibus quidem rebus S. S. certiorem reddere non obmittam, quod et non ita pridem, cum de Tartarorum incursionibus scriberem, praestiti, Principis Moldaviae angustias etiam a Turcis explicavi, ob cuius pietatem egregiam quicquid pro eius statu tuendo possumus, libenter facimus. Bartolomei Bruti dignitatem ac eius filii fortunas, uti semper ante hac feci, etiam nunc Illmae Celsitudini V. ad Smum D. N. commendo: quippe hoc Bruto authore successus omnis positus est. Ego etiam cum non ad ocium litterarium privatim, sed ad labores et negocia publica destiner, res meas Illmae C. V. commendo, ut Abbatia aliqua tam tenui, laborioso et in fauce Crucis Christi hostium Archiepiscopatui meo succurratur, orans: alioquin instrumento debili fortia non fiant opera. Scribitur ex Russia Principis Moldaviae Nuncium Constantinopoli decollatum esse, quod is plus Poloniae quam Beglerbego in hac expeditione favisse visus sit. Quam metuo de Brutto. Scribitur et in Moldaviam Turcicas copias in hyberna divertisse, et quod Bassam electo Principe in Moldavia collocandum. Deus omnia in melius vertat. Interim Illmae C. V. me meaque obsequia diligentissime commendo, ac ipsam diutissime salvam et faelicem esse desidero. Warshaviae die Sanctae Luciae 1589.

Illmae et Rmae Celsitudinis V.

deditissimus et obsequentissimus servitor
Io. Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

All'Illmo et Rmo Monsignor et Patron mio ossmo, il Sig. Anibal di Capua
degnissimo Archiepiscopo di Napoli, et Nuncio Apostolico
nel Regno Polonico — Roma all'Illmo Montalto.

Illmo et Rmo Monsignor et Signor mio ossmo. A cosi longo silentio di non haver scritto à V. S. Illma et Rma, ad un medemo tempo non haver basciato l'Illme et Rme mani, con renderli quelle gratie, che devo à tanta humanità, che del continuo V. S. Illma et Rma m'ha mostrato, ad altro non atribuischi, se non alli molti negotii, che sono occorsi all'Illmi miei Signori di Moldavia et Valachia, et per tal causa sempre mi convene esser occupatissimo in andar in Constantinopoli à trattare gli stabilimenti di questi Principi mei Signori, con la creation del primo Viscir grande il Sig. Sinan Bassa mio Signore, il qual è stato restituito nella sua pristina dignità, et insieme ho procurato, che sii castigato quel Pietro fugitivo di Valachia, qual gia con inganni et favor del Re di Francia havea ocupato il Principato di Valachia, et dopo la sua fuga per molti anni è stato vagando in diversi loghi della Christianità, et specialmente havea ricorso alli piedi di Nostro Signore, et dopo il suo molto giro è venuto in Venetia, et per mezo delli Ambasciatori Francesi fidandosi nelli loro favori si risolse venir in Constantinopoli, di novo procurando di disturbare gli mei Principi et pigliare il principato di Valachia con nove insidie. Iddio benedeto iusto Iudice ha voluto mostrar la sua iustitia et farmi trovar in Constantinopoli, dove aspetavo detto Petro falso Palatino, che dovesse comparire, si come fece et vene in Constantinopoli, et da noi inpregionato non valendoli et non potendoli dar nisuno aiuto li Francesi, con molta sua confusione et delli fautori. Nel mio partir di Constantinopoli per rittornarmi alli miei Principi lo lassato nelle Sette Torre prigion di Constantinopoli. Tutto questo ho voluto scrivere accio V. Sig. Illma et Rma sappia la causa del mio silentio, et la tardanza delli Ambasciatori del principe di Moldavia verso la Città di Roma per basciar li santissimi piedi di Nostro Signore, si come gia erano preparati. Et si anco tardassero, non pari di stranio à Sua Beatitudine, et questo causera aspetando la quiete di questi Confini per li rumori successi con signori Poloni et Berlerbei della Grecia per l'incendio di Senetino, brusciata dalli Turchi contra li giuramenti che hanno con li signori Poloni; et certo molti

danni gli istessi Turchi hanno fatto à questa Provincia di Moldavia. Spero il tutto si aquietera con l'andata del signor Ambasciatore Polonico alla Corte Ottomana gia desegnato, si pero andara, et con la andata sua saran ripressi gli desturbatori della bona pace et delle antique confederationi. Fra tanto non si mancara di diligentia, accio Sua Beatitudine veda la devocione del pio Principe mio Signore, et si dal crudellissimo inverno non sarano inpeditti per la tanta lontananza. Con tutto cio gli nostri padri Jesuiti, cosi quelli venuti da Polonia mandati da V. S. Illma et Rma, come quelli venuti da Transilvania non perdeno il tempo in questa loro missione à gloria di Dio et essaltatione della S. Chiesa Romana, alli quali di tutte le cose necessarie non se li manca, et li habbiamo provisto d'intratte per honore della Santa Chiesa et confussione delli Eretici, et il medesimo si fa alli padri Francescani, qualli tengono il monasterio da Baco con honorc di Sua Beatitudine con altre chiese appresso. Tutto questo ho voluto scriver à V. S. Illma et Rma accio sappia il statto di questa chiesa santa. Ho visto in un capitolo scritto dall'Illmo Cardinal Montalto all'Illustrissimo Cardinal Aldobrandino a dì 25 di Febraro passato, nel quale domandava parere al detto Illustrissimo et Reverendissimo Aldobrandino, et a Vostra Signoria Illustrissima et Rma et all'Illmo et Rmo di Liopoli, si fusse bene di conciedermi il titolo del protettore general delli Catolici in questi paesi et Turchia. Quanto a questo titolo, certo io non l'ho procurato per ambicione, ni manco sono degno di questo carico; ma con questo nome mi fusse piu licitto a contrestare con tutte le sorte di Eretici et etiam in Turchia a gloria di Dio et essaltacion della Santa Chiesa Cattolicha, per poter dimostrare alli infidelli che non solo come christiano contrasto di sotometerli, come gia ho sottomesso le heresie di Moldavia, ma per obligo impostomi da S. Beatitudine come padre et pastore di tutta la Cristianità, et havendomi caricato con questo peso con obligo in tutti li loghi, avanti tutti li tribunali et con la spada ancor bisognando comparer alla destrucione delli Eretici et essaltacione della Santa Chiesa Romana: in questo proposito non mi estendcro, lassando ha far a Sua Beatitudine quanto sia il servitio di Dio. — Circa poi il mio fiolo d'esser da Sua Beatitudine ricompensato di honori Ecclesiastici, si comc in piu letterc mi fu datto intencione et dall'Illustrissimo Cardinale Montalto et da Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima, lassaro fare a Sua Beatitudine in far simil gratie cou li larghi Thcssori della S. Chiesa, si cosi giudicara che sii per tornar comodo alla Santa Sede Appostolica. Si ben io non ho fatto tanti servicii alla S. Chiesa Catholica, che lo meriti, pero non dubito che Sua Beatitudine sara per mancar, et V. S. Illma et il Illmo Card. Montalto sollicitar, accio l'eretici restino confussi della santa memoria di Nostro Signore, che tiene con quelli che servono la Santa Sede Appostolica Romana, et volendo Sua Beatitudine dimostrare la sua santa gratia, lo puo far a questa s. Nativita di Icsu Christo salvator nostro, si come per consuetudine la Santa Sede Appostolica in simil tempo gratificha che si fatica nel suo sauto servicio. Suplico V. S. Illma, non si guardi alla ettà del fiollo, il qual saria di XI. anni incirca, ma alla bona volunta mia. Sapendo quanto V. S. Illma è caritativa, non ho voluto mancar di raccomandarli questi duo gcnlomini statti schiavi molti anni nelle mani d'infideli et liberati et da me conduti in Christianità, l'uno è Spagnolo et l'altro è Italiano, alli qualli V. S. Illma et Rma potra incaminarli et mandarli in Ittalia, accio possano andar alla patria loro. Et Christo nostro Signore conservi felicissimamente V. S. Illma et Rma sana, come gli suoi servittori dessiderano, pregando V. Sig. Illma et Rma mi tenghi nella santa gratia sua. Da Iassi a dì 31 Ottobrc 1589.

Di V. S. Illma et Rma

affmo et fiollo in Christo
Bartolomeo Bruti.

LXVI.

Regi Poloniae pontifex de cardinale Bathoreo episcopo Cracoviensi in coadiutorem cum futura successione dando scribit. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 42.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

Sixtus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutcm etc. Cum antca capiebamus ex tua singulari in Nos Sedemque Apostolicam observantia voluptatem, quod memincramus, quanti faceres Ecclesiae Praelatos, et quam diligenter eos ante omnia observares: tum vero posteaquam ex literis tuis Quarto Calendas Martii Varsaviae scriptis cognovimus, Te eisdem Praelatis et praecipue S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus in üs, quae ad ecclesiarum curam et regimen et Christifidelium utilitatem pertinent, omnia cupere, et quo èminentiores honoris gradu et meritis praecellunt, eo maioribus venerationis et

observantiae signis eos prosequi ac vere diligere, summa profecto animi laetitia atque iucunditate perfusi sumus, studiumque tuum optimum et Catholicum tam gratum fuit perspexisse, ut nihil iucundius nihilque gratius his temporibus Nobis evenire potuerit. Itaque cum ob praeclara Bathoreae Domus gesta, ob singularem Stephani Regis antecessoris tui in administranda iustitia, atque in tuendo et augendo Regno virtutem, et eximiam in eodem Regno a perniciosis haereticorum erroribus expurgando, et in Catholicae fidei studio conservando pietatem, dilectum filium nostrum Andream Cardinalem Bathoreum, mirifica virtutum morumque praestantia insignem, nostra auctoritate Episcopatu Cracoviensi exornandum diligenter et studiose cures, tantam voluptatem Nobis attulit, quantam ex desideratis filii Nobis charissimi et sapientissimi benevolentiae veraeque pietatis officiis capere potuerimus. Tu enim, qui tuorum in isto Regno maiorum praeclare facta huiusmodi studiis assequeris, et qui dum optimos viros et Catholicos homines caeteris dignitate et virtute praestantes ecclesiis praeponi procuras, optimi Catholicique Regis munere fungeris, et certe peragis et praestas, quae Te tuamque virtutem maxime decent. Quare ut Domus Bathoreae meritis, ut tuo et nostro de eodem Andrea Cardinali iudicio, ut eius mirifice probitatis et virtutis praestantiae, quantum in Nobis erit, satisfaciamus, tuaeque aequissimae et piissimae petitioni ea, quae sponte nostra cupimus, studia praestemus, eam rem cum nonnullis ex Venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationis rerum Consistorialium, qua ratione idem Andreas Cardinalis Coadiutor cum futura successione Petro Miskowski Episcopo, ut scribis, aetate provecto et infirma valetudine utenti in ecclesia Cracoviensi fiat, et si is hoc tempore decederet, omnino praedicta ecclesia praefato Andrea Cardinali deferatur, communicavimus, et ut res, si fieri poterit, quamprimum expediatur, omni studio praestabimus. Interea Maiestetem tuam praeterire non voluimus, Nos in hac causa non minus Tibi, cui in omnibus favere optamus, quam eidem Andreae Cardinali, cui omnia ex animo cupimus, satisfaciendi studio omnia, quae aequitas et dignitas postulabit, plane effecturos, ut ea in re non modo virtutis et verae pietatis officiis maximorum Regum antecessorum tuorum, qui de Christiana Republica optime meriti fuerunt, res gestas praeclaris actionibus non modo exequare, quod facis, sed pro viribus superare, quod omnes boni sperant, re ipsa contendas: ita Maiestas tua rectae administrationis exemplum, quod maxime optamus, caeterisque, qui aliis praesunt, tuisque praesertim ac posteris praeclarum et omnibus spectatum, summa cum Christianae Reipublicae utilitate tuaque laude relinque. Et haec ipsa atque alia tua optimae mentis consilia posthac efficient, ut quae officia et studia tuis sapientibus cogitationibus et Regiis rationibus deberi arbitramur, ea a Te frustra expectari nunquam permittemus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Aprilis MDLXXXIX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXVII.

Cardinalis Bathoreus principem Transilvaniae consanguineum suum ab accusatione a Petro Demetrio Valachiae palatino coram pontifice facta, quod nimirum illius opes penes se retineret etc. purgat.
Nuntiat. di Polon. Vol. 27. fol. 9.

Sño Dño Nostro Sixto PP. V.

Beatissime Pater.

Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae. Non sine gravi doloris sensu legi litteras Illmi et Rmi D. Card. Montealti, cum ex illis colligerem Principem Transylvaniae consanguineum meum apud S. V. a Petro Demetrio quondam Valachiae Palatino hoc nomine traductum esse, quod nimirum illius opes et copias, dum fuga salutem quereret, a militibus Transylvanis direptas, penes se retineret et haberet. Ego nihil aliud de meo consanguineo affirmare volo, quam quod vicinis populis luce meridiana clarius est, Imperatorem Turcarum, qui ad caedem Demetrium deposcebat, facultates quoque repetiisse, et diligenter conquisitas universas bona fide recepisse. Nec erit quod Sanct. V. de meo consanguineo pro sua Divina providentia aliter sentiendi materiam praebeat, quam illum esse aequi et iusti amantissimum, neque aliorum incommodis sua commoda aucturum unquam velle. Commendo mea humillima servitia S. Vestrae, quam ut nobis Deus in multorum annorum decursu salvam et incolumem servet, precor. Varsovia die 24. Aprilis 1589.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus Servitor
Andreas Cardinalis Sancti Angeli.

LXVIII.

Comes ab Ostrorog et cardinalis Radivilius pontifici significant, quae ad concordiam inter regem Poloniae et domum Austriacam cum imperatore egerint. Nuntiat. German. Vol. 67. fol. 413.

Domino Nostro Domino Xisto Quinto Pontifici.

Bñe Pater. Post oscula pedum beatorum. Eam esse in omnes S. V. benignitatem communibus omnium vocibus intellexi, ut memini quoquo modo eam appellanti sanctissimae illius aures perciudantur. Quae benignitas, cum summa divinitatique proxima Maiestate coniuncta, cum in omnibus magnum quoddam Sanct. Vestrae studium observantiamque excitet, tum certe in me maximum inflammavit. Sed tenuitas mea comparata Sanct. Vestrae dignitati et gloriae cum hactenus me absterruerit, ne ullo modo tantam animi mei devotionem S. Vestrae detegere auderem, tandem hodiernus dies cupidae trepidaeque voluntati meae utriusque motus finem imposuit. Cum enim post transactionem paternam S. Vestrae cura, indefessoque Illñi Domini Cardinalis Aldobrandini labore inter Serñam Austriacam domum inclytumque Poloniae Regnum institutam, Serñus Poloniae Rex Dominus meus clementissimus ad Sacram me Caesarcam Maiestatem misisse, ac hesterna die legatione mea apud S. Caes. Maiestatem exposita, hodie ad testandum eam observantiam, quam Serñus Rex meus erga S. Vestram gerit summam, Nuntium S. Vestrae inviserem, ut ubique sic et inter nos primam se S. Vestra obtulit, de qua sermonem haberemus: itaque quod et ipse facile statuebam, ex Rñi D. Nuntii colloquio intellexi, S. Vestram ut omnium totius orbis negotiorum cognitione, sic et rerum nostrarum notitia delectari. Quibus quidem, cum legatio isthaec mea usque huc colophonem imposuerit, eademque praeteritorum temporum perturbationumque, nescio an seriem, causas certe omnes comprehenderit, consulto Rño Domino Nuntio, non abs re visum est mihi sermonem eum, quem Serñi Regis mei nomine apud S. Caes. Maiest. habui, S. Vestrae transmittere. Non quod vel ut S. Vestra omnia haec probe cognita non haberet, ut ego tantum orationi isti meae tribuam, ut eam beatissimis S. Vestrae auribus oculisve dignam iudicem, sed ne vel hanc occasionem, cum aliae hucusque defuerint, animum meum erga S. Vestram testatum faciendi amitterem. Maxime vero quod in familia mea a primis religionis in Polonia incunabulis exordiisque catholicam fidem summo studio secuta, maximaque constantia complesa, ante annos triginta sex, tum in haeresim precipitata esset, cum maxima vi in regnum nostrum illa irrueret, atque ita utroque parente haeretico natus, ac in haeretica pravitate educatus ego, primus et quidem hucusque solus ex tota domo mea in gremium Sanctae Romanae Ecclesiae Catholicae redierim, idque eo tempore, quo S. Vestra in Sanctissima Cathedra Apostolica consedit: unde quemadmodum omnibus fidelibus, ita maxime mihi, qui eo tempore catholicus esse coepi, quo S. V. summum pontificatum est adepta, summum pastorem divinitus datum cum certo statuerem, omnesque meae in S. Vestram ipsamque Sedem Apostolicam observantiae testificandae rationes quaererem, ne hanc quidem praetermittendam putavi.

Si ergo recte factum est abs me, gratulor mihi: sin secus, supplico S. Vestrae, ne ulli temeritati factum hoc meum adscribat, sed summae erga S. Suam devotioni imputet. Reliquum aetas mea necdum florem ipsum iuventutis supergressa excusabit. His iterum me ad oscula beatissimorum pedum S. Vestrae provolvo. Datae Praga 26. mensis Aprilis 1589.

Sanctitatis Vestrae

devotissimus

Ioannes Comes ab Ostrorog, Inclyti Regni Poloniae pro S. R. Maiestate pocillator, Serñi Sigismundi Pol. et futuri Svetiae R. ad S. Caes. Maiest. Orator.

All'Illmo et Rño Sig. mio ossmo il Sig. Cardinale Montalto — à Roma.

Illmo et Rño Sig. mio ossmo. Con altre mie avisai V. S. Illma dell'arrivo mio in questa corte, riservandomi à compire con queste, quanto al negotiato da me, perche ne potesse dar conto à la Santità di N. S. A li 26 del passato col Sig. Palatino di Cracovia fui introdotto à la Maestà dell'Imperatore, à la quale esposi il desiderio havuto sempre dal Sermo Rè nostro di vivere in buona pace con la Maestà Sua Cesarea et con tutta la Serma Casa d'Austria, che à quest'effetto havendo gia la M. del Rè per osservanza de la capitolatione stabilita tra Commissarii communi giurato et fatto giurare da tutti gli ordini del Regno di Polonia, haveva à S. M. Cesarea destinati noi per dimandare, che volesse dal suo canto fare altrettanto. L'Imperatore accettato in buona parte l'ufficio nostro pigliò tempo à deliberare sopra questo particolare. Dui giorni dopo mandò S. M. Cesarea à me il Vicecancelliere

Curtio con un'altro del Consilio secreto, li quali dissero che à quest'atto del giuramento l'Imperatore si trovava molto ben disposto, et risolveva che si facesse il Venerdì à 30 del passato mese, volendo credere che per non havere gl'Ungari potuto mandare suoi Commissarii noi ci saremmo contentati di accettare il giuramento di S. M. Ces. et de deputati presenti, scusando la necessità che à l'Imperatore è imposta di tenere prima una Dieta di quel Regno, come similmente ha tenuta prima questa di Bohemia. Cosi persuadendosi S. M. desiderare di vedere le scritture autentiche portate da noi, et de le quali io havea fatta mentione ne l'audienza. Al particolare de le scritture fù risposto da noi, esserci state date con ordine di non consegnarle avanti che S. M. havesse pienamente sodisfatto à tutto; ma che mandando alcuno à vederle, gliele haveremmo prontissimamente mostrate, come facevamo instanza, che à noi si mostrassero tutte le altre necessarie cosi per la parte di S. M. come de li Serñi Principi absenti. Ma quanto à gli Ungari, esser cosi limitata et ristretta la commissione nostra, che non potevamo consentire al giuramento mancandosi d'un minimo iota, non che in parte tanto principale de la conventione, et che volendo S. M. pur giurare à noi sarebbe stato bisogno in questo punto di fare un ampla protesta. Nc la discussione di questa difficultà de gli Ungari si spesero molti giorni, mentre da un canto non poteva parere se non giustificata la ragione nostra fondata nel prescritto de la transattione et tenore de l'Instruttione, et dal altro di consideratione, et però quella che la Maestà Cesarea adduceva de la precedenza de la Dieta neccssaria à la deputatione de Commissarii Ungari per giurare, nel qual tempo essendoci date à vedere le lettere di ratificatione mandate dal Serño Arciduca Ferdinando s'accrebbe impedimento al negotio, perche si trovarono contener parole alquanto differenti dali termini accordati nel instrumento de la pacificatione. Tuttavia Dio benedetto mirando con l'occhio di misericordia lo stato presente del Christianesimo, et il paterno affetto con che Nostro Signore si è affaticato per porre la pace tra questi Regni et Stati, ha cosi disposto la pia mente de l'Imperatore, che si è levata di mezo ogni difficultà con buon temperamento, et S. Macstà hiermattina con li deputati de gli Ordini che si sono trovati quì, giurò. Il temperamento è stato, che offerendo l'Imperatore di darci uno scritto per assicuramento di dover fare restare contento il Serño Rè Sigismondo quanto à gli Ungari, noi per non havere tale autorità l'habbiamo rifutato, ma non dimeno consentito di lasciar ch'ella sia venuta al giuramento senza nostra protesta espressa, parendo à me che tal'atto potesse cosi essulcerare gli animi, che non fusse più rimedio alcuno à sanar questa ultima piaga, et che però cosi pericoloso scoglio s'havesse à fuggire quanto più era possibile. In luogo dunque de la protesta avanti che prestasse S. M. Cesarea il giuramento, io dissi alcune poche parole, per le quali senza disgusto de l'Imperatore restò salvo et intiero l'arbitrio del Rè nostro intorno i rilevanti diffetti di quà. S. M. Cesarea ha insieme promesso di fare restituire Luboula con le altre terre nel termine prefisso; il che voglio credere tanto maggiormente indurrà la M. del Rè Sigismondo à disporsi di fare rilasciare il Serño Massimiliano, accettando per hora da S. M. Cesarea, la quale à questo mandarà in Polonia huomo espresso, la cautione offerta di far giurare gli Ungari nc la prima Dieta, et approvando le lettere di ratificatione de l'Altezza del Arciduca Ferdinando sottomesse da noi al medesimo arbitrio di S. M. Regia, come à l'istesso habbiamo sottoposto et riservato pienamente il particolare della liberatione di S. A. per il tempo determinato. Nè sò già come ella in ogni caso potrà seguire nel termine apposto ne la transattione, poiche S. M. Regia è di qua lontana più di cento cinquanta leghe, che sono 750 miglia Italiane, et prima che là arrivi l'huomo di S. M. Cesarea et sia spedito, scorrerano necessariamente molto più dì che li 28 del presente. Non mi rimanendo poi che fare, già che le scritture le quali si hanno à darci presto saranno in ordine, io spero di dovere à 13 per via di Olomuzzo partire à la volta di Polonia, accelerando il camino per non mancare in quest'ultimo ancora à uffizio egualmente spettante à ministro di Santa Chiesa, et à sollecito amatore de la patria; perche se il Serño Rè Sigismondo non lasciarà desiderare da se atto di cortesia, come confido et à ciò sarà da noi consigliato, essortato et pregato, io mi rendo certo che l'accordo tanto ardentemente procurato da N. S. padre universale si stabilirà affatto, onde haverà Sua Santità occasione di rallegrarsi perpetuamente.

Di tutte queste cose se bene posso crederc che Mons. Arcivescovo di Bari, il quale v'è intervenuto, ragguagliarà V. S. Illña molto minutamente, nondimeno à me è parso ancora parte del debito, che tengo verso N. S. lo scrivere à lei questo poco. Al sudetto Mons. io mi sento molto obligato per gli amorevoli officii che ha passato meco in ogni occasione, et perche anche in tutti gli ragionamenti havuti con Signori del Regno et principali ministri ho trovato, che cominciando da S. M. Ces.

ha col ben procurato servitio de la Sede Apostolica data universalmente à tutti molta sodisfattione et lascia di se qui grandissimo desiderio.

Le bacio humilissimamente le mani et i sñi piedi di N. S., à la quale prego lunghissima vita et felicità, quanto più posso mi raccomando. Di Praga li xi. di Luglio 1589.

Di V. S. Illña et Rña

Humilissimo Servitore
Il Cardinale Radzivil.

LXIX.

Ioanni Zamoiski Poloniae cancellario pontifex de pace instaurata gratulatur, insinuatque, velit regem hortari, ut catholicam mulierem uxorem ducat. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 45.

Dilecto filio Nobili viro Ioanni Zamoscio Regni Poloniae Cancellario et Exercitus Praefecto.

Sixtus PP. V. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Quod singulari consilio ac studio factum est, quodque tibi maxime gloriosum fuit, ut auctoritate et gratia tua, qua praestas, Sigismundus Rex Poloniae primum omnium consensu constitueretur, tum armis ea de causa susceptis partaque per te victoria in iure Regni confirmaretur, in causa nunc est, ut Regni salus post Regem in tua sapientia et fortitudine conquiescere videatur. Et quod ad fortitudinem attinet, quod rebus Regni compositis pacem bello pepereris, quodque optato et foelici exitu Regnum pacaveris, Nobilitati tuae valde gratulamur. Superest nunc, ut praeclara Regis caepta singulari consilii tui ope ita foveas et prosequaris, ut nihil unquam in Regnum adversi inferatur. Rex vero eiusque posteritas in perpetua Catholicae Ecclesiae observantia, in qua eius foelicitas versari debet, summa cum bonorum omnium laeticia per te conservetur. Etsi autem, quae ad eam rem spectant, tu optime nosti, neque est, quod ullius verbis ad id inviteris, tamen pro paterna nostra in Regem et te benevolentia tibi significandum duximus, nulla in re hoc tempore ipsius Regis et Catholicae Ecclesiae rebus in isto Regno magis consuli posse, quam ut Rex Nobili aliqua et Catholica uxore sibi adiuncta securitatem sibi afferat, simulque Catholicam Religionem, quod etiam ad tuenda Regni iura pertinet, tueatur ac amplificiet. Est haec iure suo tibi debita, tibi constituta et parata ea de re gravis expectatio, cui facile satisfacies, si ut omnibus in rebus, ita in ea deliberatione omnium maxima prudenter caveris, ne quis Regem error averterc, neve ulla occasio a maiorum suorum, qui in isto Regno floruerunt, gloria possit removere, et si ea cogitaveris et feceris, quae ab optimo et de Romana Ecclesia benemerito viro expectatur, idest si tu, qui Polonorum Rempublicam variis contentionibus oppressam pristinae tranquillitati restituisti, nunc Regem omnium quotquot ex suo genere fuerunt maximum proposito aequissimo ac sanctissimo aliquo matrimonio in Apostolicae Sedis observantia et tuendis Regni legibus, ut debes, confirmatum reddideris et corroboraveris. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xxvii. Aprilis mdlxxxix. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXX.

Pontifex reginam viduam Poloniae, episcopos et procerea eiusdem regni monet, curent, ut rex catholicam uxorem sibi adiungat. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 46.

Charissimae in Christo filiae nostrae Annae Poloniae Reginae Illustri Viduae.

Sixtus PP. V. Charissima in Christo filia nostra, salutem etc. Maiestatis Tuae in Romanam Ecclesiam merita, quae semper admirati fuimus, tuaeque adeo officia, quae in isto amplissimo Poloniae Regno in omnes Catholicae veritatis cultores, sed in tuos praecipue omni tempore contulisti, in causa praecipue fuerunt, ut Sigismundus Rex Divino sane consilio in primis eligeretur, deinde tam multis et manifestis suae in eum voluntatis argumentis communi omnium approbatione in eiusdem Regni iure confirmaretur. Atque tua etiam causa id maxime evenirc fatemur et agnoscimus, tibique tum eo praecipue, tum quod pietatis et industriae tuae fructum sis consecuta, summopere gratulamur. Verum quia ea, quae in Rege Regnoque ipso per te orta sunt commoda, tua etiam opera conservari et augeri decet, pro nostra voluntate, qua pia tua vota semper a Deo exaudiri cupimus, pro securitate Regni et posterorum tranquillitate, pro Catholicae Religionis praesidio et augumento a Maiestate Tua petimus, ut Sigismundus Rex in isto aetatis flore et Regni initio nobilissimam aliquam et Romanae Ecclesiae devotissimam, et ab haereticorum erroribus omnino alienam uxorom sibi suo consilio adiungat: unde eodem tempore suis Regnique rebus et Religioni Catholicae, quae ex ea coniunctione conserbabitur et vehe-

menter augebitur, omnino consulet. Id si ad praeclarissimas res tuas addes, posteritati Regis ac Regni desideratum otium et tranquillitatem paries, tibique ac tuis gloriam immortalem apud Deum comparabis. Haec ad te scripsimus singulari tua in nos et in Sedem Apostolicam obscrvantia freti. Tu, ut consuevisti, rem cura et prudentia tua perfice. Nihil hoc tempore te facturam puta, quod ad tuendam Catholicae Religionis dignitatem magis pertineat, quodque nobis gratius esse possit. Ita scilicet omnia Regis Regnique istius commoda pro paterna nostra charitate Nobis cordi sunt, nunc ac semper erunt. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXVIII. Aprilis MDLXXXIX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Venerabili fratri Stanislao Archiepiscopo Gnesnensi.

SIXTUS PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Quanta dignitatis et extimationis accessio tibi facta sit, ex quo Sigismundus Rex Poloniae tuis praecipue studiis electus est, et compositis, ut speramus, de Regno contentionibus, communi competitorum approbatione confirmatus, ex eo cognoscere potes, quod nihil unquam in eo Regno ad Romanae Ecclesiae dignitatem, aut ipsam Regni tranquillitatem spectabit, quod ad tuam auctoritatem et gloriam pertinere non arbitremur. Itaque cum de Regis posteritate solliciti simus, ut nimirum is de aliqua uxore nobilitate et Religione Catholica praestanti, ac ab haeretica pravitate aliena sibi iungenda deliberet, id tibi pro nostra in te fide, tuaque in Nos atque in Sanctam Apostolicam Sedem observantia eo consilio significandum duximus, ut hac in re is demum auctor sis, quem pro tua in Nos pietate, pro Regni consuetudine et legibus, atque adeo tuis pro Catholica Religione rebus praeclare gestis omnino fore confidimus. Datum Romae etc. ut supra.

Eodem modo Andreae Opalinski Magno Marescallo regni Poloniae etc.

LXXI.

Episcopus Chelmensis supplicat cardinali Montalto, velit efficere apud pontificem, ut tandem confirmationem obtineat. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 453.

Illmo et Rmo Dño, Dño meo Colmo Cardinali Montalto.

Illme et Rme Dne, Dne Patrone Colme. Litteris Illmae D. V. excitatus in conturbandis haereticis et confederatione tollenda tantum adhibui diligentiae in isto Regni conventu, quantam adhibere debui Episcopus. Plurimum apud me valuit officii mei conscientia; sed non minus autoritas et admonitio Illmae D. V. Qua de re plura scribit Illmus D. Nuntius Apostolicus nostrarum actionum prudens inspector. Ego a biennio fere expecto litteras confirmationis meae ad Episcopatum Chelmensem. Procrastinatio ista, ut ingenue fatear, est cum magno scandalo Ecclesiae Dei, in qua etiam dignitas Sedis Sanctae suggillatur. Obtineat, rogo, apud Sanctissimum Dominum Illma D. V. interventu suo, ut habeamus Episcopi confirmationes nostras. Tres Episcopatus absque pastore sunt, Haereticorum licentia vires sumit. Commendo me in gratiam Illmae D. V. Varsaviae 28. Aprilis 1589.

Illmae et Rmae Dominationis Vestrae

Servitor obsequentissimus

LAURENTIUS GOSLICIUS EPISCOPUS CHELMENSIS.

LXXII.

Pontifex regem Poloniae hortatur, ut non nisi catholicam ducat uxorem. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 50.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Postquam Deus Opt. Max. qui res omnes et praecipue Regna singulari sua providentia moderatur, Maiestatem Tuam ad huius nobilissimi Regni gubernacula vocavit, et sedatis, ut speramus, de Regno contentionibus, illustri voluntatis suae testimonio Maiestatem Tuam in iure Regni confirmavit, quaecunque hactenus de tua in Romanam Ecclesiam propensa voluntate ex multorum sermonibus audivimus, et quae deinde etiam ex tuis praestantibus coeptis paulo ante coniecimus, ea adeo Nobis probata sunt, ut a Tua Maiestate uberimos in isto Regno fructus egregiasque in Christiana Republica utilitates merito expectare possimus. Ac Nos quidem, acceptis rerum tuarum secundis eventibus, pro paterna nostra in Te benevolentia ex animo gavisi sumus, eoque nomine Maiestati Tuae hoc tempore gratulamur, Teque non solum publica venerationis et obedientiae erga Nos et Sedem Apostolicam officia, sed quaevis alia etiam privata obedientiae et propensae in Nos, ac monita nostra voluntatis obsequia magno tuo cum emolumento facturum Nobis pollicemur.

Quod sane erit, si hoc praecipue tempore insidias, quae a perpetuo humani generis hoste fidei et constantiae tuae forte parabuntur, studiose ac diligenter evitabis, quas quidem facile effugies, si nobili Catholicae ac de Romana Ecclesia bene meritae uxori, atque ab haereticorum erroribus maxime alienae te adiunxeris, etsi non tam fortunarum et bonorum, quam laudum et morum, quibus praestas, haereditatem posteritati reliqueris. Hoc autem etsi a te fieri debere, tu ex ipsis etiam Regni, cui praees legibus optime intelliges, quae non nisi Catholicam Regis uxorem coronari permittunt: tamen ut impiis communis adversarii consiliis occurramus, Maiestatem Tuam anteactam constantem vitam tenere meditantem adhortari voluimus, ut quae nihil nisi honestum unquam amasti, quod summa cum nostra voluptate semper audivimus, ea posthac et maiora semper cupias et secteris. Istam vero semitam, quae fert ad aeternum decus, perpetuo teneas, atque adeo tuo exemplo eos, qui a veritatis via deflexerunt, in salutis semitam manu prehensos ducas, et procedentibus quasi lumen profcras, ita enim optata meritorum tuorum praemia a Deo bonorum omnium retributore consequeris: quicunque vero tuis ac tuorum rationibus consuluisse, tuamque optimam administrationem tam salutari consilio iuvisse atque amplificasse audient, te superioribus saeculis gloriae et ornamento, praesentibus ac futuris adiumento et praesidio fuisse, nullamque maximo et Catholico dignam Rege laudem praetermisisse intelligent. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIX. Aprilis MDLXXXIX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXXIII.

Descriptio status religionis catholicae in civitate Rigensi ab anno 1586. usque ad praesentem aprilem anni 1589.
Nuntiat. Polon. Vol. 29. fol. 119.

Anno Domini 1586. cum primum Illmus Cardinalis Radzivilius, qui prudentissime et pacatissime per aliquot annos Livoniam Prorege administraverat, Romam ex debito Cardinalitii gradus profecturus, provinciam reliquisset, Civitas Regensis (ut etiam ante illo ad comitia quaedam profecto tumultuari ceperat, sed mox eodem revertente, sedata fuerat et ad officium revocata) ad ingenium rediit, plebsque tumultuaria, captis armis praesidiisque omnibus occupatis, in suos cives, videlicet Regium Burggravium, Consules et reliquum ordinarium Magistratum ac Senatum deservire caepit, creatisque sibi duobus ad omnem factionem comparatis Tribunis plebis, quae Civitas antea ab optimatibus aristocratice regebatur, caepit a plebe democratice gubernari: ita tamen Senatoriam dignitatem sartam tectam titulotenus conservabant, ut Senatores et Consules pro tribunali sedere et iudicare causas, ipsis Tribunis plebis semper illis assistentibus, cogerentur; sed inviti et veluti captivi in praetorio detenti, ac ad nutum plebis omnia facere compellerentur in hoc civitatis tumultuantis aestu, dum plebs in patricios consurgit: Catholicos interim et Ecclesias Catholicas liberas et intactas relinquunt. Interim aliquot primarios Senatores variorum criminum falso impactorum reos peragunt, duos ex illis capiunt Iuris Doctores, in carcere torquent, insontes damnant et in foro publico afficiunt supplicio; reliquos, qui prima erant Reipublicae et Senatus capita, insectantur: illi visa primorum civium iusontium iniqua caede compelluntur ad fugam. Atque haec omnia accidunt, dum Commissarius generalis Livoniae loco Illmi Cardinalis Radzivilii Provinciae praefectus fuisset, haereticus homo, Calvinianus, cum praesente Illmo Cardinali aut nihil contigerit unquam turbarum, aut si quid acciclit, ipso admodicum absente, subito rediens compescuerit sedaritque omnia. Hac hominum temeritate perspecta Stephanus Rex monitionibus primo, deinde minis, demum proscriptione agit insontes. Illi autem utpote consilii inopes, temeritatis divites, instructique praesidiis ac aerario occupato contemnere omnia, ac ne pili quidem iussu Stephani Regis, caeteris pene omnibus tremendi, facere, quae dum Stephanus animadvertit ad graviora remedia descensurus, interim parte praesidiorum ex arcibus Livonicis evocata, ad ostia Dunae, uno vel altero ab Riga milliario, qua influit in mare, propugnaculo tempore licet importuno, terraque omnino gelu concreta, opera Simonis Gengae Architecti intra quatuor fere hebdomadas tacentibus Rigensibus erigit, quo aditum illis ad mare intercludit, sed dum haec ipso Decembri mense parat ac molitur, saeva mors Stephanum ante medium Decembrem eripit e vita. Unde insolentiores facti Rigenses, et proscripti, qui profugerant, redierunt, et sursum atque deorsum miscere omnia denuo incipiunt. Interim licet pace et quiete sua fruerentur in Civitate Catholici et Jesuitae in ipso etiam interregno, tamen ubi primum rescitum est in Augusto duos electos esse in Regno Reges ac schisma fore in Regno animadversum, plebs impetu potius quam consilio aut ratione acta, commota seditione, arma capit, vexilla explicat, et bene pota prius absque ordine, absque duce, absque consilio tumultuarie convolat ad evertendum

erectum nuper propugnaculum. At praesidiarii insigniter in eo se defendentes, dum hostes repellunt, ad 100. ex illis partim caedunt, partim suffocant in aquis, ac deinceps naves ullas aut Riga solvere aut Riga appellare non permittunt, donec ea re nimium permoti Rigenses praesidiariis supplices facti, et summam trium millium pro mulcta daturos pacti, ostia maris aperiunt. Qua igitur die numerata fuit pecuna a Rigensibus militi praesidiario, eadem mox famam dissipant se pecuniae illa summa templum catholicum a Stephano Rege de manibus haereticorum recuperatum, penes quod societatis Jesu collegium fundaverat, a militibus coemisse: et ideo tres ministri haeretici cum totidem seditiosis capitibus plebis, ac multis armatis satellitibus ad collegium societatis minaciter venientes iubent ipsa hora Patres societatis templi claves tradere, ni velint vi eripi: ac deinde mandant, ut sequenti die ex domibus etiam cedant, et ne posthac ullum munus religionis (ut ipsi loquuntur) Papisticae in Civitate Rigensi exercere audeant sub gravissimis interminationibus; permittunt tamen illis et ingressum liberum in Civitatem et omnia bona ad fundationem collegii pertinentia etiam in ipsis Civitatis suburbiis, quin et census annuos quosdam nomine suburbii Civitati locati pendunt, nihil aliud praetendentes, quam ut quemadmodum ante Stephanum Regem, ita nunc nihil Catholicum habeatur, vel fiat in Civitate. Jesuitae quidem hanc vim passi in contiguam Civitati arcem, quae in potestate Regis est, recipiuntur hospitio, et ibidem morantur, omnia, quae praestabant in Civitatis templo, quo ad auxilium animarum praestantes in sacro magno arcis sacello, ac pariter ad varias vicinas arces et oppida excurrentes, concionum et ministrandorum Sacramentorum gratia non secus atque antequam templo suo et domicilio urbano privarentur: ab illo tempore Jesuitae semper quieverunt consilio ipsique Regiae Cancellariae, expectantes et fines tumultuum, qui erant in Regno, et opportuniora tempora atque universalia Regni Comitia. Ad haec ergo muniti (ut fama est) ingenti vi pecuniae venerunt Rigenses aliquot a Civitate ablegati, iamque et auditi sunt, et apud aliquos amantes pecuniae gratiam invenerunt. Dumque hi pro illis loquerentur in Comitiis coram Rege, mox Archiepiscopos, Episcopos et Senatores Catholicos ita promovere, ut insigniter causam Christi ac Religionis tutati sint, factaque deputatione aliquot Senatorum, in quibus erant Cardiuales duo, Archiepiscopi duo, unus Episcopus et aliquot Palatini partim Catholici, partim haeretici, ipsimet haeretici pro Jesuitis non minus acriter locuti sunt, quam Catholici, censeruntque nullo modo aperiendum ostium improbis et rebellibus evertendi Regias fundationes: et cum responsum dari deberet Rigensibus, delectus est ad hoc insignis haereticus Palatinus Ravensis, qui pro societate restituenda in suis sedibus ita locutus est coram omnibus, ut et Rigenses ablegatos pudefecerit. Quia tamen datum est spatium Rigensibus ad respondendum, nunc velint se subdere Regi suo et clementiae illius, iniquis illis, quas petebant, conditionibus posthabitis, quarum una erat de nullo exercitio et usu Catholicae religionis in Civitate Rigensi permittendo, de templis occupatis non restituendis, de Jesuitis non reducendis in Civitate, eo quod conscientias civium ante quietas conturbent nova doctrina a Luthero suo discrepante in concionibus proposita, de propugnaculo illo a Stephano erecto demoliendo et aliis quibusdam: illi hactenus nil responderunt, sed patronos facile invenit illorum pecunia, qui suadent Regi, ut concedatur illis, quod petunt, modo se subdant in reliquis; at Episcopi et Catholici Senatores ac Equestris ordinis Nuntii Terrestres se opponunt hactenus strenue, nec definitum est quicquam in hunc diem, quo finita sunt Comitia.

LXXIV.

Archiepiscopo Gnesnensi pontifex de studio rei catholicae tuendae gratulatur. Reg. Brev. Tom. 29. fol. 142.

Venerabili fratri Stanislao Archiepiscopo Gnesnensi.

Sixtus PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Etsi auctoritas tua, quae per se magna est, quoque virtutibus, quibus praestas, magis augetur, antea fecerat, ut contenti essemus gloria, quam res per te hactenus gestae pepererunt; tamen postquam Venerabilis frater Annibal Archiepus Neapolitanus, noster in isto regno Nuntius, praeclaris tuis factis una omnium voce ad Nos delatis diligenter Nobis significavit, qua animi magnitudine in praeteritis Comitiis ea, quae ad Romanae Ecclesiae dignitatem tuendam, et ad Catholicum Regem constituendum maxime pertinebant, omnino perfeceris, qua item mentis firmitate adversantibus obstiteris, et quaecunque contra adducta fuerunt, confutaveris, et quanta demum aequitate et continentia non modo universos Antistites et Senatores Catholicae veritatis fautores sustinueris, verum etiam istam, quam geris, Primatus provinciam summa tua cum laude ornaveris, vere fatemur et agnoscimus, te Polonorum Rempublicam partim in summa Regni perturbatione commotam,

partim novarum rerum expectatione suspensam, ut a summis dissensionibus ad maximam tranquillitatem sub Rege omnium optimo faeliciter traduceretur praeclaris tuis studiis, et a virtute profectis subsidiis plurimum iuvisse, atque adeo ea in re nostrum et commune omnium de tua virtute iudicium summa cum nostra laetitia atque voluptate comprobasse: quod cum ita sit, tantum nostri in te amoris accessit, ut te nunc, ut debemus, pluris faciamus, atque adeo quaecumque pio ac de Romana Ecclesia benemerito Antistiti debentur, ea tibi ex animo cupiamus. Neque vero est, quod te hortemur, ut divina honori et hominum saluti adhuc servias; id enim facis, et tam bene agendi consuetudinem non retinere, ac tui dissimilem esse posse uullo modo dubitamus: sed quod libentius nostra ac etiam tua causa facimus, te ac caeteros Antistites tuo exemplo ad Dei gloriam tuendam in ea deliberatione, quae tantum officii ac studii contulisse, quantum a quoquam postulari possit, Fraternitati Tuae gratulamur, et quas debemus, gratias agimus. Fac interea, quando quos imiteris te ipso clariores paucos habes, ut tecum ipse certes ac te vincas. Fac ut merita tua augeas, et alios ad bene de Ecclesia Romana merendum impellas, sic quaecumque praemia a bene agentibus, sive dum vivunt, sive post obitum expectari iure debeat, ea te a Deo bonorum omnium retributore cumulatissime responsurum omnino pollicemur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVII. Maii MDLXXXIX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LXXV.

Maximilianus archidux Austriae pontifici de propenso erga se animo grates reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 209.

Sanctissimo Domino Nostro Sixto Papae V.

Post devotissima beatissimorum pedum oscula Sanctitatis Vestrae obsequia et studia mea diligenter et humillime commendo. Beatissime Pater. Etsi nunquam mihi dubia fuerit pietas paterna et praeclara benevolentia S. V. erga me, quam semper, maxime vero in adversa et incerta praesertim rerum mearum sorte superiori tempore partim litteris per Illm̃um et Rm̃um Dominum Cardinalem Aldobrandinum etc. mihi transmissis, tum vero reipsa in pacificandis tumultibus Polonicis abunde declaravit: tamen maiorem certe in modum me consolatus est Illm̃us et Rm̃us Dn̄us Annibal de Capua Archiep̄us Neapolitanus et S. V. in Poloniam Nuncius destinatus etc. qui hesterno die me visitavit, adiit et S. V. summum erga me et propensissimum amorem non modo accurate exposuit, sed etiam, si qua occasio ferret, imposterum, ne a S. V. alia, nisi laeta et optima quoque sperarem, monuit. Gratias illi ago, Deumque oro, ut quam diutissime superstes et salva sit: Ego vero operam dabo, ut per omne tempus vitae debita observantia mea erga S. V. et Sanctam Sedem Apostolicam continua, quin perpetua etiam sit, totique mundo, si liceat, probem, in Sanctitatis Vestrae dignitate, ipsius Sacrosanctae Ecclesiae Catholicae defensione et propagatione nullius Principis Christiani studio me vel conatui cessisse, quod apud S. V. hisce testatum relinquere volui. Eius vero paternae curae et pietati, Pater Bm̃e et Sm̃e, me iterum atque iterum commendo. Datis Crasnostaviae in Russia die 30. Maii 1589.

Sanctitatis Vestrae

filius obedientissimus
MAXIMILIANUS.

LXXVI.

Anna regina vidua Poloniae commendat pontifici interuuntium suum in civitate Neapolitana. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 57.

Sm̃o ac Bm̃o in Christo Patri et Dn̄o, Dn̄o Sixto divina providentia Papae V.
SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dn̄o clementissimo.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater et Dn̄e, Dn̄e clementissime. Post beatorum pedum oscula Sanctitatis Vestrae meique commendationem. Sanctitati V. commendandum esse duxi meis hisce litteris Nobilem et Venerabilem Ioannem Folcinium Canonicum Plocensem, Sacrae Theologiae Doctorem, uti quidem perquam studiose commendo. Proficiscitur Neapolim, ut in ea urbe meum Internuntium agat. Supplico S. Vestrae, qua semper benevolentia fuit erga meos Internuntios Neapoli res negotiaque mea gerentes, eadem ut sit in Folicinium Neapoli hoc idem munus obeuntem, paternaque sua ope in difficultate rerum, quoties usus acciderit, eidem succurrat. Quod ego beneficium S. Vestrae inter alia ipsius summa in me beneficia pro insigni censebo. Diuturnitatem vitae omniaque prospera opto a Deo immortali Sanctitati Vestrae. Datum Varsoviae die III. Iunii Anno Domini MDLXXXIX.

Sanctitatis Vestrae

obedientissima filia
ANNA REGINA POLONIAE mpp.

LXXVII.

Pontifex regi Poloniae gratulatur, quod cardinalem Aldobrandinum humanissime exceperit, eumque monet, ut oratorem quam primum Romam mittat. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 100.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

Sixtus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quas literas a Maiestate Tua Varsaviae scriptas dilectus filius Andreas tuus Secretarius nobis reddidit, eae Nobis, qui de tuo ac Regni tui foelici statu aliquid semper audire cupimus, gratissimae fuerunt. Atque ex ipso Andrea etiam summa cum nostra voluptate intelleximus te, pro quo assidue Deum precamur, salvum et incolumem esse, ac in Catholicae Religionis tuendae studio, et haereticae pravitatis, quantum per te fieri potest, delendae curam, quae digna Rege locus est, assidue incumbere. Ex tuis vero literis, ut optavimus, plane certiores facti sumus, et de nostra paterna voluntate atque studiis, et de dilecti filii nostri Hippoliti Cardinalis Aldobrandini prudentia, administratione atque solertia, qua in tui Regni cum Austriaca Domo reconciliatione usus est, etsi antea id Nobis satis notum esset, recte optimeque sentire. Quod de grati animi tui, quam exhibendam hoc tempore existimasti, significatione a praefato Cardinali non respuenda a Nobis petis, etsi ille non solum sui veteris instituti et consilii, sed etiam alias potissimas et aequissimas causas attulerit, quibus vix adduci posse videbatur, ut hac in re morem tibi gereret: Nos tamen magno quo votis tuis respondere studemus desiderio impulsi, ut idem Cardinalis munus a tua liberalitate profectum non recuset, nostra auctoritate fecimus, nonnullis tamen de causis modo in recipiendo ei praescripsimus, quem idem Andreas Maiestati Tuae coram explicabit, et quem a te maxime probari cupimus. Iam vero quoad Regias virtutes tuas, quibus vix aliquid addi posse videbatur, munificentiae laus hoc tempore accesserit, et quod summam tuam in Nos et Sedem Apostolicam observantiam praeclarum hoc erga Nos et eiusdem Sedis Legatos liberalitatis specimen illustraverit, Maiestati Tuae magnopere gratulamur, et pro dignitate gratias agimus. Atque haec quidem, quae omnino ita esse sentimus, hoc tempore ad te scribenda esse duximus, ut quia hoc pietati et gloriae tuae tribui modo intelligis, posthac bene et gloriose, quod facis agendo, tui quam simillimus esse pergas: sic enim erit, ut a te auctis praestantibus gestis, quod debes, non modo Nobis ac Sedi Apostolicae, sed tuo generi, tuo nomini, tibimet ipsi, tuisque institutis summa tua cum laude et bonorum emolumento persolvendum existimes. Caeterum quia de tuorum etiam subditorum salute cogitare non desistimus, non possumus te non vehementer hortari, ut aliorum Regum ac tuorum maiorum morem secutus Oratorem, qui quamprimum obedientiam Nobis et Sedi Apostolicae debitam tuo nomine praestet, ad Nos mitti cures. Nosti enim complura Regni negocia tali expectatione reddi suspensa, et multas ecclesias obedientia a te non praestita conferri non posse, quas tamen Pastoribus diutius vacare a publicis et privatis Regni rationibus prorsus alienum esse ducimus. Quod si tu simul ac per Legatum a te huc destinatum obedientiam Nobis exhibueris, dilectum filium Stanislaum Rescium, qui nunc Romae commoratur, consueto Oratoris tui apud Nos munere fungi voluerit, ita eum benigne et amanter, quod nunc etiam facimus, complectemur, ut te et eum tuo nomine quotidie plures a Nobis fieri intelligere possis. Quaecumque enim in te studia a Nobis expectantur, ea ut pro dignitate et aequitate in cum tua causa extent, omni tempore curabimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die vi. Iunii mdlxxxix. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LXXVIII.

Cancellarius regni Poloniae summo pontifici supplicat, ut electum Vendensem confirmet. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 271.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño N. Dño Sixto divina providentia Papae V. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pontifici, Dño clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo pater, ac domine dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique humillimam commendationem. Si in ulla provincia animarum cura atque disciplina ecclesiastica necessaria est, in Livonia certe est; non modo quod nuper admodum plantae aliquae catholicae in ea excoli coeperunt, sed quod in hodiernum adhuc diem haereticis cum undique septa, tum ipsa plena sit. Quae res facit, ut cum ad Episcopatum eum Livoniae Vendensem Reverendus Otto Schenkingk ecclesiae eiusdem praepositus, ac nobilis provinciae indigena a Regia Maiestate domino meo clementissimo iam a tanto tempore S. V. commendatus sit, qui et doctrina et vitae sanctitate, et linguae hominumque provinciae eius peritia magnos progressus in religione catholica ibi propaganda possit facere, ne huius saltem Episcopatus confirmationem diutius differri S. V. velit, diligentissime Sanctitatis Vestrae suppli-

candum putem. Ob quas difficultates nondum maior legatio ad S. V. obedientiae ei debitae praestandae causa mitti potuerit, non dubito S. V. ante cognovisse: sed tamen ut et quamprimum mittatur, urgeo. Et ut etiam priusquam maior legatio venisset, sacra tamen mitterentur, etiam ante a beatae et sanctae memoriae decessoribus S. V. necessitati ecclesiarum non semèl tributum fuit, quod nulli certe iustius, quam praesenti Livonicae ecclesiae necessitati nunc debetur, quo magis iterum atque iterum S. Vestrae de eo supplico, clementiaeque eius diligentissime me commendo. Datum Zamoscii die x. mensis Iunii Anno Domini 1589.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus servitor

Ioannes Zamoiski Cancellarius et Generalis Capitaneus mpp.

LXXIX.

Moldaviae princeps et metropolita Suciaviae et reliquus clerus eiusdem provinciae summo pontifici obedientiam exhibent, supplicantque, ut attritis ipsorum provinciae a Turcis invasae rebus praesto esse velit. Ex versione originali, cui textus Servicus additus est. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 689.

In omnibus Illmo et Smo et a Deo electo atque a Deo laudabili et magno dono praedito, aequali Apostolis et cum Angelis colloquenti, et secundum Deum legem danti, ac primum verbum ponenti, Canones constituenti iuxta rectam viam Dei, qui est super omnes, quae in Christo sunt generationes Christianorum Occidentem versus Terrarum et Regionum Magno et Illmo Papae Magnae Romae. Cum hisce procidimus et adoramus maximo desiderio et magno fletu, et notitiam adducimus ad Magnam Sanctitatem tuam de nostro praesenti gravamine et violentia, quam nos patimur ab his immundis Turcis, quod ipsi faciunt nobis, quoniam ipsi posuerunt super nos Dominum advenam et alienigenam, qui tenet apud se homines malos, Turcas, Graecos, Hungaros et Montanos, qui opprimunt terram et homines iniuste, et auferunt ab eis mulieres et filias dehonestantes eas secundum desiderium eorum, et Terra desolatur in diebus suis, precationesque sanctae corruunt et lex nostra ab illis perversis et maleficis hominibus suis. Propter quod consuluimus omne consilium Regionis, et recordati sumus Magnae tuae Sanctitatis, quoniam tu es secundum Deum legum dator et reformator. Propterea misimus huuc filium Domini cum his filiis Baronum ad conspectum Illmae Sanctitatis tuae, ita Dnus Deus misericors Sanctitatem tuam nobis propitiam reddat, ut ipsa memor sit uostri et misericorditer agat nobiscum, et cum hoc filio Dni et cum Terra nostra, illique felices Sanctitatis tuae litteras concedat, quibus Regem Poloniae moneat, ut ipse Rex illi sua gratia faveat, eiusque misericors et amicus, sit morem gerens voluntati et litteris Sanctitatis tuae, et concedat illi auxilium Dominationis suae et gratiam eius Regni, et si quo modo poterit nos liberare ab his immundis et perversis impiisque generationibus, ne pereamus iniuste in diebus bonis Sanctitatis tuae. Quapropter procidimus et obsecramus ante conspectum misericordiosissimae atque Illmae Sanctitatis tuae, ut miserearis nostri, nec derelinquas nos desolatos, sed sis propitius nobis in diebus bonis Sanctitatis tuae, ut et nos memores esse Sanctitatis tuae et Deum pro illa precari debeamus usque ad mortem. Sed et munus habemus dare Sanctitati tuae Quinquaginta millium Ducatorum auri pro bono, quod fecerit nobis. Ergo hac de causa genuflectentes et adorantes ante Magnam Sanctitatem tuam oramus, ut Dominus Deus misericors misereatur et multiplicet felicissimos dies Sanctitatis tuae in diebus bonis et pacificis. Amen. Scriptum Suciavae Anno 1099. xv. Iunii (1589).

✠ Stephanus Vayvoda filius in Deo quiescentis Alexandri Vaivodae Maldaviae.
✠ Nos minores filii Sanctitatis tuae Anastatius Metropolita Suciavae.
✠ Gregorius Episcopus Episcopatus Romanchae et in omnibus Praepositus omnium Monasteriorum et totius Consilii Terrarum Maldaviae.

LXXX.

Pontifex laudat archiepiscopum Gnesnensem, quod in comitiis publicis regni pro fido catholica fortiter se gesserit. Reg. Brev. Tom. 29. fol. 148.

Venerabili fratri Stanislao Archiepiscopo Gnesnensi.

Sixtus PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Etsi omnium sermone et ex Nuntii nostri literis Regni Poloniae totius, et fidei Catholicae universae inimicorum et perditorum cogitationes atque improbitates tuis optimis consiliis et rebus praeclare gestis saepe debilitatas et fractas fuisse cognovimus: ex literis tamen, quibus de ratione in Comitiis nuper Varsaviae habitis suscepta Nos, ut expectavimus,

nominatim certiores fecisti, et ex iis legibus, quarum rogationem illi ad Regni perniciem et Catholici cultus interitum commoliti sunt, cuique summa tua auctoritate tuorumque omnium ope forti magnoque animo intercedendum existimasti, illorum insidias in Regni periculum et religionis discrimen paratas acriores, quam existimavimus, extitisse apertius perspeximus. Cum itaque hoc tempore summa potestas tua, cui neque a voluntate neque a consilio quidquam defuisse sentimus, his rebus praeclare gestis ad Catholicae religionis amplitudinem et bouorum securitatem confirmata fuerit, incredibili atque inusitata animi iucunditate perfusi sumus. Quod vero Romanae ecclesiae et Regni auctoritatis tuendae cura apud te sic excubaverit, ut tanquam Dux et Antesignanus, egregia Antistitum manu te comitante, detectos machinantium dolos eluseris, temerarios motus et Regno atque Religioni adversautes conatus tua auctoritate tuorumque gratia compresseris. Nos, quae ob tantas res sapienter et forti animo gestas quacumque de Christiana Republica optime meritis debentur, vobis tribuenda ducimus: ea omnia a te ac tuis cumulate expectari a Nobis posse atque licere volumus. Caeterum etsi superioribus diebus, quae a te posthac gerenda optavimus, diligenter ad te scripserimus, et ea de re ut decuit tibi gratulati ex animo fuerimus, summae tamen voluptatis atque laetitiae, nostraeque in te ac tuos benevolentiae testificandae gratia adhuc scribendum tuaeque ac Catholicorum omnium virtuti denuo gratulandum existimavimus. Neque vero, ut gratulationem de tantae rei a vobis susceptae summa tantaque provincia, qua tu istum Primatus gradum ibi omnium praedicatione confirmasti, iterum habeamus, in causa est: verum etiam ut vobis plurimum debeamus et pro dignitate gratias agamus, istud ipsum a vobis iam constitutum praesidium confirmatumque Regni in Sedem Apostolicam observantiae studium impellit, certam spem atque expectationem affert perditorum hominum machinationibus atque conatibus posthac vestris praestantibus factis resisti, vel verissime dicamus sola vestrae constantiae et animi celsitudinis fama et opinione occurri posse, praesertim cum acceperimus, Sigismundum Regem Catholicorum institutis deditissimum consiliis et officiis vestris vigorem ac robur, quod nihil Nobis antiquius fuit aut esse potest, voluntate et honestate sua semper allaturum. Quod cum te in primis praestiturum certo sciamus, firmam non modo dignitatis tuae illustrandae, cui fides vestra et studium nullo loco deerit, sed aeternae benedictionis a Deo, quem assidue pro vestra salute deprecabimur, consequendae ratiouem suscepturum tibi pollicemur, in Nobisque recipimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXIV. Iunii MDLXXXIX. Pont. nostri Anno Quinto.

LXXXI.

Anna Poloniae regina vidua pontifici de humanissimis sibi datis litteris grates reddit, spondetque votis suis de ducenda a rege Sigismundo uxore catholica se omnino obsecundaturam esse. Nunt. Polon. Vol. 59. fol. 61.

Beatissimo in Christo Patri, Dño Dño Sixto divina providentia Papae V. etc.

Beatissime Pater. Post mei servitiorumque meorum humillimam commendationem etc. Semper quidem Sanctitatis Vestrae literae gratissimae mihi sunt, quia semper afferant singularem aliquam significationem erga me paternae illius charitatis: sed quas proxime accepi XXVIII. Aprilis Romae datas, optatissimae et gravissimae fuerunt, plenae erga me, plenae erga Regnum, plenae erga Regem benevolentiae, plenae sapientissimi consilii ad communiendam securitatem affectam Regni, ad confirmandam tranquillitatem posteritatis, ad comparanda praesidia Catholicae Romanae Ecclesiae: idque non difficile factu futurum, si nobilissimum, Catholicum, Romanum, Sedi Apostolicae devotissimum Serñus Rex meo consilio matrimonium florentibus annis quam primum ineat. Quo genere laudum haec S. V. tam pia, tam solicita, tam multum imposterum prospiciens voluntas et animus extollendus est? Superat facultatem meam. Haec est nimirum illa potissimum etiam apud me cura, quae me dies noctesque sollicitat. Et mea itaque sponte et tauta S. V. authoritate incitata omnia tentabo, omnia persequar, omnia faciam, quae literis, quae nuuciis, quae fidis homiuibus tentari perficique possint ad tanti momenti rem conficiendam, quanti haec est iudicio S. V., ne hoc unum eis laudibus deesse videatur, quas mihi S. V. plena, ut aiunt, manu tribuit, et in quibus ego legendis erubui. Ita enim S. V. gratulationem accipio, uti accipienda homini est voluutati divini numiuis obsequenti et administrae, vix quidquam suo ductu proprio aut conatu efficicuti, mortalitatisque nostrae imbecillitatem agnoscenti. S. V. cupio florentissimam valere, et quod ad Neapolitana etiam mea negocia suam paternam curam derivat, immortales gratias ago. Datum Varsoviae die XXV. mensis Iunii Anno Domini M.D.LXXXIX.

Sanctitatis Vestrae

obedientissima filia

ANNA REGINA POLONIAE mpp.

LXXXII.

Archiepiscopus Gnesnensis et cancellarius regni pontifici spondent, omnem se operam daturos, ut rex Poloniae catholicam uxorem ducat. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 331, 265 et 281.

Sño in Christo Patri Dño N. D. Sixto V. S. Rom. et Universalis Eccl. Pont. Max.

Sñe ac Bñe Pater, et Domine Dñe clementissime. Reddidit mihi Illñus D. Archiepiscopus Neapolitanus binas modico intervallo litteras a S. V., ex quibus utrisque nihil aliud perspicere potui, quam S. Vestrae in nos et inclytum hoc Regnum effundi iam pridem ceptam benignitatem, largius in dies promanare atque profluere. Ut enim graves suas curas atque cogitationes iam inde a sui Pontificatus initio defixerat in amplificandis Regni huius ornamentis, in construenda eiusdem pace et tranquillitate, in propagandaque et restituenda religione sancta Catholica, ex qua salus omnium Regnorum dependet: ita perspicimus profecto et quasi manu tractamus magis ac magis contendere et elaborare S. Vestram, ut praeclaris et summo Antistite dignis ipsius desideriis atque contentionibus satisfiat. Ac tulit quidem fructum S. Vestra nomini suo in omnem posteritatis memoriam gloriosum, nobis autem salutarem, sive in compositis authoritate et vigilantia sua procellis praeterito interregno excitatis, sive in haereticorum falsorumque fratrum conatibus, quos in proxime praeteritis Comitiis adversus Dñum ediderant, repressis. Deum precamur, ut initiis istis reliqua consentiant. Equidem si aliquid eiusmodi egi, quo tantam S. Vestrae gratiam et benignitatem, quantam mihi suis in litteris liberalissime defert, promeritus esse videri possem, id totum ad eiusdem S. Vestrae celebratissimam pietatem, prudentiam, vigilantiam et authoritatem statuo esse referendum. Ab ea enim in susceptis pro sancta religione dimicationibus animabamur, sanctaeque illius benedictionis clypeo tecti omnia adversariorum tela excipiebamus. Est igitur, quod S. Vestrae hoc nomine gratulemur ingentesque gratias agamus, quod mentis suae aciem ab hac Republica non modo non avertat, sed etiam in promovendis tuendisque eius rationibus sanctissimos suos antecessores non tantum aequet meo iudicio, sed etiam superet. Nos quidem etsi periculorum futurorum cogitatione angimur, eo tamen in illis subeundis erimus ardentiores, quo magis et S. V. in nos animatam esse experimur, et adversarios nostros in studium nocendi incensos et inflammatos videmus. Et cum in eo vel praecipuum apud nos religionis firmamentum versetur, ut Serñus Rex noster catholicam coniugem habeat, prudentissime monet me S. Vestra, ut et ipse in eam curam incumbam, et quantum quidem in me erit, malum hoc a Republica nostra, quo non fuit adhuc inquinata, per Dei gratiam pro munere meo prohibebo. Iam Catholicissimo iuveni Regi nostro tam praesens, quam per litteras et per nuncios suggessi et inculcavi, ut tantam impietatem infamiamque fugiat. Iam et Serñum ipsius patrem Sveciae Regem monui, ne talium nuptiarum filio author esset, ex quibus magna ipsius imperii perturbatio exoriretur. Quorum omnium cum sit locupletissimus testis Illñus Dñus Archiepiscopus Neapolitanus, vir singulari pietatis, prudentiae innocentiaeque laude praestans, cum quo nonnulla de iuvandis stabiliendisque rebus nostris coram contuli, ut Vestrae S. eadem primo quoque tempore et quam secretissime significaret. Finem scribendi facio. Hoc tantummodo polliceor et spondeo S. Vestrae, me omnibus rebus sanctam catholicam religionem et sanctae Sedis Apostolicae dignitatem antelaturum esse, atque in utriusque defensione eum me praestiturum, quem et christiana pietas et primatialis, quam indignus sustineo, authoritas, ac denique S. Vestrae tam prolixe in me effusa benignitas exposcit. Precor tandem Deum O. M., ut S. Vestram diu, feliciter prospereque Ecclesiae suae sanctae clavum tenere velit. Datum Lovicii Nonis Iulii 1589.

Suppliciter peto a S. V., dignetur mandare Illño Dño Nuntio suo moderno, ut concilio nostro provinciali, quod ad 2. Octobris, Deo dante, habituri sumus, nomine S. Vestrae intersit et praesit: ad gravissimarum enim rerum deliberationem et conclusionem videmus nobis operam, consilium et actoritatem illius utilem necessariamque fore.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus sacellanus
Stanislaus Archipiscopus Gnesnensis ms.

Sño ac Bño in Christo Patri ac dño, dño Sixto divina providentia Papae V. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pontifici, Dño clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater ac domine, dñe clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique humillimam commendationem. A quo tempore ad Sanctae istius Sedis fastigium divina providentia

S. Vestra evecta fuit, quotidie fere tale aliquid profectum ab ea fuit, ex quo singularis eius erga regnum hoc benevolentia ac paterna de salute eius cura perspici posset. Itaque etsi ex proximis literis eius, quas Rñus in Christo Pater S. V. Nuncius, Dñus Archiepiscopus Neapolitanus, ad me misit, quibusque ut nobili ac sancto aliquo matrimonio Serño Regi meo proposito Ecclesiae Catholicae eo magis illum devincerem, S. V. me hortatur, vel maxime ea se ostenderunt, tamen non tam nova mihi acciderunt, quam tanta cum grati animi veneratione accepta a me fuerunt, cum quanta tam singularis eius clementia accipi debuit. De re autem ipsa, de qua S. V. mihi mandat, pro summa mea in S. Vestram observantia non debeo facere, quin quae et sententia mea de ea sit, et quae hactenus intercesserunt, planissime ei ostendam. In proximis igitur comitiis electionis, quae post mortem laudatae memoriae Stephani Regis habita fuerunt, cum Serñi Principes Austriaci singuli legatos suos in iis haberent, meque, ut in partes suas pertraherent, omnes fere appellarent, uni ex iis, qui familiarius me appellarat, rectius facturos Serños Principes Austriacos ostendi, si de affinitate potius aliqua cum futuro Rege contrahenda, quam de regno ipso, quod ob multas reipublicae nostrae rationes vix sperare possent, cogitarent. Quae conditio a me proposita, etsi ab illo non repudiata fuerit, tamen non ita etiam accepta fuit, ut dum regno ipso armis potituros se sperarent, quicquam amplius de ea tractarent. Postea rursum eius mentio relata, et a me etiam suscepta fuit. Cum Regiae autem Maiestati ipsi conditionem hanc Austriaci matrimonii, nominatim vero Serñi Archiducis Caroli filiae non proposui solum, sed ut quibusdam rebus, quae ad rempublicam pertinent, provisis, prae caeteris eam acciperet, vehementer etiam suasi, tum quod legibus nostris ita cautum sit, ut non nisi e consilio Senatorum matrimonia Reges contrahant, pro muneris mei ratione ad Senatum etiam tam Varsaviae, quam nuper Lublini de ea retuli. Regia Maiestas ab initio non tam ab hoc aliena, quam de alio matrimonio cogitare videbatur: verum cessisse postea videtur et Senatus consensui et rationi, maximeque propenso animo in matrimonium id iam esse, rem tamen totam ad Serñum parentem suum Sveciae Regem, ad quem in Livoniam iam proficiscitur, retulit. Datae igitur ad eumdem nomine Senatus etiam literae ea de re fuerunt, Senatoribus vero, qui secuturi Serñum Regem nostrum in Livoniam sunt, etiam mandata, et huiusmodi quidem, quibus omnino motum Maiestatem suam iri spero. Quae tamen sententia eius futura sit, in expectatione est: confido tamen, quemadmodum ostendi, a nostra non discessuram. Si quid posthac etiam vel de ea vel aliis rebus mandandum mihi Sanctitas V. existimarit, libenter operam dabo, nihil ut maiori curae mihi esse intelligat, quam ut omnibus in rebus sanctissimis praeceptis ac voluntati eius obtemperem. Quod reliquum est, clementiae S. V. quam diligentissime me commendo. Datum Zamoscii die 9. mensis Iunii Anno Domini 1589.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus servitor
Ioannes Zamoiski Cancell. et generalis Cap. mpp.

Illmo et Rño D. D. Alexandro Pereto de Monte Alto S. R. E. Cardinali et Vicecancellario, dño et amico obsermo.

Illme dñe, dñe obserme. Redditae mihi sunt literae Illmae D. V. hodie, qui fuit xiii. Decembris, cum Roma xxix. Iulii datae essent. Delatae, ut audio, fuerunt in Livoniam usque, indeque ad Illmum D. Nuncium remissae. Quod Illma D. V. de matrimonio Sacrae Regiae Maiestatis dñi nostri scribit, recte memini, quid ad Smum Dñum Nostrum scripserim, scitque eius Sanctitas, qui tum rerum status fuerit. Maxima scilicet nostrorum hominum inclinatio non solum ad pacem colendam, sed etiam arctiorem necessitatem inter Serñum Regem et domum Austriacam conciliandam, quae constituta erant authore Smo Domino Nostro, iuramentis utriusque partis confirmabantur, existimabantur firma prorsus ac constantia. Iam vero cum iis satis factum non sit, longe diversi sunt hominum animi, nec habent quid securum sibi et certum polliceri possint, cum videant, nec Smi Domini Nostri sacrosanctam auctoritatem, nec hominis in augusta Reipublicae Christianae sede collocati, ac tot eius procerum iureiurandi religionem, nec tot principum chirographa cum obtestatione fidei et conscientiae satis valuisse, ut transactioni satisfieret. Iniquissimoque tempore tentati et captati sumus, tum cum a vicino potentissimo ob suspicionem, maxime quod pacem fecissemus cum eius aemulis, quodque tantum captivum dimitteremus, premebamur. Nec tamen a nobis periculi tanta, quanta fidei ratio habita est. Si aliqui dies ultra eam, quae dicta erat, exiverunt, constat, nec ita accurate ab alia parte dies observatos, et

scrupulos non a nobis ultro quaesitos, sed ab illis ipsis nobis iniectos fuisse. Neque sane de parvis rebus, de iuramento procerum tanti regni, Archiducatusque, si bene memini, Austriae, de titulo unius provinciae, in quibus a formula transactionis recesserunt, tum quod sigillo singulari regni Bohemiae ea, quae a tot regnis promissa fuissent, firmassent, cum alio aulico in huiusmodi negotio semper usi fuissent. Fuit haec certe haud parva deliberatio, quae tamen a delegatis a Regia Maiestate et ordinibus ita est explicata, ut earum rerum emendationem et expletionem fidei inclitae domus Austriacae committerent, et postquam cum aliquibus Senatoribus communicarunt, cum paucos admodum post dies reducerent. Haec dicitur fuisse causa non satisfaciendi pactis ac conventis, quam iusta, facile quivis iudicat, et in primis Deus, qui non irridetur, quemque ordines regni huius testem habent, ad adiutorem habebunt. Urgebo igitur diligentissime de catholica uxore. De Austriaca quid fieri possit, quaeque erit sententia Senatorum, in Comitiis proximis liquebit. Haec igitur eius Sanctitati Illm̃a Dominatio Vestra renunciabit, et me illi commendabit. Ipsa quoque Illm̃a Dominatio Vestra amore suo me complectetur, quod Illm̃am Dominationem Vestram pro sua humanitate facturam non dubito. Bene valeat Illm̃a Dominatio Vestra. Zamoscio die XIII. mensis Decembris Anno MDLXXXIX.

Illm̃ae et Rm̃ae D. Vestrae

observantissimus amicus et servitor
IOANNES ZAMOISKI REGNI POL. CANCELL. ET GEN. CAPIT. mpp.

LXXXIII.

Pontifex castellanum Podlachiae collaudat ob multas eius virtutes et in regem officia, monetque, ut hunc hortetur ad ducendam uxorem catholicam. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 104.

Dilecto filio Martino Lensnevolski Castellano Pollaschiae (Podlachiae),
Praefecto cubiculi Regnis Poloniae.

SIXTUS PP. V. Dilecte fili, salutem etc. Posteaquam de tuis erga Catholicam Religionem studiis, fideique et observantiae in Sigismundum Poloniae Regem officiis multorum sermone et literis Nobis renunciatum est, sane, ut debuimus, tua Regisque causa, proque bonorum omnium salute summa animi laetitia atque iucunditate perfusi sumus, tibique ob ingenii animique praestantiam, et ob praeclaros ad pietatem et virtutem impetus tantum tribuendum duximus, ut quod eo nomine debemus, id maioribus in dies operibus per te amplificari posse animo atque spe concipiamus. Quemadmodum enim te ad hunc diem in laboribus fideli opera Regi non defuisse, et quae veri semper et honesti tuendi causa adiumenta debuisti et potuisti, sponte attulisse cognovimus, ita posthac ut eidem Regnis atque opibus aucto in honoribus, et in verae laudis et gloriae cupiditate pie et benevole, adhibitaque semper in consilium ratione praesto esse debeas: te neque monendum censuimus spectata religione praestantem, neque confirmandum maxima animi firmitate atque constantia praeditum. Nec enim te moneri aut confirmari ipsa etiam res patiatur, sed quod futurum nemo dubitat, et tua probata ac cognita virtus omnibus pollicetur, id plane debitum potius a te requirendum atque exigendum existimavimus, ut scilicet nulla cuiusquam suasione de consuetudine tua a te ipso admonitus in delato tibi munere, quod ad humanas cogitationes aut privatas opes alii facile vertunt, tu propensa solum ad pietatem et honestatem voluntate, qua ad coelestia praemia et publica commoda aditus patet, virtutis, quae se tibi frequenter offert, colendae occasionem perpetuo teneas, ipsumque Regem ad excellentem honestorum studiorum, quae Reges deceant, quaeque a Catholica veritate alienis, omniumque propterea scelerum labe foedatis artibus adversantur, cupiditatem excitas, istaque Regiae familiaritatis praecipua insignia cum bono publico coniungas, et ita sustineas, ut Regis et bonorum expectationi, nostroque de te iudicio egregie satisfacias. Id autem facile assequeris, si probitatis et pudoris, et optandarum fugiendarumque rerum scientiae, atque adeo perfectae rationis praesidiis et adiumentis, quae cum aetate tecum adoleverant, quae egregiis tuis institutis ita fixa haerent, quod magna cum animi nostri laetitia accepimus, ut numquam a te evelli posse videantur, nunc in provincia tuo ingenio tuisque consiliis dignissimae summae non modo voluntatis, sed et auctoritatis praestantiam ostendes, et si opera tua perfici curabis, ut Rex, apud quem nulla maior hoc tempore, quam posteritatis posterorumque incolumitatis cura excubari debet, insignem aliquam et catholicam, et ab haereticorum erroribus alienam uxorem sibi adiungendam, et non tam Regnorum, quam orthodoxae fidei, cuius causa regnat, et cuius solius ope atque praesidio ipsa Regna adversus impietatem et iniustitiam conservari possunt, haereditariam successionem

sibi comparandam statuat. Quod omnino efficies, si adversis his temporibus, quibus ii, qui pravis haereticorum opinionibus quasi tenebris misere obducuntur, a Christo, qui via, veritas et vita est, deflectunt, tum a suorum etiam Regum subiectionis et obedientiae semita paulatim recedunt, et cum bonorum discrimine omnia ad extremum evertentes, quod deploranda nunc nonnullorum Regnorum exempla nimis manifeste demonstrant, in interitum tandem ruunt, [si inquam] pro sua maiorumque suorum in isto Regno dignitate, et Catholici cultus augmento quascumque haereses, quae lente primum serpunt, tum latissime progrediuntur, illarumque fautores a Regni ditione, quantum fieri potest, arceat, a Regia vero Domo, atque a proprii coniugii, in quo fidei et morum debet esse societas, sincero consortio omnino prohibeat. Quod tua praecipue ope eventurum brevi omnes confidunt. Nos pro Regis salute, et tui nominis, quam maxime cupimus, gloria Nobis primum desiderii nostri, ipsi deinde Regi prolis et liberorum securitatis, ac aeternae in coelo retributionis, tum Regni tranquillitatis et amplificationis, tibi denique tui ac tuorum praesidii, perpetuaeque nostrae et Sedis Apostolicae in te benevolentiae fructum non modo eventu appropiuquante vere auguramur, sed quasi evenerit, tua causa praesenti quadam laetitia et voluptate capimus, tibique congratulamur. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die XV. Iulii MDLXXXIX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LXXXIV.

Annae Poloniae reginae viduae pontifex significat, oratorem suum pro dignitate se excepisse, eique in negotiis suis Neapolitanis curandis praesto fore. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 114.

Charissimae in Christo filiae nostrae Annae Poloniae Reginae Illustri Viduae.

SIXTUS PP. V. Charissima in Christo filia nostra, salutem etc. Dilectus filius Ioannes Fulcinius Canonicus Plocensis, quem ad tua negocia Neapoli gerenda misisti, ad Nos proficiscens literas III. die Iunii a te scriptas Nobis reddidit. Pro dignitate eum excepimus et quaecumque Maiestatis Tuae nomine Nobis exposuit, libenti animo audivimus. Maiestatem Tuam pro paterna nostra in te benevolentia, et pro tua constanti in Sedem Apostolicam ac Nos observantia tanti semper fecimus ac faciemus, ut non modo Internuntii tuarumque rerum Neapolitanarum, sed dignitatis et commoditatis cuiusque rationem in primis habuisse Nos facile intelligere possis. Quaecunque igitur te velle, aut ad commodum et amplitudinem tuam aliqua ratione spectare intelligemus, quae tu de Sede Apostolica optime merita tuo iure exiges, ea, ut a Nobis in te et Internuntium tuum extent, studio et officio, ubi opus erit, omni tempore curabimus. Datum Romae in Monte Quirinali sub Annulo Piscatoris die VIII. Augusti Anno Dñi MDLXXXIX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LXXXV.

Nuntio apostolico in Polonia pontifex mandat, ut synodum provincialem in isto regno convocet, eique praesideat. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 118.

Venerabili fratri Annibali Archiepiscopo Neapolitano, ad Carissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem Illustrem nostro et Sedis Apostolicae Nuntio.

SIXTUS PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Regimini universalis Ecclesiae meritis licet imparibus, disponente Domino, praesidentes illud utiliter et soliciti exercere pro virili nostra studemus, ita ut ea, quae rationabilibus causis per Nos praestare non possumus, per idoneos viros virtute et auctoritate praestantes efficere diligenter curemus. Cum itaque Nos ad schismata et haereses, quae istud Regnum iamdudum invaserunt, eradicanda, ac ad istius Christiani populi mores corrigendos ac reformandos aptissimam rem atque valde accommodatam sentiamus, Synodum Provincialem ibi quamprimum celebrari, tam sanctum huiusmodi propositum exequi volentes, Fraternitati tuae, cuius fides, prudentia, probitas, doctrina et rerum experientia Nobis maximis et arduis in rebus hactenus probata fuit, per praesentes committimus et mandamus, ut Concilium Provinciale in isto Regno ac tota eius ditione auctoritate nostra convoces, et in illo nostro et Sedis Apostolicae nomine praesideas. Nos enim tibi illud convocandi ac in illo praesidendi, necnon quaecunque in eodem Concilio pro tempore decisa et ordinata sacris tamen Canonibus et decretis Concilii Tridentini minime contraria observari mandandi, ac in illo pro tua pietate et sapientia omnia, quae in praemissis et circa ea necessaria et alias quomodolibet opportuna esse, et ad laudem, honorem et gloriam Omnipotentis Dei pertinere cognoveris, etiamsi

magis speciale mandatum exigerent, faciendi, gerendi et exercendi plenam et liberam auctoritate et tenore praedictis concedimus potestatem et facultatem. Quocirca Fraternitatem tuam vehementer hortamur in Domino et enixe requirimus, ut munus huiusmodi tibi iniunctum ita implere studeas, ut inde sperati fructus quamprimum proveniant. Omnes autem et singulos istius Regni Venerabiles fratres Archiepos et Epos, et dilectos filios Abbates, Praepositos, cacterasque tam saeculares quam cuiusvis ordinis regulares personas volumus, ut salutaribus tuis nomine nostro illis faciendis monitis et mandatis ita pareant, ut a Nobis commendationem, et a Deo bonorum omnium retributore foelicitatis acternae praemia consequi mereantur. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die XIX. Augusti MDLXXXIX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LXXXVI.

Nuntio apostolico pontifex committit, ut collapsam disciplinam regularem in monasteriis utriusque sexus in Polonia instauret. Reg. Brev. Tom. 29. fol. 168.

Venerabili fratri Annibali Archiepiscopo Neapolitano, ad Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Poloniae Rcgem Illustrem nostro et Sedis Apostolicae Nuntio.

SIXTUS PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Cum inter varias nostri pastoralis officii curas illa animum nostrum praecipue urgeat, quae ad personarum Ecclesiasticarum tam saecularium quam utriusque sexus regularium munus et cultus Divini restitutionem pertinet, et propterea id Nobis maxime cordi sit, ut personae Ecclesiasticae secundum legitimam vivendi rationem degant, et quae sacris Canonibus et Concilii Tridentini decretis sancita sunt, quod summopere desideramus, maxime observentur. Idcirco in Monasteriis tam virorum quam mulierum vitam praeccptis ecclesiasticis, et praesertim decretis eiusdem Concilii Tridentini congruam introduci, et quae Divino cultui tuendo et restituendo necessaria et opportuna sunt, peracque apud omnes observari, ut iustum est, cupientes, teque, qui noster et Apostolicae Sedis Nuntius apud Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem Illustrem resides, ad haec peragenda aptissimum esse ccnsentes, Fraternitati tuae omnia et singula istius Regni et totius illius ditionis Monasteria tam virorum quam mulierum, etiam exempta ac Sedi Apostolicae mediante subiecta, ac cuiusvis status, ordinis et qualitatis existant, auctoritate nostra per te ipsum vel alium, seu alias personas Ecclesiasticas probas et idoneas cum pari vel limitata potestate a te specialiter deputandas visitandi, et quae ibi reformatione indigere cognoveris, tam in capite, quam in membris reformandi et corrigendi, abusus insuper pravasque consuetudines cultui Divino non convenientes, prout expedire duxeris, prorsus abrogandi et ab eisdem amovendi, regularesque illorum utriusque sexus personas, cuiusvis qualitatis existant, ad regularia Monasteria suorumque ordinum instituta, sacrosanctorumque et antiquorum Patrum et Concilii Tridentini decretorum observantiam reducendi, et in Monasteriis monialium clausarum ab eisdem decretis tantopere commendatam, ac vitae sanctimonia et antiquae regularis observantiae normam tenendi, et ubi non sit iutroducta, introduccndi et custodiendi, caeteraque omnia, quae ad Dei Omnipotentis honorem, sacri cultus incremcntum, auimarum salutem statusque regularis reformationem et Ecclesiasticae disciplinae restitutionem pertiuere iudicaveris, statuendi, decernendi et exequendi, decretaque huiusmodi ab omnibus, ad quos pro tempore spectabit, inviolate observari mandandi, curandi et efficiendi plenam, liberam et omnimodam auctoritate Apostolica tenore praesentium facultatem concedimus et potestatem, Contradictores quoslibet ac rebellcs, et tibi seu a te deputatis parere recusantes per poenas etiam privationis Monasteriorum aut administrationis officiorum per eos obtentorum, ac alias tibi benevisas, ac etiam sententias et censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris et facti remedia, omni et quacunque appellatione remota, compescendi, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, dictorumque Monasteriorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis illis eorumque superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis, etiam motu proprio et ex certa sciontia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, ac etiam consistorialitcr concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialitcr et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae in Monte Quirinali sub Annulo Piscatoris die XIX. Augusti MDLXXXIX. Pont. n. Anno Quinto.

LXXXVII.

Archiepiecopo Leopolienei pontifex committit, ut in Moldavia Petri eiue principie pietate ad obedientiam eccleeiae catholicae reducta cultum catholicum inducat, eique ad hoc plenam iurisdictionem in ista provincia concedit.
Reg. Brev. Tom. 31. fol. 117.

Venerabili fratri Ioanni Demetrio Archiepiscopo Leopoliensi.

Sixtus PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Ex debito Pastoralis officii, quod in Ecclesia Dei meritis licet imparibus, concedente Domino, sustinemus, contiuuo monemur, ut Provinciis a Nobis remotis et pravis errorum opinionibus obnoxiis praestantiori et efficaciori auxilio subvenire studeamus. Unde cum Provinciam Moldaviae ac illius Ecclesias, Civitates et Populos ad Catholicae Religionis cultum et Sanctae Romanae Ecclesiae obedientiam summo Dei beneficio, ac dilecti filii Nobilis viri Petri eius Principis in primis studio atque pietate revocatam, et traductam ab eisdem in primis crroribus perpetuo liberam et immunem conservari, ac in Sanctae Matris Ecclesiae gremio fideique unitate, ac pacis et charitatis vinculo contineri summopere cupiamus, idque tuae vigilantiae, prudentiae et religionis aliarumque virtutum, quibus te illorum largitor Altissimus insignivit, opera facile consequi speramus: Te universae Provinciae Moldaviae in his omnibus, quae spiritualem iurisdictionem, orthodoxae fidei propagationem, animarum salutem, et morum reformationem spectant, auctoritate Apostolica ad nostrum et Sedis Apostolicae beneplacitum praeficimus, et nostrum et eiusdem Sedis generalem et specialem superintendentem facimus et deputamus. Fraternitatem vero tuam vehementer in Domino hortamur, ut hacc, quae fidei prudentiaeque tuae credidimus, diligenter et fideliter exequi, desertamque et incultam Domini nunc tibi commissam vineam, vepribus et spinis evulsis, pristino cultui, ut dulces ac optatos fructus afferat, restituere studeas, solertesque ad hoc munus peragendum operarios, orthodoxos scilicet, et doctrina ac pietatis studio integritateque vitae, et morum sanctimonia praestantes Verbi Dei concionatores sacerdotesque, ac alios Ecclesiasticos miuistros quamprimum in Provinciam admitti cures, qui iacto Catholicae veritatis semine et zizaniis a tritico segregatis bouorum operum fructum metant, et ut quaecunque ad fidem Catholicam in ipsa Provincia constituendam et propagandam, Ecclesiasticamque disciplinam constituendam et conservandam, ac ipsum Petrum eiusque subditos in Sanctae Romanae Ecclesiae unitatc et obedientia continendos necessaria et opportuna fore existimaveris, nostro nomine facere, ipsique Petro, et quibus opus fuerit, significare ac per ipsos omnino fieri procures. Volumus autem, ut quaecunque ipsius Provinciae foelicem statum Petrique commodum et populorum tranquillitatem, communemque omnium salutem quovis modo attingeut, ad Nos quamprimum referas, qui pro paterna nostra in eos charitate illa re ipsa praestare curabimus. Datum Romae in Monte Quirinali sub Annulo Piscatoris die xix. Augusti mdlxxxix. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LXXXVIII.

Dux Radiviliue pontificem de prole suscepta, deque studio avitae fidei provehendae certiorem reddit. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 241.

Sanctissimo Domino Nostro.

Bñe Pater et Domine, Dñe Clemcntissime. Post pedum oscula beatorum. Ea est mea in S. Vestram atque adeo in istam Sanctam Sedem Apostolicam obscrvantia, ut nihil penitus aggrediendum proposuerim, nisi prius eius saucta benedictionc obtenta. Hincque illud fieri puto, quod a Deo immortali tantam indies gratiam reporto, quantum ob peccata mea vix unquam mc promeruisse confitear. Benedixit mihi S. V. et nuptiis meis, et benedictio illa haud fuit iuauis: Deus enim consolatus est me et Coniugis ad sanctissimam fidem Catholicam conversione, et charissimae prolis amplificatione: ita ut meas esse partes aguoscam, et S. V. quamplurimum debere, et Deo immortali de dominio, quod mihi dignatus est subiicere, decimas et ablationes offerre. Erexi et dotavi sex ab hinc annis in meo Niesvisio Collegium Societatis Iesu: in cacteris meis bonis paroecias (ubi non erant) fundavi, et fundatas reparavi, eisdemque de sufficientibus Parochis providi: nuncque ex hoc laetitiam spiritualem capio non mediocrem. Video enim (per Dei gratiam) quamplurimos ad sanctam fidem Catholicam converti, et alia pia opera exerceri, quae his in locis penitus erant extincta. Cumque ad gymnasium hoc undequaque confluant nobilcs adolescentes, numerusque fidelium per Dei gratiam in dies crescat, opera precium iudicavi etiam quantum in me est devotum foemiucum sexum (accedentibus ad hoc etiam Coniugis meae precibus) adiuvare, nulloque alio meliori modo hoc perfici posse reperio, quam si Monasterium aliquod Sanctimonialium de meis bonis erigerem et dotarem: et eo magis, quo in universo hoc Magno Ducatu Lituaniae

nullum prorsus huiusmodi Monasterium reperiatur. Appuli igitur ad hoc animum serio, et cum Illño Domino Cardinale fratre meo totum negotium contuli, qui cum pro pastorali munere suo et loci situm et possessiones a me inscribendas, et ingens ex hoc futurum bonum prudenter in animo suo discussisset, me ad aggrediendum opus animavit, et ordinem potius Cisterciensem (cuius regula his in partibus inter alias eminet), quam alium quemvis mihi proposuit. Quare nihil penitus in incoepto negotio hoc tempore desideretur, nisi tantum S. V. clementia, quam humiliter hisce literis meis imploro, in nonnullis rebus adeo hoc in negotio necessariis, ut si ipsae defuerint, totum negotium penitus (quod nollem) ruiturum verear. Eas Beatitudini Vestrae nomine meo Reverendus Dñus Abbas Campanus fideliter exponet, eique ut in omnibus fidem adhibeat, humiliter peto, eique supplico, ut sibi persuadere velit, me nullo alio respectu ad haec petenda, quam cultus divini zelo et Catholicae fidei exaltatione moveri. Quare cum notus sit mihi V. S. erga has partes paternus affectus, spero me ea, quae peto a S. V. non difficulter obtenturum. Id si fiat (praeterquam quod me eiusmodi gratia sua perpetuo sibi devinciet, et animum ad quodvis genus obsequii obeundum pro ipsa, et pro ista Sancta Sede addet) Religionem Catholicam his in locis afflictam egregie promovebit. Deus benedictus diutissime pro bono Ecclesiae suae S. V. benevalentem conservet, cuius ego pedes summa cum observantia deosculor. Datum ex Arce mea Niesvesiensi 15. Septembris 1589.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus servus
Nicolaus Christophorus Radzivil Olicae Dux mpp.

LXXXIX.

Vicecancellarius regni nuntium apostolicum de pace inter regem Svetiae et Moschum ineunda etc. certiorem reddit.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 691.

Illño et Rño Dño, Dño Annibali de Capua Archiepiscopo Neapolitano et Sanctae Sedis Legato, dño meo observño.

Illme et Rme Dñe, Dñe observme. Studia et officia mea Illmae Dominationi Vestrae commendo, utque bene et feliciter valeat, opto. Mitto Illmae D. V. litteras a Serño Rege ad Cardinalem Montealtum, eas Illme D. V. recte perferendas curabit: quomodo autem scriptae sint, ex adiuncto exemplo cognoscet. Sciat autem Illma D. V. Regiam Maiestatem discessum inde suum distulisse in gratiam Serñi Regis Sueciae, quoad tractatus cum Moscho, qui iam per mutuos commissarios ad Narviam instituuntur, non fuerint peracti. Cum autem Moschi soleant tractatus etiam levissimis rebus extrahere, quis scit, an non hic Maiestas Sua propterea hiemabit: ad quod quidem ego omnium hominum sum imparatissimus. Sed futurae hebdomadae dies, quid porro mihi etiam faciendum erit, consilium mihi suppeditabunt. Bene valeat Illmae D. V. Revaliae 22. Septembris 1589.

Illmae et Rmae Dominationis Vestrae

servitor addictissimus
Vicecancellarius.

XC.

Magnus cancellarius regni ac Gnesnensis et Leopoliensis archiepiscopi pontificem et cardinalem Montaltum de irruptione Turcarum in Poloniam certiorem reddunt, petuntque, ut principes christianos ad foedus contra Turcas ineundum exhortetur.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 273. etc.

Bño in Christo Patri et Dño Sixto Papae Quinto, S. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo, Dño Dño clementissimo.

Sme ac Bme in Christo pater ac dñe, dñe clementissime. Quod Serñus Rex meus, si praesens esset, ipse faceret, ut de presente regni huius, seu universae potius reipublicae Christianae periculo, tanquam communem Christianitatis parentem S. V. certiorem faceret, id et pro rei magnitudine et magistratu, quem in regno hoc gero, ego qui proximus periculo sum, faciendum mihi putavi. Iactamur gravissimo cum barbaris Turcis et Tartaris bello; quod huic quidem regno, nisi occurratur, exitium, universae autem Christianitati summum periculum adferre possit. Causam quidem belli latrocinia Cosacorum praetendunt, qui post proxima Comitia partim naves aliquas Turcicas depraedati sunt, partim oppidum Kozloviam in coque trecentas circiter tabernas mercatorum Turcicorum diripuerunt: rem ipsam tamen si spectare velimus, verior causa inexhausta Christiani sanguinis sitis eorum est, quae neque antea

quiescere eos passa fuit, dum florentissima quaeque Christiani nominis regna in gravissimam servitutem redigerent, neque tunc etiam quiescere eos patietur. Ad Cosacos enim quod attinet, huiusmodi colluviem hominum eos esse, qui in nullius potestate sint, et satis sciunt, et vel res ipsa docere eos potuit, cum superioribus temporibus legatum ipsius Regis Stephani paulo ante eius obitum iidem Cosaci, nulla neque iuris gentium, neque regiae dignitatis ratione habita, ceperunt captumque submerserunt. Utcumque tamen sit, ut aliqua ratio eorum coercendorum iniretur, quantum quidem in me fuit, in proximis comitiis diligenter ordines appellavi: haecque quae nunc imminent pericula, nisi id fieret, omnino expectanda praedixi. Res in hoc statu nunc sunt, Tartari incursionem in regnum fecerunt. Propter eorum summam celeritatem velitationibus tantum quibusdam cum illis certatum fuit, in quibus utriuque aliqui ceciderunt. Supra Sarogrodecum a Cosacis gravius detrimentum illi ante decem dies acceperunt. Inde versus Turcicum exercitum se receperunt. Hic, Beglierbego summo Turcicarum copiarum in Europa duce, Danubium iam superavit, atque Iehina etiam, quae aliquot a finibus regni miliaribus ad Tyram fluvium sita est, iam movit. Maxime quidem et incursio nova et Cameneciae, quod potissimum in finibus regni propugnaculum est, obsidio metuenda videtur. Quid in tam repentino periculo a S. Vestra petere debeam, ne ipse quidem satis reperio. Hoc unum S. V. supplico, ut quo animo erga universam Christianitatem est, eum maxime nunc erga hoc etiam regnum, quod gravissimo periculo conflictatur, ostendere, et quacunque re poterit, potest autem plurimis, iuvare id velit. Quicquid autem opis afferendum ei putarit, quam celerrime faciendum erit: res enim nullam moram patitur. Quod reliquum est, clementiae S V. et me et Regnum universum hoc quam diligentissime commendo. Datum Leopoli die 13. mensis Septembris Anno Domini 1589.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus servitor
Ioannes Zamoiski Cancellarius et generalis Cap. mpp.

Sño Dño Nostro, D. Sixto V. S. Rom. et Universalis Ecclesiae Pont. Max.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Facere nou possum ac ne debeo quidem, ut non perscribam S. V. privatim, quantis inclytum hoc Regnum periculis nunc laborare ceperit, quae si, quod Deus avertat, invalueriut, portam patentissimam ad omnes Christiani Orbis provincias Turcis et Scythis poteutissimis et ferocissimis gentibus sunt apertura. Praeterito enim hoc mense magna Scytharum multitudo supra centum millia equitum Turcico mandato improviso et inexpectato in Podoliam Russiamque penetravit, magnamque oris illis ferro et igne vastitatem cum attulisset, clade insigni a nostris, qui tumultuarie colligi poterant, accepta, praeda onusti, partim multis hominum millibus in captivitatem adductis, partim quibusdam spectatissimae virtutis militibus et ducibus nostris interfectis, ad sua quidem redierunt: sed iterum contractis supplemeutis maioribusque copiis cum Turcorum exercitu in easdem regiones irruptionem paraut, totumque regnum populabundi peragrare moliuntur. Turcicus quidem exercitus, quemadmodum certissimi speculatores affirmant, Centum viginti millium numerum excedens iam Danubium traiecit, nihilque in agris Moldaviae vicinis aliud expectat, quam ut sese cum Tartaricis copiis coniungat, quo vastantibus et populantibus his more suo agros et oppida, exercitusque nostros vel defatigantibus vel distinentibus illi quaeque loca praesidiaque muuitiora facilius occupent, Regnumque viribus distractum in suam potestatem redigant. Armatur apud nos contrahiturque miles maximo studio et diligentia, summam etiam homines nostri alacritatem ad hostes hos non modo finibus Regni pellendos, sed etiam facultatibus et pectoribus propriis delendos ostendunt, ut prorsus in optimam spem rei, Deo adiuvaute, prospere gerendae tantis animis et non contemnendo Regni robore erigamur. Sed non ignorat S. V. eam esse solius Turcae potentiam, assiduis Christianorum Principum discordiis inter ipsos et contentionibus auctam, ut nequaquam unum aut alterum Regnum, quamlibet viribus, facultatibus, armis copiisque polleat, ad sustinendam et reprimendam eius vim et impressionem possit sufficere: proindeque non modo nostra, sed patrum etiam memoria Christiani Principes idipsum intelligentes publicam omnium Christianorum expeditionem tantae moli sustinendae necessariam esse censuerunt, ut hic hostis non paucioribus quam tribus agminibus centenis quolibet millibus constante peteretur. Quamvis enim temporibus illis debilior Turcus, res autem Christiaua validior fuisset, scimus tamen nonnullos Christianos Principes virium suarum confidentia cum illo decertantes ipsos cum suis Regnis dominiisque interiisse. Sic duo clarissimi sanguinis nostri Hungariae Reges, ut alios omittam, quorum primus idem etiam

Poloniae Rex Vladislaus ad Varnam, alter Ludovicus ad Mohacium, amissis validissimis et ornatissimis gentis utriusque copiis, cum hoc hoste dimicantes in acie gloriosissime sanguinem profuderunt. Quapropter iam temporibus illis de ineunda contra tantum hostem belli societate consilia ab omnibus suscipiebantur, infinitique mortales cruce ad eandem expeditionem signabantur: nunc idem hostis et amplissimis plurimisque auctus provinciis, et multis elatus victoriis icto cum omnibus foedere, quibuscum illi bellum gerendum esset, de pace securus, diu meditatum virus in nos effundit, utque sanguinis Christiani sitientissimus est, ita multum sibi momenti in eo Regno positum est, intelligit, quod omnes pene Christianas provincias obiectu suo tueatur, ut illas ex eo comodius invaderet: vires etiam nostras non ignorat, proindeque nos non sola immensa propemodum sua vi adoritur, sed Scythas etiam sibi coniungit, gentem numero et feritate Gothos, Vandalos, Alanos, Hunnos longe exuperantem, olimque vicinis Regionibus penetrato hoc Regno miseranda clade et vastitate cognitam: de qua licet nos Dei benignitate multas et insignes victorias retulerimus, et nunc impune non abierint, tanta tamen est illius colluvies, ut illi subinde velut Hydrae capita succrescant, nullaque strage domari, nulla custodia arceri possint; satis superque ut cum solis Scytis negocii habeamus, nedum ut Turcicorum exercituum societate auctos sufferre possimus. Eapropter V. S paternam pietatem charitatemqne illam inploramus, quam Regno huic in Pontificatu suo maximis in rebus non modo iam praestitit, sed etiam in maioribus, quae ad illius ornamentum et amplitudinem pertineant, ultro se praestituram pollicita est, ut in tantis illius atque adeo Orbis Christiani periculis suum nobis studium et consilium deesse nolit, incitetque Christianos Principes ad societatem huius belli ineundam. Vides enim, Sanctissime et vigilantissime Pontifex, securim ad radicem iam quodammodo apponi, vides ad quassandum ac funditus evertendum totius Christianitatis antemurale et propugnaculum hostes et multitudine infinitos et feritate ac immunitate barbaros sese consociasse: nostri certe homines sanguinem pro Christi nomine Christianarumque provinciarum securitate et defensione alacriter effundendum parati sunt; tibi vero nunc declarandum est re atque consilio, quantum Rempublicam Christianam et conservatam et amplificatam in fulciendo et adiuvando hoc antemurale velis. Legatus quidem ad reddendam S. V. obedientiam brevi mittendus haec eadem aget apud S. V., nolui tamen et ego officio meo decsse, quin Serñio Rege nostro in remotioribus provinciis agente, haec quae nos iam urgent, et quae Christiano Orbi universo impendent mala, nisi Vestrae S. et Christianorum Principum studiis, consiliis et auxiliis mature avertantur, S. V. denunciarem. Nos interim arma in Dei nomine expedimus ad eundemque clamamus, ut miscreatur nostri, et conterat vim multitudinemque inimicorum nostrorum, utque spectatum Vestrae S. erga nos animum et voluntatem tali reipublicae nostrae tempore confirmare, augere et conservare, eamque Ecclesiae suae sanctae diu praeesse velit. Lovicii 20. Septembris 1589.

Eiusdem Sanctitas Vestrae

Humillimus sacellanus
Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis mspp.

Illmo et Rmo Dño meo obsermo, Dño Alexandro S. R. E. Cardinali de Montealto.

Illme ac Rme Domine. Tametsi non dubito, quin Illma Dominatio V. et ex multorum literis et fama ipsa cognoverit, quanta Scytharum colluvies in Podoliam Russiamque Regni huius inclyti provincias irruperit; quantaque adhuc finibus nostris Turcarum et Scytharum iterum vis impendeat: voluj tamen ipse significare Illmae D. V. quam optima in nos Regnumque hoc voluntate praecipue scio propendere. Centum millia Scytharum, qui multam mense praeterito ferro flammaque Podoliae Russiaeque vastitatem attulerunt, cum maximo Turcorum exercitu, qui centum viginti millium numerum excedit, sese coniunxerunt, irruptionemque agminibus geminatis iterum in Regnum parant, ut nimirum perrupto hoc Christianitatis muro, viam sibi ad reliquas Christianas provincias aperiant. Conscribitur apud nos armaturque maxima diligentia miles, fervoremque omnes incredibilem ostendunt, non ad depellendos modo hostes hos Regni finibus, sed etiam propriorum pectorum obiectu ex illis Regnis, quae iniuste possident, exterminandos, ut vel id non mediocrem spem nobis praebeat rei foeliciter prospereque gerendae. Caeterum cum Turcae solius tantae sint vires et potentia, ut nequaquam unum aut alterum regnum, quamlibet opibus, armis virisque floreat, vim et impressionem illius possit sustinere, prudenter sane medietatum et factum fuisse a maioribus nostris accepimus, ut ad conterendum eum hostem generalis olim Christianorum expeditio constitueretur, cum qui solis suis confisi viribus cum illo aliquando conflixis-

sent, cum propriis Regnis in acie perierint. Hoc interim ego per literas a Sño D. N. peto, ut in tam gravibus Reipublicae nostrae atque adeo Orbis Christiani periculis suum nobis studium, favorem et consilium deesse nolit, in eoque ut Illña D. V. nobis operam studiumque suum impendant, ab illa etiam atque etiam peto: videt enim non modo de nobis, sed de tota Christiana Republica agi: nam hac porta, quae omnes tuetur, patefacta, maximam hic hostis commoditatem invadendarum aliarum provinciarum, quod Deus avertat, haberet. Nos quidem certe meliora speramus, Deumque Opt. Max. precamur, ut tantam barbarorum inundationem arceat, dispergatque illos in virtute sua. Commendo officia et obsequia mea Illñae D. V. Lovicii 20. Septembris 1589.

Illñae ac Rñae Dñis Vestrae

Deditissimus frater et addictissimus servitor
Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis mspp.

Sanctissimo Domino Nostro.

Sanctissime ac Beatissime Pater. Etsi iam satis superque sine dubio Sanctitas V. intellexit ea, quae in Polonia nostra his temporibus acciderunt, tamen et ego, quem magis ea attigerunt, paucis Sanctitati V. perscribenda putavi. Proximo hoc mense Augusto Tauricani, Crimenses et Nohaiscenses Tartari maximo exercitu Russiam et Podoliam ingressi, eam ferro et igne foede et miserabiliter vastarunt, hominum magnam vim partim contrucidarunt, partim captivam abduxerunt, et hoc quidem Caesaris Turcarum iussu factum esse eorum captivi testati sunt. Caesi quidem sunt aliquot locis a nostris, subito correptis armis et tres eorum Duces principes ipsi perierunt: sed nondum finis. Bassa enim Beglerbegus Europae, traiecto Danubio, quod antehac factum in partes nostras nunquam meminimus, cum magnis copiis, et Moldaviae ac Valachiae Palatinis arma contra nos sumere iussis, ad fines regni accessit, ac Tyram fluvium, qui a nostris Niester appellatur, insedit. Serñus Rex abest, cum parente suo Sveciae Rege Revaliae in extrema Livonia convenit. Illustris Dñus Cancellarius et Exercituum regni Dux Supremus instat operi, omnemque movet lapidem, quo et iniuriam a Tartaris acceptam vindicet et Turcarum conatus impediat: Russiae etiam Proceres et Nobilitas in armis est. Ipse ego etiam, maximo detrimento a barbaris accepto, Dño Duce exercitus et Senatoribus Russiae collegis meis rogantibus, in Maiorem Poloniam excurri, quo laboranti illi provinciae collecto per Satrapias milite succurratur Illñus Archiepiscopus Gnesnensis Regni Primas, convocatis ordinibus, meque audito, prompto animo ad subveniendum patriae hostique tam potenti occurrendum omnibus author est. Iamque et miles ex omnibus partibus regni mercenarius submittitur, et voluntarii multi suo sumptu convolant: et si bellum duraverit, omnibus illud viribus et alacriter ab omnibus adornatur. Quare et Serñum Regem de generalibus regni Comitiis admonuimus, et ut ocyus ad Regnum reverteretur, eum hortati sumus. Interea et Dñi Ducis deligentia ab omnibus est collaudata, ac ut porro ne quid detrimenti capiat Respublica, providere pergeret, animus est additus. Petrus Palatinus Moldaviae, vir pius et catholicus, qui hoc Turcicarum copiarum accessu in angustiis versatur, tanto erga nos et rem Christianam est studio, ut in eo ad res cum hoste hoc bene, aut saltem non admodum male gerendas non parum momenti situm esse sentiamus. Camenecia et Leopolis propugnacula Regni sunt: quae si Turca, uti animo praeoptat ac spe devorat, ita reipsa consequeretur, non solum ad regnum hoc, sed etiam totam Europam patentem portam haberet. Succurrit iam utrique isti loco Dux exercitus, ac eum rebus ad bellum sustinendum necessariis bene muniit ac instruxit. Ipseque cum non contemnendo exercitu obviam Beglerbego processit. Fertur iam adventare Czausius orator, an explorator, res postea docebit. Sic facit Crocodylus iste et vulpecula, dum nos non imparatos invenit, fortasse ad aliquos pacis tractatus descendere volet. Ego pro mea persona, uti sum valde despoliatus, qualemcumque pacem eligerem, et ut sanguini Christianorum innoxio parceretur ac miseriis inopum abstineretur (iam enim et ipse a multis annis belli fortunam ac calamitates novi). Sed si iste Bassa in Moldavia hyemare voluerit, vererer, ne tractationibus pacis tempus trahendo et brumale tempus, quo a nostris quam ab illis bellum commodius geri potest, nobis e manibus eripiat, et nostros homines spe pacis lentiores et remissiores reddat, et ipse ad instaurandum proxima aestate bellum paratior et potentior accedat. Magnus hic hostis est et tanta eius potentia, quanta orbis Christianus iam est expertus, nostri maiores non ante multam aetatem cum eius exercitibus belligerentes aliquot Reges, idque cum florente tum adhuc Ungaria sibi communes partim amiserunt, partim vehementissime et periculosissime pugnarunt. Nunc in hac parte, quae Dei voluntas sit, ignoramus, num peccata nostra hac occasione punire, num vero misericordiam suam nobis ostendere, nosque et Christianam Rempublicam

consolari velit. Eius sane, in his tantis aerumnis et metu et periculo auxilio et favore coelesti opus est, nunc et Sanctitatis V. Apostolica benedictione et gratia, nunc Principibus Christianis concordia, nunc fratribus contra hostes crucis Christi ac religionis Christianae in acie positis succurrendum. Non est nunc tempus de religione disputandi, sed tempus unitatem amplectendi, tempus Pastorem legitimum et unicam sponsam Christi agnoscendi, tempus est tempus visitationis adesse intelligendi. O utinam homines sapiant et intelligant, ac novissima provideant! Aere turbato non bene cantat avis. Et ego iam, Beatissime Pater, tertium iam mensem tot sacra templa direpta et exusta, tot delubra polluta, tot Christianas animas in foedam servitutem abductas, tot nobilium virorum sanguinem et mortes, fletum et lachrymas prosequor, et ita mihi adhuc in auribus eiulatus captivarum virginum et matronarum insonare videntur, ut nondum oculos desiccaverim meos, indignus istius ovilis pastor. Paterna pietas et zelus S. Vestrae, quem optime novi atque apud omnes nostros homines semper celebro ac praedico, non indiget petitione mea. Faciet procul dubio Sanct. Vestra, quod ad Dei gloriam et Reipublicae Christianae salutem pertinere sapientissime iudicabit. Ego interea beatos pedes S. Vestrae humillime exosculor. Pro eius diutissima vita ac valetudine Deum precor, meque clementissimae gratiae S. Vestrae quam demissime commendo. Datum Petricoviae in Synodo Provinciali post Convocationem Maioris Poloniae celebrata 5. die Octobris 1589.

Sanctitatis Vestrae

Perpetuus humillimus et obsequentmus servus
Ioannes Demetrius Archiepiscopus Leopoliensis.

Illmo et Rmo Dño, Dño ac patrono meo observmo, Dño Cardinali Montealto.

Illme et Rme Dñe, Dñe observme. In quanto periculo versetur Polonia nostra, Smo Dño N. scribo: eadem pluribus ad Illmam Cels. V. non putavi repetenda. Turcarum praecursores Tartari Russiam et Podoliam populati sunt. Ipse Bassa Beglerbegus Europae Danubium cum exercitu traiecit, et Tyram fluvium, qui Niester a nobis appellatur, insedit, Achangibegum secum habet, quo vastatore comitibus cohortibus Tartarorum et Schytharum uti solet, Moldaviam Petro Principi seu Palatino, et alteram Michaeli subiectam ad arma contra nos sumenda excivit: sed et ipsam Moldaviam in suam potestatem atque adeo formam Mahometicae gubernationis redigere satagit, venit cum plenis belli nobis inferendi mandatis. Camenecia et Leopolis Regni huius propugnacula sunt in periculo, summus exercituum Regni Dux omnia providet, quae sui sunt muneris, saltem quomodo ante hyemem utraque conservata, vastationibus maioribus occurrat. Milites ergo et copiae tam equestres quam pedestres expediuntur et augentur. Bonus Palatinus Moldaviae nisi in nos arma sumpserit, actum esse videtur de eius principatu. Doleo tam pii ac catholici viri molestia ac fere iactura, versatur iam in maximis angustiis. Oro Deum, ut ipsi ac bonis proceribus eius adesse velit. Excurri in Maiorem Poloniam ad conventum ordinum, quem in hac Sigismundi Regis nostri absentia Illmus Archiepus Regni Primas me et comprovincialibus meis rogantibus indixit. Iam igitur proponente Primate, sciscentibus ordinibus, subsidia decreta sunt, milites submittuntur: Regnum in armis est, et beneficio Dei Turcae in dies minus animi habituri esse videntur. Gratia Dei et ope Sanctissimi Domini opus erit, si bellum duret. Sed etiam si conditionibus aliquibus de pace transactum fuerit, Russia vastata et meus miser Archiepiscopatus non cito recuperabit vires. Videbit Illma Cels. V. pro sua erga me gratia rationes aliquas, quo tenui et laborioso et vastationibus obnoxio huic sacerdotio meo aliqua Abbatia per commendam adiuncta de gratia suae Sanctitatis succurri possit. Quod si non fuerit factum, actum erit de me et de ecclesia mea, et fere de omnibus ecclesiis partium illarum. Sustinere enim iam ulterius molem tantae functionis in tanta tenuitate, in tot periculis, in tot impensis non possum. In quo loco nihil aliud residuum est, quod me soletur, nisi Crux Christi. Rogo praeterea quam obnixe Illmam C. V. ut Episcopi mei Russiae Chelmensis, Camenecensis et Kyoviae iam tandem suam confirmationem a sua Sanctitate obtinere, et officium suum aliquando facere possint. Orator cum obedientia iam iam mittitur vir prudens et Regi charus. Exosculor manus Illmae Cels. V. eiusque me gratiae ac singulari patrocinio, quod mihi iam pridem liberatissime obtulit, quam demississime commendo. Ipsam autem Illmam C. V. diutissime salvam, florentem et incolumem esse precor. Petricoviae in Synodo Provinciali post Conventum Maioris Poloniae celebrata 5. Octobris 1589.

Illmae et Rmae D. Vestrae

deditissimus et obsequentissimus servitor
Io. Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

XCI.

Instructio pro nuntiis ad sacram regiam maiestatem in synodo Petricoviensi (celebrata die 2. Octobris 1589.) deputatis.
Nuntiat. Polon. Vol. 24. fol. 132.

Cum Sacra Regia Maiestas Dominus noster clementissimus in hac Synodo per Magnificum Dominum ..... Ossowski Castellanum Polanecensem, expositis magnis et gravissimis neccssitatibus, tam periculis Regni atque adeo publicis ac privatis aerarii sui ob immensos sumptus hactenus necessario susceptos defectibus, aliquod subsidium charitativum ab universo Regni Clero sibi dari postulaverit: satis prius contestata benignitate et animi sui in Clerum et in Religionem Catholicam propensione, visum est Sacrae Synodo, duos Nuncios e medio eorum, qui istic interfuerunt, ad Sacram Regiam Maiestatem mittere, qui Suae Maiestati in praesentia et cum scientia Rmi Domini Episcopi Premisliensis Regni Vicecancellarii principio commendabunt orationes ac fidem erga Suam Maiestatum Regiam, promptamque subiectionis et servitutis totius huius Provinciae Cleri misere afflicti exhibitionem. Deinde exponent, quod licet Clerus ipse sit maiorem in modum ab ordine saeculari oppressus, et undiquaque in suis bonis, subditis, proventibus, decimis et aliis obventionibus spoliatus, constrictus, accisus et attritus, maxime autem a mercenariis militibus tam frequenter hinc inde transeuntibus, adeo ut plerique sint, qui non habent unde victitent: nihilominus tamen accommodantes sese Suae Maiestatis voluntati ac desiderio, contributionem duplam nuncupatam per 24 grossos nimirum a marca argenti secundum antiquas taxas et ordinationes in singulis Diaecesibus servari solitas, infra decursum praesentis anni ab universo Clero sine discrimine exigendam, decrevit praestandam non sine maximo suo gravamine. Quam ad contributionem Rmi Dni Episcopi cum Abbatibus et Praepositis donativum quoddam speciale ad honorificandam et contentandam eo magis Regiam Maiestatem in se sua sponte susceperunt. Quae quidem contributio siquidem non ascenderit ad summam quondam perantea sub Antecessoribus Reg. M. contribui solitam, mirari et aegre ferre non debet Sua Maiestas. Multa etenim Sacerdotia innumeraeque Parochiales sunt per oppressionem saecularium, et per Haereticos non modo desolatae, verum etiam suppellectili aurea et argentea, quae itidem ad opes Regni pertinebant, miserabiliter spoliatae, et pleraeque occupatae a dominis fundorum, proventus illarum haud absque infoelici omine sibi de facto usurpantibus et percipientibus. Quare supplicandum erit Regiae Maiestati, ut exemplo maiorum suorum Ecclesiarum Dei in Regno suo existentium, et universi Ecclesiastici ordinis defensionem ac vindicationem amore Dei suscipiat, memor Iurisiurandi pro Coronatione sua praestiti.

Haereses tot tamque diversas cum blasphemiis intolerabilibus in Dei filium et sanctissimam Trinitatem exterminare sensim contendat. Scholas et conventicula Haereticorum in suis Regalibus Civitatibus non permittat: Ecclesias per Haereticos et quoscunque alios occupatas una cum Sanctuariis earum et proventibus occupatis in pristinum statum vindicare, ac restituere per viam iustitiae studeat.

Libros blasphemos et haereticos, qui virus pestiferum per Regnum disseminant, tum qui Religionem Catholicam (quam Sua Maiestas profitetur) et Ecclesiasticum ordinem proscindunt, et falsis figmentis traducunt, publicari per edicta prohibeat. Haec cum ita facere dignabitur Regia Maiestas, Regnum et imperium sibi constabiliet, et ultionem divinam tot et tantis malis haud dubio imminentem avertat.

Dignetur etiam S. M. causas remissas a iudicio Tribunalis pro Comitiis iudicare, ac tot annis suspensas determinare.

Item Iurisdictionem Ecclesiasticam secundum antiqua statuta conservare, Magistratusque civiles et ipsos Capiteneos eandem impedientes compescere.

Statutum antiquum, quod continet expresse omnia, quae ad forum spirituale pertinent, ut in executionem ponatur, Capitaneis aliisque officialibus demandare.

Forum pro iniuriis personalibus Sacerdotum utpote caedibus, violentiis et aliis decernere.

Praefectos bonorum suorum Regalium, decimas, census aliosque proventus Ecclesiasticos occupari sive illibertari non permittat, sed ad praestandos eos sub privatione officii exemplo divae mem. Stephani Regis cogat: ac contra eos, qui templa et Parochias in bonis Regalibus desertant, et tum alia beneficia proventus distrahendo severius procedat.

Exponatur item R. M. de oppressionibus, rapinis et spoliis subditorum Ecclesiasticorum, quibus miseri continuo a militibus mercenariis inter proficiscendum, nonnisi in bonis Ecclesiasticis stativa facientibus, stationesque extorquentibus sunt afflicti, exhausti funditusque exinaniti.

Videre est hoc tempore miserrimam conditionem Cleri eiusque subditorum, praeterquam etenim quod per vim omnia illis eripiuntur, ipsi misere caeduntur et contorquentur, per milites hos inquam, in quos aeque cum aliis Regnicolis contributionem conferunt, decimas neque proventus ullos percipiunt (?), forum et iudicem pro iniuriis non habent, contributionibus variis et crebris onerantur, adeo ut plane pro vitae suae sustentaculo maxima pars vix habeat aliquid. Proinde supplicantes Suae Maiestati, praeter quem post Deum solum et unicum, ad quem in tot tantisque calamitatibus opis et iustitiae causa confugiamus, habemus neminem, miscreri dignetur eius tantae calamitatis nostrae nostrorumque subditorum, et per ampliationem ac declarationem constitutionis proximis in Comitiis factae, executionisque modis nobis clementer subvenire. Ita etenim et iustissimum se Principem declarabit, et quoscunque in posterum docebit milites, quam periculosum sit sumpta pecunia publica suos homines rapinis et depactationibus devexari.

Exponatur item, quod Wladicae Ruteni et assertus quidam Patriarcha nuper in Regno existens, plus nimio iurisdictionem suam exercent Catholicosque perturbant. Roganda Regia Maiestas, ut eos compescat ac infra metas se continere mandet. Illud quoque per edicta poenalia efficiat, ut Calendarium novum ab iis recipiatur, ne difformitas ista in Regni ditionibus magno cum praeiudicio Ecclesiae Catholicae et ipsius Serenissimi Regis appareat.

Roganda deniquc Regia Maiestas, ut mandata dari iubeat contra Iudaeos in Regalibus Civitatibus, qui contra statuta et consuetudines antiquas plures Synagogas vel novas idque muro vel ampliores aedificant non sine opprobrio Christianorum et antiquarum legum. Item ne plures domos inhabitare aut comparare praesumant, quam per singulas Civitates et oppida specialibus privilegis illis est permissum. Constat etenim plurimis in locis multum illos excessisse.

Haec omnia non diffidimus Sacram Regiam Maiestatem benigne accepturam, quam suppliciter rogamus iterum atque iterum, ut se, uti pientissimum ac Catholicum Regem decet, pro Dei causa, pro Dei iniuriis, et pro Cleri oppressione opponat, defensionisque officium in se suscipiat eorum, qui dies noctesque tam pro Maiestatis Suae foelici regimine, quam pro universi Regni incolumitate et pace Deum deprecantur. Experietur S. R. Maiestas rationibus Cleri in meliorem statum per iusticiae administrationem dcductis huiusmodi gratitudinem et obsequendi promptitudinem, quantam vix verbis promittere nobis ad evitandam saecularium invidiam liceat.

XCII.

Exemplum promissionis factae regi Svetiae a senatoribus Polonis, ut serenissimum Poloniae regem eius filium in Poloniam dimitteret. Nuntiat. Polon. Vol. 29. fol. 241.

Albertus Baranowski Episcopus Praemisliensis et regni Poloniae Procancellarius, Stanislaus Przciemski curiae eiusdem regni Mareschalcus, Leuninensis Capitaneus, Ioannes Pac... Vilncnsis, Ioannes Belzezki, Stanislaus Przerembski, Ioannes Ekotkienicz incisor, Demetrius Cholieczki Magni Ducatus Lituaniae Thesaurarius, Andreas Orzechowski Capitancus Laisensis, Albertus Chooczimirski, Nicodcmus Noszakowski — Significamus litteris nostris, quorum interest, universis et singulis, quod Serñus Princeps Ioannes III. Dei gratia Suecorum, Gothorum, Vandalorum Rex etc. id a Scrño Rege nostro requirit, ut hinc Revalia Maiestas Sua in regnum Sveciae ad constituendas et proprias et illius regni rationes secum traiiceret: Nos vero summo studio peteremus, ut potius Maiestas Regia Dominus noster clementissimus in regnum Poloniae nulla mora interposita reverteretur, atque quod Maiestatis Regiae officium praesentisque Reipublicae nostrae status requiret, praesentia sua regia, rebusque in discrimen belli delapsis succurreret: idque etiam Sacra Maiestas Regia pro suo in Rempublicam nostram amore cuperet, Serñus Princeps Dominus Svecorum Rex nostrae potius Reipublicae, quae in periculo versatur, quam suis regnique sui rationibus in eo consulcndis putavit, Serñum Principcm filium suum Charissimum Regem nostrum non diutius hic detineret, sed ad procurandam salutem tranquillitatemque Reipublicae nostrae proficisci passus est; ea tamen, paterna charitate stimulante, conditione a nobis postulata, ut et dignitas et salus Serñi Regis nostri nobis curae sit, tum liberum abitum a regno Poloniae, et quod hoc tempore in Sveciam proficisci non potuit, id commodiore alio tempore constituatur. Nos qui qucmadmodum etiam universi ordines Reipublicae et fidem nostram et nos totos pro salute dignitateque Maiestatis Regiae, ut ante devovimus, etiam nunc proprio nostro nomine spondemus et pollicemur, nunquam Maiestatem Regiam de salute dignitatcmque suas apud nostros homines in discrimen esse

venturam; quin illam nos toto conatu totisque viribus semper esse defensuros. Si quando autem et regni Sveciae status, aut ipse Serñus Rex Sveciae postularet Maiestatem Regiam Dominum nostrum clementissimum a regno nostro discedere, idque ad ordines regni et magni Ducatus Lituaniae Maiestas Regia retulerit, fideliter et omni diligentia ac opera nos esse curaturos, ut id Maiestati Regiae ordinum voluntate et assensu facere liceat. In quarum rerum fidem et testimonium praesentes manibus nostris subscripsimus et sigillis signavimus. Datum Revaliae die 5. mensis Octobris Anno Domini 1589.

XCIII.

Castellanus Podlachiae pontifici et card. Montalto de humanissimis sibi datis litteris grates reddit, spondet nihil a se relictum iri, ut rex Poloniae mulierem catholicam uxorem ducat: significatque, quae pericula Poloniae ab hoste externo immineant. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 633.

Sñio et Bñio in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max.

Dño Dño clementissimo.

Sñe ac Bñe Pater et dñe, dñe clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae beatorum et devotissimam servitutis meae commendationem. In tot Sanctitatis V. gravissimis occupationibus, quas universi christiani populi curam gerendo sustinere illam necesse est, aliquid de me quoque homine privato et in remotis ac pene ultimis orbis partibus existente S. Vestram non cognovisse solum, verum dignum etiam iudicavisse, quem litteris suis compellaret, cum non immerito magnum videri mihi debet, tum singularis cuiusdam divinae benedictionis et gratiae loco habendum. Et habeo equidem: quasque S. V. Nuntius Illñus et Rñus dñus Archiepiscopus Neapolitanus litteras S. V. nomine mihi reddidit, eas magna veneratione accepi legique et exosculatus sum, humanitatem etiam in illis dandis et per tot terrarum spatia mittendis vehementer sum admiratus. Ago S. V. summas et quantas animus meus capere potest gratias, quod illis me dignata sit, quodque de meis erga religionem Catholicam studiis ac fidei ergo Serñum Regem meum officiis et optime sentiat, et ad ea deinceps praestanda me cohortetur. Dabo operam, ut clementissimam istam S. V. voluntatem et in me cohortando plus quam paternum amorem perpetuo humanitatis ac clementiae S V. praedicatione et gratiarum actione prosequar. Ut vero iudicio quoque S. V. de me respondeam et cohortationibus satisfaciam, non ausim polliceri, praecabor tamen caelestem Patrem, qui in infirmis, etiam quae vult, operatur, et qui replet in bonis desideria nostra, ut actiones meas omnes ac vitae meae curriculum, quod alioqui ad pietatem imprimis, deinde ad honestatem et virtutem, principumque et magistratuum meorum venerationem atque commoda patriae meae directum semper a me fuit, gratia et ope sua divina adiutum esse velit, ipse quoque, quantum in me erit, enitar, quemadmodum S. V. monet, ut quae ad laudem et gloriam Dei O. M., quae ad Serñi Regis mei nominis famam et existimationem, quaeque ad officium meum pertinere existimavero, eorum nihil a me praetermissum cuiquam videri possit. De Serñi Regis mei coniugio magnam S. V. curam ac solicitudinem perspexi, cum ex his, quae ad me a S. V. scripta sunt, tum ex litteris quoque non ita pridem ad ipsam Maiestatem Regiam a S. V. datis, quod ego a singulari S. V. erga Maiestatem Regiam amore atque studio profectum non dubito. Datur sane et a me, quantum in me situm est, et ab aliis catholicis Senatoribus opera, ut nihil in ea re contra sacrosanctae religionis catholicae instituta, atque leges etiam Regni nostri fiat. Neque dubitamus Maiestatem Regiam, quae dum in tenera adhuc aetate versaretur, dum in paterna esset potestate, nunquam adduci potuit, ut diversum quid a religione catholica in medio haereticorum aut sentiret aut faceret, nunc aetate confirmatiore iuris et potestatis suae factam, in Regiaque sede ac dignitate constitutam, et maximis divinis beneficiis ac victoriis auctam, eandem in reliquo vitae cursu, deligendaque tori consorte constantiam ac institutum conservaturam, quam si S. V. ut caepit, confirmare in christiani principis officio non cessaverit, rem et ecclesiae Dei necessariam et Reipublicae ac Regno nostro valde utilem fecerit. Cuius quidem Regni nostri rationes S. V. tamquam supremo Christianitatis nauclero ac praesidi commendatissimae esse debent. Afflictum nuper est gravissima hostium nominis Christiani saevitia, neque dum haec scriberem, explicatae fuerunt ipsius difficultates, imo auctae plurimum, vastatum prius a Tartaris ad Leopolim usque Metropolim Russiae, Maiestate Regia tunc in ultimis Livoniae finibus existente, denuo a Beglerbego Europeo cum numerosissimo Turcarum exercitu, adiunctis iisdem Tartaris cum suis ducibus Valachisque, invadebatur. Est autem eo loco situm, ut vix Regnum aliquod in toto orbe Christiano reperiatur,

quod tot simul gentes barbaras nomini Christiano infensissimas sustineat, quot ab illo sustinentur, habent regna ac provinciae aliquae vicinum Turcam, habet eundem Regnum nostrum a tribus simul partibus sibi imminentem, ab Hungaria, Valachia et Euxino, habet praeterea gentem seu gentes potentissimas Scytarum, neque Romanorum, neque ullius cuiusquam gentis armis unquam subactas, habet Moschos ad magnam superiore aetate potentiam evectos, ut interea christianos populos ac amicos Germanos cum coniunctis illis populis, a quibus tamen nuper gravissimum nobis negotium exhibitum fuit, taceam. Verum me patriae meae amor longius, quam epistolae istius institutum postulabat, provexit, itaque finem scribendi facio, et me obsequiumque meum ac servitutem, quam debeo, S. V. gratiae ac clementiae iterum commendo. Ex Arce Rigensi in Livonia die VI. mensis Octobris Anno Dñi MDLXXXIX.

Sñae Beatitudinis Tuae servitor humillimus

PODLACHIAE CASTELL. REGII CUB. PRAEFECTUS.

Illmo et Rmo Dño, Dño Cardinali Montalto etc. Dño observmo.

Illme et Rme Dñe, Dñe colendme. Litteras Illmae D. V. a Rmo Dño Archiepo Neapolitano Sanctae Sedis Apostolicae apud Sermum Regem nostrum Nuntio mihi redditas accepi, magnamque ex illis caepi voluptatem. Mitto ea, quae ab eodem Rmo Dño Nuntio ad Illmam D. V. ipsumque Smum Dominum Nostrum de meo erga sacrosanctam religionem Catholicam studio, et in tuenda illa zelo saepius esse delata Illma D. V. significat: etsi enim studium religionis, quae vita ipsa charior mihi esse debet, probari in me, probari autem apud summum religionis eiusdem Antistitem, tum et Illmam D. V. illi uti natura et sanguinis vinculo, ita consiliis omnibus coniunctissimam, non potest non acceptissimum mihi esse; sint tamen ista humanitatis potius Rmi Dñi Nuntii, quam quod dignum aliquid commendatione ea in re a me aut profectum sit, aut proficisci potuerit, sint optimi illius erga me animi, qui quod ipse summa me benevolentia complectitur, etiam Illmae D. V. et Sanctissimo quam commendatissimum me esse voluerit. Verum quod Illma D. V. ad hoc idem religionis studium me incitat, quod quamvis remotissima summam de rebus ad religionem in hoc nostro Septemtrione pertinentibus diligentiam adhibeat, quodque de Sermi Regis nostri statu piam curam ac solicitudinem sanctissimam gererc ostendat, illud vero est, quod ego plurimi sane faciendum existimo, quodque praecipuam quandam voluptatem mihi attulerit. Et quod ad me attinet, facile intelligo, quae meae in rebus religionis partes esse debeant, quid christiani hominis officium a me requirat, quantum item monitis et cohortationi Illmae D. Vestrae ex voluntate Sanctissimi susceptae tribuendum mihi sit. Utinam vero praestare tantum possim, quantum ista omnia a me requirunt, voluntas certe non deerit! De statu porro ac matrimonio Sermi Regis nostri ipse etiam Sanctissimum nuper ad Maiestatem suam literas dedit, plurimumque iis profectum arbitror, etsi enim non desunt fortasse ex domesticis maxime Regnique paterni hominibus, qui Maiestatis ipsius animum distrahant et in diversam partem avertere conentur: valituram tamen authoritatem Sanctissimi apud ipsius Maiestatem non dubito, qua de re datur sedulo a Senatoribus Reipublicae nostrae et a nobis, qui assidue cum Maiestate ipsius versamur, opera. Ipsa etiam Maiestas Regia eo est animo, ea in Catholica Religione amplectenda constantia, ut non facile diversum ab illa quicquam sit admissura, aut persuaderi sibi passura, quod et literis suis nuper Sanctissimo est pollicita. Itaque non dubitamus talem illam futuram, qualem maxime cupimus et optamus. Quod reliquum est, Illmae D. V., quod humanissimis literis suis me compellarit, benevolentiamque et gratiam suam mihi dctulerit, atque benedictionem etiam Sanctissimi nomine impertierit, maximas ago gratias: omne vicissim meum in obsequendo studium, omnem observantiam Illmae D. V. defero, eique fausta omnia et prosperam ac diuturnam valetudinem ab omnipotente Deo praecor. Rigae ex Livonia die VI. mensis Octobris Anno MDLXXXIX.

Illmae ac Rmae D. V. obsequentissimus servitor

PODLACHIAE CASTELL. REGII CUB. ET ZATORI DUCATUS PRAEFECTUS.

XCIV.

Idem castellanus Podlachiae nuntium apostolicum de discessu regis Revalia, ac de regis Svetiae molitionibus filium Poloniae regem in Svetiam reducendi certiorem reddit. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 639.

Illmo et Rmo Dño, Dño Archiepo Neapolitano, Smi Dñi N. in Poloniam Legato etc.

Illme ac Rme Dñe, Dñe ossme. Tandem Sermus Rex noster 10. huius Revalia discessit. Quem (ut illius praesentia et Poloniae Regis titulo inanem Moschis terrorem incuteret) Rex Sveciae, postha-

bitis Regni Poloniae tot tantisque difficultatibus, secum reducere voluit: sed insigni nostrorum constancia (nemo enim vel infimae sortis Pollonus, ne unus quidem Regem in Sveciam discedentem comitari voluit) patris temeritas, sororisque damnosum fratri consilium expugnatum est. Caucionis a nostris extortae et Regi nostro minime necessariae exemplum Illmae D. V. mitto, simul et verba (verba pocius quam raciones), quibus Sveciae Rex ante ultimam meliorem deliberacionem nostris vale dixerat. Serms Rex 22. huius Rigam venturus ante finem mensis eiusdem iter suum versus Poloniam (nondum constat rectave per Samogiciam et Lituaniam vel devio itinere per Prussiam) prosequetur. Me (cui iam concesserat eundi in Podlachiam facultatem) binis litteris Rigae subsistere adventumque suum expectare iussit. Istarum rerum cognicionem non dubito Illmam D. V. quamprimum Varsoviam venerit, antequam hae litterae perferentur, habituram: meae tamen solitae observanciae consentaneum duxi, litteris quoque meis Illmam D. V. cerciorem reddere. Comendo me meaque obsequia Illmae D. V. graciae quam diligentissime, quam faelicissime valere, et post tot molestissimos labores summis praemiis et honoribus exornatum maxima faelicitate diutissime florere ex animo cupio. Rigae 14. Octobris Anno 1589.

Illmae ac Rmae Dominationis Vestrae servitor obsequentissimus
Podlachiae Castellanus mpp.

XCV.

Episcopus Premisliensis de regis Svetiae reditu in patriam, deque Poloniae regis studio avitae fidei in Livonia instaurandae nuntium apostolicum edocet. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 525.

Illmo et Rmo in Christo Patri, Dño Annibali de Capua Archiepiscopo Neapolitano,
Smi D. N. per Poloniam Nuncio, Dño obsermo.

Illme et Rme Dñe, Dñe observme. Studia et officia mea Illmae et Rmae D. Vestrae diligenter commendo, eamque optime ac faeliciter valere a Deo Opt. Max. praecor. Post discessum Illmae et Rmae D. V. Revalia egi diligenter apud Sermum Regem nostrum, efficeret apud Regem Sueciae parentem suum, ut ad Breve Smi D. N. quod illi Illma et Rma D. V. obtulerat, responderet, cumque de eo sub ipsum discessum nostrum repetitis etiam vicibus urgerem, tale Sermus Rex noster se responsum a Sermo parente suo accepisse retulit, rem esse, ad quam respondendum illi esset, gravem et amplioris deliberationis egere. Factum itaque est, ut nihil ad litteras Smi Dñi N. responderit, sed neque ad litteras Dominorum Senatorum, neque ad legationem nostram, quam a Senatu Regni, qui Lublinum ante susceptum in Livoniam iter convenerat, ad eum ipsum Regem attuleramus, quicquam responsi nobis dedit, licet id se facturum aliquoties promiserit. Caeterum Illmae et Rmae D. V. significandum putavi, ante nostrum Revalia discessum conatum esse Regem Sueciae Sermum Regem nostrum secum in Sueciam abducere, quod cum nos, qui paucissimi circa Regem manseramus, praesensissemus, nullum non movimus lapidem, ut conatus hic illius in irritum caderet, quemadmodum quidem, laus Deo, cecidit. Praeterea caetera incommoda non etiam expertes periculi a peste Revaliae fuimus: nam statim post discessum inde nostrum duodecim domus propter pestem clausas fuisse, nobis est nunciatum, ob idque etiam Regem Sueciae triduo post nostrum discessum Revalia in Sueciam solvisse. Nos tamen cum Sermo Rege nostro nihil inde contagionis contraximus, et per Dei gratiam Rigam incolumes pervenimus. Eo loco Regia Maiestas paucos dies sese continere decrevit. Nos interim laboramus de restitutione templorum, qui conatus noster quomodo nobis apud hos temerarios et obstinatos cives succedet, incertum est, ego et opto et quantum possum maxime negotium promoveo. Inde Regia Maiestas Varschoviam per Prussiam iter facere proposuit. Quod superest, Illmae et Rmae D. V. me et obsequia mea diligenter commendo, eamque optime valere cupio. Datae Rigae die 25. mensis Octobris Anno 1589.

Illmae ac Rmae Dom. Vrae servitor deditissimus
Episcopus Premisliensis Vicecancellarius.

XCVI.

Episcopus Cracoviensis cardinali Montalto supplicat, ne Martino Thomaliewski, sacerdoti nequissimo, aures praebeat. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 447.

Illmo et Rmo Dño, Dño Cardinali Montealto Nationis Polonae Protectori etc.

Illme et Rme Dñe. Non dubito, quin sacerdos quidam nomine Martinus Thomaliewski Illmae D. Vestrae, tanquam Protectoris nationis nostrae Polonae benignissimi, auxilium et patrocinium in suo

negotio sit imploraturus. Ubi cum agatur quoque de auctoritate mea, litteris hisce meis Illmam D. V. admonendam ac simul obsecrandam existimavi, ut ne fidem ullam sacerdoti huic adhibeat, neque locum precibus suis apud se relinquat. Est enim cuiusvis hominis patrocinio indignus, cum sit omni flagitiorum genere contaminatissimus, prout ex libellis contra eum propositis, qui habentur in manibus Rmi Dni Stanislai Rescii, manifestum apparet. Ob quae flagitia maxime nefanda ego privari eum quoque uti indignum nonnullis beneficiis, eademque sacerdotibus piis, eruditis, Ecclesiae Dei non inutilibus contuli, quibus ille cum diu coram Rmo Dno Archiepo Gnesnensi, cuius familiaris est, negotium facesseret, ab ipso tanquam iudice suspecto ad Smum D. N. appellarunt, ex qua occasione hic scelestus homo iter in Urbem instituit, sperans isthic se, ubi vita sua minus cognita est, beneficia per me sibi adempta recuperaturum. Ab Illma D. V. maiorem in modum peto, velit omnibus modis providere, ut ne sacerdos hic adeo flagitiosus contra authoritatem meam, contraque ius et acquum a Sancta Sede Apostolica quidquam obtineat. Verum si res aliter fieri nequit, lis et controversia omnis ratione horum beneficiorum committatur cognitioni et iudicio piorum ac in iure peritorum hominum, Rmorum videlicet Dnorum Pauli Demski Suffraganei, Stanislai Krassinski Archidiaconi, Stanislai Fogelveder, Hieronimi Powodowski Canonicorum Cracoviensium, qui controversiam hanc ad amussim discutiant, ac tandem id, quod aequum est, authoritate Apostolica sibi commissa decernant. Quod quidem Illmam D. V. non gravatim facturam certo mihi persuadeo. Ego vero officium hoc illius omni vicissim officiorum meorum genere per omnem occasionem rependere curabo. Cuius gratiae me etiam atque etiam commendo, eamque faelicissime ac diutissime valere cupio. Datum in Kielcze 7. Novembris Anno 1589.

Illmae et Rmae Amplitudinis Vestrae

addictiesimus servitor

Petrus Myskowski Dei gratia Episcopus Cracoviensis manu sua.

XCVII.

Episcopus Posnaniensis supplicat pontifici, ut cum Hieronymo Powodoweki de pluralitate beneficiorum dispenset. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 519.

Bmo Patri Dno, Dno Sixto V. S. R. E. Pont. Max. Dno clementissimo.

Bme Pater. Post oscula pedum beatorum et precum mearum sedulam commendationem. Reverendus Hieronimus Powodowski vir, pietate, doctrina continuisque in Ecclesia Dei laboribus hoc in Regno insignis, inter alia ecclesiastica beneficia a viginti circiter annis obtinet Canonicatum in ecclesia mea Cathedrali Posnaniensi fundi satis exigui. Quamvis itaque ex benignitate S. V. dispensationem ad plura beneficia inter alias a Rmo Dno Archiepiscopo Neapolitano Sedis Apostolicae Nuncio gratiose uti demeritus obtinuerit, tamen nescio quid postmodum iniiciatur difficultatis post assecutionem per eundem Canonicatus Cracoviensis. Proinde supplico S. V. ut quam multis aliis ecclesiasticis personis in conservatione plurium simplicium beneficiorum, habita ratione afflicti ac oppressi cleri in hac provincia, clementiam declarare dignata est, praedicto quoque Hieronimo contestari dignetur, eumque in ecclesia mea, cui per multos annos cum laude et ornamento inservivit, necnon hucusque suis temporibus inservire non negligit, ac praeterea ex dioecesi ista oriundus sit, conservare benigne velit, cum et merita ipsius id quodammodo exigant et reditus huius Canonicatus non tanti sunt, qui ad unius residentiam personalem sufficiant. Ipse vero mecum pro S. V. diuturna vita et prosperitate Dominum Deum deprecabitur, cui me servitiaque mea etiam atque etiam humillime commendo. Posnaniae 10. Novembris 1589.

Sanctitatis Vestrae

devotiseimus servitor

Lucas K..... Episcopus Posnaniensis mpp.

XCVIII.

Rex Polonias Andream Koscnelecium abbatem Bledzoviensem pontifici commendat. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 69.

Smo ac Bmo in Christo Patri et Dno, Dno Sixto divina providentia Papae V. SS. Romanae et Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dno clementmo.

Sme ac Bme in Christo Pater et Dne, Dne clementissime. Post oscula pedum beatorum, mei regnique et dominiorum meorum diligentem commendationem. Andreas Koscnelecius Abbas Bledzoviensis, vir clara in regno meo familia natus, singularique pietate praeditus, cum in ministris Luteranis,

qui e vicina Germania in ipsas eius Abbatiae possessiones ab ipsis Abbatiae illius subditis Germanici nominis arcessiti, receptique certatim invaserant, inde depellendis multum studii, operae domesticarumque facultatum suarum posuisset, ac ipsos summo labore ac periculo etiam suo, quod ab illis sectae suae causa omnia audentibus, facileque in Germaniam perfugium habentibus saepe adiit, tandem ad religionem Catholicam iterum revocasset, gravibusque interim etiam domesticis negotiis, quae illi cum fratribus de patrimoniis intercedunt, distineretur, professionem solemnem religiosi vitae instituti hactenus minime facere potuit. Quemadmodum autem eius officii praestandi prorogationem hactenus a Sede Apostolica habuit, ita nunc eandem pro obedientiae suae ratione suppliciter a S. V. petit. Eadem de re ego etiam pro eo a S. V. eo diligentius supplico, quod certum habeo, non ullo detrectandae aut diu differendae professionis istius studio, sed ob multa graviaque negotia sua eum prorogationem hanc petere, cum interim monasterium illud rectissime administret officioque suo praeclare defungatur. Non dubito S. V. id huic viro, me petente, benigne esse concessuram, quod eam aliis etiam in regno meo clementer sua sponte concessisse intelligo. Quod reliquum est, illius clementiae me regnumque et dominia mea etiam atque etiam commendo. Dat. Varsoviae die XII. mensis Decembris Anno Dñi MDLXXXIX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

XCIX.

Archiepiscopus Gnesnensis supplicat pontifici, ut consuetum honorarium a clero Poloniae regi persolvendum comprobet.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 351.

Sño ac Bño P. D. N. D. Sixto Quinto S. Rom. et Universalis Eccl. Pont. Max.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe clementissime. In proxime praeterita Synodo nostra Provinciali decretum fuit ab ordine Ecclesiastico honorarium Regiae Maiestati Domino nostro, ut nimirum Episcopi cum Abbatibus aut Monasteriis illius medietatem conferrent: quod antea D. Stephano aliquot in Synodis scitum fuisset. Clerus autem usitatae illo quoque tempore contributionis formulam retineret. Nunc id agitur, ut hoc gravissimo iudicio et assensu Sanctitatis Vestrae comprobetur: quod ut S. Vestra velit, humillime illi supplico. Hoc enim pacto confidimus, in exequutione tam necessarii et salutaris instituti omnes difficultates depulsum iri. Comendo me et orationes meas humillime Sanct. Vestrae. Tarsoviae 13. Decembris 1589.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus sacellanus
STANISLAUS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS mspp.

C.

Episcopus Premisliensis cardinali Montalto de titulo defensatricis fidei a rege Poloniae reginae Angliae dato se purgat.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 527.

Illño et Rño Dño, Dño Alexandro Peretto S. R. E. Cardinali de Montealto ac Regni Poloniae Protectori, Dño observño.

Illñe et Rñe Dñe, Dñe observñe. Egit mecum Illñae et Rñae Celsitudinis Vestrae nomine Illñus et Rñus D. Archiepiscopus Neapolitanus, Sñi Domini Nostri in hoc Regno Nuncius, de titulo fidei defensatricis, qui a nostris Regibus Reginae Angliae tribueretur, cum illa abominandam haereseos pravitatem tueatur ac defendat, ostenditque exemplar eius epistolae, in qua fidei defensatrix appellata fuisset. Quod quidem ut animadverti, agnovi non a me meaque Cancellaria eam epistolam prodiisse, scriptamque fuisse a quodam secretario haereticis opinionibus imbuto, qui cum Illustri Dño huius Regni Cancellario versatur. Ut tamen se res habet, ab eo tempore, quo Pontificis Max. iudicio et voluntate Regi Angliae Henrico id nomen fidei defensoris fuit additum, nostri etiam Reges idem auctoritatem Sedis Apostolicae sequuti Angliae Regibus tribuere coeperunt. Attamen si quae aliquando Sermi Regis nostri ad Anglam litterae eo, quod in meis manibus est, sigillo erunt obsignandae, dabo operam, ne is titulus, qui pro magnis in Sanctam Apostolicam Sedem beneficiis illiusque contra Luteri nova dogmata scriptis etiam tuendo studio fuit tributus, feminae catholicae religionis oppugnatrici detur, tametsi eam tantum ob causam nostri Reges hactenus eum illi tribuerunt, ne omisso litteras eorum repudiaret, ac ita illi

quandam indignitatem et contumeliam intolerabilem adirent. Qua de re luculentius Illmae Celsitudini Vestrae Illmum et Rmum D. Archiepiscopum Neapolitanum perscripturum arbitror. Maximas habeo Illmae C. V. gratias, quod illius opera et studio a Sanctmo Domino Nostro annuam istam Praepositurae Plocensis reservationem obtinui: sed ea sane propter magnam locorum longinquitatem prius evanescit, quam ego ea frui possim, iam enim ad III. Idus Februarii exibit. Rogo magnopere, ut pro sua humanitate singulari prorogationem etiam ulteriorem Illma C. V. a Smo D. N. petere velit. Mihi enim non tantum polytica negocia, verum etiam nostri ecclesiastici ordinis res assidue in hoc regno aulaque tractanti, in Episcopatus mei tenuissimis reditibus hoc Praepositurae subsidium est plane necessarium. Qua sanc vel ipse mea sponte decederem, si carere in eo, quod sustineo Procancellarii munere me posse viderem. Quod si mihi, dum hunc inopem Episcopatum possideo, eam retinere, Illma C. V. promovente, Smo autem D. N. concedente, licebit, dabo operam, ut et Sanctitas Sua et Illma C. V. intelligat, me id non cupiditate, sed tanto melius rei ecclesiasticae in hoc regno serviendi studio petiisse. Quod reliquum est, me in gratiam Illmae Celsitudinis Vestrae diligenter commendo. Varsoviae die 18. Decembris 1589.

Illmae et Rmae D. V. deditissimus servitor
Albertus Baranowski Ep. Premislien. R. P. Vicecancellarius.

CI.

Episcopus Cracoviensis pontifici, ne statum academiae Cracoviensis mutari permittat. Nuntiat. Polon. 27. fol. 449.

Smo ac Bmo in Christo Patri, Dno Dno Sixto Papae V. Summo Pontifici, Domino Clementissimo.

Sme ac Bme Pater. Quaesti sunt apud me Doctores et Magistri Universitatis Cracoviensis, quod cum in proxima provinciali Synodo Petricoviensi facta esset a quibusdam mentio Patrum Jesuitarum, qui videbantur hoc conari, ut authoritate Synodi reciperentur in Collegium Academiae Cracoviensis, atque ibi publice Theologiam et Philosophiam profiterentur: cumque talibus eorum conatibus universa fere Synodus obsisteret, quod res nova et ante eam diem inaudita moveretur contra instituta et privilegia et antiquam consuetudinem Academiae Cracoviensis, me eius loci Episcopo et Cancellario inconsulto, Universitate quoque ipsa de hac re non admonita. Factum tamen est artibus quorundam hominum, posteaquam Synodus demissa esset, ut inter decreta eius Synodi aliquid de recipiendis quandoque in Collegium Universitatis Cracoviae Jesuitis ascriberetur. Quod cum permolestum et peracerbum Academicis videretur, petierunt a me, ut hanc eorum causam mea quidem sententia iustissimam Sanctitati Vestrae diligentissime commendarem, ab eaque peterem, ne patiatur hanc illis fieri iniuram. Cui ego Universitati apud S. Vestram hoc testimonium reddo, eam a prima sua fundatione egregiam operam Ecclesiae Catholicae ac Reipublicae Poloniae navavisse, atque etiam nunc navare. Itaque supplico S. V. velit hanc Universitatem paterna sua pietate complecti, atque authoritate sua efficere, ne homines quieti literis tantum et pietati dediti sine causa turbentur: praesertim cum Patres Jesuitae et Cracoviae iam aliquot templa habeant, et in toto regno Poloniae plurima Collegia bene dotata possideant, ubi pietatem studia et sua commodissime exercere possunt. Quod reliquum est, Sanctitatem Vestram bene ac prospere valere, illique omnia ex animi sententia cedere cupio. Datum Kielciis xx. Decembris M.D.LXXXIX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae deditissima creatura
Petrus Episcopus Cracoviensis manu sua.

CII.

Excepta ex litteris cardinalis Aldobrandini, quibus cardinalem Montaltum de felici legationis suae in Polonism exitu certiorem reddit. Nunt. Polon. Vol. 28. fol. 187. et seqq.

Bithun, 5 Gennaro 1589.

Scrissi di Nissa à V. S. Illma quanto sin à l'hora mi occorreva, hora le dico di piu solo, che il penultimo del mese passato arrivai qui in Bithun, secondo quello che ero rimasto con la Maesta del Imperatore; et hier sera recevei un corriere mandatomi da Monsignor Tolosano con la faculta di Sua Maesta Cesarea per fare i salvicondotti, et per assicurare questi Signori Polachi, che quello che sara concluso con questi Commissarii hara effetto, mando à V. S. Illma la copia cosi di quella dello Imperatore come del Re. I Commissarii da l'una et l'altra parte si avicinono.

Bithun, 24 Gennaro 1589.

Tornai à Bithun sabato alli XXI. quando io seppi certo che il Cancelliero veniva, il quale è stato necessario tirarcelo à viva forza, et venni qua per trattar del modo di convenire insieme et della prorogatione della tregua et di alcuni altri incidenti, ma trovo tanta resolutione di dar d'ogni minima cosa parte à Sua Maestà Cesarea, che io son resolutissimo che non si fara niente, per la necessita che hanno i Polachi di resolutione fra X. o XII. giorni per rispetto dei Comitii che hanno à essere al principio di Marzo, et per i conventi particolari che precedano à questi generali che cominciano fra XV. o XVII. giorni, ne quali hanno necessita questi principali di trovarsi, perche in questi stabiliscono le cose loro. Et subito che ho cominciato à trattare secondo il desiderio di Sua M. Cesarea, che il Serñio Arciduca sia trasportato, hanno cominciato i Polachi à fremere, dicendo che essendo egli settanta leghe lontano et il Re piu di cento, senza il quale non si puo fare questa resolutione, porteria questo tempo piu di un mese, et che quanto al sapere la sua volonta, è tanto tempo che è prigione, che la doveria molto prima di hora haver dechiarata, et circa il modo del convenire novo in simile difficulta, talmente che potra l'una parte et l'altra molto ben conoscere esser vero tutto quello che gli ho pronosticato questa state intorno à questo modo di trattar il negotio, per questa via di Commissarii, pero non perdonero à fatica alcuna, nè à spesa per esser sicuro di non haver pretermesso niente, lassando poi che Dio benedetto disponga egli secondo la sua divina volonta.

Bithun, 24 Gennaro 1589, decifrato 23 Febraro.

Questi Commissarii dell'Imperatore mi fecero instanza, che io vedessi di penetrare quello che pretendevano all'ultimo i Polacchi, il che feci et lo referii loro domenica; et è in somma quello che tante volte ho scritto à V. Illña et à Sua Maestà Cesarea, et ancora dettolo alla Maestà Sua à bocca; cio è la restitutione di Luboula, et la cessione delle ragioni al Regno et del titolo di Re eletto. Et se bene ho contrastato con loro molto circa questo benedetto titolo, volendo mostrarli che non importando niente, ogni volta che si trovasse modo di assicurare che questa cosa non impedisse la loro libera elettione; dicono nondimeno apertamente non potersi fare, et che la Nobiltà non lo tolerarebbe mai, perche non se le potria dare ad intendere che questo non violasse la facultà dello Eleggere, della quale sono gelosissimi. Et questi altri stanno fississimi sin hora di voler questo titolo: ai quali secondo quello che scrissi à V. S. Illña, ho chiarissimamente protestato, che trattando il negotio con questa lunghezza, lo romperanno prima che si cominci. Gli ho ancora detto che vegghino che dirà il mondo, se essendo resoluti di fare pace havendo questa nuda denominatione che non possa servire à niente, voglino più tosto mettersi à periculo di una guerra con i Polacchi, con il Turco, et mettere in pericolo i Stati di S. M. Cesarea et della Christianità per una cosa di tanto piccolo peso. Gli ho ancora messo in consideratione che il riserbarsi cosa alcuna Massimiliano, sarà uno escludere tutti gli altri di questa casa da questo Regno, percioche riservandosi cosa alcuna, saria in occasione di altra Elettione cosa poco honorevole, che gli altri della medesima casa gli volessero fare concorrenza: et quanto al conseguire mai questo Regno Massimiliano era molto difficile, per non dire impossibile, poiche chi offende non perdona ordinariamente, havendolo i Polacchi et con la guerra et con la prigionia offeso della maniera che hanno fatto.

Io non solo veggo resolutione, ma veggo che si scrive ogni cosa minima à Praga, et si aspetta risposta, il che mi fa credere et tenere certo che non si fara cosa alcuna, et Dio voglia non si esacerbino piu, et tutto questo ho protestato loro apertissimamente, et per quanto intendo lo scrivono ancora questa notte à S. M. Cesarea.

Bithun, 31 Gennaro 1589.

V. S. Illña per l'ultima mia che fu alli XVI. di questo hara veduto in che termine si trovava questo negotio, sapra hora di piu che dopo la venuta del Cancelliero si è trattato del modo del convenire et dell'havere à trattare insieme, parendo cosa molto pericolosa massimamente in questi principii lo abboccarsi insieme, si per i disgusti che potesseno nascere nel disputare, si per gl'inconvenienti che potriano succedere per la molta compagnia che era necessario che conducesscro seco, essendo eglino molti, onde dopo molte cose convennero che si trattassi per scrittura, la quale da l'una parte et l'altra si dessi à me, et io poi lo comunicassi alle parti et trattassi con loro: volevono pero questi Signori della Maestà del Imperatore che i Polachi venissero qua, et qua si cominciasse questa trattatione, et dopo qualche contrasto si contentorno i Polachi, et mandorno sabato mattina che fummo alli XXVIII. duoi palatini, quello

di Rava et quel di Bresti da me con la scrittura loro, ai quali detti quella di S. M. Cesarea, et la presero senza difficulta. Io perche questi Signori si cominciassero ad adolcire insieme procurai, che oltre alla famiglia mia che le mandai incontro, mandassino ancor essi à far il medesimo officio, come fecero in parte, perche mandorno ben forse cinquanta cavalli à incontrarli, ma si volsero far con loro complimenti, poiche si venivono indiritti à loro; questi duoi palatini nel partir da me andorono à visitare questi altri Signori Commissarii di Sua Maestà, da quali furono ricevuti humanissimamente. Questi medesimi mi portorno la faculta che mi davano per parte loro di prorogar la tregua, et fu necessario far subito spedire quella di quest'altra parte à far la prorogatione, come feci per tutto Marzo. Hora quanto alla sustanza del negotio V. S. Illma vedra per la scrittura di S. M. Cesarea, la quale fu fatta in Praga et mandata ai Commissarii qui, che la Maestà Sua persiste nella domanda che il Serño Massimiliano sia liberamente relassato, cosa la qualc ha dato grandissimo fastidio ai Polachi, parendogli che il negotio si pigli da termini lontanissimi, et se bene è l'ultimo, so certo chc si ridurra il negotio à trattarc ogni cosa insieme. Tuttavia questa lunghezza cagiona oltre alla mala satisfattione molta lunghezza di tcmpo, la quale non possono patire i Polachi, se bene di questo hanno grandissima colpa per la tardanza loro nel venire; ma in vero sono astretti à finire il negotio presto ò in un modo ò in un altro, per rispetto della dieta che li soprasta al principio di Marzo. Et questo principio mi da tanto piu fastidio, quanto non ho mai potuto indurre questi Signori à pigliare la scrittura dei Polachi, dicendo haver instruttione limitatissima, che prima si vegga questo articolo, se questo Serño Principe debba esser liberato senza conditione alcuna, cosa trattata da me tanti mesi, come sa V. S. Illma, senza pero ottenerla; et in somma vogliono che prima i Polachi respondino alla scrittura di S. M. Cesarea, et che si vegga quello che si puo fare intorno à questo articolo, alla quale scrittura i Polachi dicono non volere respondere, prima che sia sottoscritta et sigillata da questi Signori, ma questa difficulta ccssera stamani che la sottoscriveranno; fatto questo la mandero per Monsig. Tolosano ai Polachi, et vedro se li posso indurre à respondere à questa, et nel respondere à questa inserire quello chc eglino domandano per modo di replica, che è quello che vorriano per satisfare loro questi di Sua M. Cesarea, i quali anco persistano nella dimanda che il Serño Arciduca sia trasportato in qualche luogo vicino, cosa che à quest'altri pare impossibile, rispetto à trovarsi il Regno quasi in moto per questa dicta, per i quali moti non le pare che si possi cio fare sicuramcnte senza molti preparamenti, che in questa brevita di tempo non si possono fare. Dio benedetto con la sua onnipotente et infinita misericordia ci mette la sua santa mano, perche io veramente diffido molto del negotio et tanto per la difficulta di esso, quanto per il modo di trattarlo, circa al quale ho talvolta scaricato la conscienza mia à questi Signori, che ho quasi temuto d'haver dato loro poca satisfattione. Patientia, ho eletto di incidere potius in manus hominis, quam in manus Dei. Et con questo fine bacio humilissimamente le mani à V. S. Illma, supplicandola à baciar i Sanctissimi piedi à Nostro Signore in mio nome, agiungendoli di piu che questi Signori di S. M. Cesarea non fanno cosa alcuna che prima non ne diano conto à S. M. Cesarea, alla quale scrivono minutissimamente tutto quello che io dico, et quasi se potessero le istesse parole.

Bithun, 9 Febraro 1589, decifrato 2 Marzo.

Ho scritto piu volte à Vostra Signoria Illustrissima che io temevo grandemente, che la maniera con che si trattava questo negotio dovesse essere la sua rovina, et hora gli replico non solo l'istesso, ma le dico che quanto à me l'ho che sia in malissimo termine, perche questi Polacchi sono necessitati di andare à la dieta fra otto ò dieci giorni al piu, et di qua non si vuole rispondere pur una parola senza spedire à Praga et aspettare risposta. I Polacchi dettero la loro scrittura, et questi dell'Imperatore la sua, la quale fu reputata pungentissima da i Polacchi, et si essacerbono gravissimamente, di maniera che ho hauto à tribulare, et mitemente risposero finalmente, et con la occasionc che lunedi questi mandorno à Benzino due Commissarii à rendere la visita à questi altri, li diedi la risposta de i Polacchi, la quale si gravorno questi Cesarei che havessero presa, perche havriano voluto che i Polacchi fossero venuti à portare qua questa risposta. Io per levare questa difficulta delle scritture che si pungevano, havendo ancora piu volte inteso dal Sig. di Rosimbergo, che non solo non havria fuggito, ma havria hauto caro di abboccarsi con il Cancelliere, et finalmcnte feci condescendere i Polacchi, chc il Cancelliere venisse nel territorio dell'Imperatore per abboccarsi con Rosimbergo, et con questa rissolutione mi partii da Benzino, havendo ancora detto à questi duc che vennero, che furono il Sig. Popel et Istuanfi Ungaro,

i quali lo approvano, et quando sono venuto qua con animo finire, finalmente questa sera mi hanno circa questo fatto sapere che non possono fare risolutione alcuna, nè altro che scrivere à Praga, tanto quanto al rispondere à quello che dicono i Polacchi nella loro scrittura, quanto ancora all' abboccamento. Di dove la risposta non può al più presto esser qui lunedi. Onde io veggo evidentemente, che è impossibile trattenere più i Polacchi; Dio lo perdoni à chi ne è la causa. Havevo condotto i Polacchi à lasciarsi intendere, che quando fossero stati assicurati della quiete del Re et del Regno, et della libertà dell' Elettione, forse non si sariano curati di espressa renunciatione, ma con la fretta è necessità che hanno i Polacchi di partirsi, et la tardanza di qua mi si tronca le forze di fare cosa buona.

Bethun, 10 Febraro 1589, decifrato 9 Marzo.

Questi Commissarii hano scritto liberamente all'Imperatore et scaricato la conscienza loro, et significatoli che se non si risolve à lasciar andare queste pretensioni, trovandosi disarmato et i Polacchi armati, è in evidente pericolo di perdere meza questa Provincia de la Slesia, prima che possi essere in ordine di difendersi, et fattoli molta instanza per la risolutione: et hoggi ancora gli spediscono per questo medesimo un'altro, et gli hanno liberamente detto tutto quello che veramente passa. Qui non saprei che mi ci fare, poiche gli istessi Ministri di S. M. Cesarea conoscono la qualità del negocio, nè essi stessi sanno ò possono pigliare deliberatione alcuna.

Vienna, 25 Marzo 1589.

Giunsi giovedi sera che fummo alli 23 di questo qui in Vienna, ove il Serñio Arciduca Ernesto, che mi venne à incontrare sino al fiume, accompagnato che mi hebbe in camera si cavò una lettera in seno di S. M. Cesarea, della quale mando la copia à V. S. Illña, dicendomi che mi diria da poi quello che S. Maestà le ordinava. Hieri fui à visitarlo per licentiarmi et seguitare il mio viaggio, ma egli dicendomi quello che S. Maestà le ordinava, mi pregò à fermarmi, perche dice che la Maestà del Imperatore non era resoluta di aprovare questa pace fatta dai suoi Commissarii, ancorche siano sottoscritte et sigillate tutte le scritture da loro et anco da me, et che percio crede che sara necessario trattare di piu molte cose con i Polachi, et vorria che pigliassi io questo carico di tornare in Polonia caso che si risolva à questo, non mi specificando cosa alcuna in particolare, perche dice che S. Maestà à esso ancora non glene ha specificate. Questo mi venne tanto nuovo che quasi mi atterri, non sapendo come S. Maestà voglia reprovare quello che hanno fatto i proprii suoi ministri, massimamente di tale qualità quale sono questi, con mandato di S. Maestà, et percio presi tempo à risolvermi et risponderli. Mi sono resoluto di fermarmi qui con l'occasione di queste feste, et intanto dirc al Serñio Ernesto tutte quelle ragioni che ci sono, per le quali Sua Maestà non deve fare questa difficulta, si come nè anco legittimamente la puo fare, et aspettare una risposta da S. Maestà, secondo quella resolvermi o à seguire il viaggio, se si risolvesse à non fare piu difficulta, o à fermarmi piu, o à spedire à V. S. Illña, accio me ne faccia sapere qual sara la volonta di N. S. Io certo harei seguito il mio viaggio, ma havendo visto per la lettera ultimamente scrittami da V. S. Illña, con il foglio in cifra delli 25 del passato, che la mente di N. S. è che prima che io parta faccia ogni sorte di diligenza, perche questo negotio resti quietato, cio mi ha fatto soprasedere, se ben veggo, che questa dimora non puo aportare reputatione alcuna alla Sede Apostolica et à me, tuttavia ho giudicato per debito d'obedienza manco male il far cosi. Bacio con questo fine humilissimamente le mani à V. S. Illña suplicandola à compatirmi in tanti travagli, et baciare i santissimi piedi à Sua Beatitudine in mio nome.

Pruch, 1 Aprile 1589.

Scrissi di Vienna à V. S. Illña alli 25 del passato quanto sin à l'hora mi era occorso, sapra hora di piu, che havendo lo istesso giorno dopo la partita del corriero fatto dire al Serñio Arciduca Ernesto, che le diria tutto quello che mi occorreva intorno à quello che in nome di sua Maestà mi haveva detto, venne sua Altezza da me, al quale dissi molte ragioni, per le quali non doveva la Maestà dell'Imperatore porre alcuna difficulta nella ratificatione di questa pace, poiche gl'articoli principali di essa non erano se non la restitutione di Luboula, la quale sua Maestà era stata sempre resoluta di fare, et lo assicuramento dei Polachi, che per conto di questa eletione ò nominatione non potessero esser mai molestati, senza la quale parimente era impossibile et sara sempre il condurre i Polachi à pace et liberatione di questo Principe, et che havendo sua Maestà con lettere scritte à me assicurati i Polachi, si

Sigismundus III. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque etc. necnon Regni Sveciae proximus haeres et futurus Rex. Rmo in Christo Patri Dño Alexandro Pereto S. R. E. Cardinali Montealto ac eiusdem Vicecancellario, Regnique nostri Protectori, amico carissimo et honorando, salutem et benevolentiae nostrae significationem. Rme in Christo Pater, amice carissime et honorande. Quo pacto quibusque de causis transactio inter nos Regnumque nostrum ac Serñam Austriacam familiam ab Rmo in Christo Patre Dño Hyppolito S. R. E. Cardinali Aldobrandino, Suae Sanctitatis a latere Legato, eiusdem Sanctitatis auctoritate constituta, omnium iam prope principum, quorum consensus ad eam requirebatur, partim chyrographis, partim iureiurando confirmata, ab ipso demum Serño Archiduce Maximiliano abiecta atque turbata sit, Sanctissimo D. N. perscribimus. Amanter autem Paternitatem Vestram rogamus, ut quandoquidem Regni huius nostri patrocinium semel Paternitati Vestrae detulimus, apud Suam Sanctitatem nobis et illi adesse velit in ea causa, in qua quam prompti nos ad eius Sanctitatis auctoritatem suscipiendam fuimus, tam faciles alii ad eandem negligendam ac deponendam fuerunt. Non dubitamus equidem Sanctissimo D. N. communem hunc nobiscum dolorem fore, cum non minus transactio, quam Suae Sanctitatis, quae eius sequester fuit et arbiter, auctoritas et dignitas violata videatur. Diligenter porro a Paternitate Vestra petimus, ut efficiat, quo quid hac de re Sua Sanctitas statuendum putabit, mature sciamus, ut amplius, quid etiam de ea nobis faciendum sit, cum Regni nostri Ordinibus deliberemus, utque Legato etiam, quem iam ad Suam Sanctitatem delegavimus, prospicere Sua Sanctitas dignetur, ne ob novas hasce suspitiones aliqua illi impedimenta ad Suam Sanctitatem eventi a quoquam interponantur. Caetera ex litteris ad Suam Sanctitatem nostris Paternitas Vestra intelliget. Quod reliquum est, Paternitatem Vestram fœlicissime valere cupimus. Datum Warssaviae die vii. Mensis Ianuarii Anno Dñi mdxc. Regni vero nostri Anno Tertio.

Sigismundus Rex.

CVII.

Idem rex Poloniae apud pontificem de pace nuper firmata et a Maximiliano archiduce Austriae violata conqueritur. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 71.

Smo ac Bño in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño clementissimo.

Sme ac Bme in Christo Pater et Dne clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique Regni et dominiorum meorum humillimam commendationem. Invitus sane facio, ut apud Sanctitatem Vestram de quoquam querar, eorum praesertim, cum quibus ut multarum rerum necessitudines mihi intercedunt, ita maxime etiam ac quam constantissima animorum coniunctio merito intercedere debeat. Sed cum causa querelarum earum nulla a me proficiscatur, quod silentio eas plane praeterire non potuerim, necessitati, quod apud Sanctitatem potissimum Vestram deponendas eas existimavi, pietati in Sanctitatem Vestram meae tributuram eam spero. Quamvis cum eae res, de quibus querendum mihi est, non minus ad Sanctitatis Vestrae autoritatem, contra quam maxime susceptae eae sunt, pertineant, non modo tamquam ad communem Christianitatis parentem, sed maxime ideo etiam ad Sanctitatem Vestram deferendas eas putavi, quod non minus de eius Sanctaeque Sedis Apostolicae dignitate, quam meis Regnique mei rationibus in iis agatur. Qua ratione, quibusque conditionibus, qua denique religione superiore anno inter Serñam domum Austriacam et me Regnumque meum transactio quaedam constituta sit, quomodo autem ea discessu Serñi Archiducis Maximiliani turbata, supervacaneum puto ostendere, eum universo fere orbi terrarum, maxime autem Sanctitati Vestrae notissima iam haec sint, cuius interventui atque autoritati potissimum ea data fuit. Rationes etiam, quibus in dubium nunc ea vocatur, non necessarium puto refutare, quod et ad huiusmodi rem inficiendam, quae tot principum regnorum-

que chirographis ac iureiurando sanctissime confirmata sit, nullam unquam satis iustam causam reperiri posse statuam: et quae causae eius rei afferuntur, eas vel nullo contradicente res ipsa satis refutet. Cum enim duplici, ut audio, colore transactio ea nunc elevetur: uno, quod vel ipse Serñus Archidux Maximilianus vel consensus eius adhibitus ad eam uon sit, altero, quod ab Illustre et Magnifico Ioanne de Zamoscio, Regni mei Cancellario et copiarum praefecto, ultra diem in transactione praestitutam idem nonnihil retentus, novaque cautio accepta ab eo sit. Priore nihil plane iuvari eos posse, vel transactio ipsa testis esse potest: iu altero accusari potius possunt, quod et ipsius Serñi Archiducis retinendi et cautionis eius ab eo accipiendae ipsi causam praebuerint. Non interfuit sane Serñus Archidux Maximilianus ipse conventui Commissariorum, neque ulla ratione multis et gravibus de causis fieri id potuit: ut enim alia taceantur, cum in finibus conventus haberetur, sine maximo exercitu deduci eo non potuisset: conventui igitur ipse quidem non interfuit, et a Serñi Imperatoris caeterorumque Serñorum Archiducum fratrum eius, universaeque adeo Serñae domus Austriacae commissariis transactio ea constituta, ab ipsis deinde principibus non solum rata postea habita, verum etiam partim chirographis, partim iureiurando confirmata sanctissime fuit, quorum ille consilio et autoritate adductum et regium nomen se suscepisse, et reliqua omnia administrare, in quorum denique potestate se esse, futurumque semper confirmare solebat. Neque tamen non ita omnia coustituta fuerant, ut de omnibus rebus cum ipso etiam Serño Archiduce Maximiliano prius communicari, deque omnibus, quae agerentur, ipsi etiam liquere potucrit. Nam et litteris et internunciis tam a Cesarea Maiestate, caeterisque Serñis principibus Austriacis ad eundem Serñum Archiducem, quam ab eo ad Caesaream Maiestatem caeterosque consanguineos principes quotienscunque, uti visum illis fuit, liberrimus comeatus permissus semper fuit, adeoque vel conventu ipso durante non rari cum internuncii tum litterae utrinque commearunt: ne dicam iam, nihil omnino aliud in conventu eo per commuucs commissarios constitutum, quam quae iam ante post Byczinense prœlium ipsius deditionis conditionibus constituta sancitaque fuissent, quin aliquid potius de iis mitigatum fuisse. Ad ea vero quod attinet, quae cum Illustri ac Magnifico Regni mei Cancellario postea intercesseruut, fuit sane illi et a me et ab ordinibus Regui mei eiusdem Serenissimi Archiducis Maximiliani custodiendi cura ea conditione commissa, ut cum omnibus transactionis capitibus, quae aute dimissionem eius expleri debeant, satisfactum esse a legatis, qui Pragam missi erant, cognovisset, Serenitatem eius sine ulla mora dimitteret: ad deducendum vero Serenitatem eius alii ex Senatorio ordine in Comitiis legati fuerant. Cum vero quibusdam rebus satisfactum non fuerit, si paucos aliquos dies ultra praestitutum diem retenta ideo Serenitas eius fuit, cautioque de iis servandis ab ea accepta, non propterea ipsius transactionis tollendae iustam causam habent, sed sibi potius, per quos id steterit, merito imputare debent; cum praesertim et aliarum quarundem rerum, dies, qui iu transactioue praefiniti fuerant, ante etiam non satis accurate ab illis ipsis observati fuerint, et quod iuramentum suum ac de Ungarorum ordinum iuramento controversiam tam diu ipsi duxissent, ut nihil aliud incidisset, non multo prius tamen fere Serñus Archidux Maximilianus dimitti potuerit, quam dimissus est. Neque vero de levibus adeo rebus haesitatum fuit: primum enim iuramentum requisitum fuit ordinum unius Regni, quod cum ex transactione praestari debuisset, plane praestitum non fuit; deinde vero de titulo provinciae integrae in eadem transactione recepto, postea autem in dubium vocato, seu omnino potius negato actum fuit; ad extremum de sigillo, quod ad confirmandam transactionem privatim Regni Boemiae adhibitum fuerat, cum ad similia negocia aliud aulicum, quod Imperii sigillum referret, applicari alias convenisset. De quibus rebus cum controversia esset, quid humanius fieri potuit, quam ut cautione, ad quam praesertim ultro idem Serñus Archidux Maximilianus se obtulerat, sola accepta dimitteretur? quae cum ad constitutam ante transactionem magis confirmandam seu perficiendam potius tota pertineret, humanitas haec mea atque ordinum, quemadmodum quidem speraram, magis ad arctiorem amicitiam coniungendam, quam ante constitutam dissuendam valere debuisset. Sed cum alius nunc, quam vel ego opinatus fueram vel esse debuisset, exitus rerum harum fuerit ad nullum rectius, quemadmodum ante iam ostendi, quam ad Sanctitatem Vestram referre me ea debere statui, quae transactionis huius maxime et autor et sequester fuerit. Cum autem ipsa res per se gravissima sit, tum multo etiam gravius est, quod id potissimum eius rei tempus captatum sit, quo me ad congressum cum Serño Sueciae Rege, parente meo observandissimo, profecto Regnum meum non minus fortassis ob suspiciones transactionis eius et Serñi Archiducis Maximiliani dimissi, quam alias ob causas, quae praetendebantur, cum a Tartaris tum Turcarum copiis gravissimum periculum adhibat. A

Sanctitate Vestra etiam atque etiam peto, ut si rem christiano orbi tam salutarem sine ulla iusta causa turbari, si non minus suam autoritatem, quam transactionem mecum et Regno meo semel susceptam violari intelligit, communem sibi dolorem hunc mecum statuat, auctoritateque sua contra eos potissimum utatur, qui huius turbationis autores et causa sunt. Atque constitueram sane per legationem eam, quam pro mea in Sanctitatem Vestram atque Sanctam Sedem Apostolicam observantia iam dudum Sanctitati Vestrae debeo, ad Sanctitatem Vestram haec deferre. Verum cum huiusmodi res haec esset, ut nullam moram pateretur, et de qua, ne legationi ipsi impedimenti aliquid afferret, verendum mihi esset, malui nulla mora interposita hisce litteris id facere. Quicquid igitur de Sanctitate Vestra hac in re expectandum mihi sit, ut Sanctitas Vestra primo quoque tempore significare mihi velit, diligenter Sanctitati Vestrae supplico, quo quid ulterius hisce de rebus statuendum mihi sit, quam primum amplius cum ordinibus Regni mei deliberare possim. Simul vero ut maiori Legato, quem ad Sanctitatem Vestram iam delegavi, prospicere aliqua ratione Sanctitas Vestra ne gravetur, quo sub hasce suspitiones sine cuiusquam impedimento quam tutissime ad Sanctitatem Vestram pervenire possit, non minus diligenter Sanctitati V. supplico. Gratiaeque S. V. me Regnumque et dominia mea etiam atque etiam commendo. Datum Varsoviae IX. mensis Ianuarii Anno Domini MDLXXXX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obedientissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

CVIII.

Anna Poloniae regina vidua cardinali Montalto confessorsm suum commendat. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 75.

Illmo et Rmo Dño, Dño Alexandro Peretto Cardinali de Montealto etc.
Regni Poloniae Protectori.

ANNA Dei gratia Regina Poloniae, Magna Dux Lituaniae, Prussiae, Russiae, Mazoviae etc. Domina. Illme et Rme Dne. Rūdus Dñus Ioannes Sdremens multis iam annis praestat mihi Theologi et Confessarii operam non modo piam, sed etiam vehementer gratam. Is olim Plebanatum Zambrovisiensem et Custodiam Ecclesiae Collegiatae Warsaviensis ex indulto Sñi Summi Pontificis obtinebat; deinde Rmus Dñus Epus Cracoviensis, me flagitante, suae ecclesiae Cathedralis Canonicatum in eum contulit. Quo adepto, ut suae conscientiae consuleret, sine ulla mora Parochia Zambroviensi sponte se abdicavit, ex cuius proventibus ad 600. florenos quot annis colligebat, cum ex Canonicatu Cracoviensi nihil fere propter suam absentiam percipiat. Quoniam autem ex ipsius Rūdi Dñi Sdromensis integritate et divinarum rerum peritia multa mihi spiritualia et valde opportuna obsequia accidere quotidie solent, et saepius occasio contingat Cracoviae etiam commorandi, ex veteri meo instituto Theologum apud me ob frequens verbi celestis solatium, et ad omnes vitae casus promptum ac assiduum habere soleo: qua inprimis ratione feci, ut ab Rmo Dño Epo Cracoviensi Canonicatu in sua Cathedrali exornaretur, ut is, qui mei concionatoris et a sacris confessionibus persouam gerit, non inferiorem suis virtutibus locum tam in Cathedrali Cracoviensi, quam in Collegiata ecclesia Warsaviensi obtineat. Cum vero neminem lateat sacris legibus prohibitum omnino esse, ne quis duo simul beneficia, quae persoualem residentiam requirant, retinere possit, ad Illmam D. V. ea de re scribere deliberavi, atque ab illius praestanti humanitate petere maiorem in modum, ut quando iam Sermus Poloniae Rex nepos et filius meus charissimus summae ipsius auctoritate et prudentiae huius regni patrocinium sapientissime comittere voluit, studium et favorem suum apud Sñi Summi Pontificis benignitatem mco nomine interponere velit, ut Sanctitas S. dispensationem praefato dño Sdremensi concionatori meo concedere dignetur, qui sine conscientiae iactura utrumque et Canonicatum Cracoviensem et Custodiam Collegiatae S. Ioannis Varsaviensis simul retinere valeat; siquidem neutrum curam animarum habet, sed tantum modo personalem residentiam requirunt, et quotics alterutro abesse contigerit, idoneum vicarium, qui absentis munia expleat, paratum habet, ne cultus divinus aliquod detrimentum ferat. Quod utique negocium Illmae D. V. ita commendo, ut maiori studio ullum aliud hominis mihi carissimi, ac de catholica religione benemeriti hoc quidem tempore commendare non possim, vel arctiori obligatione tale in eum collatum patrocinium accipere. Quod reliquum est, Deum omuipotentem obnixe rogo, ut Illmam D. V. quam diutissime florentem atque incolumem tueatur. Datum Varsaviae 12. Ianuarii 1590.

ANNA REGINA POLONIAE mpp.

CIX.

Cancellarius regni supplicat nuntio apostolico, efficiat apud pontificem, ut cardinalis Bathoreus in episcopum Cracoviensem quamprimum assumatur. Nuntiat. Polon. Vol. 24. fol. 23.

Illmo et Rmo Dño, Dño Annibali de Capua Archiepo Neapolitano, Nuntio Apost. etc.

Illme et Rme Domine. Ex literis Illmae Dnis Vestrae, quas ad meas nuper rescripsit, pro ea benevolentia, quam tam mihi, quam Illmo Dño Cardinali Battoreo defert, iterum quantas possum maximas gratias illi ago. Ac sum sane in eo, ut hoc ipso fortassis tempore de negotio hoc episcopatus illius Cracoviensis Romam aliquid scripturum me putem. In eum igitur eventum, ut Illma D. V. ipsa etiam suis amicis, quos isthic habet, maxime autem Illmo Dño Cardinali Montealto diligentissime negocium id commendet, etiam atque etiam peto. Literas eas, ut ad me mittat, rogo, ut si ita usus feret, una cum meis mittere eas possim: maxime autem, quod ante etiam summo studio ab ea petii, ut efficiat, rogo, ut si forte negocium id impedire aliqui conati fuerint, in tempore de eo certiores fiamus; esse enim, qui impeditum id velint, a multis ad me defertur. In publicis rebus nihil fere nunc novi est. De pace enim cum Turca nuncium, quemadmodum ante etiam ostendi, in horas expectamus, a Tartaro etiam legatus hisce diebus ad Regiam Maiestatem profectus hac iter fecit, pacem offert: incursiones superioris anni finitimorum iniuriis, quibus priorem se lacessitum scribit, excusat. Quod reliquum est, gratiae Illmae D. V. etiam atque etiam me commendo, omniaque fausta ac felicia a Deo Opt. Max. illi precor. Zamoscio die xvii. mensis Ianuarii anno Domini m.d.xc.

Illmae ac Rmae Dom. Vrae

Amicus et servitor
Ioannes Zamoiski Cancell. et gen. Cap. mpp.

CX.

Archiepiscopus Leopoliensis cardinalem Montaltum de conditione rerum publicarum et ecclesiasticarum Poloniae edocet. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 437.

Illmo et Rmo Dño, Dño Alexandro Peretto S. Rom. Eccl. Card. Montealto, Protectori Regni Poloniae etc. Dño et Patrono observandissimo.

Illme et Rme Dne, Dne et Patrone observme. Etsi iam pridem mihi perspecta est singularis humanitas et benevolentia Illmae D. V. erga me, tamen ex his litteris, quas xv. Decembris ex Urbe datas habeo, harum duarum rerum maiorem gustum percepi. Inprimis quod significantius intelligo, Smo D. N. aliqua mea studia aut saltem bonam voluntatem in rebus religionis Catholicae promovendis probari et placere: deinde quod iam re ipsa experior mihi Illmam D. V. certissimum et fidelissimum apud Suam Sanctitatem Patronum esse. Quorum alterum tanquam equo currenti calcar addit, alterum me in perpetuum Illmae D. V. devinctum constituit. E Turcia denuo nihil pacati proponitur. Beglerbegi enim ille fugae similis recessus, immo certissima fuga tantum doloris Tyranno attulit, ut in futuram aestatem bellum nobis minetur, nisi in gratiam eius milites Nisovii e Borysthene tollantur, arces finitimae deiiciantur, tributum annuum illi pendatur. Quas ad minas suas Beglerbegum in Silistria tenet, pontem Danubio superstruendum mandat; et Tartaros iterum in campestria eduxit. Sed si Dominus fuerit nobiscum, in irritum hi conatus eius recident. Iam ad Comitia Regni agenda accedimus, quae si, sublatis aut saltem, auxilium ferente Deo, quiescentibus adversariorum domesticorum insidiis et machinationibus, optatum habuerint eventum, bona spe essemus, concordibus nobis vires istorum barbarorum non admodum nobis fore formidabiles. In Moldaviam misi, spero propediem responsa. Quae simul accepero de omnibus primo quoque tempore Illmam D. V. certiorem reddam. Acta Synodi Petricoviae, cui et ipse interfui, castigata et approbata a Sancta Sede Apostolica avide expectamus. Damnis Ecclesiae meae a Tartaris acceptis, Suam Sanctitatem condolere mea consolatio est. Conquicsco in hac gratia S. Sanctitatis, illique humiliter gratias ago, ubi Suleiovia haec ad manus meas pervenerit, ita me Deo volente gerere vellem, ut Sanctitatem S. facti huius non poeniteat. Complector autem omni animi gratitudine et submissione hoc tantum Illmae D. V. erga me studium, quod mihi in rebus meis iuvandis promptissime et benignissime offert. Cui vicissim meipsum totum offero. Et obsequia mea perpetua illi addico. Et Deum Opt. Max. precor, ut Illmam D. V. diutissime servet salvam, incolumem et florentem. Datum Campinae 23. Februarii 1590.

Illmae Dom. Vrae

deditissimus servitor
Io. Dem. Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

CXI.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut episcopo Cracoviensi cardinalem Bathoreum coadiutorem cum futura successione dare velit. Nunt. Polon. Vol. 59. fol. 79.

Sanctmo ac Beatmo in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. etc.

Sme ac Bme in Christo pater ac dne, dne clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique regni et dominiorum meorum commendationem. Quam praeclare Sermus olim laudatae memoriae decessor meus non solum de regno hoc meo, verum sacrosancta etiam Romana Ecclesia religioneque catholica in eodem hoc regno meritus est, cum universo orbi testatissimum sit, puto etiam me tacente Sanctitatem Vestram scire. Etsi autem propterea et Sanctitatem V. omnia nomini Bathoreo clementer cupere mihi persuadeam, et ipse cum alios, tum imprimis Rmum Card. Batthoreum non minus virtutum quam nominis Battorei successorem omni studio amplectendum mihi statuam: in rebus tamen, quae ad ecclesiam pertinent, plus adhuc ipsius ecclesiae utilitatem atque dignitatem, quam cuiusquam merita valere debere iudico. Itaque cum Reverendus in Christo pater dnus Petrus Myskowski Epus in regno meo Cracoviensis aetate admodum provecta, et valetudine ob aetatem infirmissima sit, ideoque coadiutore in administratione sua omnino opus habeat, imprimis eundem Rmum Cardinalem commendandum Sanctitati Vestrae ad coadiutoriam eam putavi: neque tamen ob patrui ipsius universaeque familiae eius cum in regnum hoc merita, tum in S. R. Ecclesiam pietatem, quam ipsius ecclesiae causa. Quod enim secundum duos Archiepiscopatus primaria haec in regno meo ecclesia sit, cum ex universae Sanctae Romanae Ecclesiae dignitate vel maxime futurum existimo, ut is potissimum ad eam provehatur, qui tamquam S. R. E. senator et Cardinalis caeteros fere ordinis ecclesiastici in regno meo dignitate antecedat; tum vero a singularibus eiusdem Cardinalis virtutibus, quibus in conspectu Sanctitatis V. ac theatro adeo orbis terrarum per aliquot annos Romae floruit, ad ipsam etiam Cracoviensem ecclesiam maximum commodum perventurum mihi persuasi. Quo iudicio cum mea sponte essem, multo magis tamen in eo Sanctitatis V. etiam auctoritas me confirmavit. Cum enim anno superiore in ulteriores regni mei partes Cracovia progrederer, assecutus me a Rmo Sanctitatis Vestrae de latere ad me inque regnum meum Legato dño Card. Aldobrandino secretarius ipsius Paulinus, quod ego ob eas, quas demonstravi, causas ultro cupiebam, id non minus Sanctitatem V. ipsam velle demonstravit, quod cum a Sanctitatis V. Legato Sanctitatis V. nomine delatum ad me fuisset, etsi propter aliarum rerum occupationes atque alias nonnullas causas deferendum non nihil mihi fuerit, ita tamen acceptum a me fuit, ut et Sanctitatis V. sapientissimum iudicium omnino mihi sequendum, et ad eius voluntatem meam quoque accommodandam mihi statuerim, atque ita quidem, ut cum idem Rmus in Christo pater dnus Petrus Myskowski Epus Cracoviensis ob aetatem plane iam decrepitam indies debilior fiat, quo in munere episcopali coadiutorem illi eundem Rmum dnum Card. Batthoreum cum futura successione S. V. constituat et designet, quam diligentissime etiam Sanctitati V. supplicem. Idem vero multo magis in eum etiam eventum peto, si priusquam de coadiutoria a S. V. constitutum aliquid fuerit, eundem Rmum Episcopum Cracoviensem vita fungi contigerit, ut in locum eius nullum alium, quam quem nunc S. V. commendo, Rmum dnum Card. Batthoreum Episcopum Cracoviensem suffectum ei velit. Qua re etsi maxime quidem ipsius Sanctae Sedis Apostolicae dignitati, ecclesiae autem Cracoviensis etiam utilitati consultura Sanctitas V. sit: eadem tamen opera et decessoris mei Stephani regis notissimae in Sanctam Sedem Apostolicam pietatis memoriam plurimum adhuc apud se valere ostendet, et cum in patruelem etiam Cardinalis principem Transilvaniae, tum affinem eius Cancellarium et generalem exercituum ducem regni mei, quorum pietatem non minus S. V. notam esse puto, clementiam suam testabitur. Quod reliquum est, S. V. gratiae me, regnum ditionesque meas diligentissime commendo. Datum Varsaviae die XXVI. mensis Februarii Anno Domini MDXC. Regni mei tertio.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

CXII.

Idem rex pontifici Marc. Ant. Scaldinari Bononiensem commendat. Nuntiat. di Polon. Vol. 59. fol. 81.

Smo ac Bmo in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina providentia Papae V. etc.

Sme et Bme in Christo Pater, Dne Dne clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique Regni et dominiorum meorum commendationem. Marcus Antonius Scaldinari Nobilis Bononiensis mea

in Italia nonnulla negocia summa fide, summa industria ac eximio quodam in me studio curat et exercet. Eundem et praeclaris animi dotibus et probitate singulari praeditum esse intelligo. Quapropter et benevolentia mea eum complector et illius honori ac ornamentis unice faveo, petoque a Sanct. V. diligenter, ut hominem eo magistratu, quem quadraginta viri Bononiae administrant, mea causa ornare, eumque in hoc ordine collocare velit. Quod prolixius meis verbis Ven. Stanislaus Rescius Internuncius apud S. V. meus a S. V. petet. Ego autem eam Sanctitatis V. gratiam omnibus officiis demereri nunquam desinam, cuius clementiae me Regnumque et dominia mea diligenter commendo. Dat. Varsoviae die vigesima octava mensis Februarii Anno Domini M.D.XC.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

CXIII.

Archiepus Gnesnensis cardinali Montalto oratorem suum commendat et consilium efflagitat. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 379.

Illmo et Rmo in Christo Patri et Dño, Dño Alexandro Peretto divina misericordia S. Rom. Ecclesiae Cardinali Montalto, Protectori Regni Poloniae etc.

Illme ac Rme Dne. Binas hoc tempore accepi litteras Illmae ac Rmae Dom. V. ex quibus singularem animi propensionem Illmae ac Rmae D. V. cum erga me, tum erga Ecclesiam Dei cognovi. Multa equidem ego de actis Synodi et periculis Reipublicae Regni fretus humanitate Illmae ac Rmae D. V. perscripsi, et quaedam Rmo Dño Praeposito Lascensi, mandatario meo, ore referenda curavi, ac de celeri expeditione litteris Illmae ac Rmae D. V. certior factus non potui non vehementer laetari, eoque nomine gratias agere Illmae ac Rmae D. V. uti gratias ago, non eas, quas debeo, sed quas possum maximas. Sane quae illius temporis ratio postulabat, Suam Sanctitatem de rebus Ecclesiae Dei, in quo statu fuerint, certiorem feci. Nunc cum nihilo meliore loco et conditione res Ecclesiae Dei et Regni sint, Venerabilis Antonius frater ordinis Praedicatorum Illmae ac Rmae Dom. V. coram referet. Breve est: in summo discrimine ordo noster Regnumque versatur, nisi venerit auxilium ex alto, in magnis periculis hostium constituti, nunquam haeretici et frigidi catholici pestilentiores articulos ad Comitia Regni contra Ecclesiam Dei ediderunt, atque nunc ad ea, quae propediem instant, qui et quales sunt, ac de remediis, quibus hisce malis occurrendum sit, idem Ven. frater ordinis s. Dominici coram refert. Quae omnia ut Illmae ac Rmae Dom. V. cum pro zelo ac pietate sua erga Ecclesiam Dei, tum pro officio protectionis erga Regnum hoc Suae Sanctitati exponat, ac quid nobis faciendum sit, ex praescripto Suae Sanctitatis declaret, cum ea, qua par est, fide et diligentia rogo. Commendo me officiaque mea diutissima Illmae ac Rmae Dominationi Vestrae. Varsaviae in Comitiis Regni IX. mensis Martii MDXC.

Illmae et Rmae Dominationis Vestrae

deditissimus servitor
STANISLAUS ARCHIPISCOPUS GNESNENSIS ms.

CXIV.

Regi Poloniae pontifex scribit, valde sibi molestum esse, quod Maximilianus archidux Austrias pacem nuper firmatam servare studat, neque apud Caesarem nihil relicturum, ut conditiones huiusce pacis ab eodem archiduce serventur. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 291.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Literas Maiestatis Tuae, quas ad Nos quinto Idus Ianuarii accurate scripsisti, summa animi laetitia legimus, quod ea, quae de te ex aliis antea audiveramus, in tuis litteris certissima esse perspeximus. Ab eo tempore, quo Nos Maximilianum transactionem initam et conventiones expresso Charissimi in Christo filii nostri Rodulphi in Imperatorem Electi eius fratris, Domusque Austriacae consensu stabilitas, suoque iureiurando corroboratas acceptare ac ratas habere recusasse intelleximus, ut debuimus, Maiestatis Tuae et publicae istius Regni tranquillitatis causa maxima molestia affecti sumus. Cumque huius reclamationis tollendae et controversiae delendae occasionem vehementer optemus, hoc tempore dari Nobis facultatem cupimus, quae utriusque rationibus consultum esse possit, idque matura consultatione super ea re cum aliquibus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus adhibita praestare quamprimum curabimus, atque omnem operam

dabimus, ut pactionis inter vos celebratae perpetuo vinculo confirmandae iura pro ditionis utriusque conservatione et subditorum pacc, et Reipublicae Christianae amplitudine illacsa ab eodem Maximiliano serventur. Maiestatem Tuam interea hortamur et monemus, ut te Regnoque tuo firmissimis praesidiis munito eam tandem ineas rationem, quae te Regno salvum et incolumem, et Regnum tibi posterisque tuis tutum atque securum reddere possit. Idque cum Catholicam fidem, de qua et tuorum maiorum, qui in hoc Regno floruerunt, exemplo, et tua praeclara illorum imitatione, singularique eius fidei tuendae studio, et omnium Regiarum virtutum praestantia es optime meritus, imprimis sanctissime colere, domumque Austriacam bene et laudabiliter agendo, et omnes, ut magnum Regem decet, beneficiis officiendo novarum rationum studiis vinculisque benevolentiae tibi adiungere studueris, non solum factu facillimum tibi fore intelligis, sed etiam exitum optatum, quem in tuenda et augenda Republica Christiana consilia tua spectabunt, illum ex animi scntentia nullo negotio cum incredibili tua gloria, et Regni tui incremento omnino te consecuturum esse, ut tu praeclare sentis, et Nos tibi affirmamus et pollicemur. Quo vero attinet ad ea, quae de Oratore tuo, qui ad Nos venturus est, scribis, etsi eum nullum a quoquam, maximeque a Rodulpho, qucm nostri studiosissimum esse, Sedemque Apostolicam valde revereri exploratum habemus, impedimentum habiturum certo sciamus, tamen ad eumdem Rodulphum, ut tibi satisfaciamus, diligenter scripsimus, ut ea officia praestet, per quae tutum per suas provincias eidem Oratori tuo iter praebeatur. Itaque Maiestas Tua eum celeriter (cito) ut debet ad Nos mittat, et quo literae [ea de re] per eum ad te scribenda [istuc] facilius celeriusque proferri possint, ad eundem Rodulphum scripsimus, ut eas dari quamprimum iubeat Nuntio nostro Pragae residenti, qui ad nostrum apud te Nuntium easdem confestim transmittat. Quaecumque demum a Nobis et a Sede Apost. beneficia in te, et in Regnum tuum profectura merito speras, ne Maiestas Tua ullo unquam tempore frustra ea expectasse videri possit, quibuscumque poterimus studiis et officiis procurare et efficere non desistemus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xv. Martii M.D.XC. Pont. nostri Anno V.

CXV.

Anna Poloniae regina vidua pontifici legatum regium et sua negotia Barensia commendat. Nuntiat. Polon. 59. fol. 83.

Sñio ac Bñio in Christo Patri et Dño, Dño Sixto divina provid. Papae V. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Dño clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe clementissime. Post beatorum pedum Sanctitatis V. oscula meique commendationcm. Pertinerc ad officium meum existimavi, mittente Serñio Rege, Nepote filioque meo, ad Sanctitatem Vestram Legatum suum, litteras etiam meas ad eam dare. Nihil his complector practer Neapolitani mei ncgotii commendationem, gratiasque illi ago et pro temporis praeteriti hac in parte suffragatione tam apud Serñum Catholicum Regcm, quam apud eius Neapoli ministros, et in futurum tempus idem studium eundemque animum erga me, negotiaque mea ab ipsa vehementer peto et oro. Nullo meo merito iniuriosius tractor. Caetera Serñi Regis Legatus Sanctitati V. narrabit, quo in statu sit Regnum Poloniae, quibus fluctibus iactetur, quae illud pericula circumstent, quid postulat, quid moliatur Babilonius Byzantiusque Tyrannus. Faxit Deus immortalis, ne, quam fortuuam alia florentissima Christianitatis Regna, Barbaro furente, subierunt, eandem, inquam, ne Regnum istud indigne subeat. Tanti molem belli tam gravem non est unius Regni sustinere. Spes omnis in Deo, tum in Sanctitate V. deinde iu iis Principibus, quorum est, nobis naufragantibus, proximum ab interitu servituteque Barbarica periculum. Sanctitatem V. Dcus immortalis faciat valere diu florentissimam. Datum Varsoviae XXX. Martii Anno MDLXXXX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obaequentieaima filia
ANNA REGINA POLONIAE mpp.

CXVI.

Rex Poloniae commendat pontifici legatum suum, eumque de incureione Turcarum certiorem reddit, petitque, ut eibi pecunia praesto eit, et principes christianos ad repellendos Turcas exhortetur. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 85.

Sñio ac Bñio in Christo Patri et Dño, Dño Sixto Divina provid. Papae V. S. Rom. ac Universalis Ecclesiac Summo Pontifici, Dño clementño.

Sñe ac Bñe in Christo pater ac dñe, dñe clementñe. Post oscula pedum beatorum, meique regni et ditionum mearum diligentem commcndationem. Dum Legato ad Principem Turcarum misso,

certiora de pace ipsiusque in me regnumque meum animo cxspecto, factum est, ut neque de periculo hoc pluribus interim ad Sanctitatem V. referre potuerim, quam Secretarius et internuncius meus Abbas Andreioviensis a Senatoribus aliquibus, me absente, admonitus ante ad Sanctitatem V. retulerit, et maiorem Legatum meum ad Sanctitatem V. iam ante a me destinatum ob eandem causam, quo tanta de re per illum potissimum cum S. V. communicarem, in hunc usque diem retinuerim. Nunc Legatum quidem ad S. V. sine mora mitto: hasce vero etiam literas, ut praemittendas ad S. V. putarem, periculi magnitudo facit, quod quamvis regno huic maxime, non minus tamen universae christianitati impendet. Quae ab initio acta sint, et quo in statu res fuerint, non dubito, quemadmodum ostendi, ex internuncio et Secretario meo Abbate Andreioviensi iam ante hac accurate S. V. cognovisse. Postea haec intercesserunt: Beglerbecus postquam cum exercitu ad fines regni mei accessisset, exercitus, ut puto, qui cum Cancellario et praefecto copiarum regni mei sub adventum illius obviam ei movebat, fama potius quam copiis territus primo in Valachiam, inde ultra Danubium in Silistriam se receperat. Interim et litèris et Chausio misso, Legatum iam ante a me promissum nou tam expostulare, quam pace ostentauda, unaque fere de Cosaccis puniendis conditione, nequc difficile admodum, neque indigna tum proposita elicere coepit. Postquam in Silistriam ad illum venisset, gravissimas conditiones postulare coepit. Legato quicquam eius rei mandatum sibi negante, ita deinde Constantinopolim promotus fuit, facile, ut appareret, hiemis potissimum, cuius nostri assueti sint, illi nullo modo incommoda ferre possint, eximendae causa, et Legatum ab initio ab illis expeditum, et postea per aliquot menses ductum. Legatus, qui cum febri Constantinopolim pervenerat, non multis diebus post ibi obiit. Nunc ex comitibus eius unus praemissus cum litteris ad me rediit. Quibus cum iutolerabiles conditiones aliquas, interque eas, ut impietatem Machometanam publice suscipiamus, proposuisset, nisi eas intra sexaginta dies, e quibus paucissimi reliqui sunt, accipiamus, bellum mihi denuuciat. Quod ad ordines regni mei attinet, eo animo sunt, ut vel immori religioni Catholicae et libertati non dubitent. De reliqua christianitate agitur, dc qua quanta iam ante diminutio facta sit, quamquc in dies in arctum redigatur, nemo non videt. Quod si ultra superiora hoc etiam regnum ei decedat, eo maius etiam detrimentum id erit, quod non modo de ipsius viribus non postremi certe regni vires decedent; verum liberior quodammodo aditus, quam unquam fortassis antea habuerint, ad reliquas christianitatis partes barbaris patefiet. Ac vero nc patefiat, vehcmenter verendum video, nisi in communi omnium pcriculo a reliqua etiam christianitate adiuvemur. Non unius enim regni virium id onus esse, tot florentissima alia regna ab co subacta satis ostendunt. Neque vero de divina bonitate et auxilio ob id despero, sed tamen cum potentia hostis omnibus notissima sit, ne iis armis, quae universae christianitati gravia hactenus fuerunt, solus resisterc possim, non immerito vereri debere mihi videor. Tanto in periculo maximam spem in Sanctitate V. positam habco, ut quae et eo loco divinitus constituta sit, ut totius christianitatis summam curam gerat, et ad tantum periculum propulsandum iusti auxilii spem iam ante etiam benignissime mihi fuerit. Ccrtum auxilii modum nullum ei praescribo, cum ex iis, quae ostensa a me sunt, et quam maximo et quam celerrimo auxilio opus esse facile ipsa perspiciat. Hoc unum quantis maximis possum precibus etiam atque etiam peto, ne in tam praeseute, non tam privato meo quam universac christianitatis periculo me regnumque meum destitutum relictumque pati velit. Cum ipsa autem Sanctitas V. si non alia re, pccunia tameu, quanta in hac celeritate poterit maxima, et quam primum iuvarc me velit, tum apud reliquos etiam principes christianos, ut ad commune incendium restinguendum ipsi quoque vires suas omnes conferre velint, auctoritatem suam interponere. Nulla neque magis necessaria, neque magis gloriosa in re, quaeque magis ad christianitatem pertiueat, facere id Sanctitas V. poterit, quae omnia cum pro singulari prudentia sua satis sua sponte Sanctitas V. perspiciat, non debeo pluribus ab ea contendere, quod ipsius in universam christianitatem pietas, in me vero etiam regnumque meum clementia ne petere quidem me patiatur. Mitto ad Sanctitatem V. exemplum literarum ad me principis Turcarum, ex quibus eas res, quae cum serña domo Austriaca, Sanctitate V. ipsa autore, mihi regnoque meo intcrcesserunt, non minimam huic periculo causam praebuisse Sanctitas V. intelliget, quo magis ut iis de rebus, de quibus a serño archiduce Maximiliano, Caes. Maiestatc et cacteris scrñis principibus Austriacis, eorumque regnis satisfactum mihi regnoque meo non est, eo citius satisfiat, Sanctitas V. auctoritate sua efficiat, oro. Maxime vero cum demolitionibus quibusdam archiducis Maximiliani sub hoc potissimum tempus aliqua ad me perferantur, etsi a suspitionibus fere ea adhuc proficisci intelligam, tamcn quod bellum a potentissimo hoste Turca me iam expectantem vel levissima suspicio non parum turbare posset, ut pro eo loco, quem

in Christianitate obtinet, in omnes huiusmodi res eo intentior Sanctitas V. sit, peto. Sanctitatisque V. clementiae me, regnum ditionesque meas diligentissime commendo. Datum Varsaviae in Comitiis regni mei generalibus die ultimo Martii Anno Domini M.D.XC. Regni vero mei anno tertio.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

CXVII.

Episcopis Moldaviae pontifex gratulatur de sancto ipsorum consilio populos eis creditos ad unionem cum Romana ecclesia reducendi, spondetque eorum res et principem regi Poloniae et Romanorum imperatori se commendaturum.
Reg. Brev. Tom. 31. fol. 293.

Venerabilibus fratribus Anastasio Metropolitano Socianae, et Gregorio Epo Romandiae.

SIXTUS PP. V. Venerabiles fratres, salutem etc. Literas Vestras XVII. Calendas superioris mensis Iulii scriptas, quas Nobis exhibuit dilectus filius Stephanus quondam Alexandri Moldaviae Principis filius, qui nuper vestro nomine ad Nos venit, libenti animo legimus, eumque praesentem paterne complexi sumus, et mandata vestra exponentem benigne audivimus. Ex iis literis atque ex sermone, quem idem Stephanus Nobiscum habuit, quo statu vestrae ac totius Moldaviae res hoc tempore positae sint, non sine magno animi dolore intelleximus, vestrisque publicis et privatis incommodis plane perspectis, summa aequitate commoti summa molestia affecti sumus. Cum vero universis Dominici gregis ovibus ultro occurrere, nedum opem et auxilium invocantibus afferre pro pastorali nostro munere debeamus, cumque vestram egregiam spem, totiusque istius Regionis fidem, quam in nostra et Sedis Apostolicae auctoritate merito collocastis, conservare et augere ad nostram sollicitudinem pertinere sentiamus: idcirco nullis propositae rei difficultatibus deterriti, vestris desideriis, quantum cum Deo possumus, annuendum duximus. Charissimo igitur in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi scribimus, ut vos ab eius servitutis, qua detinemini, difficultate, cum primum occasio sese offerat, liberare studeat, et quemadmodum petitis, eidem Stephano omnibus, quibus poterit, studiis favere, et in eum publicae istius Provinciae tranquillitatis causa omnia officia pro animi sui magnitudine conferre velit. Neque vero hoc ipso quod flagitastis officio contenti fuimus, sed ut consilia vestra faciliori exitu concludantur, Charissimo in Christo filio nostro Rodulpho Romanorum Regi Illustri in Imperatorem Electo, et dilecto filio Nobili viro Ernesto eius fratri germano, a quibus vestra vota iuvari posse existimamus, vos magno paterni animi nostri affectu commendavimus. Andreae vero Cardinali Battorio, cuius auctoritate et gratia quaecunque a Sigismundo Poloniae Rege statuenda erunt, facilius impetranda esse iudicamus, et dilecto item filio Ioanni Zamoschi magno Regni Poloniae Cancellario, cuius virtute, si quid vestra causa a Sigismundo Rege ei committi oporteret, diligenter ac strenue [suscipiendum et] conficiendum speramus, in eandem sententiam scripsimus: idque fecimus, ut plane intelligatis, Nos ea, quae ad vestram utilitatem [parandam] pertinere arbitrati sumus, neque hoc tempore praetermisisse, neque quae ad eandem constituendam et firmandam pertinere arbitrabimur, in posterum praetermissuros. Cum autem vos, qui pietate et prudentia caeteros ibidem antecellitis, optime intelligatis, Christifideles, dum a Catholicae Ecclesiae unitate seiunguntur, summo Divinae iustitiae iudicio plerumque in angustias et adversitates incidere: ideo fraternitates vestras monemus et hortamur in Domino, ut unam Sanctam Rom. Catholicam et Apostolicam Ecclesiam, a qua qui seiuncti sunt et in fide dissentiunt, salvi esse non possunt, agnoscatis, et ad eam, quae omnium Ecclesiarum Mater et Magistra est, non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus recurratis, fidemque Catholicam integram et constanter conservetis, et a subditis, quorum vobis a Deo cura commissa est, recipi et praedicari pro vestro munere curetis. Qui enim ovile per aliud ostium, quam per illud, quod per Christum Petro, et per Petrum Romanis Pontificibus eius successoribus apertum fuit, ingredi nituntur, aut qui oves pascere in aliis pascuis conantur, quam in illis, quae ab huius Sanctae Sedis Apostolicae auctoritate suis quasi limitibus circumscripta sunt, aut alia ratione, quam ea, quae ab hac Romana Ecclesia praefinita est, eos quoad fidem errare, et quoad instituta et mores deficere, sane apud omnes perspectum est. Itaque si Romanae Ecclesiae Apostolicas traditiones reliquasque omnes observationes et constitutiones, ut decet, amplecti et sequi, ac in omnibus ei parere constitueritis, et si vos, in quos omnium oculi illius provinciae coniecti suut, vestro exemplo caeteros ad Christum Dominum nostrum, et ad Romanum Pontificem eius in terris Vicarium, universa-

lem Ecclesiam pascendi et gubernandi plenam potestatem habentem, eadem ratione, qua eadem Catholica Romana Ecclesia colit, colere volueritis, et quae pro salute animarum in spiritu et veritate peragere oportet, peragenda duxeritis, sanamque doctrinam subditos vestros docueritis, contrariaque omnia et haereses quascunque ab Ecclesia damnatas reieceritis, veterem pristini status vestri restitutionem, et ea via, quam humana consilia nunc vix assequuntur, antiquam libertatem consecuturos, immo etiam his, in quorum estis potestate, ab impiis erroribus ad Evangelicae veritatis agnitionem traductis in Domino imperaturos esse confidimus. Interea ut omnibus rebus vestris consulere praeclarisque vestris desideriis praesto esse possimus, Deum assidue depraecari non desistemus. Dat. Romae apud S. Petrum etc. die v. Aprilis M.D.XC. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXVIII.

Pontifex regi Poloniae commendat res publicas et ecclesiasticas Moldaviae, ut principem a Turcis deiectum in pristinum statum restituendum curet. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 296.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quia semper animadvertimus, Reges Poloniae operam studiose dedisse, non solum ut quibuscunque possent studiis et officiis Ecclesiasticae dignitati amplificandae servirent, sed ut eos, qui sub protectione Sedis Apostolicae recepti eorum opem et auxilium implorassent, reipsa tuerentur ac omni ope defenderent: propterea facere non possumus, quin cos tibi commendemus, quorum patres a nostris praedecessoribus commendatos non modo in fide susceptos, sed etiam ab inclytis Poloniae Regibus tuis maioribus in pristinum statum restitutos fuisse comperimus. Cum itaque Stephanus Alexandri Moldaviae Principis filius, cuius, ut accepimus, patrem claraе memoriae Sigismundus Augustus magnus Poloniae Rex auctoritate foelicis memoriae Pauli PP. III., praedecessoris nostri, et deiectum Principatu in pristinum statum restituit, et restitutum tutatus est, ad Nos cum nonnullorum Episcoporum literis et Consiliariorum illius ditionis precibus venerit, quibus iidem Episcopi aequo animo Turcarum servitutem ferre non valentes a Nobis humiliter petierunt, ut eundem Stephanum ad Nos accedentem, et in nostrum ac Sanctae Romanae Ecclesiae gremium receptum eo redeuntem Tuae Maiestati, ut eum in fide tua suscipere ac tueri velis, commendaremus: et cum iidem pro explorato habeant, se auctoritatis et praesidii tui ope munitos eam, quam publicae illius ditionis tranquillitatis causa libertatem vehementer desiderant, brevi recuperaturos, et recuperatam quam diutissime conservaturos esse. Idcirco Nos ea, quae tua te spoute [egregie] facturum esse confidimus, etsi minime tibi inculcanda esse iudicemus, tamen id Maiestati Tuae significandum duximus, gratissimum Nobis fore, si quam citissime, ut necessitas ipsa postulat, intelligemus, hanc nostram commendationem tantum eidem Stephano utilitatis attulisse, quantum ii, qui ad Nos scripserunt, a te hacteuus speraruut. Quod si tu istiusmodi virum et maximam Provinciam hoc beneficio tibi devinxeris, ut potes et velle debes, et Nos ipsi tua eorumque causa vehementer optamus, res Polonorum in dies erunt celebriores ac firmiores, et Maiestas Tua, quod omnes boni spondent, eidem Regno et posteris nou solum magno praesidio, et ornamento fuisse summa cum Christianae Reipublicae utilitate, utriusque nobilissimi Regni amplificatione apud omnes nationes existimabitur, sed maiori etiam cum nominis tui gloria ubique celebrabitur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die v. Aprilis M.D.XC. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Eod. modo Rodulpho Hungariae et Bohemiae Regi Illustri in Romanorum Imperatorem Electo, Ernesto Archiduci Austriae, Andreae S. Angeli in Foro Piscium Diacono Cardinali Battoreo nuncupato.

CXIX.

Magnum Poloniae cancellarium pontifex hortatur, ut Moldaviae principi ad recuperandum principatum praesto sit. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 303.

Dilecto filio Nobili viro Ioanni Zamoschi Regni Poloniae Magno Cancellario.

SIXTUS PP. V. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Libenter hoc Nobis sumimus, ut pro tua in Nos et Sedem Apostolicam observantia, et pro constanti in Rempublicam Christianam Polonorumque dignitatem tuendi et augendi voluntate, quam semper antea, sed nuper in optimo Rege et de fide Catholica benemerito tua praesertim providentia atque labore constituto perspeximus, ad te familiariter, nedum paterne et nostro quasi iure scribimus, si quae res est, de qua istis in locis valde laboremus.

Cum igitur Stephanus Alexandri Moldaviae Principis filius, qui adhuc puer hostium viribus et potentia Principatu deiectus fuit, nunc nonnullorum Episcoporum, multorumque eius ditionis virorum consensu eo revocetur, et ad Nos cum literis quorundam illius Provinciae Procerum et Consiliariorum precibus nuper venerit, ut eum Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi commendaremus. Nos animadvertentes, eum nostri et Sedis Apostolicae studiosissimum esse, ac si Regis praesidio in Principatum restituatur, magno Romanae Ecclesiae fideique Catholicae adiumento, ac universo Poloniae Regno ornamento futurum esse, eum non modo Regi, sed etiam tibi commendare voluimus, cum praesertim in te tuaque auctoritate et gratia tantam spem habeat, ut nec maius, nec opportunius auxilium expectet, quam quod ab auctoritate Polonorum tua opera consequi sperat. Quae igitur cum res tulit, in fidem Catholicam officia et studia recte sentiendo et bene agendo antea contulisti, ea nunc si in eundem Stephanum, cum maxime oportet, conferes, hoc tempore magnam tibi gloriam cum eiusdem Stephani emolumento comparabis. Quare cum ea, quae tibi a Nobis proponuntur ad publicam illius ditionis utilitatem, et Regni Poloniae tuamque laudem maxime pertinere, fideique Catholicae Christianaeque Reipublicae convenire optime sentias, non dubitamus, quin tu eum benigne sis complexurus, et favore ac gratia, quantum occasio et dignitas requiret, prosecuturus, ut ipse intelligat tuam auctoritam magno sibi usui et adiumento fuisse, et caeteri agnoscant perpetuam magnorum virorum in Sedem Apostolicam observantiam ad res arduas et difficiles superandas summoperc prodesse, et antea semper et hoc tempore maxime comprobatum esse. Datum Romae apud S. Petrum etc. die x. Aprilis MDXC. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXX.

Rex Poloniae cardinali Montalto epum Luceoriensem suum legatum commendat. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 87.

Illmo et Rmo Dño, Dño Alexandro Peretto Cardinali de Montealto et Vicecancellario, Regni Poloniae Protectori, amico nostro charissimo et honorando.

Sigismundus III. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, necnon proximus haeres regni Sueciae et futurus Rex. Revmo in Christo patri dño Alexandro S. R. E. Card. de Monte alto, regni nostri protectori etc. amico nostro charissimo, salutem et omne bonum. Rme in Christo pater, amice noster charissime et honorande. Mittimus ad Smum Dum N. obedientiae nostro regnique nostri nomine more maiorum nostrorum praestandae causa Revmum Bernardum Macieiowski Epum in regno nostro Luceoriensem et maiorem legatum nostrum. Quod obsequium non minus nobis desideratum, quam Sanctitati Suae iam dudum debitum, quibus rebus impediti non prius praestare potuerimus ex ipso legato nostro Paternitas V. cognoscet. Cum autem de aliis etiam quibusdam negociis Turcicis potissimum et Tartaricis periculis cum Sanctitate S. nostro nomine acturus sit, ut in iis Paternitas etiam V. auctoritate, opera, studio suo ei adsit, diligenter a P. V. petimus: quod ut pro ea necessitudine, quam cum regno nostro sibi esse voluit, omni studio facturam eam non dubitamus: ita omnia grati animi officia vicissim Pater. V. a nobis expectabit, quam optime valere cupimus. Datum Varsaviae in conventione regni nostri generali die XVI. mensis Aprilis Anno domini M.D.XC. Regni nostri anno tertio.

Sigismundus Rex.

CXXI.

untio apostolico pontifex committit, ut regem Poloniae et nonnullos alios ad opem ferendam principi Moldaviae hortetur, ut suum statum recuperet. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 323.

Venerabili fratri Annibali Archiepiscopo Neapolitano, nostro et Sedis Apostolicae apud Regem Poloniae Nuncio.

Sixtus PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Cum dilectus filius Stephanus quondam Alexandri Moldaviae Principis filius, qui a teneris annis Principatu Moldaviae privatus fuit, cum literis nonnullorum Episcoporum et precibus quorumdam Nobilium illius Provinciae ad Nos nuper venerit, ac humiliter petierit, ut se Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi commendaremus, ut scilicet illius opibus, auctoritate et gratia in pristinum statum restitui posset, et cum bonae mem. Alexandrum eius patrem similiter c Principatu pulsum clarac mem. Sigismundi Augusti tunc Poloniae Regis auxilio et viribus, nobiliumque maiorum suorum potentia restitutum fuisse commemoraverit, ipsique

Episcopi et Nobiles per literas ac Stephanus praesens a Nobis petierit, ut eundem Sigismundum nunc regnantem ad hanc provinciam suscipiendam exemplo sui antecessoris literis cohortaremur, et ea de re ad Caesaream Maiestatem et Cardinalem Battoreum, atque ad Archiducem Ernestum et Ioannem magnum Regni Poloniae Cancellarium omni quo possemus studio scriberemus, a re non alienum esse duximus id tibi quoque significari. Quare cum tu in isto Regno partes nostras sustineas, et quid curari agique possit, praesens pro tua prudentia facile assequi possis, tuum erit cum eodem Rege Poloniae, cum Cardinali Battoreo et cum Regni Cancellario nomine nostro agere, et quae tibi Christianae Religionis tuendae et augendae causa facienda videbuntur, ad haec eosdem verbis impellere et cohortari, et demum quae ad Stephanum restituendum necessaria arbitraberis, nulla ratione praetermittere haec officia merito a te requirimus, quibus Ecclesiae dignitas augetur, ac summa laus summique honores comparantur, ut enim corpus umbra, sic virtutem et res bene gestas gloria comitatur. Interea Nos, qui haec te plano cognoscere pro comperto habemus, omnia tuae prudentiae ac pietati committimus, ac fraternitati tuae benedicimus, beneque a Domino precamur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXIV. Aprilis MDLXXXX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXXII.

Archiepiscopus Gnesnensis nuntio apostolico supplicat, efficiat apud pontificem, ut referendarius regni in coadiutorem cum futura successione sibi detur. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 353.

Illmo ac Rmo Dño, Dño Annibali de Capua Dei gratia Archiepiscopo Neapolitano, ac Smi Dni Nostri ad Sermum Regem Poloniae Legato etc.

Dño amico observandissimo.

Illme ac Rme Dne. Quo magis perspectam et exploratam esse scio Illmae Dominationi V. admodum Rev. Dni Regni Refferendarii probitatem, in rebus gerendis dexteritatem prudentiamque tam litteris quam longiori usu in hoc Regno rerum comparatam, hoc minus mihi videtur esse Illmae D. Vestrae commendandus. Cum enim illius mores et ingenium iam pridem nossem, et augeri quotidie eas in illo dotes animadverterem, quibus homines ad summos in Republica honores capessendos et administrandos instructos esse oportet: post multas et longas mecum ipse deliberationes habitas coepi id consilii, ut in ista aetate mea iam provecta eum mihi in coadiutorem cooptarem successoremque futurum deligerem. Sentio enim deficere iam vires meas ad obeundas omnes muneris mei Archiepiscopalis partes, cupioque in primis post meam mortem eiusmodi Ecclesiae meae sponsum evenire, quem non aliquae ambitionis artes, quae in Principum aulis hoc maxime seculo dominantur, sed spectata virtus et pietas cum generis claritate coniuncta loco isto sublimi dignum ostenderet, quod Illmae D. V. pro mutua inter nos confidentia communicandum esse putavi. Ut autem Sanctissimus D. N. hoc meum de optimo et integerrimo viro iudicium ac voluntatem suo assensu comprobare velit, rogo maiorem in modum Illmam D. V. primum, ut modum, quem in re tanta tenendum esse censeret, perscribat: deinde, ut suum testimonium praeclaris eiusdem viri dotibus, meoque iusto, et ut arbitror, pio Ecclesiaeque et Reipublicae salutari consilio, quod libere, sponte, non ad cuiusquam, et praesertim eiusdem Rev. Dni Referendarii instantiam et petitionem sum secutus, praebere, totius denique istius negotii curam patrociniumque susciper velit. Spero enim hoc pacto nobis expeditiora omnia planioraque futura. Explorata est mihi Illmae D. V. eximia erga me voluntas multis, magnis et novis quotidie amoris argumentis declarata, quo fit, ut non dubitem, id quoque nobis studiosissime gratificatam esse. Me sane maximo beneficio hoc nomine sibid evinctum reddet, cuius ne me ingratum aliquando esse agnoscat, omni cura, studio et contentione elaborabo. Commendo tandem studia et obsequia mea Illmae Dom. V. omnique illam foelicitate cumulari exopto. Datum Lovicii die 24 Aprilis 1590.

Notissimae mihi sunt virtutes eiusdem ab ipsa adolescencia. Cancellarium enim apud me compluribus annis egit, magna cum suae integritatis, industriae et fidei non domi solum, sed foris etiam laude. Sane sapientissimus Stephanus Rex inter multos alios competiores eundem uno dumtaxat anno in Aula versatum, posteaquam a me discessit, dignitate Referendariatus ornavit, in multisque legationibus et negociis gravissimis eiusdem opera usus fuit recte, ut mihi ipsi, Ecclesiae Dei ac Reipublicae tali, successor consultum iri (sperem). (Postscriptum mpp.)

Eiusdem Illmae et Rmae D. V. Deditissimus et addictissimus frater et servitor
Stanislaus Archiepiscopus Gnesnesis manu sua.

CXXIII.

Cardinalis Radivilius pontificem de laeto comitiorum exitu certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 181.

Beatissimo Padre. L'infinita benignità della Santità Vostra verso la mia persona, oltra tanti altri degni rispetti, mi costringe principalmente à renderle quel tributo di riverenza et di humiltà, che obligatissimo et divotissimo servitore deve al suo supremo padrone, nella somma clementia del quale spero, che si degnarà perdonarmi il silentio passato, giache non è proceduto da altra cagione, eccetto che prima dal sospetto del contagio, che per molti mesi ha travagliato la Lithuania, dapoi dalli continui disturbi successi nel Regno, et ultimamente dalle occupationi de' Comitii generali, dove è stato necessario per provedere alli bisogni della Republica, et per aiuto delle cose spirituali assistere et vigilare indefessamente. Hora che per gratia di Dio nostro Signore si è posta l' ultima mano alla Dieta, ho giudicato debito mio principale prima che ritorni alla mia chiesa di Vilna, venirc col mezo di questa à fare humilissima riverenza à Vostra Beatitudine, et darle un picciol saggio di quello si è operato nelli Comitii in servigio della santa Religione Catholica contra li conati degli Heretici, i quali vedendo in questi ultimi giorni grandissimi disparcri nel Senato presero ardire di proponere di nuovo la essecutione della loro abominevole confederatione, inserendo di più altre iniquissime dimande in detrimento et evidente pregiuditio della autorità ecclesiastica et della nostra vera fede; ma per molto che si sono affaticati non hanno già mai potuto spuntare, che se gli conceda facoltà di porre in essecutione la loro impietà, havendo di nuovo non pure l'ordine Ecclesiastico interposto gagliardamente la solita protestatione, ma seguitando con molto zelo ad opporsi molti Nuntii terrestri in nome di tutti i Cattolici, onde non hanno potuto nè anco ottenere decreto, che se ne tratti nella Dieta d'avenire. Et in ciò si è mostrata veramentc con molto ardore et molta pietà la prudentia et iudustria di Mons. Rño l'Arcivescovo di Napoli, Nuntio di V. S. in questo Regno, tenendo del continuo sollecitati questi signori Vescovi tutti nel servigio della santa Religiou Catholica contra le machinationi et insidie degli heretici, come ho per certo, che ne haverà dato conto con sue lettere particolari alla S. V. che però non ardisco di stendermi più à lungo. Supplico con ardentissimo affetto il Signor Dio à conservare la S. V. per lunghissimo spatio di vita in benefitio della Republica christiana et augmento della sua santa fede. Di Varsovia li 25. di Aprile 1590.

Di Vostra Santità

Humilissimo et obedientissimo servo
Il Cardinale Radzivil.

CXXIV.

Archiepiscopus Gnesnensis pontifici significat, quae in comitiis de excludenda domo Austriaca a regno Poloniae acta fuerunt, petitque, efficiat apud Caesarem, ut Maximilianus archidux omni praetenso suo iuri in hoc regnum sponte cedat. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 383.

Sño Dño Nostro Sixto V. S. Rom. et Universalis Ecclesiae Pont. Max. etc.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe clementissime. Quod ego solutis superioris anni Comitiis ominatus eram, fore, ut rogata lex de inclyta Austriae familia a Regni huius petitione, occurrente interregno, excludenda, et indigenis, quos Piastos vocamus, ac aliis praeter illos Priucipes admittendis in posterum vehementius quam antea urgeatur, id prorsus in proxime praeteritis Comitiis evenerit. Quanquam enim ingens Scythici Turcicique belli moles Regno ingrueret, omnesque alias de Republica deliberationes necessario vel postponendas, vel in aliud tempus reiiciendas ostenderet, nequaquam tamen eius rogationis authores ad istius belli gerendi rationes coustituendas aute accedere volebant, etiamsi Comitia rebus infectis solverentur, quam exclusionis istius lex iuberetur. Acta res erat maxima contentione integris quinque hebdomadis (Comitiorum enim generalium apud nos tempus sex hebdomadis lex praefinivit). Et intercessimus nos quidem Episcopi cum Catholicis Senatoribus Provincialibusque Nunciis quamplurimis, cum ob alias rationes gravissimas et maximas, tum praecipue ob S. Religionis Catholicae causam: diximus enim publice, exclusione ista sterni haeretico vel haereticorum fautori viam ad Regnum, sceptris acceptis, quod in Anglia, Dania, Suecia aliisque Regnis et Provinciis Christianis magno cum dolore nostro factum videmus, religionem Catholicam fuuditus extirparet, exterminaret, hominesque Catholicos omni iure eruerct, crudelique intcruecione deleret. Quae sane ratio, si quemadmodum initio apud Catholicos Proceres plurimum momenti habuisse visa est, ita ad extremum quoque valuisset, reiecta prorsus ista rogatio fuisset, sed in aliam sententiam inducti nobiscum ita contenderunt, ut nisi

rogationem istam iubendam esse censuerimus, vix non hostium patriae crimen nobis appingere non dubitarent. Postulabat hoc a nobis omnium Ordinum consensus, imminensque Regni periculum omnino exprimebat, nequaquam tamen duximus ultimum Catholicae religionis praesidium deserendum, quod in familia Austriaca de Republica Christiana optime merita constitutum esse existimaremus. Et vero ferri lex ita caepta est, ne quicquam intercedentibus nobis, ut nisi Serñus Imperator aliique Austriae Principes Serñum Archiducem Maximilianum induxerint ad satisfaciendum transactionis V. S. authoritate factae articulis infra viginti mensium spacium, vel non ostenderint eundem authoritate illorum ad eam rem moveri non posse, perinde illos a petitione Regni excludendos, ac ipse Serñus Archidux Maximilianus exclusus esset; tandemque subscriptiones in eam legem postulari a nobis coeptae sunt, quas cum vix in tanto consensu negari posse animadverterem, intercessionemque nostram multitudine suffragatorum legis obrui viderem, dicessi ex Comitiis, Serenissimo Rege frustra me et retinere et per suos Reginaeque nuncios de via revocare conante, contraque legem protestatus sum. Porro nostras res Ecclesiasticas in disceptationem hoc tempore adducere voluimus, ne cum haereticis periculosum de confoederatione certamen inire cogeremur. Et haec quidem sunt acta Comitiorum nostrorum, quae V. S. non dubito ab Illmo Dño Nuncio prolixius esse praescripta, hoc tantum rogatam velim S. V. dignetur et ipsa authoritatem suam apud Serñum Imperatorem omnesque Austriae Principes interponere, ut Serñus Archidux Maximilianus pactis ex eadem V. S. authoritate conventis omnino satisfaciat, Regnumque suspensum non teneat, sed iuramentum praestet, pro Rege Poloniae, Sigismundo III. vivente et valente, se non gerat, nec eum se nominet: celandam enim non puto S. V. eam esse hominum nostrorum de eius Principis fide opinionem et iudicium, post refutatum ab eo istud ex transactione iusiurandum, ut nequaquam illi se libertatesque suas tuto committi posse aliquando credant: nec sane ca tempestas de totius domus exclusione fuisset excitata, quae nos hactenus et Rempublicam exagitavit, et ut video non facile conquiescet, si ille pactis istius stetisset. Precor interim Deum Opt. Max. ut V. S. diu nobis foelicem incolumemque conservet. Datum Lovicii die 25. Aprilis Anno Dñi 1590.

Sanctitatis Vestrae humillimus sacellanus
STANISLAUS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS mspp.

CXXV.

Epus Luceoriensis cardinali Montalto P. Woluczki secretarium regis Poloniae commendat. Nunt. Polon. Vol. 27. fol. 487.

Illmo et Rmo Dño meo observmo, Dño Cardinali Montalto S. R. E. Vicecancellario, Regni Poloniae Protectori.

Illme et Rme Dne, Dne observme. Cum Serñus Rex noster ex hisce Comitiis deferendae ad Sanctam Apostolicam Sedem obedientiae mihi munus imposuisset, praemittendum in Urbem Rev. dñum Paulum Woluczki secretarium suum et huiusce legationis putavit. Is primum omnium ad Illmam et Rmam D. V. adibit, eique cum studium in eam Maiestatis Regiae, tum meam observantiam commendabit. Magnopere rogo, ut et benevolentia cum sua Illma et Rma D. V. complectatur, et quemadmodum libenter huius Regni patrocinium suscepit, ita nulla etiam in re, quae ad huic legationi meae quasi praeparandam viam pertinebit, ope, auctoritate consilioque suo illi deesse velit. Quo nomine non tantum me hominem ad referendam gratiam imparem, verum ipsum etiam Serñum Regem ac universum hoc Regnum perpetuo devinctum Illma et Rma D. V. habebit. Pluribus non agam, ita enim me comparo, ut paucis etiam post diebus coram me ipsum Illmam et Rmam D. V. salutaturum, ac prolixius de omnibus rebus acturum sperem. Quod reliquum est, ut ipsa animo in me benevolo esse velit, ab ea peto, eamque felicissime valere cupio. Datum Varsoviae die III. mensis Aprilis Anno Domini 1590.

Illmae et Rmae D. V. servitor additissimus
BERNARDUS MACIEIOWSKI EPISCOPUS LUCEORIENSIS.

CXXVI.

Regi Poloniae mittat pontifex Bibliorum vulgatam editionem nuper a se recognitam, quae in regno isto evulgetur et ab omnibus recipiatur. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 347.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Sacrum Bibliorum librum, a quo Catholicae veritatis fons, fidelium pacis vinculum, certumque Regum et singulorum hominum ad

eorum salutem dignitatemque tuendam fundamentum continetur, iam varia daemonis humani generis hostis machinatione corruptum, summorum virorum diligentia adhibita recognitum, et manu nostra non sine magno ac longo labore emendatum ad veterem vulgatam editionem restituimus, sicque emendatum et restitutum in nostra Typographia Vaticana quam emendatissime imprimi fecimus. Quare Nos eam vulgatam editionem a summis viris scientia, solertia et fide praestantibus, et a Nobis studiose perquisitam, et optimis rationibus inventam auctoritate a Nobis tributa corroboravimus, et eam dumtaxat esse in constitutione edita decrevimus, quam ipsi eadem manu nostra signatam iussimus evulgari. Cum autem Maiestatem Tuam tuo in primis maiorumque tuorum exemplo cupidam esse intelligamus haeresis ab improborum mentibus extirpandae, ac fidei Catholicae in tuo Regno augendae et conservandae, eius voluminis exemplar, a quo ea, quae per tuos in primis fieri et omnino vitari exoptas, quaeque tu tua ista Regii animi magnitudine praestare constituisti, omnia facile haurire potes, ad te duximus transmittendum. Ex eo enim cum loca, quae haeretici, ut fidem evertant moresque corrumpant, diabolica suggestione depraverunt, emendata et ad veram vulgatam editionem reducta sint, eos fructus, quos semper optasti, et Nos te tuosque subditos percipere desideravimus, in Ecclesia Dei ad eius honorem, fidelium salutem, et tuam maxime et posterorum tuorum gloriam et famam pro tua prudentia collecturum esse hisce literis tibi aperte significamus. Cum enim eum te librum ac salutaria praecepta et praeclara monita, quae in eo continentur, saepius lecturum et animo conditurum esse certo sciamus, hoc tibi pollicemur, te, si monitis et consiliis acquieveris, non modo communibus votis atque expectationi de tua virtute conceptae satisfacturum, sed etiam optatam in terris securitatem ac aeternam in coelo beatitudinis retributionem consecuturum. Interea gratum Nobis erit intelligere, Maiestatem Tuam librum eo, quo mittimus, animo eaque pietate et religione, qua sola commune fidelium, et maxime tuorum subditorum pacis vinculum, et fidei unitatis nexus in isto tuo maximo et nobilissimo Regno retineri potest, libenter accepisse atque a tuis populis acceptari mandasse. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXIX. Maii M.D.XC. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXXVII.

Cancellarius regni nuntium apostolicum de spe pacis cum Turcis ineundae certiorem reddit, adiecta narratione de eorum et Moschorum in Poloniam molitionibus. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 287. et Vol. 7. fol. 191.

Illmo et Rmo in Christo Patri et Dño, Dño Annibali de Capua Archiepiscopo Neapolitano, Smi Dni Nostri Nuncio, Dño amico observandissimo.

Postquam Varsavia huc veni, omne fere id tempus, quod hic fui, valetudini curandae datum a me fuit. Interim de pace cum Turcis tractatur: verum quemadmodum non omnino nulla cum spe, ita neque plane certa. Mihi equidem cautior sententia placeret, quaeque plus securitatis habet, ut tanquam certo bellum habituri nos pararemus. Quoad enim nihil de pace certi constitutum fuerit, tam pacem quam bellum, atque utriusque occasiones et tempora in hostis potestate atque arbitrio futura video. Maxime vero, ne Tartari saltem expeditorum aliquot Turcarum manu adiuncta ad vastationes faciendas quamprimum incursionem in fines faciant, verendum intelligo. Eius rei causa mox post dies festos ad exercitum fortassis movendum mihi erit. Qua de re cum ad Regiam Maj. ac Senatores nunc referam, per eamdem occasionem ad Illmam etiam Dnem V. literas hasce, ex quibus, quo in statu res essent, cognosceret, dare volui. Illmaeque D. V. omnia fausta ac felicia a Deo Opt. Max. precor. Datum Zamoscii die 9. Iunii Anno Domini 1590.

Eiusdem Dom. Vrae

verus amicus et servitor

Ioannes Zamoiski Cancellarius et generalis Capitaneus mpp.

Turcarum Imperator lacessitus latrociniis Kosacorum Nizoviensium, qui proxima aestate aliquot naves Turcicas cum mercibus ad Tauricam Chersonesum diripuerunt, breve etiam post Kozlovum Civitatem Turcicam in ipsa Chersoneso expilarunt, accedente praeterea suspicione ex transactione cum domo Austriaca sumpta, quasi Sermus Rex Poloniae cum eadem domo Austriaca, reconciliatione facta, contra Turcarum Imperatorem societatem inirct atque bellum institueret: volens et Kosacorum iniurias ulcisci, et armis praevenire quam praeveniri, Principem Tartarorum cum omnibus Tartaris contra Regem Poloniae ire iussit, Turcarum quoque exercitum expedivit cum Beglerbego. Cum autem paulo ante Princeps Tartarorum corruptus muneribus Principis Moschorum, a quo in eam rem quinquaginta millia

aureorum Ungaricalium accepit, ut Regnum Poloniae bello infestaret, praedae avidus summa celeritate autumno praeterito in Podoliam irruptionem fecisset, quod vires suas cum Turcicis non coniunxisset, hoc facto consilium Turcicum turbavit; nam cum interim de occursu Cancellarii Regni Poloniae et exercituum generalis Ducis, qui summa celeritate aliquem militem Polonum sub absentiam Serñi Poloniae Regis, qui tum cum Serño Regem Sueciae Revaliae convenerat, collegisset, cum eoque Turcis obviam iret, Beglerbegus rescivisset, una cum exercitu Turcico in Valachia subsistere atque ad Danubium Silistriam versus regredi necesse habuit, ubi hactenus hybernavit. Inde identidem missis ad Cancellarium Regni suis internunciis sollicitavit missionem legati ad Portam Imperatoris, pollicens id quidquid esset ortum dissidii, ea legatione facile tolli et componi, pacem constitui et pristina pacta renovari ac confirmari posse. Factum itaque est, ut D. Uchanski legatus Constantinopolim mitteretur. Is Silistriae in itinere cum Beglerbego congreditur, ab eo primum durius excipitur, additis expostulationibus de Kosacorum iniuriis, praetendens per eos ex parte Polonorum pacta, quae Regno Poloniae cum Turcarum Imperatore hactenus intercesserant, esse violata; tum et minis de ulciscendis iis iniuriis bello, aut si pax restitui deberet, nonnisi gravioribus conditionibus restitueretur. Ad extremum tamen acceptis a legato muneribus, quae, ut darentur, ipse Beglerbegus per suos sollicitavit, humaniter illum a se Constantinopolim dimisit, et praefectum domus suae causa maioris securitatis legato ductorem viae addidit. Haec posteaquam ita acta essent, variis ex locis adfertur, Turcarum Imperatorem cum Persa fecisse pacem, Tartaros Nohaiscenses in campis et vastitatibus inter Tartariam et Poloniam agere, Principem Tartarorum Pericopiensium iterum incursionem in Regnum Poloniae parare, Tartaros item Bialogrodenses et Oczakovienses in armis esse. Recenter autem multis indiciis confirmatur, iam Principem Tartarorum cum exercitu numerosissimo ex Taurica Chersoneso sese in campos effudisse, cum Nohaiscensibus, Bialogrodensibus et Oczakoviensibus Tartaris exercitum coniungere. Constantinopoli autem a quodam inde redeunte, fidei indubiae viro, id pro certo affirmatur, die 15. mensis Ianuarii Ferat Bassam cum filio Regis Persarum Constantinopolim venisse, ubi solemnioribus laetitiae signis editis ob pacem cum Persa factam exceptos esse, passim quoque per civitates Turcicas laetari et triumphari. Legatum Serñi Regis Adrianopoli, quod tridui itinere Constantinopoli distat, detineri, ipsius legationis comites et familiares a suo domino diversa in loca deductos esse, atque ingentem exercitum Turcicum in Poloniam expediri. Verisimile autem est, prout id confirmatur a multis, quod Beglerbegus ad Danubium non procul a finibus Regni Poloniae cum Turcarum copiis hybernans, antequam maior Turcicus exercitus superveniat, notam timoris sui, quam praetcrito autumno contraxerat, abolere volens, cum Tartarorum exercitu sese coniunget fortunamque belli tentabit. Iis de rebus redditus certior Illustris Regni Cancellarius et exercituum generalis Dux Zamoscio, dispositis equis ad exercitum Regis Poloniae, qui ad confines Turcarum et Tartarorum versus est in excubiis, velocissime contendit, et de eo, quod imminct, periculo a Turcis et Tartaris significavit, cohortatusque est Regem Serñum, ut post paucos dies iam instantia Comitia ad tempus quam brevissimum saltem dierum aliquot contraheret, et vires, quibus hosti commode resisti possit, pararit, cum quibus ipse Rex Serñus contra tam infestissimum hostem sibi suisque non deesset. Cum autem Regnum Poloniae sit antemurale totius Christianitatis, ab iis Christiani nominis hostibus, quorum nunc res agatur, paries cum proximus iam ardeat, cuivis prudenti non est difficile coniicere.

CXXVIII.

Summarium orationis oratoris regis Poloniae exhibitum summo pontifici die VI. Iulii MDXC. ante diem consistorii publici. Reg. Brev. Tom. 29. fol. 486.

In primis Romanam et Catholicam Ecclesiam, et Sanctitatem Vestram supremum illius Pastorem et Caput a Deo constitutum, auctoritatemque Divinitus eidem tributam agnoscit, atque inter eos, qui oecumenicae eius potestati subsunt, nomen suum profitetur, tum Sanctitatem Vestram pie veneratur, et illius obedientiam more iustitutoque maiorum defert. Deinde ostendit, id eo magis per ipsum fieri debere, quod tumultus in eo Regno nuper exorti Sanctitatis Vestrae auctoritate et Sedis Apostolicae auxilio repressi sunt. Tum reddit causam, cur serius id fecit, quod scilicet obiecta initio Regni pericula eiusmodi fuerunt, quae ab omni aliarum rerum cogitatione ad solam suam Regnique salutem propugnandam, deinde municndam custodiendamque ipsum avocaverint, et quod oblatus ei cum parente suo Suetiae Rege congressus nonnihil, ut hoc differret, effecit, quod enim de huiusmodi rebus cum eo acturus esset, de quibus ad Sanctitatem Vestram referendum sibi statuerat, dum rediisset, legationem huiusmodi

distulit. Postea pictatem, prudentiam et religionem Regis collaudat. Praeterea Regni in Catholica Religione constantiam eam in illis partibus orthodoxae fidei murum appellando commendat. Ultimo Regem et Regnum eiusque Provincias Sanctitati Vestrae commendat, quod Sedes Apostolica in illis partibus a Regis pietate ciusque virtutibus magnum augmentum accipere potest, et quod ipse eiusque subditi omnia in Christi praesidio reponunt, et quicquid aguut, in Sedis Apostolicae dignitate facere solent, et omni tempore facturi sunt.

Die VI. Iulii MDXC. Sanctissimus Dominus Noster auditis iis, quae in praefata oratione continentur, mandavit mihi ore proprio, ut sequenti die in Consistorio publico responderem Oratori Regnis Poloniae iuxtam formam infrascriptae responsionis, et ita respondi.

M. VESTRIUS BARBIANUS.

Responsio Marcelli Vestrii Barbiani Secretarii Apostolici nomine Sñi D. N. Sixti div. provid. Papae V. reddita orationi, quam Illñus et Rñus D. Bernardus Episcopus Luceoriensis Serñi Sigismundi III. Poloniae Regis orator habuit, cum pro eodem Sigismundo Rege in Consistorio publico in Palatio Apostolico apud S. Ioannem in Laterano habitum eidem Sixto Pontifici Maximo obedientiam praestaret die VII. Iulii M.D.XC.

Orationi tuae, Venerabilis Episcope, nobilisque Orator, sicut iussus sum a Sño D. N. statim breviterque respondebo. Sanctitas Sua Legationem hanc Sigismundi III. Poloniae Regis iamdiu exoptatam libentius quidem suscepisset, si eiusdem Regis commodo citius advenisset. Cum tamen cunctationis et morae, quas nunc adduxisti, causas paterno benignoque consilio comprobaverit, debita haec et nunc etiam valde opportuna obedientiae, quae per te praestat, officia una cum his Venerabilibus Fratribus suis S. R. E. Cardinalibus libenti laetoque animo excipit. Contentiones de Regno hactenus exortas Sanctitatis Suae auctoritate repressas fuisse merito agnoscis. Fuit illud certe perexiguum quoddam immensi eius amoris et paternae charitatis in Regnum pignus ac monumentum. Nihil vero posthac in deliberando tam arduum, nihil in exequendo tam difficile aut molestum unquam erit, quod pro illius salute summae eius pictati, Pontificiaeque animi Celsitudini leve, omninoque iucundum non videatur. Quae de praeclaro Regis ingenio in isto iuventutis flore aetatem superante, deque constanti religionis Catholicae studio, et singulari in Sanctitatem Suam et Sedem Apostolicam observantia spondes, et quae de assidua contra barbaras Gentes summis cum laboribus ac periculis suscepta propugnatione praedicas, ea Sanctitas Sua multorum antea sermonibus summa cum animi iucunditate acceperat, sed nunc ex te etiam, cui multum tribuit, coram audivisse summopere laetatur. Pergat nunc ille, ut caepit, et quam veram ingressus est de fide Catholica benemereudi viam, eam constanter teneat. Ita Sanctitatis Suae et huius Amplissimi Senatus ope adiutus aditum popularibus dissidiis obstruet: ita zizaniis, quae, ut inquis, ab inimicio homine superseminata fuerunt, a tritico Divino auxilio segregatis, contra haereticorum conatus desideratum bonorum operum fructum metet: ita denique Septentrionis, quem memorasti, murum ac parietatem adversus Tartarorum et Turcarum incursus non lapideum, aut marmoreum humano opere fabrefactum, sed ferreum et aeneum coelesti virtute constitutum summa sua cum laude, totiusque Christianae Reipublicae utilitate experietur. Dixi.

M. VESTRIUS BARBIANUS.

CXXIX.

Regi Poloniae pontifex episcopum Luceoriensem oratorem suum benigne a se susceptum fuisse, rebusque ab ipso explicatis praesto fore significat. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 384.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Regi Poloniae Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Venerabilem fratrem Bernardum Maczeiowschium Episcopum Luceoriensem oratorem tuum magna prudentia, pietate, modestia debitam nobis obedientiam tuo tuique Regni nomine deferentem, tuaque mandata publice exponentem in Palatio Apostolico apud S. Ioannem in Laterano, nuper a Nobis extructo, una cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus magna laetitia et voluptate excepimus. Excusationem etiam tuam, quod hoc ipsum officii genus iamdiu desideratum serius praestare visus fueris, publice privatimque afferentem, et quae illa praeterea scripto mandata commisisti, ac Turcarum Tartarorumque pericula, in quibus versaris, resque pro fide Catholica Regnique tui defensione a te gestas fideliter enarrantem paterna nostra benevolentia, qua te complecti et tueri coepimus, quaque tuas ditiones non modo conservari, sed etiam augeri vehementer optamus, admisimus et benigne audivimus. Quotiescumque

autem ipse voluerit, faciles aditus ad Nos habebit, ac ipsum eadem paterni amoris nostri significatione tua causa amplectemur, qua te tuumque Regnum in fidem nostram recepimus, et quaecumque ad tuam tuarumque ditionum incolumitatem et amplitudinem, ut te sperare iutelligimus, pertinebunt, omnino praestabimus, tuque re ipsa id suo tempore cognosces. Reliquum est, ut Catholicam Religionem, qua sola Reges posteris suis perpetua Regna divino beneficio relinquunt, altis radicibus animo tuo impressam constanter colas, et a Christo Dño nostro Regnorum datore et conservatore vera in periculis subsidia instanter petas, Nosque evaugelicis verbis et auctoritate a Deo Nobis attributa freti, Maiestati Tuae promittimus auxilia tibi non defutura, si illa a Deo fideliter, pie ac perseveranter petieritis. Interea Maiestati Tuae benedicimus, beneque in Domino precamur. Datum Romae in Monte Quirinali etc. die xx. Iulii MDXC. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXXX.

Eidem Sigismundo regi pontifex mittit pileum et ensem benedictum. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 385.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Regi Poloniae Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Tanta Maiestatem Tuam Regnumque tuum benevolentia prosequimur, tantique facimus subditos tuos, qui in tuis ditionibus adversus infidelium et barbarorum gentium incursus se quasi murum firmissimum opponunt, ut nunquam cessemus hiis de rebus cogitare, quae et Maiestatem Tuam incolumem, Regnumque tutum salvumque reddere possint. Cum igitur Nos ensem et pileum nocte anniversaria sanctissimae Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi more consueto benedixerimus, ea muneris loco Maiestati Tuae transmittenda esse censuimus. Quo in munere Maiestas Tua non solum nostram erga se benevolentiam considerare debet, sed etiam longe altius ad ipsius muneris significationem penetrare; qua in ense designatur Ecclesiae Catholicae Romanae utrunque gladium habentis a Christo suo in terris Vicario data potestas, bonorumque defensio ab eodem Christo eiusque Vicario suscepta adversus eos, in quos Dei iustitia et iudicium paratur. Infinitam enim potentiam in Christo Deo vero, Patri aequali, et vero homine residentem ensis iste significat: et sicut Christus salvator noster Ecclesiae suae adversarios, haereticos videlicet et Tyrannos divinitatis suae virtute profligavit, ita Maiestas Tua eiusdem Romanae Ecclesiae hostes et suos huius sacri ensis auxilio delendos esse existimare debet. Pileum vero signum muniminis et defensionis ab eisdem Romanis Pontificibus adversus fidei et Sanctae Romanae Ecclesiae inimicos susceptae, ut non solum tuam Regiam manum contra huius Sedis Apostolicae et Christi nominis hostes firmatam, sed etiam caput Spiritus Sancti virtute armatum habeas. Itaque istum ensem in Christifidelium et huius Sanctae Sedis defensionem dedicatum, ad vindictam malorum et bonorum conservationem nostrae benedictionis officio munitum ac tibi destinatum, ea fide ac pietate suscipias, qua Christi Domini nostri causam semper tuendam, eiusque fideles ab omni hostium impetu defendendos et protegendos esse censes. Utrumque vero munus dilecto filio Rescio, nostro et Sedis Apostolicae Notario, et utriusque signaturae Referendario Prelatoque nostro domestico, et Abbati Andreiovicnsi, qui tui apud Nos Internuntii officio magna fide et prudentia functus est, ad Maiestatem Tuam redeunti perferendum tradidimus, quem multis nominibus tua gratia dignum honorifice ac liberaliter a Maiestate Tua exceptum iri existimamus. Datum Romae iu Monte Quiriuali sub annulo Piscatoris die xx. Iuli MDLXXXX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXXXI.

Pontifex eidem regi Stanislaum Rescium eius in Romana curia internuntium in Poloniam redeuntem commendat. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 383.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

SIXTUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum dilectus filius Stanislaus Rescius, qui pro Maiestate Tua Internuntii munere apud Nos laudabiliter functus est, iam ad te reditum paret, licet eum hic apud Nos esse, si Maiestas Tua ita statuisset, optavissemus: Viro magna pietate et integritate ornato ad te redeunti non modo nostrae et Apostolicae benedictionis munus impertire, sed literas etiam paternae nostrae in eum propensionis testes ei ad te dare voluimus. Tanta enim fide ac diligentia ab eo tempore, quo in laudatissimi bouae memoriae Cardinalis Hosii familia fuit, tum in iis, quae deinceps Regum suorum nomine sustinuit muneribus, ac demum in tuis negotiis in Urbe usus

est, et eius fidem ac industriam non possimus non maxime commendare. Quare cum eum eximia morum probitate, atque summa erga te tuaque negotia fide et sedulitate praeditum esse cognoverimus, tuisque propterea beneficiis dignum esse arbitremur, si quod in eum officii nostra causa contuleris, non solum homini benemerito beneficium praestiteris, sed Nobis etiam gratissimum feceris: hominem enim tibi fidelem, prudentem ac industrium beneficiis devincies, qui magno tibi honori et ornamento nostra cum voluptate sit futurus. Nonnulla ille Maiestati Tuae de eximia nostra in te, ac in Regnum tuum voluntate coram exponet, quae a Nobis tibi dicta esse censeri cupimus. Interea Deus Regiam Maiestatem Tuam tuasque omnes ditiones coelestis gratiae suae favore protegat ac defendat. Dat. Romae in Monte Quirinali etc. die XXI. Iulii MDLXXXX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXXXII.

Reginae viduae Poloniae pontifex grates reddit de amantissimis litteris sibi missis, eamque hortatur, ut regem ad matrimonium cum muliere catholica contrahendum inducat. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 391.

Charissimae in Christo filiae nostrae Annae Poloniae Reginae Illustri Viduae.

SIXTUS PP. V. Charissima in Christo filia nostra, salutem etc. Quociescumque Maiestatis Tuae literas legimus, ea causa laetamur, quod de nobilissimi Regni Poloniae nobilitate et incolumitate eo de tuis tuorumque commodis tocies colloqui re ipsa videmus. Ex tuis itaque, quas nuper ad Nos dedisti, literis in primis Nobis iucundum fuit, audivisse Maiestatem Tuam bene valere, divinaeque bonitati, quae te salvam et incolumem servat, gratias egimus. Quod praeterea Nobis tua Neapolitana negotia commendans, magnam nobis gratiam habere ostendis, et si ad amorem erga te nostrum nihil addi posse Nobis videbatur, tamen cum te nostri amantissimam et simul observantissimam experiamur, maximum propterea erga te benivolentiae cumulum accedere sentimus. Itaque tuas Neapolitanas res eo Nobis maiori curae in dies fore existimare poteris, quo maiorem fidem Nobis in dies tribuere, et pro quo magis in nostra auctoritate omnia reponere videris: eaque de causa, ut ad id, quod iam statutum est, res perducatur, diligenter studioseque procurare non desistemus, nullamque tui iuvandi tempus aut occasionem praetermittemus. Quae vero maxima Poloniae Regno pericula imminere literis tuis significas, et orator Regis coram explicuit, ea maximum Nobis dolorem attulerunt: sed cum ex tuis rebus hactenus praeclare gestis intelligamus, idem Regnum Poloniae singulari et expresso quodam coclestis gratiae beneficio et hoc tempore superstitem intueri confidimus, Maiestatem Tuam non modo imminentia pericula depulsurum, sed res Regni nutantes in summo foelicique otio constituturam. Speramusque adeo tuo in primis consilio Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Regem, nepotem tuum, quod boni omnes optant, matrimonium cum insigni aliqua muliere catholica contracturum, idque Maiestatem Tuam omnibus studiis effecturam et curaturam esse: ideo pro comperto habeamus, quod illustribus veteris et novi testamenti exemplis edocta praeclare intelligis, Regna Catholica praecipue religione fulta in statu suo conservata fuisse, et eo tempore, quo pericula subire maxima et interitum minari aliquando visa sunt, praeter hominum opinionem divino beneficio, bonorum praecibus, et paucorum virtute meliorem statum, depulsis superatisque periculis, recepisse. Haec quae aperte et paterne scripsimus, rationibus confirmamus, teque, ut id quam diligentissime faceres studiosissimeque procurares, moneremus et hortaremur, nisi Nobis esset perspectum Tuae Maiestatis monita et consilia haec ipsa demum esse, quae Nos auctoritate Apostolica paternaque dilectione nunc tibi significanda duximus: et nisi te tum naturae bonitate, tum studio et rerum usu semper tuis praestantibus actionibus piisque consiliis ostendisse certo sciremus, omnia maximeque Regna a Dei manu derivata summa eius providentia tamdiu conservari, quamdiu Reges per Deum et in Deo regnare divinae eius bonitati visi sunt, et quamdiu etiam Catholicam fidem tueri laudata ab omnibus administratione et caeteris, quos in potestate habuerunt, catholice eos regendo, et ut cuncta familia omnesque subditi pie viverent, procurando, existimati fuerunt. Tuam igitur et ipsius Regis et Regni salutem in constanti fidei Catholicae cultu contineri, et in uxore, quae orthodoxis moribus pariter instructa sit, a Rege ducenda maxime consistere, sicut tu pro tua singulari sapientia optime intelligis, Nos his literis significare tibi voluimus. Atque his sane studiis barbararum gentium inrcursus, atque haereticorum conatus in primis reprimentur, et Deus Regnorum dator et conservator omnes res Regni, Regemque ipsum et eius subditos coelesti gratia protegct, et ab hostibus ingruentibus perpetuo salvos incolumesque reddet. Datum Romae in Monte Quirinali sub aunulo Piscatoris die prima Augusti MDLXXXX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXXXIII.

Regi Poloniae pontifex insinuat, ut cardinalem Radivilium Romam redire quamprimum velit. Reg. Brev. Tom. 31. fol. 398.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

Sixtus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum ad Nos ex certo hominum sermone summa cum animi nostri voluptate pluries iam perlatum sit, dilectum filium nostrum Georgium Cardinalem Radivilium singulari prudentia, qua praesentes casus illico moderatur et futuros longe celeriterque praevidet, admirabili integritate, qua et constanter agit, et omnia communi et non sua utilitate metitur, summa pietate, gravitate, clementia animique magnitudine virtutibusque summo Cardinale dignis, quibus pro bonorum utilitate tranquillitateque labores tollerare, pericula subire et humana contemnere paratus est, praestantem a bonis omnibus commendatum, Maiestatique Tuae comprobatum, maxima auctoritate et fide apud omnes, Tuamque praesertim Maiestatem praecellere, et propterea ab eadem valde diligi et observari non tam tua, quam nostra et Apostolicae Sedis causa in Dño valde gavisi et summa laetitia perfusi sumus. Cumque ab hac re et a tuis praestantibus actionibus gravissimorum virorum consilio, fidelitate et benevolentia fultis liceat aequo iudicio magnum aliquid augurari, libet etiam quod auguramus libere profiteri, Maiestatique Tuae significare Nos in eam spem certam venisse te talium sapientum auctoritate exemplisque imbutum, praeclarisque actionibus instructum posthac Regnum istud non modo summa cum laude et populorum concordia bene administraturum, sed ab imminentium periculorum vi et barbarorum gentium impetu, a quibus misere conflictari videtur, ad optatam tranquillitatem et securitatem facile traducturum. Verum cum eundem Georgium Cardinalem hoc tempore esse non tam Sedis Apostolicae, cui ille plurimum debet, et quae ab eodem multa et quidem magna expectat, quam tua Regnique tui valde interesse existimemus, has ad te literas tuae primum, deinde etiam publicae totius Regni utilitatis causa dandas duximus. Communia enim Christianae Reipublicae negotia ad Nos confluentia, quae in Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium sententia a Nobis definienda sunt, in tui quoque Regni subditorumque tuorum commoditatem, cum res feret, redundatura, omnium, quorum interest, vel praesenti eorum consilio, vel diligentis fidelisque hominis, qui eiusdem agentis rebus absentis nomine intersit, praesenti cura et opera expedienda esse duximus. Itaque cum hoc tempore ex insignibus viris, qui maiori auctoritate, sapientia et fide tuas et istius Regni res pertractare et ad exitum perducere possit, quique tui amantior et communis pacis studiosior in isto Regno existat, quod sciamus, hoc tempore neminem habeas, eiusque virtutem iam omnibus exploratam Regno non modo adiumento, sed ornamento futuram esse pro comperto habemus, a te, qui futuros casus prospicere et Regni securitatem ex nostra et Apostolicae Sedis auctoritate, et ex iis, quae tuo nomine apud Nos assidue tractantur, negotiis pendere intelligis, ut in eam sententiam venias, a tua in Regnum voluntate non requirendum, sed ultro expectandum duximus. Quicquid igitur Maiestas Tua studii et officii in Georgium Cardinalem contulerit, ut tua in primis auctoritate adductus ad Nos quamprimum reverti possit, id in te ipsum ac Regnum tuum, ac in eos, qui te tuaque tueri maxime cupimus, collatum fuisse ab iis, quae nunc ad te scribimus expectare, et a secundo rerum, quas ipse tractabit, eventu scire poteris. Interea quae ad eiusdem Maiestatis Tuae ipsiusque Georgii Cardinalis commoditatem augendam, et dignitatem tuendam pertinere aliquo pacto sentiemus, ea libenti promptoque animo omni tempore praestare curabimus: sed cum idem Georgius Cardinalis advenerit, facilius et libentius re ipsa praestare aggrediemur. Datum Romae in Monte Quirinali etc. die iv. Augusti mdxc. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CXXXIV.

Magnus Moldaviae camerarius pontificem per cardinalem Montaltum et nuntium apostolicum de pace a se inter regem Poloniae et Turcarum imperatorem nuper inita certiorem reddit, eique de favoribus in suum filium collatis grates reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 607.

All' Illmo et Rmo Monsig. et Sig. Cardinal Montalto etc.

Illmo et Rmo Monsig. mio ossmo. Il non haver tanto tempo scritto à V. S. Illma et Rma ad altro non dia la causa, se non alli disturbi continui et alli longhi viaggi causati da diversi disturbatori, gli qualli con l'aiuto di Dio con noi insieme stano in pace. Et quando credevo metermi in camino per venir à Roma, à basiar li santissimi piedi di N. S. per nome dell' Illmo Principe di Moldavia mio Signore, gli rumori fra il Turco et il Sermo Re di Polonia n'hanno suspesso, et stavamo aspetando quello ci mostrarebbe il tempo. Alla fine piaque al Signor Iddio ch'io dovessi far un viagio novo fino à Con-

stantinopoli con un secrettario di Sua Maestà Regia, il qual veniva mandato per iscusare Sua Maestà Regia delle calumnie fattelli; dove io volentieri presi queste nove fatiche per poter servire prima al Signor Iddio et poi à questo Serñno Re. Et gionti à Constantinopoli doppo molti giorni con gran travagli et fatiche habbiamo escusato il Serñno Re di Polonia, et insieme conclusa la pace et suspese l'arme de l'una et l'altra partc, qual erano in campagna, et con le lettere del Imperator di Turchi et del Bassa grande et del Belerbei della Grecia fui mandatto à questo Serñno Re, dove l'Illñno et Rñno Archiepiscopo di Napoli nuncio residente in questa Corte per darmi animo, ch'io continuase nel santo servicio della Santa Chiesa Romana, m'ha mostrato molte lcttere di V. S. Illña et Rña, nelle qualli ho visto la viva memoria che tiene Sua Beatitudine della persona mia et di mio fiollo, tutto cognosco della gratia et favore di V. S. Illña et Rña, et da me Sua Beatitudine si puo promettere et V. S. Illña insieme, ch'io non perdcro mai occasione di servir la Santa Chiesa et V. S. Illña et Rña in ogni occasione, si ben perdese la vita. Le gratie che Nostro Signore ha determinate far nella persona mia et di mio fiollo, si puo sigurar Nostro Signore, che non sarano mal impiegate. Mentre ch' io staro in questa Corte V. S. Illña et Rña mi puo comandare, et alla gratia di V. S. mi raccomando basiandoli l' Illñe et Rñe mani. Da Varsovia à di 24 Agosto 1590.

Di V. S. Illña et Rña

Servitor obligatño et affettño
Bartolomeo Bruti.

All' Illño et Rño Monsig. et Patron mio osscrvandissimo, il Sig. Hannibal de Capua Arcivescovo di Napoli digño et Nuntio Apostolico nel Regno di Polonia.

Illño et Rño Monsig. et Sig. mio osservandissimo. Vedo la memoria viva, che tiene Sua Beatitudine della mia persona et del mio fiollo, poiche in tutte le lettere dell' Illño Cardinale Montalto à V. S. Illña et Rña vien scritto; certo le gracie che Sua Beatitudine impiegara, non sarano mal impiete; ma sigurasi Sua Beatitudine ct l'Illño Cardinale Montalto et V. S. Illña et Rña, con la vita reserviro la Santa Chiesa in ogni logo, dove mi sara commandato, contra gli infideli, et particularmente contra gli Eretici Transilvani, quali doppo haver caciati gli Padri Jesuiti di Transilvania et da me accettati, di vergona con lettere del Principe hanno ricercato da me con preghiere il Padre Valentino et fra Francesco ambi Ungari. Questo dico à V. S. Illña et Rña, accio Sua Beatitudine sappia, che la nova vigna di Moldavia fà frutti in servitio della Santa Sede Apostolica, et gli Padri quelli al presente sono, non sono ociosi. Sua Beatitudine vol saper l'età et il nomc di mio fiolo, et dove si trova. Illño Signor, il nome, Antonio Stanislao, nato legitimo et naturale, battizato dal Vescovo di Cameniza, di anni 12 incirca, è sotto la diocese del Vescovo di Capo d'Istria, ha di breve preso li primi ordini. Quanto poi Nostro Signor vol sapper in qual logo mi tornaria commoda la gracia, à me non sta elleggere, ma pregar che sia in qualsivoglia logo in Ittalia, et quantoprima. A V. S. Illña et Rña rendo gracie infinite della sua continua humanita, prcgandola tencr vivi gli miei servicii à Sua Beatitudine et all'Illño Cardinale Montalto, et à V. S. Illña ct Rña basio le mani. Da casa in Varssovia alli VI. di Settembre 1590.

Di V. S. Illña et Rña

Servitor affettño
Bartolomeo Bruti mpp.

CXXXV.

Excerpta ex litteris archiepiscopi Neapolitani nuntii apostolici de rebus Poloniae. Nuntiat. Polon. Vol. 25. fol. 469 et seqq.

All'Illño ct Rño Signor, Patron mio colño, il Sig. Cardinale Montalto etc.

Varsavia, 4 Febraro 1590.

Il Signor Ucanschi, che va Ambasciatore di questo Re al Turco, scrive ultimamente con lettere delli 12 di Decembre da Silistria 3 giornate di là dal Danubio, di essersi ivi aboccato con quel Beglierbech del Turco, (che venne i mesi adictro con l'essercito alli confini di questo regno) invitato da lui et ricevuto honoratamente, ma che mostrando gran risentimento che li Polacchi havessero più volte rotta la pace col suo Signore, et particolarmente l'anno passato quando gli Cosacchi fecero gran danno nel paese del Turco, diceva che si volevano essi Polacchi renovar la pace, era necessario obligarsi à pagar qualchc tributo ordinario. Al che havea risposto csso Ambasciatore, che il regno di Polonia non havca mai pagato tributo, et quando il Turco volesse pretender questo dovea risolvcrsi di

sparger molto sangue de' suoi, et che in tal proposito l'uno et l'altro haveano fatto molte minaccie. Pure alla fine mostrando di restar quieto il Begliebech havea mandato all'Ambasciatore Polacco un suo huomo principale, chiedendo se il suo Re li mandava qualche presente, al che havea fatto rispondere l'Ucanschi, che il suo Re non mandava presenti agli nemici, et che per inimico riputava esso Biglierbech, essendo venuto con l'essercito alli confini per turbare il suo regno: et quello havea replicato, se esso Ambasciatore, almeno in suo nome proprio, havrebbe fatto qualche dono à Beglierbech, et lui havea risposto, che se benc si trovava sprovisto, che non havea pensato d'incontrarsi con esso, pure essendo stato ricevuto da lui amorevolmente li havrebbe usata cortesia, et gli havea mandati alcuni uccli et cani da caccia, et 3 mazzi di zibellini molto belli, et che già si era partito seguitando il suo viaggio, nel quale esso Beglierbech le havea dati alcuni Turchi di auttorità, che l'accompagnassero insino à Constantinopoli. A questi Signori Polacchi dà molto sospetto che il Beglierbech si trattenga tuttavia in quelle parti vicine; et da queste nuove domande di tributo argomentano che habbia poca inclinationc alla pace; ma dopo l'arrivo dell'Ambasciatore in Constantinopoli aspettano chiarezza del tutto. Qui hora non corre cosa di nuovo, et già s'incominciaranno in questi primi giorni di Febraro li conventi particolari.

Varsavia, 18 Febraro 1590.

Delli negocii principali che si trattavano in questi Comitii generali del Regno, et di quanto era successo ne ho dato particolar ragguaglio al Sacro Collegio nella Sede vacante. Hora havendo intesa la degna elettione della Santità Vostra al Sommo Pontificato, con altre mie me ne sono rallegrato con humilissima riverenza, conoscendo che la benignità del Signor Dio ha voluto consolarci di cosi ottimo Pastore nelle necessità che corrono della Republica Christiana, et con questa vengo humilissimamente à dar conto alla S. V. di tutto quello che è seguito poi, aspettando ordine à chi debba dar conto per l'avenire delle cose concernenti à questa Nuntiatura. Del Ruch che procuravano molti Nuntii terrestri

per opporre alla persona del Serñio Re et di Monsignor Arcivescovo di Gnesna, che havessero havute prattiche secrete con li Serñi Principi d'Austria, come ne diedi ragguaglio al Sacro Collegio con le mie delli 16 del presente, non hanno potuto quelli ottenerlo in modo alcuno, che gli altri Nuntii, che se gli sono opposti, sono stati più in numero et di maggior auttorità, et perciò non se ne tratta più altrimente. De le parole che seguirono in Senato fra il Serñio Re et il Signor Cancelliere, Sua Maestà se ne dolse poi gravemente con tutti i Senatori, commettendogli che essi dovessero consultare quanto dovesse farsi sopra ciò per la dignità Regia. Per questa causa hanno fatto Senato secreto tre giorni, nè Sua Maestà ha voluto intervenirci, nè vi è stato il Sig. Cancelliere, che fra tanto si è trattenuto in casa. Li Senatori dopo varii discorsi hanno concluso finalmente, che il Sig. Cancelliere debba con humile sommissione cercar perdono al Re in Senato; et che Sua Maestà voglia all'hora condonargli benignamente tutto quello in che havesse peccato. Et havendo riferito questo al Serñio Re Sua Maestà ha preso tempo à deliberare, volendo tenere alquanto sospeso il Sig. Cancelliere; ma si crede che poi restarà contento, ch'il Sig. Cancelliere in Senato faccia questo atto di debita sommissione. L'officio di Vicecancelliere si crede che in ogni modo l'habbia havere il Sig. Referendario spirituale del Regno, che è promosso da quasi tutti li Sigg. Vescovi, et Sua Maestà vi mostra molta inclinatione havendolo per suo confidente, et essendo persona idonea et di valore. Il Sig. Cancelliere ne havrà poca satisfattione, poiche il Sig. Referendario non ha havuto mai dipendenza da lui. Il Serñio Re mostra inclinatione al matrimonio con una delle figliuole del Serñio Arciduca Carlo di gloriosa memoria; ma il Sig. Cancelliere et il Castellano di Podlachia con alcune altre persone procurono di disturbarlo. Ma di questo particolare doveranno i Senatori et i Nuntii terrestri farne istanza à Sua Maestà. Et intanto io procuro con ogni diligenza possibile, che 'l Serñio Re voglia effettuare questo matrimonio, che cosi n'hebbe ordine da Sisto V. et da Urbano VII. santa memoria.

CXXXIX.

Archiepiscopus Gnesnensis pontifici de eius evectione in divi Petri cathedram gratulatur. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 287.

Sñio Dño Nostro, Dño Gregorio XIV. S. Rom. et Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo, Domino Clementissimo.

Sñe et Bñe Pater, Dñe Dñe Clemcntñe. Communem laetitiae fructum, quo Christiani omnes ex delato Sanct. V. summi sacerdotii honore gaudent, attulit etiam nobis hic dies, qui a Christi Iesu natali anno principium dedit. Quare in sacro templo presente religiosissimo Rege nostro, pieutissima Regina, Regnique amplissimo Senatu et ordinibus, ac externorum Principum Oratoribus solemni ceremonia de tanto beneficio Deo immortali gratias egimus, precatique sumus, ut ineuntem hunc annum ac alios quam plurimos Sanctitas V. bene prospereque exigat, et summum in terris sacerdotium cum Dei gloriae incremento, sua scmpiterna laude et Orbis Christiani salute felicissime gerat. Longius quidem hoc, quam sperabamus, morte duorum Pontificum interregnum haud mediocrem nobis metum iniecerat gravioris in orbe Christiano tempestatis, quam hucusque grassetur: sed humilium preces exaudivit Dominus pro infinita misericordia sua, talemque nobis dedit Pontificem, qualem et nos semper optabamus, et haec ipsa Reipublicae Christiauae tempora postulabant. Eum enim te iam pridem, Sñe Pontifex, et Episcopum et Cardinalem audiveramus, qui maximis virtutibus atque in primis religione, doctrina, prudentia, rerum usu, fide, iustitia pastoraliquc vigilantia veteres illos Sños Pontifices exprimeres. Hinc te meritorum iustissimus aestimator Deus, quem ante in paucis bonum fidelemque sibi servum probaverat, constituit super universam familiam suam, ut non Urbis unius, sed Orbis universi Maximus sis Pontifex et pastor. Unde ad te praeter certam inter beatos sempiternae retributionis expectationem non nisi labor, cura et sollicitudo longe gravissima, ad omnes vero, qui Christianae Reipublicae optime cupiant, ea spes pervenit, fore, ut sedatis istis divina tua sapientia procellis, res Christiana in diebus tuis iustitia abundantiaque pacis recreetur. Nos quidem certe cum hac spe omnium de tuo Pontificatu communi, tum propria etiam causa nostra laetamur, quod Sanctitatem V. cognovissemus, iam pridem fuisse in patriam nostram humaniter benigneque effusam. Deum igitur precamur, ut hanc optimam Sanct. V. mentem et voluntatem diuturnam uobis csse velit. Regis sane nostri iuvenis dotibus divinis cumulate instructi pietas, religio et perpetuum in S. V. et Sanctam Sedem Apostolicam studium et obsequium tam ipsi Regi, quam omnibus cius imperii Provinciis id confido, a Sanct. V. promcrebitur. Ego autem in munere meo Primitiali praetermittam nihil pro virili mea, quod quidem ad Iesu Christi gloriam pro-

movendam et amplificandam, quod ad S. V. et Sanctae Sedis Apostolicae amplitudinem et maiestatem tuendam pertinere existimabo: Deumque precabor cum universo Clero provinciae meae pro diuturna incolumitate S. Vestrae. De rebus inclyti Regni huius Comitiisque nostris scriberem Sanct. Vestrae, nisi scirem exactissime, id praestitisse Illm̃um dn̄um Archiepiscopum Neapolitanum, virum prudentia, fide et integritate spectatissimum, optimeque de Ecclesia Dei cum alibi tum apud nos meritum. Quare humillimas orationes meas et perpetuum obsequendi studium defero ad beatos pedes Sanctitatis Vestrae. Datum Varsaviae v. Ianuarii 1591.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus Sacellanus
Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis Legatus natus,
Regni Poloniae Primas ac primus Princeps manu sua.

CXL.

Rex Poloniae pontifici preces de confirmandis episcopis Plocensi et Premisliensi iterat. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 101.

Sm̃o ac Bm̃o in Christo Patri et Dn̄o, Dn̄o Gregorio div. provid. Papae XIIII. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pont. Max., Dn̄o clemcntissimo.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater Dn̄e, Dn̄e Clementissime. Post oscula pedum beatorum Regnique mei et dominiorum meorum diligentem commcndationem. Quod a divis Decessoribus meis quasi perpetuo quodam usu ac certo iudicio receptum fuit, ut quorum virtus eximia ac pietas in Episcopali functione obeunda enituisset, eos ab inferioribus et tenuioribus in hoc Regno Episcopatibus ad ampliores et gradu altiores pro iure suo Regio proveherent, idem ego cum exemplo maiorum meorum, tum iisdem causis adductus in Reverendis in Christo patribus Alberto Baranowski Regni huius Procancellario, et Laurentio Goslicki Episcopo Chelmensi faciendum putavi. Illum nimirum a Praemisliensi ad Plocensem Ecclesiam, ut Sanctitas Vestra auctoritate Apostolica transferat, iam ante a S. V. petii, hunc vicissim in Praemisliensem Episcopatum illi, quantum [id] quidem id ad me pertinet, a me succcssorem designatum, ut Sanctitas Vestra confirmct, factumque meum comprobet, maiorem in modum a S. V. peto. Pro certo autem habeat talem hunc csse virum, quales eos, qui Ecclesiis Christi praesunt hac iniquitate temporum esse oporteat, vitae nimirum morumque integritate singulari, doctrina ac rerum usu magno, prudentiaque praeclara in religione ac dignitate Ecclesiae Catholicae et Sedis Apostolicae tuenda, summa constantia probataque animi magnitudine. Quod quidem ille cum re assidue probet, ego pluribus verbis S. V. confirmare supervacaneum puto. Illud vero non minori studio peto, ut Abbatiae ad Claram Tumbam possessionem (quam quidem benignitate sanctae memoriae Sanctitatis Vestrae Decessorum Gregorii XIII. et Sixti V. obtinendi, quoad vivet, facultatem habct) liberam cum hoc Episcopatu Praemisliensi illi esse patiatur. Neque vero aut is ille cst, ut id cupiditatc auctioris fortunae a S. V. contendat, aut ego idcirco idem a S. V. peto, sed quia huius Praemisliensis uti reliquorum in Russia Episcopatuum ea est ratio, ut ct a reditibus sint imparatiores, et repentina saepe numero hostium barbarorum incursione omnes annui fructus tollantur, et iidem etiam perpetuis quodammodo militum, quos istic assidue pro excubiis et praesidio illius provinciae barbaris expositae haberi nccesse est, iniuriis magnopere diminuantur. Addo et illud Praemisliense a Chelmensi Episcopatu, quem hactenus cum eadem Abbatia obtinuit, taxatione proventuum parum distare. Abbatia quoque Serm̃i Archiducis Maximiliani praesentia, in ea enim belli sedem posuerat, vehementer est attrita, ac plane devastata, in eiusque reparationem idem ipse, quem Sanctitati V. commendo, sumptus maximos fecit, et debita contraxit, necdum tamen eam ad pristinum statum reducere potuit. Quoniam autem Episcopum in hoc meo Regno iis facultatibus instructum esse oportet, quibus et dignitatem suam sustinere et Senatoriam functionem recte obire, et contra potentes haercticos, quibus communi ista omnium prope regnorum calamitate hoc etiam abundat, rem Ecclesiasticam tucri possit, et aequissimum ac ipsis Ecclesiasticis rationibus accommodatissimum censeo, eius rei a S. V. rationem haberi, et plane mihi persuadeo, utrique huic petitioni meae Sanctitatem V. locum clementer esse daturam. Quod quidem omnibus obsequentissimi filii officiis demereri curabo. Sanctitatis autem V. clementiae me regnumque et ditiones meas etiam atque etiam commendo. Datum Varsoviac die decima mensis Ianuarii Anno Domini mdxci.

Eiusdem S(anctitatis) Vr̄ae

obsequentissimus filius
Sigismundus Rex Poloniae.

CXLI.

Cardinalis Radivilius et archiepiscopus Gnesnensis pontifici supplicant, ut episcopum designatum Chelmensem etc. confirmare velit. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 161.

Sño Dño nostro, Dño Gregorio divina provid. Papae XIIII. Dño Clementño.

Beatissime Pater, Dñe Dñe clementñe. Post oscula pedum beatorum. Ad Episcopatum Chelmensem designato Rño D. Stanislao Gomolinski, nunc Episcopo Camenecensi, fratre et collega nostro, homine pietatis innocentiaeque exemplis in hoc pastorali munere conspicuo, deque ecclesia ac Republica nostra benemerito, charitatis mutuae officium esse duximus, ipsum S. V. ea qua debemus humilitate commendare, pro quo ipso demisse supplicare, ut S. V. clementissime habita tenuium huius Episcopatus fructuum ratione, ita ipsum in Chelmensem Episcopatum instituere dignetur, ut retentorum hactenus cum antegesto Episcopatu ex dispensatione fel. record. Sanctitatis V. praedecessoris ecclesiasticorum beneficiorum conservationem, penes istum etiam Episcopatum, aeque ac ille alius reddituum angustia laborantem pro suo paterno affectu benignissime conferre non abnuat. Aliter enim ob Senatorium onus in hoc Regno Episcopis impositum, cuius ratione crebris Reipublicae negotiis magno comitatu expensisque interesse subinde cogimur, Episcopale munus pro dignitate obire ipse non posset. Qua causa adducti S. V. praedecessores penes eum ipsum Episcopatum reliquorum beneficiorum retentionem aliis ipsius antecessoribus hucusque largiri dignitati sunt. Porro quia recens Scytharum vicinorum horrenda incursione, militeque Turcicis terroribus illac obviam eunte, Episcopatus huius bona ita attenuata sunt, ut per longum tempus parvos admodnm proventus ex ipsis percipi posse arbitremur, nec mediocribus interim ad sui reparationem impensis egere videantur: Sanctitati V. humillime supplicamus, ut praestitam eidem antea a S. V. praedecessore in conferenda gratuito literarum Apostolicarum expeditione gratiam largiri nunc etiam S. V. ex clementissima benignitate sua dignetur. Eam autem profectam in ipsum Sanctitatis V. beneficentiam, et coelitus Sanctitati V. retributum iri confidimus, ut pro diuturno foelicissimoque S. V. regimine una cum ipso, de quo agimus, Chelmensi nominato ad Deum omnipotentem assiduas, ut facimus, orationes fundemus. Datae Varsaviae in Comitiis generalibus Regni xv. Ianuarii Anni Domini MDLXXXIX.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus et obedientissimus servus
GEORGIUS CARD. RADZIVIL mpp.

Humillimus sacellanus
STANISLAUS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS mpp.

CXLII.

Magnus Moldaviae camerarius et archiepiscopus Leopoliensis Gregorio PP. XIV. de adepto supremo pontificatu gratulantur, eique et cardinali Montalto ecclesiam Moldaviensem commendant. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 611. et Litt. Episcoporum Vol. 2. fol. 105.

A la Santità di Nostro Signore Gregorio XIIII. Sommo Pontefice.

Beatissimo Padre. Evidenti segni mostra Nostro Signore Iddio alli suoi elletti non senza misterio in trovar mezi di confunder gl' Heretici et essaltar la sua santa Chiesa. Come hora Sua Divina Maestà ha consolato tutta la Christianità con haver elletto per suo Vicario, capo et deffensor della sua santa Chiesa Vostra Beatitudine in questo tempo turbolentissimo, et fra gli consolati consolatissima è la nostra nova chiesa di Moldavia, la qual ha cominciato germinare negl' ultimi anni della santissima et felicissima memoria di Gregorio XIII. et continuato medesimamente sotto Sixto V., per le cui morti non sono state effettuate le promesse di suministratione alli bisogni di suoi fedeli, quali sono al nnmero di vinti mille incirca, tutti prima Heretici et hora Catholici, ma solo con la prontezza de l' Illño et Rño Arcivescovo di Napoli Nontio Apostolico residente in questo Regno Polonico, come zeloto del' honor di Dio et essaltatione della santa Chiesa Romana ci ha consolato, et mantenuto nell'obedienza Romana con havermi mandato Padri Giesuiti et provisto d'altri bisogni. Io per debito mio ho voluto col mezo di questa significare à V. Beatitudine humilissimamente il mio sommo contento per la sua assontione al Pontificato, poiche mi trovo qui in Polonia venuto da Constantinopoli per dar fine alle alterationi d'arme successe fre il Turco et questo Regno, essondomi fermato sin'al fine de' Comitii, dove si è concluso finalmente, che se debba stabilir la pace fra questo nobilissimo Regno et il Turco, come so per certo che la Santità V. n'haverà hauto piu particolar aviso d'altra parte. Supplico riverentemente V. Beatitudine, che con quella benignità et zelo, che deve il padre universale di santa Chiesa,

si degni di providere quanto prima alli bisogni della nostra chiesa di Moldavia, et pigliarne informatione dalli Illmi Cardinali Mont' Alto et Aldobrandino. Altro non mi occorre se non pregando Iddio per la longa salute de la Santità V., humilissimamente li santissimi piedi bascio et raccomando me et quelli popoli catholici, promettendo à V. B. di servir et sacrificarmi nel servitio della santa Chiesa, come hanno fatto mio padre et il Rmo Arcivescovo d'Antivari mio zio, quali sono morti per mano d'infideli. Di Varsovia i xviii. Gienaro 1591.

Di Vostra Beatitudine

servitor humilissimo
Bartolomeo Bruti.

All' Illmo et Rmo Monsignor mio patronc ossmo, il Sig. Cardinal Mont'Alto.

Illmo et Rmo Signor mio patrone colmo. Poiche piacque à nostro Signore Iddio di chiamar à se il smo Pontefice Sisto V. di santa et felicissima memoria, zio di V. S. Illma et padre universale. Fra quelli che ne hanno sentito dispiacere, noi altri et la chiesa nostra di Moldavia ue havemo sentito sommo dolore per esser rimasta se può dir orfana d'un tanto padre; et però per questa commutatione che ha fatto Sua Beatitudine di questa alla vita eterna rendiamo gratie à Sua Divina Macstà, pregandola che à V. S. Illma conceda ogni prosperità, et dia modo et forza, accioche con la sua authorità et valore adempisca come herede quella santa determinatione, chc havea Sua Beatitudine di stabilir ct ingrandir questa chiesa, poiche noi continuamo nell' istessa perseverantia, et certo facendo questo, si come noi non dubitiamo, restarà fra li mortali un' eterno nome à V. S. Illma, mostrandosi costante in procurar acciò la santa Chiesa sia agrandita, et quello che per la morte di Sua Santità è stato impedito, con la creatione di questo sautissimo Padrc et Summo Pontefice Gregorio XIIII. sia adempito ad honor et gloria di Dio et confusiou delli heretici. Considerate Monsignor Illmo che noi caminamo con la morte, et altro non ci resta che disgravarsi delle promesse cou gloria eterna. Et certo se non fusse che l'Illmo Monsig. Arcivescovo di Napoli, qual con la sua humauità ci mantiene, et ci da speranza che questo nuovo santissimo pastore suplirà a quello che la mortc di Sisto V. felice memoria ha interrotto, certo io non saprei che risolvermi, poiche in tanti anni con tante promcsse habbia mantenuto, come mantengo et mantenerò quelli lochi fino che potrò con mie spese. Ricordesi V. S. Illma ancor io sono mortale et che questa fabrica ben principiata et ben fondata non habbia à destruggersi. So che V. S. Illma è piena di zelo et non mancherà d'informare il novo santissimo Padre, il qual veramente fra tanti Cardinali da Dio à questa administratione è stato eletto. Io presto sarò di ritorno in Moldavia et passarò in Constantinopoli per dar fine et concluder qucsta pace fra il gran Turco et questo Sermo Re di Polonia, poiche iu queste comicie S. M. Regia ha ordiuato di mandar li ceuto mazzi di Zcbellini, acciò se finiscono tutte le querelle, et questo Regno habbia l'antiqua pace. Il resto cosi dclli miei ncgocii, come della nostra novella chiesa, Monsig. Illmo Nuntio et à V. S. Illma et à Sua Beatitudine pienamente renderà informatione, al quale remcttendomi mi offero prontissimo sempre in tutto quello, che ò lei in particolare come mio principalissimo padrone et protettore, ò in nome di Sua Beatitudine se degnarà commandarmi in Constantiuopoli per servitio della Republica Christiana et bencficio della santa rcligione Cattolica, sotto la quale come obedientissimo figliolo della Sede Apostolica in ogni occasione spargerò il sangue mio et de tutti i miei. Et à V. S. Illma con humilissima revereuza bacio le mani, et prego dal Signor Dio ogni colmo di vera felicità et contento. Di Varsovia a dì xxii. Gienaro 1591.

Di V. S. Illma et Rma

servitor obligatissimo
Bartolomeo Bruti.

Smo ac Bmo Patri Dno, Dno Gregorio Divina providentia SS. ac Universalis Catholicae Romanae Ecclesiae Papac XIIII. Dno Dno clemcntmo.

Sme et Bme Pater et Dne, Dnc clementissime. Quod a Deo Opt. Max. cum clero et populis nobis commissis per hasce remotissimas ab orbe Romano oras prccati sumus, id iam evcnisse, ad nos tandem nuncio allatum est, nimirum post periculosam Sanctae Sedis, mortuo Urbano VII. Pontefice maximo, vacationem Sanctitatem Vestram summum Pontificem creatum esse, maximopere laetamur, et in hac ipsa laetitia uostra divinae bouitati, cuius nutu tu vir piissimus et prudentissimus ct munus hoc tam praeclarum obtiuuisti, et tantum onus subiisti, uti merito debemus, dcvotis animis gratias agimus. Sive enim tempora spectemus, quando magis periculosa; sive Ecclesiae statum, nunquam in maiore praecipitio; sive christiani orbis provincias siugulas, nunquam in iis minus concordiae; sive corpus totum Reipublicae

christianae, aequando eam magis nutantem vidimus; sive autem rursum occasiones rerum praeclare gerendarum consideremus, nunquam aptiores; sive adversarias contra Ecclesiam Dei potestates, nunquam ruinae viciniores; sive gentium infidelium confusas multitudines, nunquam lumini recipiendo propiores esse videntur. Magnis igitur temporibus magni casus, magnis momentis magni viri a Deo semper electi et orbi submissi fuerunt. In tot tamque gravibus procellis et tantis occasionibus utriusque sortis te, Gregori Beatissime, magnum virum et magno Dei consilio ad aliquid magnum electum et destinatum esse nemini dubium esse potest. Qui te igitur elegit, amavit et ornavit, et in hac summa specula rerum humanarum summa sua providentia collacavit, ille te dextra sua protegat, tibique ac tuis magnis ac praeclaris conatibus et consiliis celesti suo favore adsit, sisque nobis et Ecclesiae Dei, quam sanguine suo precioso redemit, diutissime salvus foelix et incolumis. Hoc Duce et Autore tu et tempora emendabis et pericula tolles, navem Ecclesiae ad portum suum foeliciter duces, concordi nexu provincias stringes, Rempublicam nutantem firmabis et stabilies, occasiones fronte capillatas foelici dextra prehendes, adversarios compesces, vel supplicibus veniam dabis, infideles luce veritatis illuminabis, et unus Pastor unius Christi ovilis eris. Haec dum dico, Sarmatiam tibi atque in ea Russiam provinciam cum sua Catholica Metropoli Leopoliensi, ac eius tanquam filia alterae provinciae Moldaviae Valachiae, nuper a fel. record. antecessore tuo Sixto V. Pontifice Maximo una cum eius Principe ac populo meae minus idonei curae ad beneplacitum commissae, tuae benignitati paternae ut commendatam habeas una cum eius pastore indigno servo tuo minimo et tuae gratiae cupidissimo, humiliter a Sanctitate Vestra peto. Eiusque pedes beatos exosculatus Deum precor, ut vivas et floreas in aeternum. Leopoli 25. mensis Marti Anno Domino 1591.

Sanctitatis Vestrae

perpetuus servus

Ioannes Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Sanctitatis Vestrae felicis recordationis antecessor Sixtus V. Pont. Max. cum e meis ad se et ad Illm̃um Legatum suum litteris intellexisset, Petrum Moldaviae Walachiae Principem ritus Graeci, Bartholomaeo Bruto Albano, Camerae suae Praefecto, authore et solicitatore erga Sanctam Sedem Apostolicam Romanam ac Catholicam religionem magno studio ferri; a me vicino suo Sacerdotes Romani ritus postularc; Ecclesias catholicas olim tandem a ministris hereticis temporum iniuria occupatas restituire paratum esse, magnam inde consolationem accepit. Cum autem et ipse Princeps, postquam ad me scripserat, etiam eius Sanctitati Sanctaeque Sedi Apostolicae per literas suas obedientiam suam, quod me velle videbat, profiteretur, ab eius Sanctitate humanissimo responso accepto, ita in bono suo instituto confirmatus est, ut nisi variis periculis et impedimentis gravissimis implicatus fuisset, etiam per proprios nuncios obedientiam suam suae Sanctitati praestitisset. Quaecunque vero tandem sua fortuna fuit, constanter in suo proposito perseveravit. Utque sua Sanctitas de toto negocio melius edoceri posset, per virum sacerdotem illius provinciae ecclesias visitari feci, et de re omni suam Sanctitatem informavi. Operarüs erat opus, postquam semel Domino Bruto authore ministros hereticos Princeps ille abire e sua terra iussit. Itaque Illm̃is Cardinali Aldobrandino et Legato Sanctae Sedis urgentibus, et me orante, in Moldaviam Patres Societatis Iesu aliquot profecti tanquam novum lumen illis partibus intulerunt. Successit rerum mutatio in Polonia, neque tamen destitimus et in mediis periculis Moldaviam iuvare pro virili: mihi quoque Illm̃us Dn̄us Legatus a sua Sanctitate in spiritualibus Moldavis curationem seu superintendentiam in litteris exhibuit, quam et Principi et clero illius provinciae ad notitiam deduxi. Mortuo iam et ad aeternam patriam translato Sixto Pont. Max. continuatio eorum rerum ad Sanctitatem Vestram divina providentia devenit. Provincia illa (imo et haec mea) meis humeris est impar: verum tamen quicquid Sanctitas V. Dn̄us meus clementissimus mihi praeceperit, in eo animo promptissimo obsequar Sanctitati Vestrae. Non dubito Illm̃um Dn̄um Legatum Sanctitati V. iam hactenus exposuisse statum illius provinciae et difficultates, in quibus versantur Patres Societatis et alii ibi sacerdotes mei, in quibus varii matrimoniorum casus sunt, quorum cum profectus religionis catholicae videtur esse in illis oris impeditior, generali quodam remedio, vel ad meas manus, vel ad ipsorum Patrum utendum esse videretur, ex Sanctitatis V. et Sanctae Sedis Apostolicae uberrimis fontibus ad dispensandum de praeteritis erroribus, et prohibendis futuris. Quam rem tamen totam iudicio summo et prudentiae Sanctitatis Vestrae humillime subücimus. Consulat piissimus et clementissimus Pater et summus Pastor, ut ovibus noviter

repertis, quam optime consulatur, et ostium latius pateat, ad Dei veram notitiam propagandam in illis oris, in quibus iam Constantinopolim usque praeter Leopoliensem nullus est tot populis, gentibus et terris Episcopus. Quamprimum Dominus Brutus in Moldaviam pervenerit, dabimus operam, ut Princeps ille erga S. V. suo officio pleno corde faciat satis. Exosculor pedes Sanct. Vestrae. Leopoli 4. Aprilis 1591.

Sanctitatis Vestrae perpetuus servus

Io. Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis.

CXLIII.

Rex Poloniae pontifici, ut cardinali Radivilio in suis negotiis fidem adhibeat. Litt. Princip. Vol. 50. fol. 132.

Sanctmo Dño Nostro Papae Gregorio XIIII.

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater et Domine, Domine clementissime. Post oscula pedum beatorum Regnique mei et dominorum meorum diligentem commendationem. Inter alia quae Reverendissimo Cardinali Radivilo apud Sanctitatem V. hoc tempore agenda commisi, quibusdam etiam de rebus, quae ad meam stabilem cum Serma Austriaca familia amicitiam coniunctionemque pertineant, eundem ad S. V. referre volui. Id cum S. V. de illo audiet, ut non modo fidem illi habeat, verum etiam pro sua erga me paterna voluntate, de qua magnam spem conceptam habeo, consilium auctoritatemque suam ad res easdem constituendas accommodet, diligenter S. V. supplico: eiusdemque clementiae me regnumque et populos mihi subditos etiam atque etiam commendo. Datum Varsoviae die xxvii. mensis Ianuarii Anno Domini m.d.xci.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obsequentissimus filius

Sigismundus Rex Poloniae.

CXLIV.

Regina vidua pontifici et cardinali Sfondrato commendat oratorem suum ad Hispaniarum regem in rebus suis Barensibus missum. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 103. et Litt. Princip. Vol. 50. fol. 34.

Smo ac Bmo in Christo Patri et Dño, D. Gregorio divina providentia PP. XIIII. etc.

Sanctissime ac Bme in Christo Pater, Dne Dne Clementissime. Post beatorum pedum oscula, meique diligentissimam commendationem. Tulit hoc conditio humana, ut ne quidem ea vita, quae, quia sit Regalis, foelix et beata vulgo censeatur, communibus molestiis negotiorumque perturbationibus vacet. Ego, Bme Pater, quae nihil optatius tranquillitate habeam, iactor nihilominus vel invita litium controversiarumque, ut vulgo fit, tempestate. Non arbitror negotia Neapolitana mea adeo obscura esse, ut S. V. de eis non audierit. Eorum alia sunt inchoata, alia suspensa, quaedam hominum versutia temporumque iniquitate, cum nihil iniqui in se habeant, periclitentur. Haec magnopere S. V. commendo, et meo Secretario Martino Colacio, qui literas hasce meas S. V. reddidit, quaedam ad Sanctitatem V. perferenda exponendaque mandavi. Supplico Sanctitati V. eum ut audiat, et quae ille hac in parte narraverit, oraverit, supplicaverit, nostro nomine narratum supplicatumque sibi S. V. credat. Brancatius quidam est homo ad circumveniendos Principes Regesque natus, is mihi negotium facessit. Petit a me scelerum suorum trophaea, quibus divinis humanisque legibus ultimae penae sancitae sunt. Ad huius conatus reprimendos ad Sermum Catholicum Hispaniae Regem eumdem Secretarium meum mitto. Multum autem interest nostra Sanctitatis V. literas eum in Hispaniam proficiscentem habere, et alia, de quibus S. V. nostro nomine supplicabit, uberius natura caussae ex advocatis accepta et perspecta. Nolim autem S. V. me existimet tam ullius pecuniae cupidam esse, aut tam appetentem ullius quaestus, ut unico incommodo permovear; permoveor existimatione, permoveor honore, permoveor decoro: quae si inferioris gradus hominibus prae utilitate prima sunt, mihi quanti tandem ducenda sint, Sanctitati V. ad iudicandum relinquo. Interea S. V. diuturnitate incolumitatis cupio florentissimam Dei Ecclesiae praeesse. Datum Varsoviae die xxviii. mensis Ianuarii m.d.xci.

Sanctitatis Vestrae Obedientissima filia

Anna Regina Poloniae mpp.

Illmo et Rmo in Christo Patri, Dño Cardinali Sfondrato, Amico nostro charissimo.

Anna Dei gratia Regina Poloniae, Magna Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae etc. Domina. Illme et Rme in Christo Pater, syncere nobis charissime. Si quid est quo iam pridem magnopere

laetatae sumus, is fuit honos Cardinalatus Illmae et Revmae Synceritatis Vestrae fama nuntiisque ad nos in Poloniam perlatus. Gratulamur illi hanc dignitatem et ex animo gratulamur. Neque existimet nunc primum nos de ipsius praestantia audivisse, nunquam ignorantur magni natique ad gloriam viri. Et cum gratulamur, tum vero Deum immortalem precamur, ut hauc amplissimam dignitatem, omniaque tam privata quam publica illius consilia secundet. Is Secretarius noster Nobilis Martinus Colacius, qui nostras hasce litteras Illmae et Rmae Synceritati V. attulit, mittitur a nobis ad Sermum Hispaniae Regem, cupimus ipsum Illmae et Rmae Dominationi V. commendatum. Adiumenta si qua a Sanctitate Sua et ab Illma et Rma Synceritate V. postulabit ad causam illic nostram fulciendam, beneficio nos ab illa putabimus devinctas, si illi, hoc est, nobis postulatorum et ipsa faciet, et apud Sanctitatem Suam conciliabit gratiam. Atque ut brevi complectamur, Totum Neapolitanum nostrum negotium Illmae et Rmae Synceritati V. commendamus. Quod quidem cuiusmodi sit Secretarius ille noster plenius exponet. Interea Illmam et Rmam Synceritatem Vestram diu florentissimam optamus valere. Datum Varsoviae die XXVIII. mensis Ianuarii Anno Domini M.D.XCI.

Anna Regina Poloniae mpp.

CXLV.

A. Opalinski Poloniae marescalcus a cardinali Sfondrato petit, velit apud pontificem efficere, ut cum filio suo, cui rex praeposituram Plocensem contulit, de aetate dispenset: et eidem cardinali negotium abbatis Pledzemensis valde commendat. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 567.

Illmo ac Rmo Dño meo observmo, Dño S. R. E. Cardinali Sfondrato.

Illme Dne, Dne observme. Contulit S. M. Regia Dnus mcus clementmus filio meo Praeposituram Plocensem, quae iure Maiestati illius conferenda obvenerat, posteaquam in Episcopatum Plocensem possesor illius prior evectus est, qui quod sit aetatc nondum plane idonea ad beneficia Ecclesiastica acceptanda (annum enim sedecimum per id tempus agit), et nihilominus S. M. Regia ita rebus Ecclesiasticis, variis in Regno hoc hereticorum pravitatibus pessundatis, optime consultum iri persuasum habeat, ne aetas haec nondum completa rei huic obstaculo sit, a Smo Dño Nostro per suas litteras contendit, et tam Illmae Dominationi V. quam caeteris nonnullis eiusdem ordinis amplissimis et Illmis Cardinalibus hoc negotium commendat. Ego vero, qui Illmam D. V. cum propter virtutes eius mire hic semper laudatas, tum ob eam, quam sibi gravitate rerum agendarum comparavit apud SS. Sedem Apostolicam, authoritatem colo libentissime et observo, ab eadem Illma D. V. qua possum diligentia contendo, velit habere negotium hoc ita commendatum, ut eo promotore eum consequatur finem, qui et Maicstati Regiae propositus est, et quem ego non tam proprii splendoris accessione quam Ecclesiae Dei promovendae desiderio metior. Nolo equidem in filio Illmae D. V. commendando verba fundere, hoc affirmare possum, me solo pietatis et religionis Catholicae intuitu, quae concutitur hic variis hereticorum machinationibus, hos illi addere stimulos, ut quem concepit semel religionis fervorem, eum perpetuo apud se ad maiorem Christianae fidei propagationem foveat et conservet. Eamque ob causam annis abhinc octo in Conversatione Patrum Societatis Iesu educatur, ut ab eorum exemplo facilius cum aetate in rebus illis, quae viro Ecclesiastico sunt necessariae, faceret progressus quam maximos. Nec dubito exemplo itidem meo talem futurum, qui ob ea, tum quae habet et naturae et generis beneficia, tum quae illi a me comparantur, magno sit futurus Ecclesiasticae dignitati adiumento. Quae nisi eiusmodi viros fuerit complexa aliquando, qui possint et audeant hereticorum conatibus obviam ire, maxime sit de dignitate sua periclitatura. Quam cum etiam Illma D. V. pro sua ardenti pietate auctam esse cupiat, eo facilius me ab Illma D. V. impetraturum huius rei promotionem apud Smum Dnum Nostrum confido. Cuius rei non me tantura et familiam mcam habebit Illma D. V. gratissimam, sed et Serno Regi meo rem in eo fecerit periucundam, ipsique Ecclesiastico ordiui utilem ac necessariam. Relinquet quoque suae benevolentiae eo modo in domo mea perpetuam rccordationem, quam nulla ex animo meo meorumque omnium delebit unqnam oblivio. Habet quoque affinis meus Reverendus Dnus Abbas Pledzemensis negotium quoddam suum circa eandem Abbatiam apud SS. Sedcm Apostolicam cxpediendum, cuius seriem ei, qui istic a me ablegatur, Illmae D. V. exponendam demandavit, res aequitatis plena est, et in commodum Monasterii tota vergens. Oro peramanter Illmam D. V. quicquid ei hac in parte prodesse apud SS. Apostolicam Sedcm potcrit, poterit autem quantum volct, prosit, non tam meac huius commendationis, quam Conventus illius undique hereticis circumsepti causa, perlibenter. Conferet beneficium hoc in virum

gratissimum, et me una cum eodem habebit sibi ob id perpetuo obligatissimum. Cui quod reliquum est mea paratissima studia cum parendi voluntate officiose defero, et diuturnam incolumitatem ex animo precor. Datum Calissii 3. Februarii Anno 1591.

Illustrissimae Dom. Vrae studiosissimus servus

And. Opalinski Regni Pol. Supremus Marschalcus.

CXLVI.

Pontifex reginae viduae Poloniae grates reddit de gratulatoriis sibi datis litteris. Reg. Brev. Tom. 35. fol. 116.

Charissimae in Christo filiae nostrae Annae Poloniae Regiuae Illustri Viduae.

Gregorius PP. XIIII. Charissima in Christo filia nostra, salutem etc. Acceptis literis Maiestatis Tuae pietatis et officii plenis, quibus gratularis de nostra assumptione ad Pontificatum, eodem certe tempore laetitiam et spem, doloremque et timorem maxime hausimus. Gavisi sumus eorum, qui de Christiana Republica benemeriti sunt, causa, quorum dies noctesque incumbere parati sumus. Doluimus autem, quia impares oneri imposito vires nostras agnoscimus, et quo magis extollimur, magis curarum molem quasi faciem abissi iacentis intuemur et periculum formidamus, cum gravissimi casus non nisi ex alto loco conspiciantur. In hoc excelsi culminis gradu omnium sollicitudine gravamur, et ex aliorum perturbatione nostras et ipsorum culpas ingemiscimus. Auget onera nunc addita oneribus multorum, et virorum praecipue Principum de Nobis honorifice sententium expectatio, quam supra vires nostras esse, et ex solo divinae gratiae adiutorio aequari posse sentimus. Incidimus in haec tempora, quibus universus fere terrarum orbis mutuo flagrat igne, et dispersae sunt ubique multiplices pugnae. Haereticus quasi vulpecula Catholicae insidiatur Ecclesiae, Turca palam saevit, fideles peccatis suis iram Dei provocant ad vindictam, et quod maxime miserum est, Catholici populi mutuo se mordentes, se invicem etiam lacerant. Animus certe noster inter haec quid potest, nisi per dies affligi noctesque ducere insomnes? Et licet curam a Nobis exigat Dominus, non curationem, et quod ad Nos attinet, satis sit dare operam, ne aliquis culpa nostra de Ecclesia percat. Quae tamen consolatio pastoris esse potest, si grex bene custoditus minus proficit, vel matri, si morientem vidit filium, in cuius curationc omnem adhibuerit diligentiam? Quicquid Nobis spei remanet, a summa Domini miserantis pietate expectamus, a quo humiliter petimus, ut pro oneribus vires augeat, et pro curis infirmitatem sustineat, neque permittat Nos gravari supra id quod possumus. Maiestas Tua pro singulari sua erga Nos observantia adiuvet infirmitatem nostram suis orationibus, quibus, ut confidimus, cum eius in Catholica fide defendenda constantiam, et Regiam animi celsitudinem cum pietate coniunctam Deo acceptam esse sciamus. Nos vicissim de Nobis spondemus officia et studia nostra, et quascumque grati animi significationes, quas et occasio a Nobis exiget, et ipsi praestare poterimus. Omnipotentem interea Deum deprecamur, ut sua te protectione custodiat et coelesti gratia ab adversis omnibus tueatur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xv. Maii mdxci. Pontificatus nostri Anno Primo.

CXLVII.

Regi Poloniae pontifex significat, se causam eius ex regno Neapolitano Philippo regi Catholico commmendare. Reg. Brev. Tom. 35. fol. 164.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Regi Poloniae Illustri.

Gregorius PP. XIIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Ad priores gratulatorias literas Maiestatis Tuae de nostra ad Pontificatum electione per Venerabilem fratrem Bernardum Episcopum Luceoriensem, Oratorem tuum, rescripsimus. Quod vero posterioribus literis, quas Martinus Calacius secretarius tuus Nobis exhibuit, significas cupere, ut causam ex Regno Neapolitano ad Charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem commendemus, facimus, ut tenemur, libenter. Et licet quae iusta sunt apud iustissimum Regem commendatione non egeant, Nos tamen, quia Maiestati Tuae multum deferimus, et eam non uisi aequa petere existimamus, eidem Philippo Regi per nostras literas efficaciter commendamus. In reliquis vero rebus tuis studia et officia nostra paterno, ut decet, animo deferimus, ut quem corde diligimus, etiam per ea, quae extrinsecus accidunt, amore prosequi patefaciamus. Interim Apostolicam benedictionem Maiestati Tuae deferimus, et profutura omnia bona a Domino deprecamur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die vi. Aprilis mdxci. Pontificatus nostri Anno Primo.

CXLVIII.

Cardinalis Bathoreus pontifici supplicat, ut collatam sibi coadiutoriam Cracoviensem tandem confirmare velit.
Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 69.

Sño ac Bño in Christo Patri ac Dño, Dño Gregorio div. provid. Papae XIIII. Sanctae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max., Dño Dño clementño.

Sñe ac Bñe in Christo pater ac dñe, dñe clementissime. Post oscula beatorum S. Vestrae pedum praemissa. Elapsis annis me plane inscio focl. record. Sixtus V. S. V. praedecessor per Illñum Dñum meum Card. Aldobrandinum, cum in Poloniam Legatus a latere a Sua Sanctitate designatus esset, in commissis habuit, ut apud Serñum Regem nostrum Sanctitatis suae nomine ageret, quo apud Episcopum Cracoviensem efficeret, ut me in coadiutorem sibi asciscere velit. Tanta Sixti V. apud Serñum Regem nostrum fuit authoritas, tanta Illñi Cardinalis Legati in hoc negotio dexteritas, ut non modo postulatis subscriberet, verum etiam illud concesserit, ut si interea temporis coadiutoria non coalesceret, ac vita fungi Episcopum contingeret, neminem alium suae Sanctitati Episcopum praeter me propositurum. Quae Regiae Maiestatis erga me benevolentiae significatio non solum in universa Polonia, Romae, in Transsylvania, verum et apud alias vicinas nobis nationes publicata est. Harum omnium rerum Illñus Dominus meus Card. Aldobrandinus licet optimus testis sit, nihilominus et ego literas, quae inter Sñum Sixtum V. ac Serñum Regem nostrum intercesserint, Sanctitati V. mitto, ut ex iisdem totius negotii cursum penitus S. V. intueatur. Accessit etiam praesentatio Serñi Regis nostri, quam habeo. Nunc ut aperte ac S. V. syncere dicam, quominus Sñi Sixti V. desiderio satisfiat, ambitiosi homines obstant ac hanc Serñi Regis nostri erga me gratiam impedire conantur. Beatissime Pater, ab ineunte fere aetate me S. V. novit, pro ea clementia, quam semper agnovi Sanctitatem V. erga me, syncere S. V. omnia exponenda putavi. Habeo Episcopatum Varmiensem ac Praeposituram Mechoviensem, quae S. Sedis in me beneficia parum abest, quin tantundem habeant reditum, ut Episcopatus Cracoviensis: quae cum ita sint, non amplius mihi agitur de reditibus (quos si Symoniace acquirere voluissem, ut nunc alii faciunt, iampridem habuissem); sed agitur de praeclaro Sixti V. de me iuditio, qui hoc sponte effecit; agitur de Christianorum Principum expectatione, apud quos haec fama iampridem sparsa est; agitur de meritis Serñi Regis Stephani patrui mei, qui, quautis iu Rempublicam Christianam fuerit, S. V. scit; agitur de familiae mcae honore et fama. Serñus quidem Rex hoc negotium in deliberatione adhuc habet, cum tamen videam nostros homines etiam malis artibus apud S. V. Sacram ut vocant mihi praeripere velle, ac conari Serñum Regem nostrum etiam ex hac sua innata constantia evertere, S. V. supplicandum esse duxi, velit ipsa partes meas hac in parte suscipere, ac in me amando, promovendo, augendo Sixto V. succedere. Habent me unum, Beatissime Pater, Regis bene meriti ex fratre filium, qui cum destitutus omni patrocinio externus sim, ex suorum numero omnino me expunctum vellent, non virtute, sed dolo, non pietate, sed Symonia, et ob id ad beatos S. V. pedes humiliter recurro petens, ut partes meas suscipere dignetur, ac ad Serñum Regem nostrum literas quamprimum dare, quibus me illi benigne ac clementer commendare velit. Hac in re si Sanctitatem V. clementem se manibus Regis Stephani, ac mihi familiaeque meae demonstraverit, conferet hoc genus benignitatis in eum, qui semper de S. V. ac S. Sede Apostolica optime mereri conabitur, cuius maiores omnes Catholici semper extiterunt, ac etiam nunc, in tanta colluvie haereticorum sola Catholica permanet, quaeque iu eo una mecum versantur, ut misere eiecti patres ex Transsylvania quamprimum cum summa S. V. laude vicissim introducantur. Haec omnia ut S. V. secreto habeat, humillime peto. Interim Deum Opt. Max. praecor, ut S. V. diu salvam et incolumem ad laudem suam et Ecclesiae Dei maximum ornamentum quam diutissime conservet. Datum Cracoviae 28. die Aprilis Anno Domini 1591.

Sanctitatis Vestrae

infimus ac humillimus servitor
Andreas Card. S. Angeli Bathoreus.

CXLIX.

Precibus regis Poloniae pontifex annuens cum Andrea Opalinski (vid. supra Nr. CXLV.) super defectu aetatis dispensat.
Reg. Brev. Tom. 35. fol. 171.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

Gregorius PP. XIIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Literas Maiestatis Tuae, quibus dispensari a Nobis petit super defectu aetatis cum dilecto filio Andrea Opalinschi ad Praeposi-

turam Plocensem obtinendam benigne accepimus, amanter legimus, et mature consideravimus. Et quidem quod denegari caeteris consuevit, id Maiestatis Tuae causa libenter facimus, et hoc ipsum Ven. fratri Episcopo Plocensi exequendum committimus. Expedit enim Dei Ecclesiam a Nobilibus viris gubernari, qui non Dei solum timore, sed propter Nobilitatis honestatem ac ingenuitatem ab illicitis abstinent, maiori etiam potentia et viribus iura Ecclesiae suae tueri et ab haercticorum conatibus vindicare valeant, atque cum consenescunt non aetate, sed prudentia, moribus et doctrina recte presbyteri nomini respondent, exemplo Abrahae, qui non aetatis, sed virtutis ratione praesbyter idest senior dictus fuit, ut in sacris Scripturis legimus. Cani enim sunt sensus hominis et eorum canicies prudentia est. Laudamus etiam summopere Maiestatem Tuam, quod in Ecclesiarum provisionibus tam dignos eligat, et ut per ostium ingredi possint, canonica impedimenta canonice auferri procuret. Apostolicam interea benedictionem Maiestati Tuae deferimus, et tibi a Domino in praesenti vita gratiam et in futura gloriam deprecamur. Datum Romae etc. die XI. Aprilis MDXCI. Pontificatus nostri Anno Primo.

CL.

Regina vidua Poloniae commendat pontifici archiepiscopum Neapolitanum Romam redeuntem, qui ob res in Polonia praeclare gestas in sacrum cardinalium collegium cooptaretur. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 107.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño, Dño Gregorio Divina Providentia Papae XIIII. SS. Rom. atque Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Dño Clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater. Post beatorum pedum oscula Sanctitatis Vestrae, meique diligentissimam commendationem. Pro mea in Sacrosanctam Apostolicam Sedem observantia nullam occasionem praetermittendam esse arbitror Sanct. V. salutandae, multo minus hanc existimavi praetereundam, quam attulit profectio ad Urbem Illñi et Rñi in Christo Patris Dñi Annibalis Archiepiscopi Neapolitani, Sanctitatis V. Legati, cuius familiae genus non magnis est a materno meo genere intervallis disiunctum. Et primum Sanct. V. magnas gratias ago, quod initio Pontificatus sui tam large tamque munifice thesauros Ecclesiae Dei Christi fidelibus impartivit anno Iubilei concesso. Certus est eventus piae semper orationis. Certo credimus id futurum gratia Divina, quod ad impetrandum Sanct. V. piorum hominum orationibus proposuit. Facile secundo loco id confiteor, quod si vel maxime velim negare non possum, Illñum et Rñum Archiepiscopum Neapolitanum ea laude maximarum virtutum et Legato Sanctitatis V. dignarum in Poloniae Regno versatum esse, nihil ut praetermiserit, quod integerrimo Nuntio, religiosissimo Sedis Apostolicae Legato, fidelissimo et piissimo voluntatis Sanct. V. superiorumque Pontificum interpreti et curatori faciendum summa scdulitate efficiendumque fuit. Dulcem et iucundam sui apud omnes memoriam reliquit: mihi quidem ipsi acerba esset, nisi ea me spes et illa consolatio leniret, fore scilicet, ut tot tantorumque laborum suorum tot provinciis totque legationibus honorificentissime perfunctus a Sanctitate Vestra debitum suis maximis virtutibus fructum brevi percipiet. Quod superest, Sanctitatem Vestram diu florentissimam Ecclesiae Dei cupio praeesse. Datum Varssoviae die XIX. mensis Aprilis Anno Domini M.D.XCI.

Sanctitatis Vestrae

Obedientissima filia
ANNA REGINA POLONIAE mpp.

CLI.

Eadem regina commendat cardinali Sfondrato Petrum Mariam Vulcanium sedis apostolicae in Polonia commissarium Romam redeuntem. Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 111.

Illño et Rño in Christo Patri, Domino Cardinali Sfondrato, Amico charissimo.

ANNA Dei gratia Regina Poloniae, Magna Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Domina. Illñe et Rñe in Christo Pater, Syncere nobis charissime. Petrus Maria Vulcanius Sedis Apostolicae in Poloniam certis in negotiis Commissarius petiit a nobis commendationem ad Paternitatem Vestram, arbitratae sumus ducendam esse illius rationem. Commendamus illum Pat. V. tanto accuratius diligentiusque, quanto illius virtutem et ea omnia, quae commendanda sunt, habet perspectiora, uti hominis assidue in Romana Curia versantis. Eo nomine, quidquid illius gratia faciet, gratum habebimus. Quod superest, Paternitatem V. valere optamus. Datum Varssoviae die XXIX. Aprilis Anno Dñi M.D.XCI.

ANNA REGINA POLONIAE mpp.

CLII.

Rex Poloniae archiepiscopum Neapolitanum Romam redeuntem pontifici impenee commendat.
Nuntiat. Polon. Vol. 59. fol. 119.

Sño ac Bño in Christo Patri et Dño, Dño Gregorio divina providentia Papae XIIII. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo, Dño Clementissimo.

Sñe et Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum beatorum, regnique mei et dominiorum eidem annexorum diligentem commendationem. Revñum in Christo Patrem Dñum Archiepiscopum Neapolitanum a Dño Sixto V. P. M. Nuncium in hoc regnum missum, ac eo munere variis et difficilibus temporibus in publica rerum omnium perturbatione, ipsi etiam periculosis laudabiliter perfunctum unice diligo, ac idcirco per literas Sanctitati V. testari non dubito mihi discessum illius, hoc praesertim ipso Sanctitatis V. Pontificatus initio molestiae nonnihil attulisse. Virum enim summa prudentia, eximia integritate in vita, singulari Apostolicae Sedis ac Ecclesiae Catholicae dignitatis tuendae studio et constantia singulari benevolentia sum prosequutus. Eas virtutes illius adamavi, studium illius in me singulare probatum et cognitum amplexus fui. Illius consuetudine ac sermonibus plenissimis officii optimaeque in me voluntatis conditis multa sapientia magnopere delectabar. Illius doctrina, exemplo, auctoritate, religione rem Ecclesiasticam in hoc regno praeclare sustineri et confirmari animadvertebam. Hoc igitur viro, Pater Sanctissime, frui diutius cupiebam, nisi aliter Sanctitati V. visum fuisset. Cuius voluntati, cum neque ego, neque ille sine impietatis nota adversari possimus, hoc unum Sanctitatem V. maiorem in modum rogo, ut qui hic impressam magnarum virtutum apud hosce populos non modo cum celebritate uominis sui, sed etiam magna Apostolicae Sedis dignitate memoriam reliquit, summos labores diu sustinuit, varia pericula saepenumero adiit, eum hac praeclare administrata provincia in Urbem redeuntem paterna benignitate complectatur. Quod quidem non minus virtutis ipsius, quam mea etiam causa Sanctitatem V. esse facturam mihi plane persuadeo: eandemque diu felicissime valere cupio, ac eius clementiae me regnumque meum diligenter commendo. Datum Cracoviae die xxx. mensis Aprilis Anno Domini M.D.XCI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentieeimus filius
SIGISMUNDUS REX POLONIAE.

CLIII.

Regi Poloniae pontifex commendat cardinalem Radivilium, ut ecclesiae Cracovienei praeficiatur. Reg. Brev. Tom. 35. fol. 296.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

GREGORIUS PP. XIIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Accepto de obitu bonae memoriae Petri Cracoviensis Episcopi nuncio, qui ad Nos magno nostro cum dolore nuper allatus est, inter caeteros, qui Nobis probati fuerunt, ut eos Maiestati Tuae commendaremus, dilectus filius noster Georgius Cardinalis Radivilius insigni multorum testimonio dignus in primis visus est, qui in eiusdem Episcopi demortui locum subrogari possit. Si enim qui eius fidem et prudentiam satis perspectam habent, existimant, ipsum ob singularem pietatem cum ea quam sustinet dignitate coniunctam, et ob egregias virtutes vero Praesule dignas, quae in eo sunt, talem omnino esse, qui si dictae ecclesiae praeficiatur, divino imprimis cultui et animarum illius ecclesiae saluti omnino inservire, et piis etiam Maiestatis Tuae votis egregie satisfacere debeat. His igitur rationibus adducti, si huiusmodi regimen illi deferatur, bene eidem ecclesiae provisum fore confidimus, ipsumque (sic) propterea Maiestati Tuae paterna nostra studia et officia pro peculiali, qua te prosequimur, benevolentia libenter pollicemur, et Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Romae in Monte Quirinali etc. die XI. Iunii MDXCI. Pont. nostri Anno Primo.

CLIV.

Epus Luceoriensie cardinalem Sfondratum de reditu in patriam, et de iie, quae nomine pontificis cum rege egerat, certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 27. fol. 495.

All' Illño et Rño Signor mio ossño, il Signor Cardinale Sfondrato.

Illño et Rño Sig. mio ossño. Hò tardato sino à questo giorno à far riverenza à V. S. Illña doppo il mio arrivo in Cracovia per significarle piu particolarmente, quanto hò passato con Sua Maestà Serña in materia di quello che costi con la Santità di N. S. et con V. S. Illña hò trattato. Adesso

dunque che sono per inviarmi à Luceoria mia chiesa, vengo à farle sapere, che Sua Maestà è restata pienamente satisfatta della buona volontà, che Sua Beatitudine con tutto il Sacro Collegio et V. S. Illma in particolare tengono verso questa Corona, et si come la Maestà Sua hà mostrato sentirne infinito contento, cosi spera che Sua Santità et V. S. Illma siano per continuare nella protettione di questo Regno come vivamente ne le supplica, poiche sanno qual sia l' animo et devotione di Sua Maestà verso loro et la Santa Sede, il che havrà anco compreso V. S. Illma dalla risposta di Sua Maestà, la quale si mostra ogni giorno piu zelante della religione con molte opere di pietà et devotione; si come pochi giorni sono, ne diede aperto inditio coll' andare alla Madonna di Czestochovia in buona parte à piedi, tutto che fosse luogo assai lontano da Cracovia: et anche in un desordine fatto da alcuni heretici, chè nella festività della Ascensione di Nostro Signore senza legittima causa ferirono et ucisero alcuni poveri Catholici, per il che il popolo et questi Studenti se gli levarono contra et gettarono à terra due delli principali luoghi, dove solevano congregarsi, et gli rovinarono le loro sepulture; di che havendo questi heretici reclamato à Sua Maestà, ella si è mostrata in tutto favorevole à nostri, et questi bisognerà che la perdino et siano castigati delli homicidii commessi: et così in ogni altra occasione speriamo che Sua Maestà procurarà per quanto potrà, che questo Regno si liberi un giorno affatto di questi tali, che Nostro Signor Dio ci conceda. Per il resto si passa quietamente et col Turco et col Tartaro. Delle nozze di Sua Maestà non ne darò à V. S. Illma altro particular aviso, poiche tutto potrà sapere dall' Illmo Card. Ragivil, il quale s' è inteso à quest' hora essere giunto à cotesta Corte. Io poi à V. S. Illma mi ricordo servitor devotissimo supplicandola à favorirmi della sua gratia et insieme de suoi comandamenti, se conosce che nel mio Vescovato io sia atto à servirla in conto alcuno, che certo maggior favore non può farmi: con che humilissimamente le bascio le mani, et prego dal Signor Iddio lunga et felice vita à Sua Beatitudine et à V. S. Illma quanto desidera. Di Cracovia il dì XVI. di Giugnio MDXCI.

Di V. S. Illma et Rma

devotissimo servitore
BERNARDUS EPISCOPUS LUCEORIENSIS mpp.

CLV.

Rex Poloniae archiepo Neapolitano grates reddit de iis, quae nomine suo cum Caesare egerat. Litt. Princip. Tom. 50. fol. 121.

SIGISMUNDUS III. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque etc. necnon Regni Sveciae proximus haeres et futurus Rex, Illmo et Rmo in Christo Patri Dño Annibali de Capua Archiepiscopo Neapolitano, amico carissimo et honerando, Salutem et benevolentiae nostrae significationem. Illme et Rme in Chisto Pater amice carissime et honorande. Qucmadmodum de Paternitatis Vestrae singulari erga nos studio et benevolentia nunquam dubitavimus, ita nunc tam propensae suae erga nos voluntatis per literas suas commemoratione maximopere delectati sumus. Diligentia etiam Paternitatis V. in rebus ad nos spectantibus apud Caesaream Maiestatem peragendis perquam grata nobis est et commendata. Idcirco nos, quibuscumque in rebus poterimus, dignitatem commodaque Paternitatis V. opera nostra animique propensione ornabimus et promovebimus. Caetera ex literis Rmi Procancellarii Regni, cuius causam illi de Coadiutoria Gnesnensi quam commendatissimum esse volumus, Paternitas V. intelliget: Quam benc valere exoptamus. Datum Cracoviae die XXVII. mensis Iunii Anno Domini M.D.XCI. Regni vero nostri Anno Quarto.

SIGISMUNDUS REX.

CLVI.

Pontifex Romanorum imperatorie consilium filiam Caroli archiducis regi Poloniae in uxorem dandi valde laudet, regemque ad hoc matrimonium ineundum cohortatur. Reg. Brev. Tom. 35. fol. 337 et 339.

Charissimo in Christo filio nostro Rodulpho Hungariae et Bohemiae Regi Illustri in Romanorum Imperatorem Electo.

GREGORIUS PP. XIIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Certo praestantium virorum testimonio, quorum auctoritatem plurimi facimus, et magna cum animi nostri laetitia nuper accepimus, Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem Illustrem praetcr antiquam necessitudinem, quae cum Maiestate Tua et inclyta domo Austriaca intercedit, novo etiam amicitiae et affinitatis vinculo cum cadem domo coniungi summopere cupere, et ideo ad unam ex bonae memoriae

Caroli Archiducis Austriae filiabus animum adiecisse. Intelleximusque adeo pari cum laetitia, Maiestatem Tuam ad arctiorem coniunctionem cum dignitate eius Regia ineundam, et ad praeclaram suam in eandem voluntatem patefaciendam, accedente etiam ad id caeterorum contutorum consensu, dignitatis suae Regiae arbitrio relinquisse, ut quandocumque eidem placuerit, possit nominatim unam ex dictis filiabus in uxorem peterc. Nos desiderato hoc nuncio accepto, non solum Maiestatis Tuae et domus Austricae, sed eiusdem Sigismundi Regis et ipsius Regni Poloniae causa gavisi in Domino valde sumus. Eo enim pacto veterem animorum coniunctionem inviccm confirmari debere plane agnoscimus: quinimmo per affinitatis naturalia iura naturalis quoque affectionis Regiae dignae animo non modicam accessionem utrinque proditurum esse confidimus. Caeterum Maiestas Tua, quod prudenter probavit, matrimonium perficere pergat, et postquam perfecerit, officiis et studiis omnibus Imperiali celsitudine dignis complecti non desinat, ut quod exterius contracta legitime affinitate laetanter fit, idem etiam interius in sincero cordis affectu et in vero charitatis fundamento pari cum iucunditate radicatum esse videatur. Nec enim fieri aliquo pacto potest, quod Imperialis culmen dignitatis auctoritate sua facit, quin omnibus sit nostris absolutum, et quin omnium oculos impleat omniumque animos delectet ad Dei honorem et hominum memoriam quam diutissime. Scribimus hac de re ad eundem Sigismundum Regem, eique significavimus, quantum e re sua sit, deliberationem hanc initam quamprimum ad optatum exitum perducere. Si quid igitur Maiestas Tua hac eadem de re amplius a Nobis fieri oportere existimabit, id sibi iure suo polliceri poterit. Deprecamur autem Dominum huiusmodi coniunctionum auctorem et maritalis benevolentiae conciliatorem, ut quos ad communium ditionum tranquillitatem et animorum unionem sua divina providentia coniungio, eosdem iam coniunctos sua charitate arctius amplectatur et in firmissimo pacis vinculo tueatur. Maiestati interea Tuae Apostolicam benedictionem impartimur, et salutarium cogitationum et piarum deliberationum desideratum a bonis omnibus a Dño deprecamur: eumque oramus, ut Maiestatem Tuam contine coelestis gratiae protectione ab adversis omnibus tueatur. Datum Romae in Monte Quirinali etc. die xx. Iulii MDXCI. Pontificatus nostri Anno Primo.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

Gregorius PP. XIIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Qui egregias Maiestatis Tuae actiones, quibus ad Christi laudem et Catholicae Ecclesiae dignitatem proprium nomen magis extendis, rem gratissimam facientes Nobis quandoque significant, iidem de matrimonio inter Maiestatem Tuam et unam ex filiabus dilectae in Christo filiae nobilis mulieris Mariae Archiducissae Austriae contrahendo, Nos etiam certiores reddentes in causa fuerunt, ut acccpto eo nuncio, sicut debuimus, valde in Domino gauderemus. Maiestas certe Tua dignam pietate sua rem nacta aequam etiam, ut videmus Nobilitati suae sortem conquisivit. Tu enim ut Regia in isto Regno eademque Catholica semper stirpe clarus es, ita quoque ut Imperialis prosapiae, cuius proprium est Catholicos Reges complecti, splendore fulgere possis, merito optas: laeti etiam sumus Austriacae domus causa, quam eo pacto tecum et cum universo Regno Poloniae iterum optime coniungi et ad mutuam benevolentiam invitari sentimus. Opus sane ipsum propter prolem, fidem et sacramentum Deo non solum gratum, sed etiam ob multa quae inde consequi poterunt commoda, et ipsis contrahentibus et subditis et posteris utile atque fructuosum, ut confidimus, crit. Id autem cum multa significant, tum nihil magis ostendit, quam inde coorta de omnium bonorum salute tuenda opinio. Sicut enim matrimonii coniunctio disiunctissimos etiam animos sociat, ita eiusdem compages praestat, ut non modo praeteritarum controversiarum, si quae irrepserunt, dulcissima oblivio inducatur, sed ut mutuus quoque amor concilietur, et per omnia studia et officia se invicem praevenientia conservetur. Haec Domino Deo accepta referri debent, a quo omne donum perfectum procedit, et ad quem cum gratiarum actione iutimoque cordis affectu maiora in dies bona expectanda sunt. Adsit nunc tuis piis votis ac coeptis coelestis spiritus gratia, et sicut vos, ut sperandum est, arctis benevolentiae et verae charitatis vinculis coniunget, ita et vestros et eiusdem Domus Austriacae posteros magis devinciat. De Nobis vero Maiestas Tua sibi polliceri ita poterit, nihil Nos quod ad rerum suarum incremcntum atque huius matrimonii perfectionem pertincre cognoscemus praetermissuros. Apostolicam interea benedictionem Maiestati Tuae deferimus, et ut faustum sanctumque sit vestrum coniugium a Domino deprecamur. Datum Romae in Monte Quirinali sub annulo Piscatoris die xx. Iulii MDLXXXXI. Pontificatus nostri Anno.

M. Vestrius Barbianus.

CLVII.

Romanorum imperatori pontifex de matrimonio inter Annam natam Caroli archiducis et Poloniae regem inito gratulatur: et regi Poloniae de eodem argumento scribit. Reg. Brev. Tom. 35. fol. 347 et 349.

Charissimo in Christo filio nostro Rodulpho Hungariae et Bohemiae Regi Illustri in Romanorum Imperatorem Electo.

Gregorius PP. XIIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Audita proxima his diebus Charissimi in Christo filii nostri Sigismundi Poloniae Regis propensione erga matrimonium inter eundem Sigismundum Regem et unam ex filiabus bonae memoriae Caroli Archiducis Austriae, ut agebatur, contrahendum, et Maiestatis Tuae et cunctorum consensione, literas ad Maiestatem Tuam nostrae ea de causa conceptae laetitiae testes dedimus. Sed cum molesta temporis et itineris expectatione detineri dubitaremus, ecce optatissimas votisque nostris pares ab eodem Sigismundo Rege literas accepimus, quas dilectus filius noster Georgius Cardinalis Radivilius, vir sane prudens ac pius Maiestatis Tuae deditissimus, ad Nos nominatim misit, quibus idem Sigismundus Rex non modo paratum ad praedictum matrimonium efficiendum animum ostendit, sed expressam in eo statuendo delectationem Nobis significavit. Hoc igitur tam laeto nuncio accepto Deo bonorum omnium auctori, ut debuimus, gratias egimus. Veteris enim affinitatis, ut idem Sigismundus Rex scribit, vincula nova necessitudine eo pacto arctiora reddi ad tutiorem Ecclesiae Catholicae in eisdem locis defensionem plane conspicimus. Maiestatis deinde Tuae et ipsius Poloniae causa, quorum coniunctio firmam utriusque ditionum possessionem reddit, et invidentibus invidiae fomites praecidit; bonis vero tranquillitatis et pacis expectationem confirmat, valde laetati sumus. Ut igitur huic negotio, quod publicis et privatis rationibus adducti mensibus prope praeteritis, ut Maiestas Tua novit, pertractandum suscepimus, supremam manum etiam ipsi imponamus, eandem Maiestatem Tuam requirimus, ut pro singulari sua prudentia idem matrimonium, quod suo et contutorum suorum consensu prius probavit, nunc quamprimum perficiendum, quantum cum Domino poterit, statuat, ut Regem eundem uti filium charissimum ea charitate amplectatur, ut ille eodem tempore Annam Principissam pro sponsa, Mariam Archiducissam pro matre, Maiestatem Tuam pro parente se accepisse simul agnoscat et glorietur. Gratissimam autem rem eo pacto Maiestas Tua Nobis faciet, et ut in similibus negotiis id ipsum Maiestatis Tuae causa faciamus, Nobis occasionem praebebit. Rescripsimus eidem Sigismundo Regi, quamtumque novo hoc affinitatis gradu cum Imperiali celsitudine coniungi e re sua sit, pluribus explicavimus: sed nihil, ut credimus, ipse a Regalis animi sui constantia desiderari permittet, nihilque requiri sinet, quod ad perficiendum quamprimum idem matrimonium alicuius votis optari aut opere perfici posset. Quod certe ad Nos attinet, quaecumque ad eam rem prosequendam Maiestas Tua a Nobis requirenda duxerit, ea Nos libenter et prompte praestabimus, quemadmodum Maiestas Tua ex aliis nostris litteris intelligere uberius potuit, et ex eiusdem Cardinalis Radivilii relatione intelliget, cui plura ea de re significavimus, cuique eam quam Nobis adhiberes fidem Maiestas Tua adhibere poterit. Interim Dominum deprecabimur, ut Maiestatis Tuae pia vota foelici exitu concludat, et sponsis coelestem benedictionem, unde desiderata foecunditatis dona obtineant, benigne impartiamur. Datum Romae etc. die II. Augusti MDXCI. Pontificatus nostri Anno Primo.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

Gregorius PP. XIIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum proximis his diebus de matrimonio contrahendo inter Maiestatem Tuam, et unam ex filiabus bonae memoriae Caroli Archiducis Austriae ageretur, magnam certe animo laetitiam conceperamus, eademque de re literas ad Maiestatem Tuam dederamus, quibus non solum ob privatas, sed ob publicas rationes Maiestatem Tuam ad idem matrimonium perficiendum pluribus hortabamur. Nunc vero cum ex literis tuis et ex nuncio, quem dilectus filius noster Georgius Cardinalis Radivilius ad Nos nominatim transmisit, de tuo consensu in eodem matrimonio cum Anna ex dictis filiabus firmando certiores facti fuerimus, maximo ut existimare potes gaudio perfusi sumus, illudque laeto animo sensimus, exhortationes nimirum et suasiones nostras, quibus te sapius ad eiusmodi deliberationem ineundam incitavimus, a te semper auditas et nunc re ipsa probatas fuisse. Est vero multiplex conceptae ea de re laetitiae causa, ob quam Maiestati Tuae gratulari debemus: per hoc enim matrimonium cum Austriaca Domo et cum praecipua laudatissimi olim ex ea familia viri filia initum, Catholico, ut par est, celebrandum, coelestium gratiarum dona a Domino promereri sincerae pietatis cultores summa consolatione afficere, perditos ac impios homines confundere,

Regnis ac ditionibus tuis pacis et quietis haereditatem parere, Catholicam Ecclesiam, bonosque omnes in istis locis novo quodam defensionis muro tueri, ut ipsi videmus, egregie potes. Foeliccs nuptiae, quibus benedicet Dominus, quae propter amicitiam contractae meliores fient, quarum concordia nihil dulcius, quaeque sponte expetitae beneque secundum Deum inchoatae maiores in dies afferent fructus, foeliciores futurae cum dabit Dominus semen in Sion et domesticos in Hierusalem, quando nimirum id quod de illis nascetur, videbitur et amabitur, et cum iis, quibus cum bene constitutae sunt, beata vita continget; sortiri enim coniugem simili simulque vera religione imbutam, generis claritate et pari pietate preditam, iisdem moribus ornatam, maximum bonum et futurae foelicitatis quoddam pignus ac monumcntum est. Sed addit Maiestas Tua in literis suis Regium quiddam et glorioso dignum animo, praeteritas nimirum cum Austriaca Domo controversias co pacto iam sopitas, ex ipsiusque memoria deletas, veteresque necessitudines novo affinitatis vinculo ea ratione confirmatas esse. Hoc non solum nobile et prudens, scd pium ac Christiano Rege dignum esse consilium fateri omnes debent, et Nos plane sentimus et iure collaudamus. Ille enim fortasse illatam iniuriam patienter tollerare videtur, qui pie meminit; fortasse enim adhuc ex se habet, in quo ipse tolerari debeat: at tu victoriam ipsam aequasti, teque ipsum coram Deo humiliando quodammodo supcrasti. Deum enim ipsum imitatus es, de quo dicebat Apostolatus: Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit nobis. O consilia salutaria et prudcntiae Christianae plcna! quorum ratio pietas, quorum tractatio charitas, quorum fructus pax est et salus. Prosequatur igitur Maiestas Tua, et initum matrimonium ut coepit, re ipsa iu Domino concludat. Gratiam enim et gloriam, ut confidimus, dabit Dominus, ut eadem Maicstas videat bona Hierusalem et filios filiorum suorum. Reliqua de nostra erga Maiestatem Tuam praecipua benevolentia ac paterna propensione idem dilectus filius noster Cardinalis Radivilius, qui in omnibus Maiestatis Tuae rebus non minus prudentem virum, quam diligentem Praesulem tuique studiosissimum se omnibus ostendit, plenius significare poterit. Gratissimam interea Maiestas Tua Nobis rem faciet, si perfecti ctiam matrimonii nuncium ad Nos transmittendum curabit, ut scilicet Deo bonorum operum auctori tua causa gratias agere possimus. Scripsimus ea de re ad Charissimum in Christo filium nostrum Rodulphum in Imperatorem electum, ut auctoritate sua hoc ipsum matrimonium quamtocius perfici curet, idque ab eius fide et in Nos observantia requirimus. Apostolicam demum benedictionem Maiestati Tuae deferimus, et foelicem omnium piorum suorum consiliorum exitum a Domino deprecamur. Datum Romae etc. die 11. Augusti MDLXXXXI. Pont. nostri Anno Primo.

CLVIII.

Capitulo et clero Cracoviensi pontifex cardinalem Radivilium in episcopum eis praefectum significat.
Reg. Brev. Tom. 35. fol. 361.

Dilectis filiis Canonicis, Capitulo et Clero Ecclcsiae Cracoviensis.

Gregorius PP. XIIII. Dilecti filii, salutem etc. Cum Ecclesiae vestrae Cracoviensi nuper vacanti pro pastoralis officii munere, et pro ea, quae Nobis incumbit, omnium Ecclesiarum sollicitudine de idoneo ac digno pastore providere constitueremus, in dilectum filium nostrum Georgium Cardinalem Radivilium, vcstri in primis amantissimum oculos nostros direximus, eumque Ecclesiae eidem in administratorem et animarum vestrarum pastorem praeficimus. Ita sane spectata eius prudentia, probati mores ac religiosa doctrina cacteraeque virtutes pio Praesule dignae, quibus praeditus est, rcquirere videbantur. Accesseruut etiam Charissimi in Christo filii nostri Sigismundi III. Poloniae Regis ea de re Nobis nuper porrectae supplicationes, et crga eundcm Cardinalcm non modo locupletissimum probitatis et virtutum, quae in Episcopum et Cardinalem caduut, testimonium eodcm tempore Nobis exhibitum, sed studiosa officia amoris et observantiae plena erga eum praestita, quae Nos tanto magis ad eam deliberationem plane perficiendam induxerunt, quauto in nostrorum filiorum, praesertim R. E. Cardinalium praeclare gestis, et in eorumdem bonae famae odore valde in Domino delectamur, libentiusque id fecimus, quo ex litteris vestris plcnius cognosceremus, eum vobis fore gratissimum, et quo re ipsa etiam sensimus vobis item proficuum et utile admodum futurum, eum habere pastorem et ducem, qui tot laudem decore praefulgeat et in omnium virtutum perfectione, sed in primis in Catholicae disciplinae cultu vos confirmare valeat, in qua ipse magno cum bonorum omnium emolumento ab ineunte usque aetate meritus fuit. Caeterum c rc vestra erit non solum ei debitam obedientiam praestare, sed eum quo decet studio et observantia prosequi, ut mutuae charitatis gaudium non in hac modo vita, sed in eterna desideratae

salutis retributionem vobis praeparet. Interim per Apostolicam benedictionem, quam vobis peramanter impartimur, in via mandatorum Domini perseverantiam et uberes bonorum operum fructus a Domino deprecamur, atque ut vos ab omnibus adversis continua coelestis suae gratiae protectione custodiat, Deum oramus. Datum Romae apud S. Marcum etc. die XV. Augusti MDXCI. Pont. nostri Anno Primo.

CLIX.

Excerpta ex litteris archiepiscopi Neapolitani nuntii apostolici ad pontificem et cardinales Montaltum et Sfondratum de rebus Poloniae datis. Nuntiat. Polon. Vol. 25. fol. 823 et seqq.

Alla Santità di N. S. Gregorio XIIII. Summo Pontefice.

Varsavia, 1 Gennaro 1591.

In questi giorni per le festività che corrono dopo la santissima Natività del nostro Salvatore, non si è trattato in Senato negotio alcuno: ma intanto il Sig. Cancelliere in presenza delli Senatori, non essendovi il Serñio Re parlò lungamente per dimostrare che egli non havea offeso in cosa alcuna la dignità Regia li giorni à dietro nelle parole che occorsero con Sua Maestà, et li fu risposto in nome del Senato che già era stato deliberato che Sua Signoria cercasse perdono al Serñio Re, con il quale in nome ancora di tutto il Senato si era fatto officio, che benignamente volesse condonare il tutto à Sua Signoria, et che perciò era bene che cosi si esseguisse. Onde alli 29 del passato essendo Senato publico con la presenza del Serñio Re venne il Signor Cancelliere alla Maestà Sua, et assistendo tutti i Senatori, le disse, che se bene nell'animo suo non havea havuto mai intentione di offendere la Maestà Sua, nè credeva che le sue parole le havessero potuto apportare offensione alcuna, nientedimeno, poiche Sua Maestà se n'era offesa, et il Senato havea deliberato che egli le dimandasse perdono, hora con ogni debita sommissione pregava la Maestà Sua à perdonarli tutto quello che in ciò havesse errato, riguardando non alle sue parole, ma alli servitii che havea fatto per la Republica et per la dignità della Maestà Sua. Il Serñio Re li rispose che avendoli tutto il Senato fattoli istanza che volesse condonargli l'error commesso questi giorni à dietro, à sua intercessione li condonava liberamente questo errore senza serbarne memoria alcuna: ma l'avertiva bene che per l'avenire non incorresse in simile eccesso, che non l'haverebbe comportato in modo alcuno, et con questo il Sig. Cancelliere andò à sedere al suo luoco in Senato, dove si trattò di spedir quanto prima gli Ambasciatori che sono qui, et particolarmente deliberare le cose che appartengono alla conchiusione della pace col Turco. Questi mesi à dietro venne qui un Secretario dell'Ambasciatore che risiede in Constantinopoli per la pretensa Regina d'Inghilterra, mostrando che esso Ambasciatore havea conclusa la pace fra i Polacchi et il Turco, et se ne passò in Inghilterra, come ne diedi conto particolare all' Illño Sig. Cardinale Mont'alto con lettere mie delli 8 di Agosto: et all'hora feci caldissimo officio con Sua Maestà, che per questa occasione non volesse stringere qualche prattica con quella pretensa Regina, non convenendo à Principe Catholico, che fa professione di pio et zelante della vera nostra santa religione, haver strettezza et commercio con una donna tanto perniciosa. Hora questo Secretario è ritornato da Inghilterra per andare in Constantinopoli, et ha portato lettere al Serñio Re di essa pretensa Regina, nelle quali si vanta che con la sua auttorità sia fatta la pace fra li Polacchi et il Turco, et fa istanza che si osservino le promesse fatte per mezzo del suo Ambasciatore. Io con questa occasione ho fatto di nuovo caldissimo officio al Re, perche non s'introduca prattica con quella pessima donna come vorrebbono questi heretici, et la Maestà Sua mi ha detto che nel trattato della pace s'intromesse in Constantiuopoli quel Ambasciatore senza saputa sua, et che egli non haverà mai intelligenza con quella pretensa Regina. Il Signor Castellano di Podlachia che già era in molto favore et auttorità appresso Sua Maestà, essendo poi veuuto in poca gratia per le cause che con più mie in cifra ne ho dato conto all'Illño Sig. Card. Mont'alto mentre viveva Sisto V. santa memoria, hora si parte dalla Corte et si ritira à casa, essendo subentrato in molta gratia del Re il Sig. Maresciallo di Lituania, fratello dell'Illño Sig. Cardinale Radzivilo, mostrando Sua Maestà grandissima confidenza à tutti Signori fratelli, et particolarmeute all'Illño Signor Cardinale, il quale in questi Comitii, comc ha fatto sempre iu tutti gli altri, si mostra saldo propugnacolo della Santa Religion Catholica con molto zelo et valore. Trattano tuttavia et li Senatori et li Nuntii terrestri di voler fare istanza al Re, che si dichiari se vuol restare in questo Regno, ò pure habbia pensiero di partire, et che si dichiari ancora nel suo matrimonio: che dell'uno et dell'altro dicono gli Nuntii havere commissione dalla Nobiltà de' loro Palatinati.

All'Illmo et Rmo Signor Cardinal Montalto.

Varsavia, 21 Gennaro 1591.

Dopo molte altercationi si diede fine alli Comitii la notte seguente alli 15 dello stante: et si è concluso finalmente, che si stabilisca la pace col Turco et si diano li 100 mazzi di zibellini che domandava, et si dovesse complire alle promesse fatte al primo Visire, al Bellerbei della Grecia et alcuni altri: ma che tutto ciò si facesse à nome del Sermo Re assolutamente senza farsi mentione alcuna che ci sia consenso del Senato, nè della Nobiltà per sfuggire ogni ombra che questo Reguo pagasse tributo al Turco. Et acciò Sua Maestà possa supplire à questa spesa l'hanno conceduto alcune gabelle in Prussia, et che gli Giudei, che sono per tutto il Regno di Polonia et nelle provincie unite, debbano pagare un fiorino per testa. Per dare à Constantinopoli aviso che Polacchi vogliono concludure la pace, si spedisce hora un gentilhuomo chiamato Crinischi, et doverà partire fra tre ò quattro giorni. Quel Segretario che l'Ambasciatore d'Inghilterra mandò da Constantinopoli questi mesi à dietro alla sua pretensa Regina, et che ultimamente era ritornato qua, come ne diedi conto con le mie del primo Gennaro drizzate alla Santità di Nostro Signore, hora se ne ritorna in Constantinopoli insieme col sudetto Crinischi, già che esso Ambasciatore d'Inghilterra era stato mediatore di promettere li 100 mazzi di zibellini. Si è coucluso similmente che si licentiano li soldati, et assegnatogli il tempo che siano satisfatti de stipendii loro; et si è fatta una constitutione particolare della disciplina militare, per la quale si poue obligo à soldati che debbano risarcire i danni che han fatti à persone particolari del Regno: et sono state cassate et annullate le constitutioni fatte nelli Comitii passati, per le quali con l'occasione della guerra del Turco si concedeva amplissima auttorità et giurisdittione al Sig. Cancelliere come à Capitano generale, di che particolarmente all'hora diedi conto à V. S. Illma. Questo ha dispiaciuto grandemente ad esso Sig. Cancelliere et se n'è protestato in Senato, come alcuni Nuntii suoi adherenti ne hanno fatto similmente proteste: ma la constitutione è già stabilita, et si stamparà fra le altre constitutioni del Regno. Della constitutioue fatta nelli Comitii passati, che escludeva la persona del Sermo Massimiliano de la Corona di questo Regno, sono state grandissime controversie, che molti delli Nuntii terrestri volevano che s'annullasse particolarmente, et altri volevano che si confermasse, et altri pretendevano che fosse invalida, come dicevano essere invalidi tutti li Comitii passati, et si mostravano tutti cosi ostinati nella opinione loro, che volevauo più tosto disfare questi Comitii senza consentire à cosa alcuna. Pure fiualmente si prese questo temperamento, che molte constitutioni delli Comitii passati s'annullassero apertamente, come quella che concerneva l'auttorità del Sig. Cancelliere che ho detto di sopra, et di alcune altre, fra le quali è questa della persona del Sermo Massimiliano, se n'havesse à trattare uelli Comitii d'avenire: et che intanto rastassero in silentio, et in questo modo si quietorno, protestandosi però quella parte, la quale pretendeva che si dichiarasse nulla la constitutione del Sermo Massimiliano, che intanto non havesse vigore ne essecutione alcuna detta constitutione, giache contra di essa nel Convento di Colo si era protestata tutta la nobiltà della Polonia maggiore. Per supplire al bisogno di Sua Maestà alle spese necessarie si è stabilito, che tutti li Capitaneati Regii, che possedono particolari, debbano dare una quarta parte à Sua Maestà per tre anni, che potrà importare intorno à 200 mila fiorini l'anno; et di più al presente le hauno douato tutta quella parte delle contributioni passate, che si ritrova in potere de'particolari essattori delle provincie, che furno deputati à questa essattione, che dicono poter ascendere alla somma di 400 mila fiorini. Del suo matrimonio il Sermo Re non ha fatto poi altra mentione di quella che cennai à V. S. Illma, dicendo pure di aspettar lettere dal padre. Di questi Senatori principali ancora non è partito alcuno, et quattro giorni sono il Sermo Re propose in Senato secreto, che quando li occorresse occasione necessaria di andare in Svecia, si deliberasse al presente come dovrebbe partire la Maestà Sua, et chi haverebbe à accompagnarlo, et come si dovesse provedere al governo del Regno, dicendo che per qualsivoglia occasione che andasse tornarebbe del certo fra due mesi, et che intanto qui non si havesse à fare motivo alcuno. Nel che fu concluso, quando venisse tal necessità la Maestà Sua debba chiamar li Comitii per questo fine solameute, et proponere la causa della partita, che secondo sarà necessario, et considerando la qualità del tempo, si farà quella deliberatione che più converrà all'hora. Ma di questa risolutioue intendo che Sua Maestà non è restata molto sodisfatta. Li Signori Ambasciatori Cesarei hieri hebbero la risposta in Senato publico della loro legatione, della quale mando copia qui allegata à V. S. Illma, et come questi Siguori sono stati molto diversi et contrarii fra loro, cosi nella risposta sono andati con parole oscure, et in ogni modo hanno conseguito che detta consti-

tutione resti sospesa come ho detto di sopra. Della causa de' Reverendi Padri Jesuiti con li cittadini di Riga, che de facto gli anni passati li havevano spogliati della chiesa et habitatione loro, se n'è trattato ancora in questa Dieta caldamente, et dovendola giudicare Sua Maestà con l'assistenza dei Senatori extra Comitia, hoggi à punto havemo havuto la sententia in favore di essi Padri Jesuiti, che siano restituiti nella pristina possessione et siano refatti de' danni et interessi. Et veramente è cosa di molto momento per raffrenare l'audacia degli heretici, et senza altra replica speriamo che sarà esseguita la sudetta sententia. Per condurre à Constantinopoli i zebellini et fermar le conditioni della pace è stato deputato per Ambasciatore il Signor Andrea Tarnowski, gentilhuomo Polacco, che altre volte è stato in Constantinopoli, et con esso anderà insieme il Signor Bartholomeo Bruti, che per il negotio della pace si è trattenuto qui tutto questo tempo, confidando molto li Signori Polacchi nell'opera et valor suo, et nella prattica et isperienza che ha delle cose di Constantinopoli, et in tutti li negocii passati se ne sentono cosi ben serviti, che gli mesi à dietro l'hanno aggregato alla nobiltà Polacca con privilegio, che esso et suoi descendenti possano havere tutte quelle dignità et honori, che può godere qualsivoglia principale et nobile famiglia più antica di questo Regno. Esso Sig. Bruti scrive hora à V. S. Illma una lettera che sarà qui allegata, et raccomanda alla protettione di lei il negocio del suo figliuolo che lo desidera estremamente, et io non posso mancare di non supplicare V. S. Illma, che si degni favorirlo appresso Nostro Signore, acciò possa conseguire la gratia che benignamente gli havea promesso la santa memoria di Sisto V. poiche veramente egli si mostra molto ardente et molto zelante della santa religione Catholica nella provincia di Moldavia, et per opera et auttorità sua si mantengono ivi gli Padri Jesuiti, che potranno fare grandissimo frutto in quelle parti.

In questi Comitii si è restituito l'honore al Sig. Christoforo Sboroschi, et che per vent'anni non possa entrare in questo regno per l'inimicitie passate con il Sig. Cancelliere; ma già che è stato restituito all'honore et alla nobiltà, spera nelli seguenti Comitii ottener gratia di questo essilio.

All' Illmo et Rmo Sig. Cardinale Sfondrato.

Vitovia, 7 Febraro 1591.

Ho fatto caldissimo officio col Sermo Re in quelli particolari che V. S. Illma si degna commandarmi con ampla fede dell' amor paterno che gli porta N. Signore, et della cura che havrà sempre benignamente di tutte le cose che spettaranno à la Macstà Sua. Al che mi rispose esso Sermo Re che restava con grandissimo obligo alla benignità di Nostro Signore, et se li offeriva sempre devotissimo et obedientissimo. Nel particolare della sua partita per Svetia mi disse, che non havea mai havuto animo di abbandonare il regno di Polonia, ma di passare in Svetia quando li motivi di quel regno havessero ricercato la sua presenza con pensiero di ritornare in breve à questo regno, et che dell' andare in Svetia per ancora non havea fatta certa deliberatione, aspettando lettera dal padre et ragguaglio particolare dello stato di quel regno con il ritorno del Sig. Henrico Vielchi, gentilhuomo Svedese molto suo confideute, che à posta mandò in questi mesi à dietro in Svetia. Del matrimonio et particolarmente con la primogenita del Sermo Arciduca Carlo di gloriosa memoria io ne ho fatto grandissima istanza con S. Maestà, con l'auttorità di Nostro Signore per l'ordine che di nuovo me ne dà V. S. Illma, ricordando à Sua Macstà la promessa che mi havea fatta altre volte di dichiararsi apertamente in questi Comitii: et mi ha risposto che in se stesso ha fatto risolutione di accasarsi con una delle figliuole del sudetto Arciduca Carlo, et cosi dovessi darne ragguaglio à Sua Santità, ma che sopra ciò aspettava risolutione dal padre col ritorno del sudetto gentilhuomo Svedese, che dovrebbe giungere da giorno in giorno, facendo il viaggio per terra, gia che in questi tempi non si può navigare il mare di Svetia. Del Breve che si è degnata scriverli Sua Santità con l'aviso della sua creatione, il Sermo Re l'ha ricevuto per singolarissimo favore, et ne rende infinite gratie alla benignità della Santità Sua, alla quale risponde con la lettera che sarà qui allegata. Esso Sermo Re partì da Varsavia alli 30 del passato per andare in Bialowiecz luoco di caccia alli confini di Lituania con pensiero di voler esser poi in Cracovia, et tanto più seguitando il sospetto che era in Varsavia di peste, per lo quale io l'istesso giorno mi partii et mi sono ritirato nel Monastero di Vitovia 18 leghe lontano, gia che in casa mia s'era scoperta la peste, che in dieci giorni mi sono morti cinque servitori con molto pericolo et spavento di tutti gli altri. Aspettarò qui d' intendere il ritorno del Sermo Re, et dove si havrà à fermare con la Corte, per andar subito à ritrovare la Maestà Sua, se piacerà al Signore Dio di darmi salute.

Vitovia, 7 Febraro 1591, decifrata 9 Marzo.

Hora che di nuovo (per l'ordine che me ne ha dato V. S. Illma) ho trattato con il Re di Polonia il suo matrimonio, non solo mi ha affermato di havere intentione di casarsi con una de lc figliole dell'Arciduca Carlo, come scrivo nelle lettere aperte, ma mi ha detto di più confidentemente, che dovendo venire à Roma il Cardinale di Vilna (che già doveva partire da Varsavia l'istesso giorno che io partii) li haveva dato commissione di trattare di questo matrimonio et con l'Arciduca Ernesto in Vienna, come uno de li tutori di quelle Principesse, et con la moglie dell'Arciduca Carlo in Gratz. Ma Sua Maestà non è risoluta ancora, se voleva domandare la primogenita o la terzogenita, essendo stato scritto dal fratello del Palatino di Cracovia che è stato à Gratz, che la primogenita habbia le spalle alquanto grosse et il collo corto, et che la terzogenita sia più disposta et più bella. Onde Sua Maestà si è mossa à mandare huomo particolare per vedere queste Principesse et haverne particolare relatione, et cosi mi viene affermato da persone molto confidenti de la Maestà Sua. Et l'autorità et prudenza del Cardinale di Vilna potrà molto facilitare il negocio, poiche il Re li confida grandemente.

Del partire per Svetia, Sua Maestà ne havea molto desiderio et credeva poter partire à la fine di Maggio con animo di ritornarsene in Polonia à Settembre, et cosi volea promettere al Senato et à la Nobiltà di questo Regno, volendo all'incontro che essi promettessero di aspettare il suo ritorno in questo tempo, et non fare novità alcuna? ma essendo stato determinato in questi Comitii che quando verrà occasione necessaria à Sua Maestà di essere in Svetia, debba convocare li Comitii, per questo effetto assolutamente, et mostrare le cause necessarie che lo movino à partire. Conosce la Macstà Sua che difficilmente potrà convocare li Comitii cosi presto, che potesse poi partire questa estate, cosi lo dicono tutti quelli che desiderano restarsene in questo regno. Sua Maestà intanto non ha fermato resolutione alcuna, et aspetta con molto desiderio quel Sig. Henrico Belchi gentilhuomo molto confidente, che li mesi adietro mandò in Svetia per questi suoi negocii. Se la Maestà Sua farà altra risolutione, procurerò con ogni diligenza dare ragguaglio à V. Sig. Illma di quanto potrò penetrare. Et intanto quando sarò con Sua Maestà renovarò più volte l'officio che non debba abbandonare questo regno, come ella si degna commandare con le lettere delli 20 di Decembre.

Slaucovio, 26 Marzo 1591.

Mi viene affermato da buona parte che quella pretensa Regina d'Inghilterra sotto pretesto di mostrarsi grata al Turco, che ad instanza sua et per gli officii fatti dal suo Ambasciatore sia condisceso à far la pace con li Polacchi, hora manda un grosso presente in Constantinopoli à quelle donne del serraglio di valuta di più di 60 mila overo 70 mila scudi, et che con questo mezzo voglia attaccar prattica che 'l Turco mandi questo anno grossa armata à danni de Christiani. Questi presenti doveano mandarsi per mare con una navc à posta; ma poi mutato pensiero, mi dicono che li mandi per terra. Io uso ogni diligenza possibile per intendere se essi presenti doveranno passare per questo regno; et in tal caso farò caldissimo officio col Serño Re, che s'impedissero per disviare i trattati di questa pessima femina, se bene sarà difficile, che Sua Maestà voglia ritener doni che vadano al Turco, del quale hanno gran timore.

Praga, 11 Giugno 1591.

Alli v. del presente hebbi udienza dall'Imperatore introdotto da Monsig. Rño Eletto di Cervia Nuntio qui residente, et presentando à Sua Maestà Cesarea una lettera officiosa del Re di Polonia che era in mia credenza, con questa occasione le feci ampla fede dell'ottima volontà, che haveva il Re di Polonia di confermare et accrescere l'amorevolezza et la congiuntione che ha con S. M. Cesarea et con la Serña casa d'Austria, et subentrai poi al particolare del matrimonio. L'Imperatore mostrando haver molto cara questa significatione d'amore d'esso Re di Polonia mi rispose con molta humanità, che haverebbe corrisposto sempre con ogni maggiore affettione in qualsivoglia occasione che occorrerà di sodisfattione al Re di Polonia, et che era molto inclinato al matrimonio aspettando da hora in hora risposta sopra ciò da gli altri Principi che sono rimasti tutori di quelle Principesse, et ha dato ordine che si risponda alla lettera del Re con molta amorevolezza. Di tutto ciò ho dato ragguaglio al Serño Re di Polonia con mie lettere, procurando che si accresca amore et confidenza fra questi Serñi Principi per servitio della Republica Christiana nelle occorrenze che potessero nascere. Giunse qui alli vm dell'istante

il Serñno Massimiliano, et come Monsig. Rño Nuntio darà pieno ragguaglio à V. S. Illña di tutti i particolari, cosi io non mi allungarò in altro se non che dovendo finir la mia purga fra quattro giorni, procurarò poi mettermi in viaggio per Italia, come con l'altre mie precedenti delli 4 ne le ho dato conto à pieno.

Praga, 20 Maggio 1591.

Giunsi qui in Praga la mattina delli xv. del presente, dove Monsig. Revño Eletto di Cervia Nuntio di Sua Santitità in questa Corte mi ha favorito di alloggiarmi nella sua casa con molta cortesia et con molto splendore. L'Imperatore si ritrovava allora in Brandais, luoco di caccia tre leghe lontane, et ritornò qua la sera de li xvii, et havendogli fatto chiedere l'udienza, mi danno speranza che potrò haverla da giorno in giorno: nella quale farò officio particolarmente per la conclusione del matrimonio tra 'l Serño Re di Polonia et la Principessa Anna figlia dell'Arciduca Carlo di glor. mem. già che Sua Maestà Cesarea ne ha scritto all'Arciduca Ferdinando et al Duca di Baviera, per intendere la resolution loro come tutori, et se ne aspetta la risposta da hora in hora per quanto mi ha detto il Signor Curtio Vicecancelliere dell'Imperio. Credo spedirmi con una udienza sola da Sua Maestà Cesarea et seguitar poi il viaggio con ogni diligenza. Intanto ho voluto fare humilña riverenza etc.

Di V. S. Illña et Rña

Humilissimo et obligatissimo Servitors
A. Arcivescovo di Napoli.

PONTIFICATUS CLEMENTIS PP. VIII.

CLX.

Pontifex significat regi Poloniae exaltationsm suam ad supremum apostolatum, suadet, ut haereticos a publicis negotiis arceat, et commendat nuntium apostolicum archiepiscopo Neapolitano in hoc munere suffectum.
Reg. Brev. Tom. 36. fol. 91.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Placuit divinae bonitati post Innocentii obitum, quem speramus iam frui aeterna benedictione eximiae illius pietati debita, nos per Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinalas, implorata, ut mos est, Spiritus Sancti gratia, ad Pontificatum vocare, hoc est ad munus laboriosissimum et omnibus curis plenissimum, in tanta praesertim rerum et temporum iniquitate et impiorum sacrosanctam religionem delere cupientium conatu. Quo in munere consulatur nos spes divinae bonitatis, cuius vocatu tantum oneris sustinemus, cuius gloriae inservire cupimus, cuius beneficio hanc ipsam quoque voluntatem habemus: sic igitur speramus fore, ut qui dedit velle, det etiam perficere pro bona voluntate. Amavimus ex eo tempore, cum istuc venissemus legati a sanctae mem. Xyxto PP. V. Regni istius rerum causa, pietatem, mores, ingenium tuum ad optima omnia propensum; quo etiam tempore potes meminisse, quantopere de tua gloria deque Regni istius salute angeremur ac niteremur, quamque multa tecum egerimus ad utramque causam pertinentia. In quibus illud in primis fuit, nihil posse fieri Tuae Maiestati, nihil Regno exitiosius quam Magistratus haereticis mandari, atque illos in consilium adhiberi vel in Senatum admitti: multas tum causas attulimus, omnique contentione egimus ac rogavimus per tuam gloriam perque Regni istius salutem, ne id diutius ferres, assensus tam facile es ac pollicitus te in posterum nunquam publicis privatisque in rebus haereticorum opera aut consilio usurum. Nunc autem quod ad publicas res attinet sic accepimus, illos adhuc Magistratus gerere et in Senatu esse. Rogamus pari atque tunc caritate, nam maiore non possumus, auctoritate etiam Dei beneficio maiore, ut huic malo provideas, nec patiaris haereticos, quod nunc etiam experiris et tuorum principum ac Christi omnium principis hostes publicas res attingere,

Quod autem ad Tuam Maiestatem attinet, certum habe, nos nunquam commissuros, ut illa in re possis ullum a nobis amantissimi parentis officium desiderare. Datum Romae apud S. Petrum etc. die prima Februarii 1592. Suscepti a Nobis Apostolatus officii Anno Primo.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Regi Poloniae Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Summa Catholicae Ecclesiae cura nobis a Deo imposita efficit, ut Catholicis Principibus omnibus auctoritate atque opera praesto nos esse oportere intelligamus omnibus in rebus, quae ad Dei gloriam pertinere possunt: quod autem attinet ad Maiestatem Tuam, quo paratiora a nobis habeas omnia paternae caritatis officia, mittimus Venerabilem fratrem Germanicum Episcopum S. Severi qui nostri et Sedis Apostolicae apud te Nuntii ordinarii authoritate et munere fungatur. Communicabit tecum, quae nos ei mandavimus, cum hinc discederet, quaeque ei postea committemus, curabitque summa fide atque integritate, quibus virtutibus excellit, omnia, quae ad te atque ad tuos pertinere intelliget, quantum quidem facultatis a nobis accipere ratio et modus feret. Si quid gravius acciderit, aut si quid per eius literas nobis significandum putaveris, perscribet ad nos diligentissime. Omnia igitur ei quam tutissime committes, eiusque verbis tum in adventu ipso, tum in posterum fidem tribues, ut Nuntiis nostris soles. Quod eum Maiestati Tuae commendemus, nihil est: speramus enim hoc ipso Nuntii nostri nomine fore commendatissimum. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 6. Iunii 1592. Pontificatus nostri Anno Primo.

CLXI.

Pontifex Moldaviae principem in pio eius consilio Romam veniendi confirmat. Reg. Brev. Tom. 37. fol. 36.

Dilecto in Christo filio Nobili viro Petro Moldaviae Principi.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem et perpetuam cum Sancta et Romana Ecclesia coniunctionem. Ex litteris tuis atque ex sermone dilecti filii Antonii Bruti, cui eas litteras et mandata ad nos dederas, cognovimus, quam praestanti voluntate sis, quibusque de causis cupias ad nos venire. Fuerunt illa omnia nobis iucundissima. Libenter te videbimus, accipiemusque amanter atque honorifice et commendatum habebimus, ut par est, virum ista voluntate praestanti et loco praeditum. Deus benedictus amplectatur foveatque te sua gratia. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Aprilis 1592. Pontificatus nostri Anno Primo.

CLXII.

Cardinalie Radiviliue constituitur a pontifice legatus a latere ad benedicendum matrimonium inter Sigismundum regem Poloniae et Annam Austriacam Viennae ineundum. Reg. Brev. Tom. 37. fol. 38.

Dilecto filio nostro Georgio tit. S. Sixti praesbytero Card. Radivilio nuncupato.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili noster, salutem etc. Mandavimus tibi hinc discedenti, ut nostro nomine interesses matrimonio contrahendo inter Carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem et Annam Austriacam, eique matrimonio et coniugibus benediceres: quod ut maiore cum dignitate fieret, fecimus te ad id nostrum et Sedis Apostolicae Legatum. Nunc vero accepimus, fore, ut matrimonium id per procuratorem Regis contrahatur Viennae, volumus te eo etiam ire, eique actioni eodem Legati nomine et auctoritate interesse, et coniugibus ac matrimonio benedicere, atque Annam in Poloniam comitari, ea in id regnum ingressa legationem continuo cessare. Te vero huic nostrae voluntati et mandato libenter obtemptaturum non dubitamus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 24. Aprilis 1592. Pontificatus nostri Anno Primo.

CLXIII.

Pontifex praedictae Annae reginae Poloniae rosam auream mittit. Reg. Brev. Tom. 37. fol. 134.

Carissimae in Christo filiae Annae Austriacae Poloniae Reginae.

Clemens PP. VIII. Carissima in Christo filia, salutem etc. Iudicavimus magnopere convenire aliquid muneris mitti Maiestati Tuae his primis diebus nuptiarum. Mittimus igitur rosam auream, quam vetere Pontificum Romanorum more solemni ritu adhibito balsamo, thure et aqua benedicta consecravimus quarto sanctae quadragesimae dominico die, quo die Ecclesia in sacrosanctae Missae sacrificio invitat fideles omnes ad laetitiam illis verbis: Laetare Ierusalem et conventum facite omnes, qui

diligitis eam; gaudete cum laetitia, qui in tristitia fuistis, ut exultetis et satiemini ab uberibus consolationis vestrae. Laetatus sum in his, quae dictae sunt mihi, in domum Domini ibimus. Quae autem precati tum sumus universe, precamur nunc etiam nominatim Maicstati Tuae, ut Deus et Dñus noster crimina deleat, fide repleat, indulgentia foveat, misericordia protegat, adversa destruat, prospera cuncta concedat. Affert rosam hanc dilectus filius Maximilianus Pernestainus, cubicularius noster secretus, vir praestanti generis atque animi nobilitate et in primis nobis carus. Accipies eam peracto in ea quam malueris ecclesia ab aliquo in ecclesiastica dignitate constituto Missae sacrificio. Nos autem omnibus, qui ei sacrificio interfuerint, quindecim annorum et totidem quadragenarum indulgentiam concedimus in forma Ecclesiae consueta. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 28. Maii 1592. Pont. nostri Anno I.

CLXIV.

Pontifex principes Moldaviae et Valachiae, regem et proceres Poloniae ac Cosachios hortatur, ut Turcas repellant, iisque ad aacrum hoc bellum aggrediendum Alexandrum Comuleum nuntium suum mittit.
Reg. Brev. Tom. 39. fol. 5, 20 et seqq.

Dilecto filio Nobili viro Aaroni Moldaviae Principi.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Beatissimi Apostolorum Principis Petri locum et sedem meritis licet imparibus Dei benignitatc habentes, cui dictum est a Christo Dño, Pasce oves meas, iure optimo de omni Christiana Rcpublica solliciti sumus, cuius multiplices calamitates, quibus illam afflictam cernimus, cor nostrum veluti quodam doloris gladio transfigunt. Quare cogitationes nostras dies noctesque in eo defixas habemus, ut quantum divina gratia adiutrice praestare licet, Christiani populi utilitati consulamus: nam quamvis inimici crucis Christi multiplicati sunt super numerum, iamque adeo superbia elati sunt, ut non solum Christianos multos durissima servitute oppressos tenere illis satis sit, sed Christi nomen penitus se abolere posse confidant, non tamen desperamus, scientes quia omnipotens est ille, ad quem sunt oculi nostri, qui si decreverit nos salvare, nulla tanta vis est, quae impedimentum afferre valeat, ne continuo liberemur. At eos quidem omnes, qui Christo Domino nomen dederunt, et invictae Crucis Vexillum sequi sc profitentur, zelo gloriae Dei exardescere aequum est. Quia vero de Nobilitatis Tuae animi magnitudine accepimus, cum ob gravissimas Christianae Reipublicae causas certum hominem familiarem nostrum in regiones istas mitteremus, illi praecipue in mandatis dedimus, ut tecum nostro nomine colloqueretur. Is autem est hic Alexander Comuleus Illyricus, presbyter, servus Christi et nobis valde gratus. Illum Nobilitas Tua et benigne audiet, et ei fidem in omnibus habebit, quam nobis ipsis haberes, si tecum praesentes loqueremur. Te interca hortamur, Princeps, ut cogitationcs illas ad animum tuum admittas, quac gencroso pectore, et illius praecipue, qui Christiano nomine gloriatur, dignae et congruentes sunt. Datum Romae apud S. Petrum etc. die VIII. Novembris MDLXXXXIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Dilccto filio Nobili viro Principi Valachiae.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Urget nos pastoralis nostri officii ratio, ut de totius Christianae Reipublicac utilitate solliciti simus: Nobis enim in bcatissimo Petro dictum est, cuius locum licet immeriti Dei dispositione tenemus: Pasce oves meas. Quare ob gravissimas eiusdem Christianae Rcipublicae causas mittimus ad rcgiones istas et ad Nobilitatcm Tuam hunc dilectum filium familiarem nostrum in primis carum, Alexandrum Comuleum Illyricum, presbyterum prudentem et pium, qui has nostras literas Nobilitati Tuae reddct, ct quae illi mandavimus nostro nomine exponet. Tu ergo et benigne illum excipies et libenter audies, fidemque plenam et eandem prorsus habebis, quam nobis haberes, si tecum ipsi loqueremur. De te autem audivimus, quod animo magno es, et de populo tuo isto accepimus, quod a Latinis atque Italis prognati estis, quo magis credendum est, vos gloriam maiorum vestrorum appetentes et avidos esse: sed illud magis vos excitare debet, quod Christianos vos esse, et salutiferae Crucis Vexillum vos sequi profitemini. Quare eo animo esse debetis, ut communem Christianae Reipublicae causam, quam inimici Crucis Christi tot machinis oppugnant, ad vos quoque pertinere existimetis, et praeclarum aliquid aggrediendum putetis, quod aeternam famam apud omnes et nationes et aetates promereatur. Datum Romae etc. ut supra.

Eod. modo Regi Poloniae, Palatino Volhiniae etc., Ianusio Castellano Cracoviensi, Cardinali Radivilio, Sigismundo Transilvaniae Principi, Andreac Cardinali Bathoreo, Magno Regni Pol. Cancellario.

Dilecto filio Nobili viro Capitaneo generali Cosachiorum.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. In hac sublimi beatissimi Apostoli Petri sede non nostris meritis, sed divina voluntate collocati, ad omnes Christianae Reipublicae partes oculos sollicitudinis nostrae assidue convertimus, quemadmodum a nobis officii nostri pastoralis ratio postulat: sed hoc potissimum tempore id agimus, cum eadem Respublica magnis fluctibus agitata ab haereticis et infidelibus vehementissime oppugnatur. Nos autem in tam multis calamitatibus, quae partim nos premunt, partim imminent et propinquae sunt, non solum ad patrem misericordiarum per orationes et sacrificia confugimus, in quo potissimum spes nostra reposita est, sed humanis etiam rationibus, ut par est, publicis incommodis remedium adhibere, quantum divina gratia adiutrice possumus: omni sane studio conamur, et filios nostros Principes Catholicos et nationes ac populos bellica laude florentes ad fidei, et Reipublicae causam non minus pie quam fortiter tuendam nostra paterna voce excitamus. Quo in genere scimus illustrem esse tuorum Cosachiorum militiam, eamque propterea Christianae Reipublicae adversus communes fidei nostrae hostes magno usui esse posse. Tum multa quoque de tua virtute et rei militaris scientia accepimus: viris enim fortibus fortem et prudentem virum praesse aequum est. Neque vero dubitamus te huius S. Rom. Eccl. omnium Christifidelium matris et studiosum et observantem esse, cupereque pro Dei gloria et Christianae Reipublicae dignitate praeclarum aliquid aggredi, et Deo iuvante efficere, quod posteritatis memoria celebretur, et quod multo est praestantius, aeternam tibi afferat felicitatem. Nos igitur te valde in Domino diligentes, et de tua in nos et hanc Sanctam Sedem voluntate magnopere confidentes mittimus ad te, et ad milites tuos hunc dilectum filium Alexandrum Comuleum Illyricum, familiarem nostrum, sacerdotem Domini pium et religiosum nobisque valde gratum, ob gravissimas Christianae Reipublicae et fidei Catholicae causas, de quibus is tecum nostro nomine aget: quare hortamur te, ut eum humaniter audias, eique omnem fidem, ac si nos ipsi tecum loqueremur, habeas. Tu vero, vir fortissime, audi vocem matris tuae Romanae Ecclesiae, fortitudinem istam tuam et in bellicoso populo auctoritatem offer Deo et beato Petro, imple desiderium nostrum: erit hoc tibi et genti tuae in omnes aetates gloriosum, quod Apostolica Sedes difficillimo tempore multum virtuti vestrae et pietati tribuendum merito duxerit. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VIII. Novembris M.D.LXXXXIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Dilectis filiis Cosachiis Militibus.

Clemens PP. VIII. Dilecti filii, salutem etc. Beatissimi Apostolorum Principis Petri meritis licet imporibus, divina tamen dispositione haeredes et successores, cui omnes Christi oves pascendae et gubernandae ab eodem Christo Domino sunt traditae, omnes Deo fideles Christianos et longe et prope paternae caritatis sinu complectimur, et in communi Christianae Reipublicae necessitate omnes veluti unius matris S. Rom. Cath. Ecclesiae filios ad opem matri ferendam advocamus. Vos igitur et filios nostros in Christo agnoscimus et vos paterno amore prosequimur, et vestram virtutem et militarem fortitudinem notam et perspectam habemus, et de vestra in nos atque hanc Apostolicam Sedem observantia ea nobis pollicemur, quae a Christianis hominibus virisque fortissimis Romanum Pontificem, Christi in terris Vicarium et totius gregis Domini Pastorem, expectare aequum est, nimirum ut pro Dei gloria, pro fidei defensione, pro Christianae Reipublicae conservatione omnia quamvis ardua et difficilia aggredi parati sitis: nihil enim viros fortes magis decet, nihil est ad laudem bellicam illustrius, nihil ad memoriam posteritatis gloriosius, quam communem Christianam Rempublicam defendere, sanctam religionem nostram tueri et pro Christiani nominis maiestate vitam et sanguinem, si ita opus sit, profundere, hoc praesertim tempore cum teterrimus Turcarum tyrannus tanta adversus Christianos rabie incensus est, ut non solum omnes dirae servitutis iugo opprimere, sed penitus nomen Christianum delere, quod Deus in illum convertat atque extinguere conetur. Nos autem pro nostro pastorali officio de universali Ecclesia Dei solliciti mittimus ad vos ob gravissimas religionis et publicae utilitatis causas hunc dilectum filium Alexandrum Comuleum Illyricum, presbyterum insigni pietate et zelo familiarem nostrum et nobis pergratum, quem vobis in Domino commendamus, ut eum vos nostro nomine alloquentem libenter audiatis fidemque absque ulla dubitatione plenam habeatis: ea enim acturus est vobiscum, quae ad Dei honorem vestraeque nationis et militiae dignitatem valde pertinent. Vos autem viri potentes accingimini, ut Deo exercituum strenue servientes immortales palmas et coronas, quae nunquam marcescunt reportetis. Datum Romae apud S. Petrum etc. ut supra.

CLXV.

Archiepiscopum Gnesnensem pontifex monet, ne a proposito pecuniarum in commodum regni contribuendarum discedat.
Reg. Brev. Tom. 39. fol. 38.

Venerabili fratri Stanislao Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Quod de Regni istius rerum statu post carissimi filii nostri Regis profectionem per literas quoque Fraternitatis tuae ad xxii. Septembris diem datas nos admoneri volueris, gratum nobis sane fuit: gerimus enim et Regnum et Regem in intimis visceribus, totoque caritatis affectu et Regni tranquillitatem incolumem servari optamus et Regiae Maiestatis dignitatem integram, ut par est, atque inviolatam esse cupimus. Et quidem ad haec efficienda non solum Fraternitatis tuae auctoritatem multum valere intelligimus, sed te quoque hoc ipsum maxime expetere de tua pietate et prudentia nobis persuademus: id enim et episcopalis officii ratio et senatorium munus, et patriae caritas et divina atque humana iura planc flagitant. Etenim Sacerdotes Dei in primis decet cogitare cogitationes pacis et non dissensionis, et praeter caeteros sollicitos esse servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Quapropter non sine maxima animi molestia accepimus, ea, quae paulo ante optimo consilio decreta et rite ac recte constituta sunt, nimirum de pecuniis filio nostro Regi contribuendis, ea a nonnullis, cum Rex ipse vix pedem Regno extulerit, quasi in dubium revocari, et causas nescimus, quas tanquam publici boni excogitari, cum revera uihil hoc tempore publicae utilitati perniciosius esse possit. At vero multo illud nobis molestius accidit de Instructione quadam, quae Fraternitatis tuae nomine per totum Regnum pervulgata est, quam certe cum legeremus valde demirati sumus, non ob eam tantum causam, quod ad pecuniariam illam contributiouem, quae in primis salutaris et necessaria est, impediendam tota conflata est, sed quod manifesto perspicimus, Regni quietem iu magnum discrimen vocari et ad perturbationum flammas excitandas tanquam faces subiici. Ac nisi Fraternitatis tuae zelum, integritatem et egregiam erga Patriam, et Regem ipsum voluntatem notam atque perspectam haberemus, potuissent, quae in ea scriptione continentur, facile nos in suspicionem adducere, quod iis assentiaris, qui tumultus et dissidii materiam quaerunt, cum potius contra Fraternitatem tuam iis favere et adhaerere non dubitemus, qui optimae causae suffragantur, quique et Regiam auctoritatem, et Regni quietem sartam et tectam servare omni studio nituntur, quae duo inter se ita cohaerent, ut seiungi non possint. Et nos quidem certe illorum cogimur interdum prudentiam desiderare, ne quid gravius dicamus, qui de caducis pecuniis adeo sunt solliciti, de perpetua vero Regni Poloniae amplificatione et gloria non sunt solliciti, qui si cogitarent, quam praeclara oblata sit occasio, quanti momenti res agatur, ut duo pulcherrima et nobilissima Regna coniungantur, Sueticum et Polonicum, et veluti in unum corpus coalescant, profecto non solum de paucis pecuniis non laborarent, sed omnes Regni pecunias, omnes vires et privatim et publice ad eam rem conferri oportere censerent. Ponat sibi ante oculos Fraternitas tua, quod te certe et patriae caritate et christiani populi utilitate permotum saepe facere existimamus, pone inquam tibi ante oculos, quantum dignitatis, quautum roboris ad Regnum Poloniae accedat, quam multa bona ex ea coniunctione, et duorum Regnorum copula siut consecutura ad totius Christiauae Reipublicae amplificationem et firmitatem, quanto firmius et validius propugnaculum sit habitura Christiana Religio adversus Christiani nominis infensissimos hostes Turcas, hoc praesertim tempore, cum tanto illi furore contra nos inflammati rapiuntur, ut qui tanto bono omni qua possunt ratione non favent, aut quod dictu pene incredibile est, etiam adversantur, iis certe magnopere verendem sit, ne patriam, ne Christianam Rempublicam, ne Catholicam Religionem gravissime laedaut, et ne sibi ipsis thesaurizent iram in die irae et iusti iudicii Dei, qui redditurus est unicuique secundum opera sua. Quamobrem Fraternitatem tuam quanta possumus efficacia hortamur, et per nostram erga te paternam benevolentiam, per tuam in nos et hanc Sanctam Apostolicam Sedem observantiam, per eam, quam Deo et patriae caritatem debes, obnixe obtestamur, ut salutare illud decretum de pecuniarum collatione Regi praestanda omni tua ope, opera, auctoritate quam diligentissime excquendum cures. Redibit Rex filius noster, redibit omnino Deo iuvante paterni Regni rebus compositis, expectandus interea patienter, fides et pietas debita absenti repraesentanda, accelerandus etiam ei reditus facili pecuniarum collatione, non praecludendus: optima consilia adiuvabit Deus, vestra concordia in Rege magnae spei tuendo, omnique oratione fovendo, stat Regnum, et stabit, divina gratia adiutrice. Effice igitur frater, ut omnia prorsus dissolvendae pecuniae impedimenta removeantur, quod si secus fieret, id nobis certe molestissimum accideret. Sed confidimus Fraternitatem tuam sui similem fore, et quam personam sustineat optime cogitaturam, et paci, quieti et tranquillitati

studeat, et Regiam causam hoc est publicam omni conatu sustineat. Hoc tua persona dignius, patriae et Christianae Reipublicae utilius, nobis denique gratius et acceptius facere nihil potes. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Novembris MDLXXXXIII. Pont. nostri Anno Secundo.

CLXVI.

Pontifex regi Poloniae de felici in Sveciam adventu, de prospero ibi rerum successu, deque pio suo desiderio avitam fidem in hoc regno instaurandi gratulatur. Reg. Brev. Tom. 39. fol. 52.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Perlectis Maiestatis Tuae litteris ad decimam sextam Octobris diem Stocholmiae datis, quibus nobis significas, te post paulo difficiliorem navigationem, Angelo Domini deducente, salvum et incolumem ad primariam illam Regni Sueciae civitatem appulisse, tum patrui tui, populi totius omniumque ordinum laeto occursu exceptum, Regem acclamatum et consalutatum et in ipsa Regni arce collocatum esse: haec cum ex Maiestatis Tuae litteris cognovissemus, manus ad coelum sustulimus et toto cordis affectu gratias egimus patri misericordiarum et Deo totius consolationis, qui preces humilitatis nostrae et multorum piorum virorum orationes exaudire dignatus est, quas toto hoc tempore pro Maiestatis Tuae salute et felicitate ad thronum divinae illius clementiae tanto ardentius obtulimus, quanto gravioris momenti rem agi intelligebamus, quaeque tantopere ad ipsius Dei gloriam et cuncta Christianae Reipublicae utilitatem pertineret. Itaque, fili carissime, recreasti nos litteris tuis, quas et cupide expectabamus et avide legimus: sed illud potissimum cor nostrum in Domino consolatur et gaudio spiritali complet, quod Maiestatis Tuae notam et perspectam pietatem quotidie magis agnoscimus, quodque te omnes curas et cogitationes tuas ad Dei honorem dirigere perspicimus, ut Regnum istud paternum et avitum non tam tibi, cui iure debetur, quam Christo Domino, cui te ipsum et tua omnia debere profiteris, lucrifacias, et vineam istam, ut scribis, a singulari fero et immani apro miserabiliter depastam et devastatam iterum plantandam et excolendam, hoc est sanctam Catholicam religionem restituendam cures, illam, inquimus, orthodoxam religionem, quam haec Sancta Romana Ecclesia, cui Deo auctore praesidemus, omnium Ecclesiarum mater et magistra cunctos fideles populos semper docuit, et usque ad finem saeculi per Dei gratiam docebit, et quam Regno isti florentissimo olim tradidit: cuius quidem et Reges et populi hanc matrem suam amantissimam, quae illos in Christo Iesu per Evangelium genuit, perpetuo agnoverunt et omni pietate coluerunt, quoad satanae astutia decepti et fascinati doctrinis novis et peregrinis se abduci passi sunt; sed confidimus in Deo et in potentia virtutis eius, quod deserta et invia iterum revirescent et laetabuntur, et templum Domini in Regno isto ab alienigenis destructum iterum reaedificabitur, et erit laetitia magna in populo. Tu vero, fili, confortare et esto robustus, conserva hanc praeclaram voluntatem et generosi ac Regii animi tui magnitudinem, te tam pia et salutaria meditantem, te zelo divini honoris incensum et ad catholicam religionem restituendam omni studio incumbentem adiuvabit, ut plane confidimus, Deus, qui Maiestati Tuae hanc mentem dedit, et tot coronis, ut tu ipse pie commemoras, te auxit. Et nos, fili, qui te in intimo caritatis sinu gerimus, et omnia tuae dignitatis ornamenta nostra ducimus, et tibi et Regno isti omni nostrae pastoralis sollicitudinis officio, quantum cum Domino poterimus, nunquam certe deerimus. Iutcrea Deum precamur, ut mittat tibi auxilium de sancto et de Sion tueatur te, tribuat tibi secundum cor tuum, et omne consilium tuum confirmet, et nos, qui eius vices licet immeriti in terris gerimus, Maiestatem Tuam nostra Apostolica auctoritate paterne benedicimus. Quod vero attinet ad Coadiutoriam Monasterii Cervenensis, de qua Maiestas Tua alteris litteris separatim ad nos scripsit, et dilectum filium nostrum Andream Cardinalem Bathoreum Coadiutorem Electum nostra auctoritate confirmari petiisti, et nos tuo rogatu, cui semper multum tribuimus, et nostra erga Cardinalem ipsum propensione adducti libenter assensi sumus, et quae ea in re agenda erant, expediri iussimus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XVI. Decembris MDXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CLXVII.

Responsum ad orationem D. Stanislai Minski palatini Lanciciensis, cum Clementi PP. VIII. nomine Sigismundi III. Poloniae et Sveciae regis obedientiam redderet, in aula regum apud s. Petrum die 27. Ianuarii 1594. Ibidem fol. 73.

Nobilis Orator. Quod sacris scripturis traditum est, filium sapientem laetificare patrem suum, id re ipsa probat Sñus Dñus Noster in filio suo carissimo Sigismundo Poloniae et Sueciae Regc: vere

enim laetitia repletur paternus eius animus, dum videt Regem aetate et summis ornamentis florentem sapientia excellere, hoc est timore Domini sancto et divinae gratiae zelo, quem et alias saepe, et nuper maxime declaravit in Regni Sueciae haereditaria aditione, litteris ad Sm̃um D. N. statim scriptis, quibus gravissime testatus est nihil sibi antiquius, nihil esse optatius, quam catholicum religionem in Regno illo restituere, quod sane magna Sanctitatis Suae et huius Amplissimi Ordinis comprobatione acceptum est. Et hodierna quoque die suam erga Sanctam Apostolicam Sedem observantiam praestare ostendit Rex vester hac insigni legatione, qua per te Clarum Virum et primarium Senatorem debitam Christi Vicario obedientiam more maiorum ritu solemni profitetur. Et quidem Sm̃o D. N. notae et perspectae iam pridem sunt Regii animi virtutes, earum tamen commemoratione valde laetatur: nihil enim amantissimo patri dulcius, quam sapientem filium laudari, quemadmodum et illa iucunda fuere, quae a vobis narrata sunt de veterum Poloniae Regum pietate, religionis propagandae studio et Regni ipsius militari gloria. Nam Regnum illud et nationem non minus piam quam fortem in intimo caritatis sinu gerit Sanctitas S., singularique Dei benignitate factum esse existimat, ut duo illa Regna in ipso Rege iungerentur, eamque rem difficillimo hoc tempore Christianae Reipublicae magna utilitati fore sperat. Interea Sm̃us D. N. hanc Sigismundi Poloniae et Sueciae Regis pro utroque Regno obedientiam una cum his Venerabilibus fratribus suis S. R. E. Cardinalibus recipit, et Regi et Regnis paterno affectu benedicens coelestium bonorum copiam et victoriam adversus nominis Christiani hostes a Deo precatur.

CLXVIII.

Pontifex regi Poloniae suadet quam primum e Svecia in regnum Poloniae redire, significatque, filiolum eius nasciturum e sacro baptismatis fonte per nuntium suum se libenter suscepturum, data ad hoc eidem nuntio facultate, mittitque insuper ad hoc Andream Opalinski. Reg. Brev. Tom. 38. fol. 99.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Nihil libentius agimus, quam in iis rebus nostram et huius Sanctae Sedis auctoritatem interponere, quas ad Maiestatis Tuae dignitatem et animi quietem pertinere, idque maxime in negotio Benziniensi, quod tam multis de causis peculiari quodam affectu nostrum esse ducimus. Itaque non solum antea ea de causa mandata dedimus Dilecto filio nostro Ludovico Cardinali Madrutio, cum illum ad Carissimum filium nostrum Rodulphum Electum Imperatorem primum misimus, cuius officii nomine litteris tuis ad vigesimam mensis Decembris diem Stocholmia datis, non tam necessario, quam amanter nobis gratias agere voluisti, sed et nunc quoque eodem Cardinali ad Caesaream Maiestatem et Ratisponensem Conventum nostro et Apostolicae Sedis de latere Legato a nobis renuntiato illa ipsa mandata efficaciter renovamus, atque hanc illi curam inter praecipuas esse volumus, quae nobis cordi sunt et erunt maxime. Sic enim tibi persuadeas, fili, nos suscepti negotii sollicitudinem non deposituros, quoad benedicente Domino is rerum exitus consequatur, quem potissimum optamus. De tuo autem in Poloniam reditu, et si nulla in animo uostro residebat dubitatio, periucundae tamen fuerunt litterae tuae ad secundum Ianuarii diem item Stocholmiae scriptae, quibus illud tibi certum ac fixum esse significas, ut quam primum idoneum navigationi tempus fuerit, Deo ducente, in Poloniam redeas, quod nos et probamus, et ut prospere eveniat, precamur. Quod vero nos invitari curasti, ut proximo iam partu Carissimae in Christo filiae nostrae Annae Reginae coniugis tuae filiolum, quo te Deus augebit, masculum enim fore optamus, et speramus, aut si aliter illi, qui recte omnia agit, visum fuerit, etiam femellam e sacro baptismatis fonte levemus, libenti animo pio desiderio tuo assentimur, eritque nobis gratum, ad paternam nostram erga te caritatem hoc quoque novum spiritualis cognationis vinculum accedere. Et quidem si in Polouia fuisset Maiestas Tua, certum hominem eius rei causa misissemus, sed propter itineris longinquitatem et anni tempus magis expedire censuimus, ut Venerabilis frater Episcopus S. Severi Nuntius noster Apostolicus eo munere fungatur, cui propterea facultatem plenam tribuimus, ut personam nostram in tam pio officio speciatim repraesentet: interea et puerperae et partui benedicimus. Postremo illud silentio praeterire nolumus, quod proximis hisce diebus magna et nostra et Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium voluptate excepimus, in publico Consistorio ritu solemni, dilectum filium Stanislaum Palatinum Lenciciensem, Oratorem tuum, et obedientiam pro utroque Poloniae et Sueciae Regno nobis et huic Sancta Sedi tuo nomine praestitam toto dilectionis affectu recepimus, saepius deinde eundem Oratorem ad privata colloquia admisimus, et de Maiestatis Tuae negotiis tractantem benigne audivimus et audiemus: cuius certe viri

prudentia, modestia, morum suavitate, et caeteris nobili viro dignis virtutibus valde oblectamur. Is de nostra in te praeclara voluntate et de caeteris, quae cum eo egimus, pro sui muneris officio accurate ad te perscribet. Gaudemus autem, fili, quod in Regno isto paterno ad veritatis lucem reducendo et catholica religione in eo restituenda, quemadmodum scribis, strenue labores. Benedicat Dominus pios conatus tuos, et pietatis tuae uberrimum fructum percipias: Nos certe studium tuum assiduis orationibus patri misericordiarum commendare non cessamus, et omni opera, consilio, auctoritate nostra tam salutare opus, divina adiutrice gratia, promovere parati sumus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XVII. Februarii MDLXXXXIIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Venerabili fratri Germanico Episcopo S. Severi nostro et Apostolicae Sedis apud Sigismundum Poloniae et Sueciae Regem Nuntio.

CLEMENS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Petiit a nobis Carissimus filius noster Sigismundus Rex Poloniae, ut quoniam iam tempus appropinquat partus Carissimae in Christo filiae nostrae Annae Reginae eius coniugis, filiolum quicunque Dei benignitate masculus aut femella edetur in lucem, levare velimus e sacro baptismatis fonte. Nos autem, qui Regem et Reginam singulari pietate Principes et insigni erga Nos et hanc Sanctam Apostolicam Sedem observantia omni paterna dilectione complectimur et in iutimo caritatis sinu gerimus, libenter tam pio desiderio assensum nostrum praebuimus, gratumque nobis est valde ad caeteras nostras animorum coniunctiones hanc quoque spiritualis illius cognationis accessionem fieri, quemadmodum ad Regem ipsum scribimus. Quia vero et anni tempus et locorum longinquitas et temporis angustia non patiebatur, ut certum hominem huius rei causa mitteremus, quod certe facturi eramus, si Rex in Polonia fuisset, nihil opportunius visum est, quam ut nostro nomine Fraternitas tua religioso illo munere fungatur. Mandamus igitur tibi, ut infantem Regium, qui quaeve ex Auna Poloniae Regina nascetur, e sacro fonte vice nostra Christianae religionis ritu leves, nostroque nomine editum partum benedicas, parentibus gratuleris et prospera omnia a bonorum omnium auctore Deo preceris. Denique cuncta agas, quae ex rei natura et pro tua prudentia necessaria et consentanea esse intelliges. Nos enim omnem facultatem et potestatem, quae ad eam rem quovis modo requiritur, per has nostras litteras damus tibi et tribuimus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Datum ut supra.

Eidem Nuntio.

CLEMENS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Alteris litteris nostris decima septima huius mensis die ad te scriptis facultatem tibi dedimus, levandi nostro nomine e sacro baptismatis fonte filiolum, qui quaeve Dei benignitate Carissimo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi ex Regina coniuge nascetur, qua de re etiam ad Regem ipsum scripsimus, tum illud addidimus, voluisse nos quidem certum hominem in Sueciam mittere ad maiorem animi nostri testificationem, sed temporis angustia anni tempestate et itineris longinquitate impediri, et haec tibi quoque significavimus: nihilominus tamen, ut quacunque ratione licet, nostra erga Regem et Reginam paterna caritas emineat, placuit in Sueciam mittere dilectum filium Andream Opalinschium Cubicularium nostrum secretum, qui Regi et puerperae nostris verbis partum gratuletur, baptismo etiam intersit atque assistat, ita tamen ut praecipuum levandi infantis munus ad Fraternitatem tuam pertineat, ut iam statuimus. Itaque priores litteras ad te et ad Regem per tabellarium via usitata mitti iussimus, easque cum his recipies, sed quid praeterea a nobis deliberatum sit, te scire voluimus idque Regi poteris indicare; quod si aliquo fortasse impedimento Opalinschii adventus retardaretur, sacri tamen baptismi collationem propterea differri nihil necesse erit. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXV. Februarii MDLXXXXIIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CLXIX.

Pontifex cardinales, episcopos et proceres Poloniae monet, impediant, ne haeretici absente rege nova conventicula faciant.
Reg. Brev. Tom. 39. fol. 101.

Dilecto filio nostro Georgio tit. S. Sixti presbytero Cardinali Radivilo nuncupato.

CLEMENS PP. VIII. Dilecte fili noster, salutem etc. Zelum domus Dei et paterna caritas nostra erga Polonicam nationem, urgeut nos, ut de iis, quae ad honorem divinum et Regni istius salutem et quietem pertinere intelligimus, valde solliciti simus. Sane magna cum molestia accepimus, haereticos

Regni adhuc agere de conventiculo quodam convocando, in quo de eorum impietate tractetur: quod certe nullo modo ferendum est, tum quia in magnam Dei offensionem et Catholicae religionis iniuriam redundat, tum quia directe adversatur decretis, ut tu nosti optime, et nemo ignorat, quae in novissimis Comitiis sunt facta, non licere conventus facere Rege filio nostro Carissimo absente. Quare qui contrarium moliri audent, non solum prohibendi, sed iure optimo puniendi essent tamquam et salutarium Decretorum contemptores, et publicae tranquillitatis perturbatores. Sed confidimus in Domino, quod Catholici Senatores partes suas praestabunt, neque permittent tantum scelus admitti, sed Dei et Regis absentis causam non minus pio, quam forti animo defendent: quod quidem, fili, nobis de te eo magis pollicemur, quo magis nobis est perspecta virtus tua, et egregia pietas et ardens studium Catholicae fidei propugnandae. Sic enim te decet, qui tam illustri loco in Ecclesia Dei es positus, quem multi merito intuentur, et cuius exemplum et auctoritatem multi etiam, ut in Domino confidimus, in tam pio opere sequentur, nulla certe illustrior occasio esse potest benemerendi una cum Dei gloria de filio nostro Rege absente, cui tanto uberiorem materiam praebebis praedicandi merita tua, cum paulo post in Poloniam redibit: nam omnino illum rediturum, et quidem brevi, Deo duce, ita certo scimus, ut id in nos recipere non dubitemus. Cura igitur, fili dilecte, et enitere quantum potes, poteris autem Deo adiutore plurimum, ne praevaleat iniquitas, sed ut conventus malignantium omnino dissipetur. Scimus per Dei gratiam, satis esse virium in Catholicis ad id efficiendum, nisi sibi ipsis et optimae causae deesse velint: sed si eos bene novimus, certe non deerunt, te praesertim hortatore, idque etiam nostro nomine, qui tantopere Polonos diligimus, quique hanc maculam illorum gloriae inuri non patimur, sed omni eos laude cumulari optamus: quod certe fiet, si inquietorum hominum consiliis reiectis, tua et aliorum bonorum opera Dei honor, Regiae Maiestatis reverentia, Comitialium Decretorum auctoritas et Reipublicae tranquillitas conservetur. Datum Romae apud S. Petrum etc. ut supra.

Eod. modo Andreae Card. Bathoreo, Archiepiscopis Gnesnensi et Leopoliensi, nec non Episcopis caeterisque proceribus regni Poloniae. Datum ut supra.

CLXX.

Pontifex regi Poloniae Andream Opalinski ad levandum e sacro fonte filium eius mittit. Reg. Brev. Tom. 39. fol. 116.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Ut paterna erga Maiestatem Tuam dilectio nostra novo spiritualis cognationis vinculo augeatur, quemadmodum te non mediocriter optare ostendisti, mandavimus Venerabili fratri Germanico Episcopo Sancti Severi, nostro et huius Apostolicae Sedis apud te Nuntio, ut infantem, quem quamve divina benignitas ex Regina coniuge tua et filia in Christo nostra carissima tibi tribuerit, levet nostro nomine ex sacro baptismatis fonte, partum quoque et puerperam vice nostra benedicat, et vobis liberisque vestris fausta et felicia omnia a Deo precetur: eamque expeditioris consilii deliberationem cepimus, ne qua longior mora baptismo interponeretur, dum certum hominem in Sueciam tam longo itinere, tam incommodo anni tempore mitteremus. Nihilominus tamen ex nostra erga te benevolentiae abundantia, ut omni officii genere testatum sit, quae Maiestari Tuae optata et iucunda sunt, eadem nobis singularem afferre voluptatem, placuit gaudii nostri ex novo Reginae partu testificandi et gratulandi causa mittere hunc Dilectum filium Andream Opalinschium, familiarem nostrum et Cubicularium secretum, modestum sane iuvenem, et ex ea familia natum, quae Maiestati Tuae addicta et grata est. Is igitur gratulationis officia, quae illi mandavimus, persolvet, et si in tempore advenerit, baptismo etiam aderit, quare benigne, ut solet, illum excipies, loquenti fidem habebis, et quod tua sponte facis, nostra etiam commendatione adhuc magis facies, ut tua illum gratia complectaris. Deum ex intimo corde, fili Rex, precamur, ut te praeclara semper ad eius gloriam meditantem caelesti auxilio tueatur, et bonis omnibus in utroque homine perpetuo amplificet. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 26. Februarii 1594. Pont. nostri Anno Tertio.

CLXXI.

Pontifex magno Poloniae cancellario de impedito haereticorum apud Radomiam conventu gratulatur. Ibidem fol. 119.

Dilecto filio Nobili viro Ioanni Zamoschio Regni Poloniae Magno Cancellario.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Uberiores quotidie fructus pietatis et prudentiae Nobilitatis tuae summa cum animi nostri voluptate capimus. Sed hic certe gratus admodum

et iucundus fuit de synagoga illa Satanae et conventu malignantium, quem filii tenebrarum apud Radomiam moliebantur, tua praecipue opera, ut accepimus, tuaque diligentia et auctoritate dissoluto ac disturbato, gratias agimus Deo et patri misericordiarum, qui generosum pectus tuum igne caritatis et zelo honoris sui accendit. Tibi quoque, fili, gratulamur, quod vetera merita tua erga Catholicam religionem, erga Regem filium nostrum Carissimum et Poloniae Regnum novo semper cumulo adaugeas. Agnoscunt boni omnes et apud nos etiam profitentur, quantum virtuti tuae et animi magnitudini debeatur: in primis autem dilectus filius noster Georgius Cardinalis Radivilus meritis hac in re laudibus Nobilitatem tuam ornat. Nos autem nobis ipsis gaudemus, quod hoc ipsum iam animo previdebamus, et de te ita nobis pollicebamur, quemadmodum ex iis nostris litteris perspicere potuisti, quas ante paucos dies ad te dedimus hac ipsa de re, ne publicae quietis perturbatores coetum illum impietatis celebrare permitteres. Perge igitur, fili, ut facis, de religione, de patria, de Rege bene mereri, ut non solum a nobis, qui te in corde gerimus, aut ab humano die, sed ab eo, qui omnium bene factorum auctor est et retributor, et cuius gloriae potissimum servis, coram Angelis eius et laudes et aeterna praemia consequaris. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XII. Martii MDLXXXXIIII. Pont. nostri Anno Tertio.

CLXXII.

Beatus Hyacinthus Polonus ex ordine s. Dominici sanctorum cathalogo adscribitur. Reg. Brev. Tom. 39. fol. 171 et 181.

Feria V. die XXIIII. Martii MDXCIII. Romae in Palatio Apostolico in Aula Regum fuit Consistorium publicum super negotio Canonizationis beati Hyacinthi Poloni, in quo Dñus Cinus Campanus Advocatus Consistorialis habuit orationem de sanctitate et miraculis eiusdem beati viri, qua absoluta, Silvius Secretarius respondit in eum, qui sequitur, modum.

Quae de beati Hyacinthi excellenti fide et caritate, illustri totius vitae sanctitate et miraculorum gloria copiosa modo sunt oratione explicata, iucunda admodum fuere Smo D. N. grata quoque, pia et efficax postulatio de eodem viro Dei in Sanctorum numerum referendo non ob id solum, quod Sigismundi III. Poloniae et Sueciae Regis, filii sui carissimi, perspectam pietatem agnoscat, neque ex eo tantum, quod Regni Poloniae Ordinum omnium religioso hoc studio delectetur, sed propterea maxime, quod in hac etiam causa intuetur admirabilem Dei providentiam in Ecclesiae Catholicae gubernatione, quam unigeniti filii sui pretioso sanguine acquisivit. Nam cum his nostris periculosis temporibus, in quae fines sacculorum devenerunt, extiterint homines superbi, plasphemi, reprobi circa fidem, qui Satanae instinctu veritati resistentes ausi sunt dicere, Sanctos cum Christo regnantes non esse venerandos neque invocandos: ad eorum impietatem hac etiam ratione coarguendam hoc ipso potissimum tempore excitavit Deus corda Regum, quae in eius manu sunt, et quocumque vult convertit illa, populorum quoque devotionem accendit, ut beatos quosdam viros insignes servos suos, qui vitae innocentia singulari et miraculis claruerunt, Romani Pontificis auctoritate eorum Sanctorum numero adscribi postularent, quos Catholica et Apostolica Ecclesia toto terrarum orbe religiose veneratur. Sic ante paucos annos magnis et assiduis precibus Philippi Regis Catholici in Sanctorum numerum a Sixto V. Pont. Max. relatus est beatus Dydacus, sic a tribus Poloniae Regibus apud complures Romanos Pontifices actum est, et nunc magna contentione agitur, ut idem honor beato Hyacintho tribuatur, quorum alter ex Seraphici Patris Francisci, alter ex gloriosi Patriarchae Dominici sanctissima disciplina prodiit, Deo fortasse ita disponente, ut duo clarissimi ordines, unde tam multae ad Ecclesiam Dei utilitates promanarunt, hac etiam nostra aetate duorum Summorum Pontificum et duorum Illustrium Sanctorum consimili gloria decorentur, tantoque magis haereticorum perfidia convincatur, de veneratione et cultu Sanctis iure optimo adhibendo, qui sempiterna felicitate in Coelo perfruuntur, quos Deus ipse ut amicos suos miris modis honorat, et in quibus mirabilis et gloriosus apparet, et quorum meritis et intercessione magna in hominum genus confert beneficia. Sed et eo quoque nomine Deo et patri misericordiarum gratias agit Smus D. N., quod hoc difficillimo tempore, cum Ecclesia Catholica et Christiana respublica ab haereticis et Turcis vehementissime oppugnatur, Reges pii et populi fideles Spiritus Sancti afflatu plures sibi caelestes patronos et advocatos adoptare studeant, quorum patrocinio et gratia a multis, qua imminent, periculis liberentur. Et quidem Sanctitas Sua pie existimat digitum Dei hic esse. Etenim tam diuturna tot Catholicorum Poloniae Regum et Praesulum, omniumque Ordinum in eadem re ab hac Sancta Apostolica Sede petenda perseverantia, et duorum Maximorum Pontificum gravissima decreta tanti sunt momenti, ut beato Hyacintho Sanctis adscribendo viam quodam modo muniisse videantur.

Verum tanta est tamen huius rei magnitudo et deliberationis gravitas, ut adhuc Sanctitas Sua attentius atque diligentius quid facto opus sit considerandum, et cum his Venerabilibus fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, Archiepiscopis et Episcopis inquirendum ac consultandum esse censeat. Quare eos omnes magnopere hortatur et monet, ut acta, quae de vita, sanctitate et miraculis beati Hyacinthi confecta sunt, diligenter expendant, Deumque humiliter orent, quemadmodum Sua quoque Sanctitas et fecit et faciet, ut Ecclesiam suam, quae est columna et firmamentum veritatis, suo, ut semper solet, numine moderetur et regat, et eorum corda, qui ministri Christi sunt et dispensatores ministeriorum eius, suae gratiae lumine collustret, ut in tam pio et praeclaro opere, in tam gravi et religiosa actione id solum, quod ad ipsius Dei gloriam et incrementum fidei, ad Ecclesiae Catholicae exultationem, deniquc ad Christiani populi aedificationem maxime pertineat, ab eadem Sanctitate deliberetur et decernatur.

Die Dominico XVII. Aprilis MDXCIIII. in Basilica Vaticana, quo die B. Hyacintus a Sño D. N. Clemente Papa VIII. canonizatus est, infrascriptae tres responsiones factae sunt ad tres instantias, quae ab Oratore Regio, Illustri viro Stanislao Minschio, de more factae sunt.

Responsio ad primam instantiam.

Magno religionis zelo, magna constantia clarae memoriae Sigismundus I. et Stephanus Poloniae Reges fortissimi a pluribus Romanis Pontificibus, iam inde a Leone X. usque ad Gregorium XIII., summis precibus contenderunt, ut beatus Hyacinthus Polonus ex fratrum Praedicatorum Ordine in Sanctorum numerum referretur. Pari pietatis laude Sigismundus III. Póloniae et Sueciae Rex hoc idem et antea a Sixto V. Pont. Max. et nunc a Sño D. N. humiliter atque enixe petit, quam sane superiorum Regum et filii sui carissimi religiosam et perseverantem sedulitatem ita laudat Sñus D. N., ut eam iure optimo adhibitam esse censeat. Sublime enim, excelsum et plane divinum est, quod ab hac Sancta Apostolicam Sede tamdiu flagitatur, quod caducos omnes et fluxos huius mundi honores excedit, et ad triumphantis Hierusalem beatam illam gloriam praecipue pertinet. Nam cum unus aliquis servus Christi, qui iam in Domino obdormierit, illius iudicio et sententia, qui totius corporis Ecclesiae visibile est caput, et cui coeli claves a Deo sunt traditae sanctus esse decernitur, eadem Apostolica auctoritate simul et illa decernuntur, veram esse et insignem beati illius sanctitatem, regnare eum cum Christo Domino et in coelo beatitudine perfrui sempiterna, sacris honoribus et religioso cultu non in una tantum civitate et provincia, sed ubique terrarum et gentium publice venerandum esse: itaque eius nomine et nuncupatione altaria eriguntur, templa et basilica aedificantur, festi anniversarii dies celebrantur, imago ad venerationem in ecclesiis illustri loco collocatur, corpus, quod vivum templum fuit Spiritus Sancti, et sacrae reliquiae preciosis thecis et loculis includuntur, tremendum Missae sacrificium in eius honorem Deo offertur, laudes et divina officia persolvuntur: denique beatus ille cum caeteris Sanctis adnumeratus in universa Ecclesia Catholica toto terrarum orbe diffusa ad exemplum, ad venerationem, ad invocationem et patrocinium proponitur. Quae certe adeo magna sunt et supra rerum humanarum conditionem, ut ad ea decernenda et summa Apostolicae Sedis auctoritas, et causae gravissimae, et Regum ac populorum assiduae preces, et diuturna deliberatio, et humilis atque ardens oratio ad Deum merito requiratur. Sed singulares gratias agit Sñus D. N. patri misericordiarum et Deo totius consolationis, qui mirabilis apparere dignatus est in beato servo suo Hyacintho, quem veluti vas suum electum ab incunte aetate ornavit lapidibus preciosis coelestium virtutum, et quem per vias rectas mandatorum et per semitas pulchras et compendiarias Evangelicorum consiliorum ad veram vitam et ad regnum suum perduxit. Nam quamvis nobili genere ortus, Episcopi Cracoviensis fratris filius, et eiusdem Ecclesiae esset Canonicus, omni tamen huius fallacis saeculi spe abiecta, arduam religiosae vitae viam ingressus est, clarissimo illo Ecclesiae lumine duce Dominico sancto, qui propriis manibus suis in hac ipsa alma Urbe sacro Praedicatorum habitu illum induit, postea ut fidelis Christi minister et prudens ad negocianda Domini sui talenta in patriam redire iussus, multa in Polonia sui Ordinis Monasteria fundavit, et ad perfectam Christianae vitae regulam non solum verbo et doctrina, sed exemplo instruxit. Erat enim vitae sanctitate admirabili, tantusque in eo divina gratiae splendor elucebat, ut omnes in sui admirationem pertraheret, et tamquam hominem, in quo vere Christus inhabitaret, venerarentur. Accedit, quod Deus ipse, qui facit mirabilia magna solus, servi sui sanctitatem multis et illustribus signis comprobavit. Etenim beatus Hyacinthus, et cum in terra peregrinaretur, et postquam ad coelestem patriam demigravit, multis claruit miraculis, quae Deus per eius merita et intercessionem effecit: nam ut morborum insanabi-

lium subitas curationes omittamus, et quod aliquando segetes, procellae et grandinis vi ita eversae, ut omnis spes messis esset amissa, cum ille noctu orasset, mane laetae atque integrae apparuerunt, ut etiam silentio praetereamus, quod altissimum et rapidissimum fluvium non solum ipse sicüs pedibus transmisit, sed impetrato fidei magnae spiritu comitibus suis expanso super undas pallio, quo erat amictus, illos multo securius, quam navigio traiecit. Caeteris inquam omnibus praetermissis, illud satis est commorare, quo nihil admirabilius dici aut cogitari potest, quod tres mortuos iterum ad vitam divina virtute revocavit. Quae cum ita se habeant, cumque Sanctissimus Domiuus Noster cum animo suo recogitet, quod ad beati Hyacinthi purissimae fidei integritatem, insignem vitae sanctitatem, miraculorum veritatem investigandam et comprobandam actis confectis, et a Cardinalibus aliisque delectis viris exquisita diligentia iuspectis et examinatis, et in sacro Consistorio saepius relatis, sententiis praeterea dictis non solum ab his Venerabilibus fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, sed etiam a plurimis Archiepis et Episcopis, qui hic adsunt, illa omnia rite et recte acta et scrutata sunt, quae more institutoque maiorum ab hac Sancta Apostolica Sede in tam gravi causa adhiberi consueverunt: quibus et illa accedunt, quod totis annis trecentis et amplius beatus Hyacinthus apud Polonos in magna semper veneratione fuit, quodque per annos prope octogiuta tot religiosissimi Reges, Cardinales, Praesules, Senatores, omnes denique Regni Poloniae Ordines tanto studio hoc petunt, ut beatus iste Sanctorum numero adscribatur, cumque huius rei causa ad Dei gratiam impetraudam et Sanctitatis Suae et multorum precibus et obsecrationibus supplicatum sit, et triduanum ieiunium publice indictum, ob eas causas existimat Sanctitas Sua et in Domino confidit, iam tandem tempus advenisse divini beneplaciti, ut hoc lucerna ardens caritate et lucens miraculorum splendore supra excelsum candelabrum constituatur, ut non in uno tantum Regno, sed in tota Dei domo, quae est Ecclesia Catholica, colluceat, atque ita et Carissimus Sanctitatis Suae filius Sigismundus Rex Poloniae et Poloni omnes, quos gerit iu visceribus Christi, pietatis et dovotionis suae fructum capiaut uberrimum. Sed quoniam magna res agenda est, quae magno Dei adiumento indiget, ceuset Sñus D. N. nunc potissimum per humilem orationem adeundum esse ad Thronum divinae misericordiae, ut precibus et meritis Sanctissimae genitricis Reginae Sanctorum omnium, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ante quorum conspectum stamus, et gloriosi patris Dominici, qui veluti arbor bona fructum hunc bonum iu Christo edidit, et denique Sanctorum omnium intercessione sancta haec actio ad Dei gloriam pie et sancte absolvatur.

Respousio ad secundam instantiam.

Tanta est huius operis, quod paulo post Deo auctore perfici debet, magnitudo et gravitas, ut Sñus D. N. censeat, iteratis precibus summa cum humilitate invocandum esse Spiritum Sanctum, fontem omnis sanctitatis, ut hoc ipso temporis momento suorum corda fidelium divina luce compleat atque collustret.

Responsio ad tertiam instantiam.

Quod Sñus D. N. pie sibi persuadet, placere Patri lumiuum, a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum, statuit beatum Hyaciuthum Polonum, vitae sanctitate et miraculis illustrem, adscribere numero et Catalogo Sanctorum Coufessorum.

CLXXIII.

Pontifex archiepiscopum Gnesnensem et magnum cancellarium Poloniae hortatur, efficiant apud regem, ut foedus cum Caesare ad repellendos Turcas ineat. Reg. Brev. Tom. 39. fol. 184.

Venerabili fratri Stanislao Archiepiscopo Gnesensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Libenter legimus litteras Fraternitatis tuae copiose scriptas de Radomiensi conventiculo impedito, et de certo homine a Carissimo filio nostro Rodulpho Electo Imperatore gravis negocii causa ad vos misso: et nos quidem divinae bonitati gratias agimus, quod consilia malignautium dissipata suut, vestramque catholicorum Senatorum diligentiam commendamus in Domino, teque potissimum hortamur, cuius hoc merito, ubi Dei honor et Catholicae religionis conservatio agitur, praecipua est cura, pervigiles diligenter pergasque, ut facis, sedulo praecavere, ne filiis tenebrarum publicam quietem perturbare liceat. Quod vero attinet ad Caesaream petitionem, ut ad bellum contra Turcam communem hostem gerendum Regni quoque istius auxilia adiungantur, nobis certe haec causa cordi est maxime, in qua non solum ciusdem filii nostri Caesaris, sed totius nominis Christiani et Reipublicae dignitas et salus versatur, quemadmodum et Fraternitas tua pro sua prudentia

optime intelligit: nisi enim tyranni illius audacia et insatiabilis dominandi cupiditas summa Christianorum vi aliquando coerceatur, magnopere verendum est, ne haec tempestas et calamitas uno omnes impetu, quod Deus pro sua clementia avertat, repente obruat atque involvat: ergo coniunctis studiis et viribus conuitendum est, ut terrimi istius Pharaonis iugum, quo populum Dei iamdiu premit, et adhuc gravius opprimere molitur, Dei virtute conteratur. Nos autem pro nostra pastorali sollicitudine non cessamus apud filios nostros Reges et Principes partes uostras praestare, speramusque Domino benedicente fore, ut laboris et diligentiae nostrae fructus suo tempore extet. Laudamus interea Fraternitatem tuam, quod prudenter et humaniter responderis Nuntio Caesareo, illudque optimum factum esse existimamus, quod tu ipse facturum te ostendis, ut re cum Senatoribus communicata multa discutiantur et veluti praeparatione quadam disponantur, ut cum in Poloniam redierit Carissimus filius noster Sigismundus Rex vester, salutaris ista et pernecessaria deliberatio de consiliis et viribus copulandis ad immanem hostem prosternendum tanto facilius et celerius explicetur. De reditu autem eiusdem Carissimi filii nostri Regis confidimus in Domino, quod brevi omnino ad vos salvus et incolumis revertetur, neque ulla prorsus apud nos huius rei dubitatio residet, quod eius mentem notam habeamus, sicut iam alias confirmavimus. Tua interim erga Regem et patriam excrescunt merita, dum in Regni istius tranquillitate retinenda omnem diligentiam adhibes magna nostra cum voluptate, quibus Regnum istud, ut novit Fraternitas tua, est carissimum, illudque et summa quiete frui et bonis omnibus florere optamus, et de his quiedem rebus libenter sermonem habemus cum dilecto filio Nobili viro Palatino Lencicieusi, Regiae Maiestatis apud nos et hanc Sanctam Sedem Oratore, qui tuae Fraternitatis zelum et in patriam caritatem honorifice saepe commemorare solet, et nos eiusdem Oratoris prudentia in rebus agendis, et ea, quam prae se fert erga Regem, fide et totius legationis diligentia et splendore valde in Domino oblectamur. Datum Romae apud S. Marcum etc. die XXII. Aprilis MDXCIIII. Pont. nostri Anno Tertio.

Dilecto filio Nobili viro Ioanni Zamoschio Regni Poloniae Magno Cancellario.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Accepimus missum esse ad vos certum hominem a Carissimo filio nostro Rodulpho Electo Imperatore cum litteris et mandatis auxilii petendi causa, ut eius in bello contra Turcas gerendo conatus et diligentia Polonorum virtute et adiumento sublevetur: cui quidem nuucio et prudens et humanum a tua Nobilitate responsum datum esse item audivimus. Et nobis quidem nihil novi accidit, cum affertur, aliquid a te prudenter aut fortiter et ex publica utilitate actum esse, novimus iam pridem animi tui magnitudinem et praeclarum de Christiana Republica bene merendi studium: sed nunc certe maxime latus se offert campus, in quo egregia ista tua voluntas excurrat, cum Deus ipse pene clara voce fortes et fideles servos suos excitare videatur, ut ad perpetuum et implabilem nominis christiani hostem ex tota Europa expellendum se ducem et propugnatorem sequantur. Quae tanta oblata opportunitas excutiendi iugum ferreum novi illius Pharaonis a cervicibus populi christiani, si modo praetermittatur, non solum verendum est, ne frustra postea quaeratur, sed illud multo magis timendum, ne hostis superbia et audacia intolerabili nostro aut timore aut cunctatione aut incogitantia insolentior effectus, quique ad omnes occasiones pervigilat, multo maiore impetu et furore in nostram perniciem exardescat: ac licet omnibus formidolosa eius sit potentia, et insatiabilis dominandi aviditas cunctis metuenda sit, tamen quo propinquius est et longo terrarum tractu finitimum Poloniae Regnum Turcarum Imperio, eo magis prospiciendum est, ne incendii vicinitate Polonia aduratur atque deflagret, sed ut hostis immanis rebus suis defendendis ancipiti et periculoso bello implicatus ab aliorum invasione necessario abstineat. Meminet enim Nobilitas tua, ut arbitramur, cum in Polonia essemus, hos aliquando inter nos sermones habitos, idque utrique nostrum omni studio curandum videbatur, ne eiusmodi hostis proprius accederet, sed quam longissime detineretur: torrentis enim in morem omnia diruere et in suam ditionem pertrahere, eum illi hoc manifesto propositum sit, omnes siquidem possit christianos Reges et Principes servitute opprimere, eum nulla praesertim apud eum humani iuris et communis gentium fidei aut foederum ratio habeatur, sed omnia pro arbitrio sola utilitate et commodo metiatur. Quare tandem aliquando Deo bene iuvante conandum est, ut populus christianus, et Polonia ipsa in primis hoc perpetuo timore liberetur, ne a dracone illo devoretur: nam quamvis praevalidus sit, non tamen diffidendum est illius caput conteri posse, si multorum viribus undique oppugnatum fuerit, ita ut sui colligendi et respirandi spatium nou habeat. Quod nos certe pro nostra pastorali cura efficere conamur, filios nostros Reges et Principes Catholicos cohortatione nostra commonentes, ut tantam rei bene

gerendi occasionem amplectantur, quod suo tempore Deo iuvante res ipsa declarabit. Quare hortamur te etiam atque etiam, fili, ut hanc cogitationem generoso animo tuo dignam suscipias, ut eadem opera et Electo Imperatori et cunctae Christianae Reipublicae, et Poloniae Regno praeclare a te consulatur: a tua enim prudentia, opera, auctoritate hoc praecipue expectamus. Dum igitur Carissimus filius noster Sigismundus Rex in Poloniam redit, poterit Nobilitas tua provide, ut solet, quae ad hanc deliberationem pertinent, disponere, ut ad Regis adventum, quem Angelo Domini ducente brevi fore speramus, quod communi bono et privatae Regni securitati utilius videbitur, id Deo auctore, cuius gloriam praeter caetera et supra omnia spectamus, constituatur, confidimus in Domino, tempus advenisse, ut Poloniae Regnum, quod florentissimum esse cupimus, non solum quae Turcae abstulerunt, recuperet, sed fines multo longius proferat et propaget. Tu interea, quod hactenus egregie praestitisti, perge Regni tranquillitatem conservare, ut magis magisque tuorum erga Regem et patriam meritorum cumulum adaugeas: quod ita nobis gratum est, ut his de rebus iucundum saepe sermonem habeamus cum dilecto filio Nobili viro Palatino Lenciciensi, Regiae Maiestatis apud uos et hanc Sanctam Sedem Oratore, qui de tua virtute, fortitudine, prudentia et caritate in patriam honorifice et sentit et loquitur: quo etiam nomine illum impensius amamus, quem certe suo merito ob ingenuos mores, rerum usum et legationis gerendae diligentiam et splendorem et carum habemus et plurimi faciamus. Datum Romae etc. ut supra.

CLXXIV.

Pontifex regi Poloniae oratorem eius in patriam redeuntem commendat. Reg. Brev. Tom. 39. fol. 190.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Redit iam ad Maiestatem Tuam eo officio cumulate persoluto, quod iusseras, dilectus filius Nobilis vir Stanislaus Lenciciensis Palatinus, Orator ad nos tuus. Illum nos in nostro Apostolico Palatio et publico Consistorio ritu solemni excepimus, et tuo nomine ex tua maiorumque tuorum pietate veteri more institutoque Catholicorum Regum pro utroque tuo Poloniae et Sueciae Regno nobis, et huic Sanctae Sedi Apostolicae obedientiam ab eo praestitam, una cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, amantissime recepimus: eum deinde ad nos saepe privatim venientem, ut tuum, hoc est filii nostri carissimi et unice dilecti Oratorem libenter admodum audivimus, tum etiam sua ipsius causa, prudentiam enim et diligentiam in eo agnovimus, et fidem erga Maiestatem Tuam, quo praecipue nomine illum amamus: denique totam hanc legationem et splendide et magnifice obivit. Ex eo copiose intelliges, quo paternae caritatis sensu, qua animi propensione erga te simus affecti, et tuam dignitatem et amplitudinem desideremus, teque bonis omnibus florentem et gloriosum esse cupiamus. Optamus enim et speramus, quod quae tibi a Deo collata sunt ornamenta, ita eius honorem propugnandum, ita ad eius Catholicam religionem propagandam impendere studebis, ut idem bonorum omnium largitor in te merito collaudetur. Cognosces item ex eodem Oratore, quam promptum in nobis deprehenderit voluntatem et desiderium gratificandi Maiestati Tuae: nam quod attinet ad facultatem nominandi ad beneficia Ecclesiarum istius Regni Poloniae, duas tantum excepimus Ecclesias, Cracoviensem et Varmiensem, quibus dilecti filii nostri Cardinales Radivilus et Bathoreus praesunt, atque hoc illorum dignitati et honori dedimus, non dubitantes fore, ut ipsimet, ubi id te expetere intellexerint et a te rogati fuerint, id libenti animo praestent, tibique pro ea, quam gerunt erga Maiestatem Tuam, observantia ea in re cumulate satisfaciant. Caetera idem Orator coram tibi uberius exponet. Tu vero, fili carissime, esto similis tui, hoc est magno et excelso animo, et confortare in Dño Deo tuo, cuius gloriam quaeris: ipse enim sollicitus est tui, et ipse consilia et actiones tuas diriget in viam salutis et prosperitatis, quemadmodum toto ex animo illum obsecramus et tibi paterne benedicimus. Datum Romae apud S. Marcum etc. die xviii. Maii mdxciii. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CLXXV.

Eidem regi pontifex de felici ex Svecia in Poloniam reditu gratulatur. Ibidem fol. 310. et An. IV. ep. 44.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quod pro nostra erga Maiestatem Tuam paterna caritate assidue precati a Deo sumus, ut te incolumem in Suecia conservaret et salvum in Poloniam reduceret, id nos singulari eiusdem bonorum omnium auctoris benignitate conse-

cutos esse ex intimis visceribus gaudemus, Deoque gratias agimus, qui potenti dextera sua te ubique locorum protexit, et angelum suum misit ante te, qui te terra marique ex uno Sueciae Regno ad alterum Poloniae Regnum tuto perduceret una cum lectissima faemina Regina coniuge tua unice dilecta, filia nostra in Christo carissima: sit nomen Domini perpetuo benedictum. Tibi, igitur fili, toto nostri cordis affectu felicem reditum gratulamur, tuique Regii animi magnitudinem agnoscimus, quod cum nos reditus tui sponsores et fideiussores Regno Poloniae omnibusque ordinibus esse volueris, fidem nostram tam egregie liberaveris, et quod nos sacpe omni asseveratione recepimus et certo fore affirmavimus, egregie praestitisti. Sed et eo in primis nomine te summopere commendamus, quod in Regno Sueciae pietatis tuae et ardentis studii catholicae religionis restituendae illustria, quantum hoc rerum statu licuit, vestigia reliqueris, et ad maiorum tuorum fidem instaurandam, quam ab hac Sancta Apostolica Sede summa olim devotione acceperunt, ea semina sparsisti, ex quibus uberes fructus Deo incrementum dante, speramus. Ipse enim Deus, in cuius ditione cuncta sunt posita, et qui sua provideutia te ista florenti aetate multis animi et corporis ornamentis cumulavit, et quod caput est, pectus tuum generosum sui amoris flamma incendit, ipse qui te duobus potentissimis Regnis praefecit, ipse cuius voluntati nemo potest resistere, utrumque Regnum conservabit tibi et augebit etiam. Confortare igitur et esto robustus et ambula, ut facis, in corde perfecto cum Deo tuo, a quo tibi per nostram quoque Apostolicam benedictionem omnis verae foelicitatis copiam precamur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 29. Octobris 1594. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quam laeto vultu viderimus dilectum filium Christophorum Cochanovium a Maiestate Tua ad nos missum, quam iucunde de tuo felici in Poloniam reditu narrantem audierimus, quam benigne ad nos saepius admiserimus, nemo eodem ipso verius aut cumulatius referre potest. Sed tamen illo ad te redeunte hoc quoque litteris nostris tibi testatum esse voluimus, nulla enim ex re maiorem animo voluptatem capimus, quam cum de tua salute rebusque prosperis tuis audimus, quod et optamus maxime et a Deo assiduc petimus: te enim ut filium carissimum et unice dilectum in intimo caritatis sinu et in praecordiis gerimus, teque omni laude et gloria apud Deum et homines florentem esse cupimus, et quamvis horum temporum calamitates nos vehementer angunt, in eo tamen gaudemus, quod latus se tibi praebeat campus, in quo pietatem, virtutem, animi tui magnitudinem exerceas. Quare Maiestatem Tuam toto paterno affectu benedicimus, tibique divinae gratiae abundantiam et veram felicitatem precamur. Caetera idem Cubicularius tuus, vir ut nobis visus est prudens et diligens, plenius exponet. Datum Romae apud S. Petrum etc. dic xiii. Februarii m.d.xcv. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CLXXVI.

Pontifex aulae regiae mareschalco de tam honorifico munere sibi delato gratulatur. Reg. Brev. An. IV. ep. 48.

Dilecto filio Nobili viro Procopio Sienawschio, Sigismundi Regis Poloniae Aulae Marescialo.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Accepimus magna sane cum voluptate, quod a carissimo filio nostro Sigismundo Poloniae Rege Aulae eius Regiae Marescialus creatus sis, qua ex re multiplicis laetitiae materia nobis oblata est: nam quia paterna te benevolentia prosequimur, te primario atque in primis honorifico munere auctum esse laetamur, tibique tam praeclarum Sigismundi Regis de te iudicium gratulamur. Cuius quidem Regis filii nostri unice in Christo dilecti eximiam prudentiam et pietatem hac ipsa etiam in electione agnoscimus, et merito laudamus illius Regis animi constantiam, qui viros catholicos et pios dignitatibus ornare et publicis munerum functionibus atque officiis praeficere perseverat, quod ut Deo valde est acceptum, ita et Regno ipsi praecipue salutare. Ex eo enim Regnorum tranquillitas et felicitas pandet maxime, si ii publicis rebus administrandis praesint et auctoritate valeant, qui Deo ipsi fideles sunt et se catholicae fidei defensores profitentur, sine qua impossibile est placere Deo: quod si nullo umquam tempore boni et Catholici ornandi, et ad Reipublicae gubernandae partem evocandi fuerunt, nunc certe potissimum id agendum est, ut filius noster Rex singulari providentia agit, cum tam multae undique ingruunt tempestates et procellae, et Dei iusta iracundia omni est ratione lenienda. Tibi autem gratulamur, fili, quod virtuti tuae hic quoque amplus

proponitur campus, ut tanto magis de catholica religione, de Rege tuo et de patria, hoc praesertim tam necessario tempore bene mereri possis. Notus est enim nobis zelus tuus, multoque cum gaudio accepimus, quae Venerabilis frater Episcopus S. Severi Nuntius noster Apostolicus hoc de genere scribit. Perge, fili, tui similis esse, sic te decet divinorum beneficiorum, quae a Deo copiose accepisti, gratum esse et memorem, et quaecumque habes dona et ornamenta, ad eius qui contulit gloriam conferre, quod tua te sponte facturum et nostro etiam hortatu impensius facturum confidimus: tibique paternam nostram et Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die xv. Februarii M.D.XCV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CLXXVII.

Pontifex regi nobiles Polonos cubiculariis pontificiis adscriptos et Romae degentes commendat. Ibidem ep. 51.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Libenter Maiestati Tuae testificamur de Nobilibus Polonis, qui in nostra familiaritate sunt, quod viam virtutis insistant atque ita se gerant, ut et generi suo et commendationi tuae et expectationi nostrae satisfaciant. In his est Andreas Opalinschius Cubicularius noster secretus, iuvenis modestia praeditus, de quo alias etiam ad te scripsimus, et post eius e Polonia reditum nunc iterum scribimus, quod animadvertamus simul cum aetate ad pietatem et virtutes nobili et christiano homine dignas progressiones maiores facere, ex quo certe voluptatem capimus: nam ut tu nosti et Polonos paterno amore complectimur, et hanc ipsam familiam nominatim. Speramus, quod in dies magis talem se praestare studebit, ut et nostram et Maiestatis Tuae benevolentiam et gratiam cumulatius promereamur. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die xviii. Februarii M.D.XCV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CLXXVIII.

Maximilianum archiducem Austriae pontifex paterne hortatur, ne umbratili regio Poloniae titulo amplius utatur. Ibid. ep. 90.

Dilecto filio Nobili viro Maximiliano Archiduci Austriae.

CLEMENS PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Quanto studio et labore nostro olim, cum ex Cardinalium numero essemus, et iussu piae memoriae Sixti V. praedecessoris nostri huius Sanctae Sedis Legatum in Polonia ageremus, Deo auctore, confecta sit liberatio tua, et pacificatio inter carissimos filios nostros Imperatorem Electum fratrem tuum et Sigismundum Poloniae Regem, totamque Inclytam vestram Austriacam Domum, optime novit Nobilitas Tua: quo certe tempore nihil eorum praetermissum est, quae opera et diligentia praestari potuerunt, neque amplius quidquam assequi licuit. Eam vero conciliationem et pacem non minus salutarem, quam necessariam, eiusque conditiones omnes ratas habuisse, cum ipsum Electum Imperatorem, tum Austriacos Principes et Caesaris Regna et ditiones, tu etiam nosti, qui tametsi in custodia esses, eandem tamen pacificationem et concordiam comprobasti, ac ratam fecisti. Neque vero dubitamus te ea omnia memoria tenere, quae ante annos circiter tres Romae nobis ipsis, tu coram hoc de genere, et dixisti et spopondisti, te nimirum annum adhuc unum Regis Poloniae nomen et Titulum certis de causis retinere statuisse, deinceps vero post eius anni lapsum te eiusmodi Titulum dimissurum, neque eo amplius usurum. Nos autem, ut re ipsa id quamprimum efficeres, te magnopere hortati sumus, quo scilicet omni radice amaritudinis omnibusque discordiae seminibus penitus revulsis, solida et sincera amicitia inter te et Poloniae Regem coalesceret, novarumque perturbationum occasio amputaretur: sed quo magis id a te fieri et tunc optavimus, et nunc etiam ob gravissimas causas maxime optamus, eo certe graviori molestia afficimur, cum rei valde necessariae, nec minus quidem privatim quam publice utilis executionem differri adhuc et retardari animadvertimus. Movent enim nos vehementius pro nostra pastorali sollicitudine, proque ea paterna caritate, quam erga totum Caesaream Domum vestram, et erga te ipsum praecipue gerimus, et communes christianae reipublicae rationes et Caesaris et tuae propriae: nam difficillimis temporibus cum tyrannus teterrimus, et nomini Christiano infensissimus Turca horribili potentia et ferocitate omnibus quidem Christianis servitutem minatur, sed potissimum, quod intimo cum dolore commemoramus, Carissimi filii nostri germani fratris tui Rodulphi cervicibus et iugulo imminent, hoc ipso tam afflictu rerum statu magnum aliquod bonum, immo bona multa impediri ob nescimus quas nuncupationes et Titulos, idque tam parum ex iustitiae et verae utilitatis regulis profecto non possumus non dolere vehementissime: neque enim desunt aut deesse possunt,

qui hanc ipsam Regii Tituli appellationem veluti lapidem offensionis et petram scandali esse arbitrentur, cuius obiectu tam optata et tam salutifera inter Caesarem et Polonos unio et foederis colligatio impediatur: quo sane ex impedimento quantum boni prohibere queat, quantum mali consequi, tu ipse pro tua prudentia et acri iudicio optime intelligis. Sed et tua etiam causa valde commovemur: nam haec ipsa nominis et Tituli istiusmodi deponendi haesitatio et procrastinatio magnum veris ornamentis tuis et verae utilitati ac commodis detrimentum affert: multorum enim animos a te disiungit et abalienat, quod si nova aliquando fortasse Regis Poloniae eligendi occasio existeret, vix credi posset, quantum hoc ipsum momenti habeat, habiturumque esset ad res tuas debilitandas earumque felicem progressionem impediendam. Quamobrem te, fili unice in Christo nobis dilecte, etiam atque etiam hortamur et rogamus, et quanta possumus contentione et efficacia requirimus per Dei gloriam, per catholicae religionis causam, quae semper apud te fuit antiquissima, per nostrum erga te paternum amorem, et tuam erga Caesarem fraternam caritatem, per salutem christianae reipublicae, denique per tuam pietatem et zelum divini honoris animique tui magnitudinem, ut tandem aliquando solidum gloriae corpus umbris inanibus anteponas, neve eodem tempore publico et privato bono noceas. Sed non minus generose, quam prudenter hoc apud te firmissime statue, et quamprimum reipsa effice, ea scilicet, quae Bincinii tanta cum deliberatione acta sunt, comproba et confirma et pacem illam ratam re vera habeto, quam Caesar et tui coniunctissimi ratam habuerunt, ut hac ratione egregiam omnibus nationibus, et Polonis praesertim materiam praebeas summis laudibus extollendi fidem et virtutem tuam, atque ita perpetuis benevolentiae vinculis tibi et fratribus tuis totique Augustae familiae vestrae obstringas Regnum illud et Regem, quem certe merito amare debes, nunc etiam propinquum et affinem tuum et sororis tuae virum, qui omni amoris significatione provocandus a te est, ut se tota voluntate et animi propensione ad Caesarem adiungat, et defensionem Regni Hungariae ceterasque res vestras eodem quo suas loco habeat. Postulat hoc a te ius et aequitas, postulant sancita foedera et Polonica pacificatio huius Sanctae Sedis auctoritate nobis administris conciliata, quam, ut dicebamus, et Ropulphus ipse Imperator Electus et patruus et fratres, et Regnorum consilia et tu ipse ratam habuisti, nec te ista nobilitate, ista fortitudine et constantia Principem decet quidquam obtendere, quominus id observes, quod semel quamvis in custodia positus promiseris et nobis iterum in summa libertate receperis. Nam promissionem tuam, fili, repetimus, et ex magna amoris vi repetimus: nam quo maiori dilectionis affectu Nobilitatem Tuam prosequimur, cuius rei non alium testem appellamus, quam te ipsum, et quo magis tuam excellentem virtutem et naturae bonitatem agnoscimus, eo magis de tua laude et dignitate retinenda solliciti sumus. Hoc enim vera tua dignitas exposcit, ut non umbratilem speciem honoris, sed solidam et expressam teneas et persequaris. Da igitur hoc Reipublicae Christianae, da virtuti tuae et pietati, da nobis, quibus multum semper tribuisti, qui te omni gloria florentem esse cupimus, quique omni studio et cura, quacumque in re potcrimus, et nostra sponte et admonitu tuo libenter procurabimus, quae ad tuum commodum, honorem et amplitudinem pertinere intelligemus. Interea ubi haec impedimenta removeris atque abieceris, quod te certe facturum confidimus, tanto nos impensius in eam curam incumbemus, ut pernessaria et saluberrima, quod saepe non inaniter repetimus, unio inter carissimos filios nostros Rodulphum Imperatorem Electum et Sigismundum Poloniae et Sueciae Regem conficiatur, quo omni deinceps suspicione remota tu operam tuam in Hungaria, et ubi opus fuerit, tanto fructuosius et illustrius Deo et fratri navare possis. Scripsimus autem de toto hoc negocio, quod nobis valde est cordi, sane accurate ad Venerabilem fratrem Epum Cremonensem nostrum Apostolicum Nuntium, qui tecum de omnibus copiosius aget: quare ita cumulate illi fidem habebis ac si nos ipsos praesentes et tecum loquentes audires. Tibi, fili, Apostolicam nostram benedictionem paterne impartimur: tu sic age, ut te parentis consilia audisse, et nihil Dei gloriae et communi bono, ut plane de te nobis persuademus, praetulisse ostendas. Datum Romae apud S. Petrum etc. die VIII. Aprilis MDXCV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CLXXIX.

Cardinali Radivilio pontifex suadet impedire, ne palatinatus Cracoviensis in recusandis contributionibus adversus Tartaros decretis persistat. Ibidem ep. 116.

Dilecto filio nostro Georgio tituli S. Sixti presbytero Cardinali Radivilio nuncupato.

CLEMENS PP. VIII. Dilecte fili noster, salutem etc. Non possumus dissimulare apud te, cui sensus nostri noti sunt, et quem paterne diligimus, permolestum nobis accidisse, quod de Cracoviensi

Palatinatu accepimus, recusare eum contributiones praestare adversus Tartaros decretas, quae res et ipsa per se gravis est et exemplo in primis perniciosa: facile enim et ceteri, ut tu optime intelligis, arrepta semel occasione eodem modo, quae constituta sunt, tribuere recusabunt, atque ita totum opus corruit magno communis boni et Christiauae Reipublicae atque adeo optimae causae detrimento. Et nos quidem ita praeclare semper de eo Palatinatu sensimus, ut arbitraremur eum in hoc conferendae pecuniae negocio aliorum tamquam antesignanum fore, suaque alacritate aliis stimulos admoturum; quo magis miramur a sensu et consensu aliorum dissentire: sed adhuc nobis persuademus, re diligentius considerata, sententiam mutaturum, praesertim si tua opera et cohortatio accedat; scimus enim quantum gratia et auctoritate apud eum valeas: quare a te magnopere petimus, ut pro tua pietate et zelo divini honoris ad hanc rem curam et diligentiam tuam conferas, ut prudenter et salutariter deliberata nulla dissensione aut recussatione eiusmodi retardentur, mereberis, ut soles, egregie de patria et Christiana religioue, et nobis rem sane quam gratum efficies. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die VI. Maii MDXCV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Eodem modo Nicolao Firleio Palatino Cracoviensi.

CLXXX.

Pontifex regi et magno cancellario et proceribus regni Poloniae de expeditione adversus Tartaros in comitiis decreta gratulatur. Ibidem epist. 119.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Regii animi tui magnitudinem et praeclaram erga commune christianae reipublicae bouum voluntatem saepius quidem prospectam, nunc etiam multa cum voluptate agnovimus ex his, quae in Cracoviensi Conventu praesertim contra Tartaros sunt decreta, de quibus Maiestas Tua per litteras suas die VIII. Aprilis ad nos scripta significavit, et Venerabilis frater Episcopus Saucti Severi Nuntius noster Apostolicus eadem copiosius litteris expressit, qui ubique illustre apud nos tibi pietatis, prudentiae et fortitudinis testimonium reddit. Postulabat hoc tua et Regni istius dignitas et amplitudo, ut de natione illa immani et barbara coercenda, et de iniuriis tibi Regnoque isti illatis ulciscendis ea cogitatio non minus pie, quam fortiter susciperetur, digna tua virtute, digna veteri gloria nominis Polonici et studio Catholicae religionis propagandae, quod a bellicosis maioribus suis tamquam haereditarium Poloni tui acceperunt. Gratulamur tibi, fili, cunctisque Regni Ordinibus hauc mentem, speramusque non minorem in exequendo quam in decernendo alacritatem vestram fore, ut ex omni parte infensissimi nominis Christiani hostis Turcae impetus atque audacia retardetur, qui nemini umquam fidus sola sua utilitate omnia expendens omnes re vera Catholicos Reges et Principes odio implacabili prosequitur, omnium perniciem meditatur et molitur, atque iamdiu hoc agit, ut per unius oppressi Regni ruiuas ad ulterius finitimi et propinqui oppressionem viam sibi muniat: quare communis hostis viribus debilitandis et Tartaris equitibus arcendis, ne iterum per fines vestros in afflictam Hungariam irrupant, Polonicis et Caesarianis simul rebus, ut tu etiam scribis, egregie consuletur. Nam iu eo praecipue tuam prudeutiam et humanitatem commendamus, quod ad Carissimi filii nostri Rodulphi Imperatoris Electi causam sublevandam te adeo propensum ostendis, quam nos quoque et nostris auxiliaribus copiis maxima cum impensa et supra vires Apostolicae Sedis sublevare studemus, et filios nostros Principes Italiae, ut ipsi quoque subsidio accurrant, per litteras et Nuntios nominatim missos hortari atque excitare non cessamus, speramusque in eius clementia, qui superbis resistit, humilibus dat gratiam, quod superbissimus ille hostis intelliget non deesse christianis Principibus vires, animum, concordiam ad libertatem tuendam eiusque immanitatem et audaciam retundendam. Et quidem nulla in re magis cogitationes nostrae hoc tempore sunt defixae, quam ut coniunctis Catholicorum Principum studiis et christiana religio et respublica a terterrimi hostis oppugnatione fortissime defendatur: quo in genere partes tuas, fili in Christo Carissime, insignes admodum fore, ut valde speramus, ita iam nunc singulariter gaudemus. Quare tibi Apostolicam benedictionem nostram, quam pie petis, toto paternae caritatis affectu impartimur, Deumque ex corde corde intimo precamur, ut consilio, opera, actiones tuas ad eius gloriam propagandam magno animo susceptas sua caelesti gratia regat, et ad felicem optatumque finem perducat, teque in terra victoriis contra inimicos Crucis Christi augeat, splendore et fama toto orbe terrarum illustret, et denique in coelo premiis cumulet sempiteruis. Cetera uberius exponet idem Nuntius Apostolicus noster, cui fidem de more ut habeas, a te petimus. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIII. Maii MDXCV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Dilecto filio Nobili viro Ioanni Zamosehio Magno Regni Poloniae Cancellario.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Libenter ut solemus legimus litteras Nobilitatis tuae, quas die III. Aprilis Cracovia ad nos dedisti, in quibus de absolutis Comitiis et de bello contra Tartaros decreto scribis, et quidem aliquanto brevius, ne de te ipso, sic enim de tua modestia interpretamur, plura loqui cogeris. At Venerabilis frater Germanicus Episcopus S. Severi noster Apostolicus Nuntius copiose exposuit, quam praeclaram operam in ea belli decernendi deliberatione posueris, quam egregiam erga filium nostrum Carissimum Regem tuum, et patriam et totam christianam rempublicam prae te voluntatem tuleris, et quam insignis ubique virtus et prudentia tua in eo Conventu eluxerit. Ac licet nobis nihil hoc de genere novum de te afferri possit, qui praestantis animi tui ornamenta nota habemus, magnopere tamen gaudemus, quod te in primis consiliario et suffragatore ea apud vos deliberantur, quae et Regni istius et Carissimi filii nostri Rodulphi Imperatoris Electi dignitati atque utilitati maxime sunt consentanea, et quod necessario consequitur, ad totius etiam christianae rei commodum et salutem pertinent. Communis est enim haec causa contra communem hostem Turcam, qui, ut tu optime nosti, nulli fidus de sola sua potestate amplificanda et Regnis omnibus durissimo iugo opprimendis cogitat: quare non minus ex prudentia et recta gubernandi ratione fit, quam ex christiana caritate, si Tartari domestico bello implicati detinentur, quo minus et hoc quoque anno in Hungariam pervadant, quin et temeritatis suae poenas pendant Polonis, quorum fines anno superiore perumpere sunt ausi. Dum igitur Turcarum vires debilitantur, dum Electo Imperatori bellum adversus eos gerenti omni ope subvenitur, simul etiam Regno isto illatae iniuriae vindicantur, et eius libertati prospicitur: non enim hostis nomini christiano pertinaciter infensus et insatiabili dominandi aviditate solo Hungariae Regno contentus esse potest, sed per unius vastitatem omnium, et eorum potissimum, quae finitima sunt, Regnorum et Provinciarum perniciem molitur. Pium autem et praeclarum est Caesari opitulari, eadem opera Deo, religioni catholicae et patriae inservire. Et nos quidem eidem Imperatori Electo pro viribus, et multo etiam supra vires Apostolicae Sedis auxilia praebemus, et filios nostros Reges et Principes Catholicos exemplo et cohortationibus excitare non cessamus: namque hoc praecipue anno necessarium esse intelligimus, quod tu quoque pro tua prudentia vides, tyranno illi iuveni ferocitate et felicitate insolenti ita resistere, ut sentiat sibi rem fore cum viris fortibus et ad libertatem defendendam paratissimis. Age igitur, fili, ex tua virtute et animi magnitudine pium hoc et Polonico nomine dignum bellum contra Tartaros, tuis consiliis decretum, tua diligentia et auctoritate urge, fidemque tuam Regi et studium etiam nobis repraesenta, quemadmodum te facturum scribis, et nos de tua fortitudine, prudentia, animi magnitudine nobis plane pollicemur. Quod reliquum est, tibi, vir fortissime et nobis singulariter dilecte, praeclara et magna pro Dei gloria, et fidei christianae propagatione aggredienti caelestem a Deo exercituum opem, et victoriam contra infensissimos Crucis Christi inimicos precamur, tibique paterne benedicimus. Cetera ex eodem Nuntio nostro copiosius cognosces, cui ut fidem habeas, a te petimus. Datum Romae etc. ut supra.

Eod. modo Georgio Cardinali Radivilio, Andreae Cardinali Bathoreo, Archiepiscopo Gnesnensi, Episcopis, Ordini Senatorio et Equestri Regni Poloniae.

CLXXXI.

Pontifex regi, cardinali Radivilio, cancellario regni Poloniae et palatino Lanciciensi Ottonem episcopum Vendensem et res ecclesiae Livoniae commendat. Ibidem fol. 135.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Multa praeclara agis, fili, ad Dei gloriam et Christianae Reipublicae utilitatem, multa etiam cogitas et meditaris, quibus de Catholica religione egregie mereri possis: sic enim de tua excellenti et perspecta virtute nobis persuademus: sed profecto tuo divini honoris zelo et excelsi animi magnitudine in primis digna illa est cogitatio de Livonia, provincia tua nunc multis modis afflicta, tuo peculiari quodam studio recreanda. Et nos quidem dum pro nostra pastorali sollicitudine antiquum Livoniae statum ad memoriam revocamus, quando Catholicae religionis inviolata professione tot insignibus Cathedralibus, tam multis parochialibus Ecclesiis, divini cultus splendore, populorum frequentia florentissima erat, omnibus denique divinis et humanis bonis abundabat, atque illius temporis felicitatem, cum praesenti calamitate comparamus, prae dolore et commiseratione discerpuntur paterna viscere nostra. Unus nunc Episcopatus est Vendensis, et is

etiam multis necesseriis rebus destitutus, parochiales Ecclesiae vix quinque ex ducentis Catholicis restitutae, in tanta pastorum paucitate ovcs illae luporum insidiis et rapacitati expositae, quarum luctuosam stragem faciunt easque miserabiliter dilacerant Satanas et ministri eius. Atqui vetus dolor noster renovatus est, cum ad haec sacra beatorum Apostolorum limina visitanda Romam venisset vir pius et tuo illo honorifico testimonio, quod ei apud nos dedisti, plane dignus Otho Episcopus Vendensis, cuius non solum colloquio, sed etiam aspectu, quamvis nobis pergrato vehementius tamen commoti sumus, propterca quod illam ipsam calamitosam et propc desolatam Livoniam ad pedes nostros abiectam et opem nostram implorantem praesentem videbamur videre: sed gratias agimus et patri misericordiarum Deo, qui Livoniam sub unius potestatcm redigit, et te hoc tempore Regem Poloniae esse voluit, ut egregia ista tua pietate et catholicae Religionis propagandae studio, quo es incensus, ad provinciam illam tot aerumnis deiectam et prostratam perpetua tua cum laude erigendam regalem dexteram admoveres. Audi igitur, fili, vocem Dei te per humilitatem nostram adhortantis: urget enim nos caritas Christi et omnium Ecclcsiarum cura nobis a Pastorum omnium Principe tradita, sed et praecipuo in te amore impellimur, quem in filii unici loco in Christo habemus, te enim omni gloria et meritis apud Deum et homines florere optamus. Quid autem in tota hac Livoniensi causa, et nominatim in his, quae ad Vendensem Ecclesiam pertinent, a Maiestate Tua fieri expectamus, non solum ad Venerabilem fratrem Episcopum S. Severi Nuntium nostrum Apostolicum scripsimus, sed copiose admodum per litteras nostras explicavimus dilecto filio nostro Georgio Cardinali Radzivilo, cui hoc Livoniense negocium apud Maiestatcm Tuam nostro nomine tractandam magnopere commendavimus, et in primis Vendensem Ecclesiam, cuius rationes et eius Episcopi iure optimo cordi nobis sunt maxime. Confidimus autem de Cardinalis pietate et perpetua erga nos et hanc Sanctam Sedem observantia, quod magno studio et efficacia hac de re tam pia, tam salutari, tam necessaria apud te aget, quemadmodum vicissim de te nobis persuademus, quod non minori animi propcnsione et caritatis Dei affectu illum audies, ut ambo patri luminum serviatis, tuque ad terrenas coronas coelestcm in die aeternitatis per Dei gratiam addas. A te igitur petimus, ut eidem Cardinali et Nuntio plenam habeas fidem non secus ac nobis ipsis, qui tibi interea ex intimis paternae dilectionis visceribus benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 28. Maii 1595. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Dilecto filio nostro Georgio tit. S. Sixti presbytero Cardinali Radzivilo nuncupato.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili noster, salutem etc. Neminem esse arbitramur, cui Livoniae status notior sit quam tibi, qui cam provinciam gubernasti et eius plagas veluti manibus contrectasti, neminem magis eius calamitates miserari existimamus te ipso, ex quo etiam nobis persuademus, neminem quoque fore, qui ad ea remcdia procuranda, quae mali gravitas requirit, aut propensiorem voluntatem afferat, aut utiliorem operam adhibeat, et certe digna res est zelo tuo et prudentia et auctoritate, quibus multum semper tribuere solemus, et uunc in hac causa tam pia et salutari eisdem uti statuimus ad Dei gloriam et animarum illarum salutem. Etenim vehementius nos commovit sermo Venerabilis fratris nostri Othonis Episcopi Vendensis, qui Dei et caritatis spiritu impellente per tam longa terrarum spatia, et itinerum difficultates ac molestias ad hanc fidei petram et ad haec sacra Apostolorum limina advenit, ut ipse coram Ecclcsiae suae statum nobis cumulatius referret, et Livoniae miserias atque aerumnas efficacius representaret: quibus quam citissime fieri poterit removendis, ut a filio nostro Carissimo Sigismundo Regc opportune provideatur, statuimus eius pietatem excitare non solum per litteras nostras, et per Venerabilcm fratrem Episcopum S. Severi Nuntium nostrum Apostolicum, sed multo maxime per te, cuius diligentiae hoc negotium proprium esse et praecipue commendatum volumus. Nam latus est campus, in quo multo cum spirituali fructu praestantes virtutes tuas exerceas, quare ad Regem scribimus, ut dc his Livoniac et Vendensis Ecclesiae rebus, de quibus nostro nomine cum eo ages, cumulatam tibi habeat fidem. Tu igitur pro tua prudentia, gravi et accurata oratione suggeres eidem filio nostro Regi, quam multa et quam illustria dona et beneficia acceperit a bonorum omnium auctore Deo, et cotidie accipiat, ut omnes eius cogitationes in hoc potissimum defixae esse debeant, quemadmodum Dei cultus augcatur et catholica Religio in eius Regnis et Provinciis conservetur, restituatur et amplificatur, quod crebro eum cogitare plane in Domino confidimus: nominatim autem quod ad Livoniam attinet, non id solum ius et aequum postulare, ut quae a clarae memoriae Stephano Rege olim constituta sunt, diligenter serventur, sed decere eius Regii animi magnitudinem et divini honoris zelum adhuc

maiora spectare et Deo iuvante praestare, quibus fidei catholicae et Ecclesiis ad populorum utilitatem erigendis, et animarum curatoribus ac parochis pie et salutariter consulatur. Quare ex veterum annalium memoria illa repetenda sunt, quae tibi non sunt iguota, primos illos, qui e barbarum potestate Livoniam eripuerint, homiucs Ecclesiasticos fuisse, Deo in Clericali vocatione mancipatos, ex Ecclesia Bremensi profectos, eosdem Apostolicae Scdis auctoritate quiuque Episcopales Ecclesias in Livonia fundasse, tum religiosos milites Ordinis Teutonici advocassc, qui casdem Ecclesias a barbarorum immanitate defenderent, ipsi vcro diviuis obsequiis quietius inservireut: quo tempore Livonia, catholica religione in ea florente, omui etiam divina et humana fclicitate floruit; nam et populo et Civitatibus, et divitiis et fama ac potentia admirabiliter crevit, atque hic fructus erat uberrimus rcligionis, Deo nationem illam benedicente, per merita praecipue et preces Sanctissimae Dei Genitricis, cuius glorioso nomini Livonia addicta et quodammodo consecrata crat, nam et nunc quoque eam ab incolis appellari audivimus Terram Mariae. Quam ergo acerbum et luctuosum est Provinciam adeo religiosam Deo et eius Matri dicatam Ecclesüs, Clero, Ecclesiasticis Commendis abundantem, quae esset velut paradisus Dei, nunc desolatione desolatam esse, et tamque desertum horidum in antiquam vastitatem et barbariem penc rediisse? Certe si filii nostri Carissimi Sigismundi Regis pium et gencrosum animum bene novimus, profecto is numquam tantam calamitatem feret, ncque permittet, ut domicilia Angelorum fiant habitacula draconum et daemonum, cum veteris illius Livouiae pietatis, quae longe lateque multo cum splendore enitebat, vix exigua nunc extent vestigia, quae dum ad animum uostrum revocamus, prae dolore et commiseratione discrepitur cor nostrum. Sed secundum Dei clementiam, quac nos semper consolatur in filii nostri Regis perspecta virtute, ut dicebamus, et in tuo zelo conquiescimus, utrique vestrum Dei gloria proposita est, communicatis inter vos consiliis Spiritu Sancto auctore, ut speramus, ea media prudenter excogitabitis, ea mcdicamenta adhiberi curabitis, quae Livoniae morbis et vulneribus sanandis sint maxime accommodata atque efficacia: at nos tamen pro nostra pastorali sollicitudinc, quae nobis dc illius Provinciae statu cogitantibus in mentem veniebant, proponcmus. Per servos Dei homines Ecclesiasticos Livonia primum ad Christum adducta est, per eosdem Deo adiutore tam pio Rege favente reducenda: nam caeterorum omnium bonorum fundamentum est fides vera et religio catholica. Ergo ordo Ecclesiasticus in primis fovendus et augendus est, et operarii fideles parandi omnique ope sublevandi, ut in mcssem multam mittantur. Quare ita existimamus Regias cogitationes eo intendi debere, ut veteres Livoniae Episcopatus si minus omnes, saltem aliqui restituantur. Quod si temporum praesentium conditio nequaquam admittere videtur, ut in antiquum illum ditiouis et potestatis statum ac locum reponantur, possent eis congruentes fructus et redditus attribui, neque recte et cum aequitate coniuncti deessent modi, quibus cautum esset, ne ullo tempore plus sibi Episcopi in hoc genere assumereut aut vindicarent, quam illis in praesenti esset Regia liberalitate assignatum. Quod si non omnia statim, quae proponuutur, exequi liceret, Metropolitana saltem Ecclesia Rigensis posset et deberet restitui, ut ab ea tamquam a fonte Dei beuedictio in alias, quac mox temporis successu renovarentur, copiose derivaretur. Et haec certe eiusmodi sunt, quae a sola Regis voluntate pendeant, qui tam insignis operis magnam iniret gratiam apud Deum, cuius providentia factum esse non dubitamus, ut Livonia provincia sub unius Regis potestatem redigeretur, et quidem tam pii Regis et divinae gloriae ac fidei propagandae tam appetentis. Quod autem secundo loco a Rege cogitandum et plane deliberandum videtur, illud est de Gubernatore in eam Provinciam mittendo, sive is ex Ecclesiastico ordine, sive ex saeculari deligatur, modo vir sit prudcntia et gravitate praestans, et quod caput est, vere catholicus et zelator divini honoris, qui fidei negocium omni studio adiuvet, et populis ius dicat et iustitiam administret: cuius certe praesentia populos illos magnopere recrearet atque animo multo aequiore esscnt, multaque ex hac re bona promanarent, ac fortasse multi ex locis vicinis et finitimis, regionis ubertate allecti aliisque commoditatibus invitati, in Provinciam commigrarent. Quod si alias id factum est, cum Livonia divisa, dubia pace, et parum tuto rerum statu diversos domiuos agnosceret, quanto id magis verisimile esset hoc tempore, cum unius Regis nutu et dominatu regitur et secura tranquillitate fruitur? Habitatorum vero frequentiam quot commoda conscquantur, nemo ignorat. Et re vera vix fieri potest, ut aut catholica religio optatas habeat progressiones, aut civilis gubernatio recte et ordine disponatur, nisi Regius Magistratus in Provincia commoretur, quem veluti Regem intueantur, et quem facile et commode quavis maiori imposita necessitate adeant, cum Regem ipsum tanto locorum intervallo disiuncti adire nequeant. Quod si veteres Episcopatus, ut dicebamus, renovarentur, hoc quoque commodi Rex caperet, quod Episcoporum opera uti, unumque ex eis Provinciae

praeficere et Gubernatorem constituere liceret, idque alii Reges et Principes interdum agere eum fructu et voluptate consuerunt. Et hoc quoque caput ad Regis arbitrium et voluntatem referri videtur, cuius sane prudentiae est considerare, numquid rei tam necessariae deliberatio sit praetermittenda. Atqui illa neque prorsus omitti, neque diutius differri possunt aut debent, quae a piae memoriae Stephano Rege ordinata et praestita sunt, praesertim de bonis Ecclesiae Vendensi attributis et eius necessaria sustentatione, in qua una Ecclesia hodie spes residet catholicae religionis in Livonia conservandae, per Dei gratiam et huius boni pastoris vigilantiam, cuius zelum tu nosti: quo magis omni officio instabis apud filium nostrum Regem, ne tam diligens Episcopus ad munus suum praestandum necessariis et iam deeretis adiumentis destituatur, sed illi quamprimum ea omnia re ipsa tradantur, quae in eiusdem Ecclesiae fundatione sunt expressa, aut si minus illa eadem praestari possunt, quae saltem non inferiora sint et aequi polleant, tum cetera ad praescriptum exequenda, quae ad Episcopalis residentiae usum, ad Canonicorum et Capituli alimoniam et conservationem, totius denique Ecclesiae dispositionis formam et veluti aeconomiam requiruntur, sine quibus temporalibus tamquam fulcris et adminiculis haud facile possunt spiritualia consistere. Sed et illud praeterea a Rege omnino mandari oportet, est enim res magni momenti ad animarum salutem, uimirum ut parochiales Ecclesiae Catholicis restituantur, quemadmodum a Stephano etiam Rege decretum est: ex ducentis enim vix quinque, quod dictu etiam miserabile est, restitutas esse audivimus, et eas adeo diminutas, ut ne eo quidem, quae ad victum necessaria sunt, parochis remaneant. Ita animae Christi Domini Sanguine redemptae curatoribus carent, et quasi oves sine pastore omnibus Satanae ac ministrorum eius insidiis sunt expositae, quarum sanguis eavendum est, ne a insto Iudice ex eorum manu requiratur, qui his incommodis celerem et salutarem medicinam afferre possunt. Hanc autem parochialium Ecclesiarum restitutionem multis difficultatibus implicatam esse tu optime intelligis, ita ut vix umquam sperandum sit, fore, ut rite fiat, nisi Rex ipse serio apud se hoc firmissime statuat auctoritatis suae dexteram admovere, ut res salutberrima efficiatur, quibusvis impedimentis reiectis. Et nos certe Livoniae negocium tanti facimus, ut nisi maiora bona et communes Christianae Reipublicae gravissimae rationes Regem distinerent et alio avocarent, profecto hoc opus eius Regali praesentia dignum censeremus, eum non minus gloriosum, magis autem pium et Deo acceptum sit proviucias christiana pace in Dei cultu stabilire, quam bello et armis subingare. Alterum perfugium tu ipse esses, fili, si magis commoda valetudine utereris, et a repentinis podagrae molestiis et insultibus tutior esse posses. Hoc enim valde optaremus, ut ad vetera tua erga Ecclesiam Dei merita hic cumulus accederet sane magnus, atque ipsemet ad nostra desideria et filii nostri Carissimi Sigismundi Regis piam voluntatem exequendam in Livoniam proficiscereris, et tuo isto ardenti studio et caritate Provinciae illi opem ferres, eamque e multis miseriis sublevares et quodammodo iterum in Christo parturires. Sed quoniam valetudo tua tam laboriosum onus non patitur, speramus, quod tanto maiore affectu totum hoc negocium suscipies, omnesque eius partes tua diligentia complecteris, curabisque in primis, ut a Rege vir primarius eligatur, qui virtute et auctoritate emineat, et divini honoris zelo ac catholicae religionis propagandae ardore ad Regia mandata celeriter et accurate conficienda tamquam stimulis quibusdam incitetur. Quia vero multum in hoc positum est, cui potissimum haec Livonica provincia demandetur, hac quoque in re animi nostri sensum non dissimulabimus. Egregie sentimus de Nobili viro Palatino Lencicicnsi, et si ita Regi videretur, praeclara omnia ab eo expectaremus, eiusque electionem Livoniae salutarem fore plane sperare-mus: omnia enim in eo sunt, fortitudo, religio, rerum usus, animus ad magna paratus, neque dubitamus, quin illae aeternae mercedis intuitu, et ut nobis rem gratam faceret, et Regi suo ac patriae in re tanti momenti inserviret, non minus libenter quam pie hoc onus esset susceptarus. Haec igitur omnia, fili dilecte, quae hactenus narravimus, tuae prudentiae, diligentiae, caritati commendamus: vides cor nostrum, excellis iudicio, et nos amas, quin etiam Deum ipsum, cuius solam gloriam speetamus et quaerimus. Volumus, ut eadem omnia filio nostro Regi distincte proponas, accurate expliees, efficaciter persuadeas, ita ut is, quem maxime optamus, effectus consequatur, et Livonia provincia magno ac singulari beneficio afficiatur, boni Catholici recreentur, et Venerabilis frater noster Episcopus Vendensis uberem pietatis suae et zeli fructum capiat, qui tam longinqui itineris pericula et molestias, ut diximus, non pertimuit, ut obedientiam suam nobis et Apostolicae Sedi probare, et haec sacra beatorum Apostolorum limina devote visitaret, qui certe commendatione tua se ipsum dignum praebuit, agnovimusque in eo timorem Dei, pastoralem sollicitudinem et zelum animarum, quare eum valde amamus et amoris in eum testificandi causa nostris Episcopis Assistentibus et Praelatis domesticis illum adscripsimus, earumque semper

habebimus. Itaque eundem tibi vicissim commendamus, ut tuo patrocinio adiutus agrum illum eius curae creditum fructuosius in Domino possit excolere, cuius etiam supplicem libellum nobis oblatum ad te mitti iussimus, sed et paternam nostram benedictionem tibi impartimur. Tu, fili, in Dei nomine age hoc Livoniae negocium, quod cordi adeo nobis esse perspicis, ut Deo iuvante nobis gaudium, tibi meritum singulare, et Regi tuo immortalem gloriam parias. Datum Romae etc. ut supra.

Eod. modo Ioanni Zamoschio Magno R. P. Cancellario, et Stanislao Minschio Palat. Lenciciensi.

CXLXXXII.

Regi Poloniae pontifex Martinum Malacridem commendat. Ibidem fol. 284.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Sueciae et Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quibus causis adducti mittamus hoc tempore in Poloniam hunc dilectum filium Martinum Malacridem, pium et prudentem hominem, ex eodem ipso copiosius intelliget Maiestas Tua: pertinent autem ad solam Dei gloriam, quam semper et ubique per eius gratiam propositam habemus. Itaque a te petimus, ut cumulatam fidem praebeas eidem Martino, quem non solum tibi notum esse scimus, sed gratum quoque esse arbitramur: tractavit enim apud nos aliquando negocia tua et diligenter et fideliter, quo ctiam nomine illum magis amamus: facit enim nostra singulari in te caritas, ut eos, qui tibi sunt addicti, cariores habeamus. Tu igitur benigne, ut soles, illum excipies, tuoque Regio patrocinio ad mandata nostra exequenda, ubi opus erit, adiuvabis. Tibi interea Apostolicam et paternam benedictionem nostram tribuimus, et a Deo optimo caelestis gratiae copiam precamur, ut illius donis, quibus te plurimis cumulavit, ad illius laudem et tuam veram felicitatem perpetuo utaris. Datum Romae apud S. Marcum etc. die xxv. Octobris m.d.xcv. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CLXXXIII.

Pontifex eumdem regem deterret, ne cum Turcis Transilvaniam invadentibus foedus ineat. Ibidem fol. 303.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Succiae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quo maiori paternae dilectionis affectu Maiestatem Tuam iu Domino complectimur, eo ardentius optamus, omnes actionest uas summa pietatis et prudentiae laude apud Deum et homines cumulatas esse: ex quo fit, ut tanto gravius et vehementius commoveamur, si quid eiusmodi audimus de te, quod a tua virtute et perspecto erga catholicam religionem zelo alienum esse, ut tui nominis gloriam obscurare posse videatur. Quale nunc allatum ad nos est de rebus Moldavicis, quod non sine maguo doloris sensu ad te scribimus, atque ut paulo superiora repetamus, profecto memoria retines, quanto studio et coutentione tecum egerimus, ut propter causam Dei et totius Christianae Reipublicae salutem et libertatem a Turcarum immanitate defendendam, te ipsum cum filio nostro carissimo Rodulpho Imperatore Electo caeterisque christianis Principibus coniugeres, et tam insignem occasionem, tam praeclare de Deo, de fide catholica et de nomine christiano merendi ne dimitteres. Ac licet ob nonnullas tuas et Regni istius privatas rationes, quas afferebas, dissimulandum tibique compatiendum esse existimaremus, si minus aperte in eam Catholicorum Principum coniunctionem contra infensissimum et communem hostem nunc quidem descenderes, neve ad eius audaciam coercendam vires tuas adhiberes et adiumenta palam subministrares, semper tamen illud pro certo habuimus, nihil omnino impedimenti a te allatum iri, quo minus et Caesar et alii christiani Principes suas iniurias iuste prosequerentur, et iugum saevissimi tyranui, cuius domiuandi aviditas nullis finibus continetur, a suis cervicibus depellerent: quod vero tu ipse catholicos Principes et christianae fidei defensores in Turcarum gratiam oppugnares teque cum inimicis Crucis Christi ita copulares, ut tua ope eorum furor et vis augeretur, nostri non solum debilitarentur atque in ipso victoriae cursu retardarentur, sed in gravissima pericula coniicerentur, hoc de te non modo non cogitavimus, sed ne leviter quidem suspicati umquam sumus, quin et nunc etiam vix adduci possumus, ut ea a te acta credamus, quae tamquam vera et indubitata referuntur. Aiunt enim te cum Turcis et Tartaris communicatis consiliis conspirasse, et nominatim contra dilectum filium nostrum Nobilem virum Sigismundum Transilvaniae Principem, qui praelia Dñi magno animo praeliatur. Etenim ne illi hostis superbissimi impetum conatusque infriugere licet, quod hactenus singulari Dei auxilio supra virilem partem est consecutus, sed ut potius rebus suis plurimum timere cogatur, trium vestrum auctoritate et consensu novum in Moldaviae Provincia Vayvodam et Principem constitutum esse, atque hoc ipsum palam indictum et promulgatum esse a Turcis, a te et

a Tartaris simul illum Moldaviae praefici, quae adeo nobis nova et inexpectata et praeter omnem nostram de te opinionem acciderunt, atque adeo a tua pietate et prudentia aliena visa sunt, ut prae dolore et admiratione pene cum propheta exclamemus: Obstupescite caeli super hoc, et portae eius desolamini vehementer. Quid enim a nostra et bonorum omnium expectatione alienius, aut quid magis incredibile dici cogitarive potest, quam Sigismundum Poloniae et Sueciae Regem religiosissimum, qui se Catholicae religionis propugnatorem acerrimum semper est professus, qui victoriam populi christiani de teterrimis inimicis, et gloriam crucis vel proprio sanguine redimere paratus esset, hunc adeo sui dissimilem repente effectum, ut sacri huius belli spem et felices progressiones, quantum in eo est, abrumperet, et ut christiano et catholico Principi detrimentum inferret, non recusasse foedus et amicitias inire, etiam cum efferatis barbara immanitate gentibus, suisque propriis et Regni Poloniae perpetuis hostibus Tartaris? Quas ob causas tanta doloris acerbitate cor nostrum discruciatur, ut facere non potuerimus, quin ad te litteras per celerem tabellarium hac de re daremus, ut vim moeroris nostri inspiceres tanto citius, et nos, quae noster paternus in te amor postulat, tibi in tam gravi causa omni mora abiecta significaremus: nam et certum quoque hominem cuius rei causa fortasse ad te mittemus, angit enim nos haec sollicitudo supra quam dici possit vehementissime. Itaque te, fili carissime, hortamur, et quanta maxima pessumus efficacia monemus et obsecramus in Domino, ut consideres attentius, in quantam Dei et bonorum omnium offensionem haec tua actio et deliberatio incurrat, quantam coronae tuae maculam inuras. Crede enim nobis, qui tibi parentis loco in Christo sumus, qui te non ficte, sed vere diligimus, qui tuam in hoc saeculo gloriam et in futuro aeternam felicitatem optamus, corde nobis, magnam hoc famae tuae apud Reges et Principes Christianos labem inurit, graviter omnes ferunt et tamquam monstri simile detestantur, tua causa fieri, ne res christiana prospere geratur, ne Princeps generosus, qui se devovit propter Christum felices progressus habeat in hoc bello tam pio, tam necessario contra infideles Turcas et Tartaros, non minus tuos, aut fortasse etiam magis, quam illius et caeterorum christianorum Principum hostes. Sed quid dicimus Transilvani Principis progressus impediri? Parum hoc esset, immo vero in summum periculum coniicitur, et Turcarum furori obiicitur, ac propemodum traditur; at qui Princeps? non solum christianus et catholicus et pro fide bellator fortis, quae virtus etiam inimicis admirabilis et amabilis esse solet, sed sororius tuus tot propinquitatis vinculis tecum coniunctus, cuius liberi liberorum tuorum fratres erunt. Quid agis, fili carissime, vide ne te omnes homines, et viventes et posteri, summae inhumanitatis condemnent: sed vide adhuc magis, ne in cognatos solum, sed in Deum ipsum, qui te duobus amplissimis Regnis et tot bonis cumulavit, parum gratus, parum pius fuisse videaris, neve illum, qui reprobat et dissipat mala et iniusta consilia, contra te ipsum ad iracundiam provoces, et hoc quod fratribus malum intulisti, in tuam et Regni tui perniciem maximam, quod absit, iusto Dei iudicio redundet. An tu putas, Transilvano oppresso, te a Turcarum insidiis tutum fore? An tu foedifragum tyrannum illum ignoras, qui omnia sua utilitate metitur, qui nulli fidem servat, nisi ex sui commodi regula, qui omnia Regna insatiabili cupiditate appetit, immo totius nominis christiani interitum sitit? Cogita etiam, fili, quanta Electo Imperatori propinquo tuo iniuria inferatur, ex cuius augusto sanguine filios et haeredes suscepisti per Dei gratiam et suscipies. Quin et nostra et huius Sanctae Apostolicae Sedis, quam adeo semper coluisti, dignitas laeditur, et mater tua carissima, quod te minime omnium velle certo scimus, Romana Ecclesia offenditur, qua huius sacri belli gerendi causa maximos et intolerabiles sumptus subit: nostrorum autem viribus, quae a te sublevandae et augendae erant, tam alieno tempore per hos Moldaviae motus distractis atque imminutis, contra hostium auctis et roboratis, in quae discrimina et angustias exercitus noster Ecclesiasticus et Caesariauus facile possit incidere, et quantopere totius belli huius ratio et administratio perturbetur, nemo est, qui non videat. Sed illud accedit, quod ad nostram et huius Sanctae Sedis dignitatem non mediocriter pertinet, quod nos nostro carissimo filio Rodulpho et Sigismundo recepimus et pro certo polliciti sumus, Regiam Maiestatem Tuam nihil omnino impedimenti aut perturbationis eorum rebus allaturam, neque hoc leviter aut temere confirmavimus, sed gravi admodum ratione, non ex eo solum, quod ita de te nobis polliceri in tam iusta causa merito debuimus, sed quia a Venerabili fratre Episcopo S. Severi nostro apud te Apostolico Nuntio id expresse ac diserte ad nos perscriptum est, quem et nobis fidelem et tui studiosum scimus, neque ullo modo in dubium revocare possumus, quae ille ad nos de tam gravi re scripsit ex ore tuo accepisse. Quae cum ita se habeant, cumque multiplicem huius rei gestae absurditatem ex omni parte, ne atrocitatem dicamus, ipse videas, te iterum et saepius rogamus, ut his incommodis, quae

necessaria sunt, remedia quamprimum adhibeas, Principem Transilvanum sororium tuum tibi addictum tuaeque benevolentiae cupidum tuo patrocinio foveas, aut certe illi ne noceas, immo toti christianae Reipublicae, neve Christi hostium causam ulla ratione subleves. Quod si quid controversiae cum Sigismundo Principe habes, aut aliquid ab eo desideras, id ad nos, hoc est ad patrem tuum amantissimum deferas. Scis tuas res nobis cordi esse maxime, speramus, Deo auctore, facile fieri posse, ut commoda aliqua ratio ineatur, qua inter vos pax et tranquillitas conservetur, et inter duos fratres filios nostros vera concordia coalescat, omnisque radix amaritudinis ex eorum animis penitus evellatur. Haec ad te, fili, libere et aperto cordis sinu, sed certe dolenter scripsimus, quia te amamus et de tuo honore et solida utilitate solliciti sumus. Tu re ipsa ostende, te sic illa accipere, ut a patre scripta, ita ut nostras paternas et salutares cohortationes aliorum minus piis consiliis omnino anteponas. Caetera hoc de genere intelliges ab eodem Episcopo et Nuntio apud te nostro, cui de more fidem omnem habebis perinde ac nobis ipsis. Datum Romae apud S. Petrum etc. die VIII. Novembris M.D.XCV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Eodem modo Annae Poloniae et Sueciae Reginae, Georgio Cardinali Radivilio et Ioanni Zamoschio Magni Regni Poloniae Cancellario.

CLXXXIV.

Pontifex eidem regi adventum Ep̄orum Ruthenorum Romae eorumque in consistorio receptionem significat. Ibidem fol. 351.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Magnum divinae misericordiae fructum cepimus Sabato die vigesima tertia huius mensis Decembris, quae dies duplici ieiunio, quatuor anni temporum et vigiliae Natalis Domini nostri Ihesu Christi insignis erat. Etenim sacrum et amplissimum Collegium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium convocavimus, et multis praeterea Episcopis et Praelatis nostris domesticis praesentibus, publice admisimus duos Venerabiles fratres Ep̄os Ruthenos, Hypatium et Cyrillum, qui suo et Metropolitani sui ac Episcoporum provincialium nomine suppliciter a nobis petierunt, ut eos ad unitatem Ecclesiae Catholicae Romanae reciperemus. Itaque cum fidem Catholicam rite professi essent, et nobis, qui beati Petri locum et sedem quamvis immeriti tenemus, debitam obedientiam praestitissent, omnia deuique recte et ordine acta essent, ipsos praesentes et caeteros absentes in spiritu caritatis et uuiouis sanctae complexi sumus ad Dei laudem et gloriam, et Ecclesiae sanctae exaltationem fideique Catholicae incrementum. Haec autem omnia copiosius exponet Maiestati Tuae Venerabilis frater Episcopus S. Severi Nuntius noster Apostolicus. Nos interea, fili Carissime, gaudium nostrum tecum commuuicamus, tibique gratulamur, qui eosdem Ruthenos Episcopos et totum hoc pium et salutare negocium magno pietatis affectu nobis per litteras commendasti. Nihil nobis iucundius, nihil optatius est, quam animas Christo lucrari, et illius aberrantes oves, quae nobis sunt creditae, ad ovile reducere eius gratia caelesti adiutrice, in qua confidimus, quod his seminibus incrementum dabit, et alios in tenebris degentes excitabit et sua luce perfuudet, ut nostrum et tuum et bonorum virorum gaudium ob multorum conversionem tanto cumulatius sit, et vehementius augeatur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXX. Decembris M.D.XCV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CLXXXV.

Unio ecclesiae Ruthenae cum ecclesia Romana sub Clemente PP. VIII. inita — monumenta et instrumenta publica ad eandem pertinentia. Versio latina coaeva, approbata et authenticata a praesulibus Ruthenis, qui ad firmandam Unionem Romam venerant, ex originalibus, omisso eorum idiomate ruthено, quo conscripta sunt.

A.

Decretum deliberationis et conclusionis Reverendissimorum dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum de recipienda et suscipienda communione sanctae Romanae Ecclesiae, factum die II. mensis Decembris anno Domini MDXCIV.

In nomine sanctae vivificantis et individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti.

Nos infra nominatae personae, quae huic scripto nostro subscripsimus, quod introspicientes diligenter vocationes et officium nostrum, quod est huiusmodi, ut nosmetipsos et hominum Christianorum gregem ovium Christi nobis a Christo commissum ad concordiam et unionem promoveremus, prout nos Salvator noster Christus Iesus edocuit, eamque doctrinam sanguine suo obsignavit. Ac potissimum his

infelicissimis temporibus nostris, quibus multae ac variae haereses inter homines grassantur, ob quas plurimi recedentes a vera et orthodoxa fide christiana, legem nostram deserunt, et ab Ecclesia Dei veroque in Trinitate illius cultu se ipsos separant. Quod non alia de causa accidit, quam ob dissensionem nostram cum dominis Romanis, cum quibus cum simus unius Dei homines, et tamquam unius matris sanctae Ecclesiae Catholicae filii, ab iis divisi sumus: unde mutuo auxilio praesidioque invicem nobis prodesse nequimus. Et quamvis assidue Deum pro unione in fide orationibus nostris precemur: nihilominus quonam pacto haec unio inter nos stabiliatur, aliquando nunquam nobis serio curae fuit, spectando semper Superiores nostros, et expectando si de hac ipsa unione inciperent esse solliciti.

Verum cum nostra spes hac in re, ut hoc eorum cura et studio perfici possit, in dies minuatur, non ob aliam rem, quam quod isti servitute Paganorum oppressi, etiam si fortasse vellent, non possunt. Igitur ex inspiratione Spiritus sancti, cuius haec sunt opera, et non hominum, considerantes cum ingenti dolore nostro, quanta impedimenta homines habeant ad salutem absque hac unione Ecclesiarum Dei, in qua incipiendo a Christo Salvatore nostro et sanctis illius Apostolis praedecessores nostri perstiterunt, ac unum summum pastorem primumque antistitem in Ecclesia Dei hic in terris (prout ea de re Concilia et Canones manifestos habemus), et non quempiam alium praeter sanctissimum Papam Romanum profitebantur, illique parebant in omnibus: ac quamdiu id uniformiter in suo robore permansit, semper in Ecclesia Dei ordo cultusque divini incrementum fuit: inde consecutum est, ut difficillimum foret haereticis sua disseminare prava dogmata. Postquam autem multi Superiores esse coeperunt, eam sibi auctoritatem potestatemque arrogantes, nunc clare cernimus, ad quantas discordias et schismata ob pluralitatem Superiorum Ecclesia Dei devenit: ex quo fit, ut haeretici tantas sumant vires.

Itaque nolentes, ut conscientiae nostrae tanto pondere aggravarentur, si animarum salus multarum ob eas in religione discordias diutius periclitaretur (licet hac ipsa de re nos praedecessoresque nostri meditati fuerint, idque tentaverint), videntes institutum consilium intermissum esse, proposuimus, auxiliante Deo, mutuo isto vinculo nos ipsos ad prosequendum hoc negotium excitare et confirmare, ut quemadmodum antea eodem labro et eodem corde possemus laudare, et glorificare venerandum et magnificum nomen Patris et Filii et Spiritus sancti cum fratribus nostris charissimis dominis Romanis, permanentes sub eodem Pastore visibili Ecclesiae Dei, cui haec praeeminentia semper debebatur.

Quocirca id nobis mutuo promittentes coram Deo, quantum in nobis fuerit, corde sincero et candido ac diligentia in huiusmodi negotio necessaria ac debita, nos omnem daturos operam spondemus in communi, et quilibet per se, adhibitis mediis convenientibus, ut fratribus nostris Ecclesiasticis communique plebi ad ineundam unionem et concordiam simus auctores, idque divina adiuvante gratia perficiamus.

Ut autem maius incitamentum ad finiendum habeamus, quoque maior a nobis cura et solicitudo impendatur, scriptum praesens conficimus, quo sinceram promptamque voluntatem nostram ad amplectendam cum Ecclesia Romana unionem et consensum testamur. Et Deus omnipotens largitor omnium bonorum auctorque ad concordiam sit dux et protector tam sancti negotii huius: cui uti corda nostra, ita et eam voluntatem praesenti scripto testantes manu propria subscribimus: salvis tamen et in integrum observatis caeremoniis et ritibus cultus divini peragendi et sanctorum Sacramentorum iuxta consuetudinem Ecclesiae orientalis, correctis tantummodo iis articulis, qui ipsam unionem impedirent, ut more antiquo fierent omnia, sicut olim unione durante fuerunt. Datum anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimoquarto, die secunda Decembris.

(Locus sigillorum. Deinde sequuntur subscriptiones, videlicet:)

Michael Metropolita Kioviensis, Haliciensis et totius Russiae mpp.

Ipation Dei gratia Protothronius Epus Wlodimiriensis Brestensisque mpp.

Cyrillus Terleczky Exarcha Metropoliae Kioviensis Epus Luceoriensis Ostrosiensisque mpp.

Gregorius nominatus Archiepiscopus Vladika Polocensis Vitebscensisque mpp.

Dionisyus Zbiruysky Episcopus Chelmensis Belsensisque mpp.

Leontius Pelcziczky Episcopus Pinscensis Turoviensisque mpp.

Ionas Hohol Archimandrita Kobrinensis Ecclesiae S. Salvatoris mpp.

Item Ionas nominatus Episcopus Pinscensis Turoviensisque manu propria hanc concordiam fratrum meorum subscripsi.

B.

Articuli quorum cautionem petimus a dominis Romanis, priusquam accedamus ad Unionem Romanae Ecclesiae. Versio coaeva ex originali Polonico idiomate conscripto, quod omittitur.

Cum inter Romanae Ecclesiae et Graecae Religionis homines de processione Spiritus Sancti contentio sit, quae unionem et consensionem plurimum impediat, et non aliam pene ob causam, quam quod mutuo inter nos intelligi nolimus: postulamus igitur, ne ad aliam Confessionem stringamur, sed eam sequamur, quam in Evangeliis et in sanctorum Patrum Religionis Graecae scriptis traditam habemus, nimirum Spiritum Sanctum non ex duobus principiis nec duplici processione, sed ex uno principio veluti ex fonte ex patre per filium procedere.

Cultus divinus et orationes omnes matutinae, vespertinae et nocturnae ut nobis integrae constent iuxta morem et consuetudinem receptam Orientalis Ecclesiae: nominatim vero Liturgiae tres Basilii, Chrysostomi et Epiphanii, quae fit tempore Quadragesimali cum praesanctificatis donis: aliique ritus et caeremoniae omnes Ecclesiae nostrae, quibus hucusque usi sumus. Siquidem et Romae sub obedientia Summi Pontificis idem observatur, utque haec omnia idiomate nostro peragamus.

Sacramenta Sanctissimi Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi ut nobis, quemadmodum hucusque usi illis sumus, sub utraque specie panis et vini perpetuis temporibus integre inviolabiliterque conserventur.

Sacramentum Baptismi et forma illius, ut integre prout in hunc usque diem usurpatur a nobis, sine omni additamento nobis constet.

De Purgatorio nullam litem movemus, sed volumus doceri ab Ecclesia Sancta. Calendarium novum, si secundum morem antiquum fieri non possit, suscipiemus; ea tamen conditione, ut ordo et modus celebrandi Paschatis atque festa nostra, quemadmodum durante concordia illis utebamur, integra ac inviolata nobis constent et maneant. Habemus enim nonnulla festa peculiaria, quibus Rom. Ecclesia caret, utpote pro die 6. Ianuarii, qua anniversaria celebritate repraesentamus Baptismum Ihesu Christi, et primam revelationem Dei unius in trinitate, quod nostri vulgo Bohoziawlienie, ac si dicas divina revelatio, vocant: quo eodem die solemnes caeremonias adhibemus circa benedictionem aquae.

Ad processionem pro festo Corporis Christi faciendam ne adigamur, hoc est ne simili ratione processionis cum Sacramento peragendae necessitas nobis imponatur, quandoquidem apud nos alius est modus et usus Sacramentorum. Tum et ante festum Paschae ad consecrationem ignis, ac etiam pulsationem asseribus compactis loco campanae et alias caeremonias, quibus hucusque caruimus, ne adstringamur, quin potius secundum ritum et consuetudinem Ecclesiae nostrae integre in omnibus conservemur.

Matrimonia Sacerdotalia ut integra constent, exceptis bigamis.

Metropoliae, Episcopatus, et aliae spirituales dignitates ritus nostri, ne alterius nationis vel religionis, praeterquam Ruthenicae et Graecae hominibus conferantur. Quoniam vero Canonibus nostris ita sancitum habemus, ut tam Metropolitae quam Episcopi aliique huiusmodi officiales prius a spiritualibus, quam a saecularibus Ordinibus eligantur, petimus a Sacra Regia Maiestate, ut libera penes nos maneat eligendi eosdem potestas; salva tamen Sacrae Regiae Maiestatis pro libitu cuius ex electis conferendi auctoritate. Post obitum enim alicuius ex subdictis Officialibus quatuor a nobis posse eligi postulamus, ex quibus uni, qui idoneus videbitur, Sacra Regia Maiestas conferet, hac maxime de causa, ut homines idonei et docti huiusmodi officiis praeficiantur. Sacra enim Regia Maiestas alterius religionis cum sit, non ita facile scire potest, qui eis digni habeantur. Unde accidebat aliquando idiotis hominibus et vix legere scientibus haec officia conferri. Quod si alicui saeculari eiusmodi dignitas conferetur, is intra trium mensium decursum sacros Ordines suscipere tenebitur sub privatione eiusmodi beneficii, et hoc secundum rigorem nostrae Constitutionis Comitiorum Grodnensium et Articulos olim piae memoriae Sigismundi Augusti a Serenissimo Rege modcrno confirmatos. Sunt enim etiam nunc aliqui, qui officiis huiusmodi praesunt a plurimis annis, neque tamen Ordines sacros suscipiunt, exceptionum quarumdam praetensione.

Pro literis sacrae (consecrationis) Episcopi ritus nostri Romam ut non mittant, sed cum aliquem Sacra Regia Maiestas in Episcopum nominaverit, Metropolita sive Archiepiscopus more antiquo unumquemque eiusmodi consecrare debet. Nihilominus ipsemet Metropolita dignitatem Metropoliae

initurus pro literis sacrae ad Pontificem Maximum mittere tenebitur. Quem postea allatis Roma sacrae literis Episcopi ritus nostri duo vel ad summum tres consecrabunt atque benedicent more suo. Si vero aliquem ex Episcopis eligi in Metropolitanum contigerit, is pro sacrae literis mittere non debet, quandoquidem iam antea consecratus est in Episcopum, obedientiam tamen Summo Pontifici coram Rmo D. Archiepo Gnesnensi, non tanquam coram Archiepo, sed tanquam coram Regni Primate praestare potest.

Ut autem eo maior penes nos maneat auctoritas, ovibusque nostris maiori venerationi et observantiae simus, petimus Metropolitanum et Episcopos ritus nostri ad Senatum Sacrae Regiae Maiestatis admitti, multis et iustis de causis: siquidem eandem dignitatem, officium et charactercm cum ritus Romanae Ecclesiae Episcopis gerimus. Deinde cum aliquis nostrum super dignitate Senatoria in Senatu iuramentum praestabit, poterit et super obedientia Summo Pontifici debita idem iuramentum praestare, ne forte in posterum tale dissidium contingat, quale post obitum Isidori Metrepolitae Kioviensis fuit; idque eam ob causam, quod cum Episcopi ritus nostri nulla iusiurandi obligatione tenerentur, maximoque locorum intervallo disiuncti essent, facile ab unione in Synodo Florentina conclusa desciverunt: sed cum quisque illorum iuramento Senatorio obligatus fuerit, difficile est, ut aliquis de dissidio et dissensione moliri quidcunque audeat.

Literae pro Comitiis generalibus Regni et particularibus Conventibus celebrandis ut ad nos mittantur.

Quod si aliquando, Deo ita volente, reliqua etiam pars hominum Orientalis Ecclesiae ad eandem Unionem cum Occidentali Ecclesiae accesserit, cavendum, ne nobis vitio ab eis vertatur, quod priores illis ad amplectendam eam fuerimus. Siquidem id propter legitimas et graves causas in religione primeva christiana facere coacti sumus, et ad obviandum ulterioribus dissidiis.

Si quas forte factiones ex Graecia vel excommunicationes per litteras nationis illius homines moliantur, eas omnino (in) dominio Sac. Regiae Maiestatis prohiberi petimus, constitutis etiam contra eos poenis, qui id tentaverint, ne forte hoc pacto divellatur Unio ob diversa in vulgo excitata studia, cum adhuc sint multi, qui pertinaciter huic rei resistant, possetque hiuc oriri intestinum bellum inter Regnicolas. Illud vero cavendum est perquam diligenter, ne, si Archimandritae, Hegumeni, Presbyteri et alii Ecclesiastici ordinis ritus nostri obedientes nobis esse noluerint, spiritualia exercere alicubi audeant, neve extranei Episcopi vel Monachi venientes ex Graecia aliquod spiritualium negotiorum agant in Dioecesibus nostris: alias haec Unio nullius momenti esset.

Si qui in posterum ritus nostri homines, contempta religioue sua et Caeremoniis rituum, et Caeremonias Romanas amplecti voluerint, ne admittantur: siquidem iam omues in una Ecclesia et sub regimine unius Pastoris erimus.

Matrimonia inter Romanae et Graecae religionis homines libera sint illis, nec personae matrimonio iunctae ad capessendam religionem alterius sese invicem compellant: nam in una sumus Ecclesia.

Quia sunt multa bona ecclesiastica ab Autecessoribus nostris aliis saecularibus tradita, quae per temporales possessores occupantur et hoc illegitime, humiliter petimus, ut ad Ecclesias reddantur, quia sedes nostrae tam sunt miserae, ut non tantum cultui divino providere, sed nosmet ipsi miserum victum non habemus. Si quis autem in bonis ecclesiasticis patrimouium haberet, eo mortuo bona Ecclesiae restitui debent: et nemo de bonis ecclesiasticis secundum suum beneplacitum dispeusare debet siue consensu sui Episcopi et Capituli. Bona item omuia, quae nunc Ecclesia possidet, Evangeliisque inscripta habentur, etiamsi alia super eis privilegia non extent, ut indubitato iure ad Ecclesiam pertineaut, iutegrumque sit Ecclesiae etiam antiquitus ablata repetere.

Post mortem Metropolitani et Episcoporum ne Capitanei (Starostae) atque Thesaurarii (Intendentes) se in bona Ecclesiastica ingerant, sed more et ordine Romanae Ecclesiae, quod alter electus non fuerit, Capitulum ea bona administet. In bonis autem et facultatibus Episcopi defuncti propriis, consanguinei ipsius ne ullam vim et iniuriam patiantur, pro more et consuetudine Romanae Ecclesiae. Si autem Episcopus defunctus nullam habeat consanguinitatem, bona spectant ad Ecclesiam, in qua defunctus dignitatem exercebat. Quod quidem etsi iam privilegio tantum habemus, idem tamen adhuc constitutionibus Regni confirmari nobis petimus.

Archimaudritae, Hegumeni, Monachi vulgo Czerncy et Monasteria eorundem Episcoporum obedientiae, in quorum Dioecesi fuerint, pristino more subsint: siquidem apud nos una tantum est Regula, quam etiam Episcopi omnes profitentur. Provinciales autem, quos vocant, non habemus.

Ad iudicia tribunalis Regni more et consuetudine Provinciae inter Spirituales Romanae Ecclesiae duos quoque ex Spiritualibus religionis nostrae deputari petimus, qui etiam iura et libertates nostras tueantur.

Archimandritae, Hegumeni, Presbyteri, Archidiaconi, Diaconi aliique Spirituales ritus nostri eodem honore et reverentia ab hominibus, quo caeteri Religionis Romanae habeantur, libertatibusque et praerogativis a Serenissimo olim piae memoriae Vladislao Rege sibi concessis fruantur et gaudeant: ad Contributiones persolvendas ratione personarum suarum et bonorum Ecclesiae (ut hactenus fiebat) ne adigantur, nisi forte aliqui bona propria habuerint, ex his enim eas persolvere aeque ac alii tenebuntur. Quicunque autem Presbyteri vel Spirituales intra territoria Senatorum vel Nobilitatis bona Ecclesiae habent, praesertim vero nati ex eorum adscriptitiis, subiectionem illis et obedientiam ratione fundi praestare tenebuntur, non appellando ad aliud forum, neque litigando cum Dominis suis, sed integrum illis iuspatronatus reservando: intuitu tamen personarum atque officii, quod gerunt, solis suberunt Episcopis, ab eisque pro excessibus punientur delatione Dominorum. Ita enim utriusque tam spiritualis quam saecularis status hominibus ius suum illaesum atque integrum manebit.

Pulsatione campanarum in templis nostris die Veneris santo ne prohibeamur usque a Dominis Latinis. Liceat quoque nobis Sanctissimum Sacramentum ad aegrotantes pro more et consuetudine nostra publice cum hominibus et ornamentis in hoc adhiberi solitis deferre, cum processionibusque diebus festivis atque solemnibus sine omni impedimento progredi.

Monasteria et templa ritus nostri ne in Religionis Romanae templa convertantur. Si quis autem Catholicorum in territorio suo illa devastavit, elaborare teneatur eadem, vel de novo extrui, vel antiqua reformari.

Collegia sive Confraternitates spirituales non ita pridem a Patriarchis institutae, et a Sacra Regia Maiestate confirmatae, uti Vilnae, Leopoli, Brestae et alibi, a quibus non contemnendos in Ecclesiam Dei fructus redundare, cultumque Divinum singularem in modum propagari videmus, siquidem Unionem amplecti voluerint, integrae et illaesae maneant, sub obedientia tamen Metropolitani vel Episcoporum eius Dioecesis, in qua sunt.

Liceat nobis item Seminaria et Scholas Graecae et Sclavonicae linguae tenere ubi commodius videbitur, nec non officinas pro imprimendis libris, quae tamen omnia Metropolitani et Episcoporum subsint arbitrio, nihilque imprimatur sine illorum licentia, ne hinc occasio disseminandarum haeresum malevolis detur.

Et quia Presbyteri ritus nostri in ditionibus tam R. Maiestatis quam Senatorum Regni et Nobilitatis degentes, Officialium et Dominorum suorum confisi praesidio, insolescunt ut plurimum, matrimonia promiscue separant, interdumque Domini Capitanei et eorum Officiales modici lucri causa, quod ex separationibus istiusmodi habent, tuentur dictos Presbyteros, nec ad suos Episcopos vel Synodos compelli permittunt, insolentes puniri ab Episcopis prohibent; Visitatores, quos mittimus, ignominiose tractant, verberibusque afficiunt: petimus, ut liberum sit nobis punire huiusmodi, et in disciplina Ecclesiastica retinere. Si quis autem talium ob inobedientiam vel alium aliquem excessum excommunicetur ab Epō, petimus, ne hos Officiales et Domini, ubi primum ab Episcopo vel Visitatore certiores facti ea de re fuerint, spiritualia negotia peragere aut sacris operari permittant, donec de obiecto sibi crimine Pastoribus suis satisfecerint. Cathedrales et Parochiales Ecclesiae in Civitatibus praecipuis, atque alias ubicunque in Sacrae Regiae Maiestatis dominio sitae, sive aliae Regiae sive Nobilium vel Oppidanorum liberalitate fundatae ac dotatae fuerint, potestati ac administrationi Episcoporum suorum ut subsint; Seculares vero, ne se in curam earum ullo praetextu ingerant. Sunt enim nonnulli, qui subesse hac in in parte nolunt Episcopis, ipsique pro libitu suo Ecclesias administrant.

Si quis autem pro perpetrato facinore aliquo excommunicatus fuerit ab Episcopo ritus nostri, is ne ad Romanae Ecclesiae ritum suscipiatur, immo excommunicatus etiam ab illis promulgetur, uti quidem et nos contra eos omnes, qui ab Ecclesia Romana excommunicati fuerint, processuri et facturi sumus.

Quod si, Deo favente, reliqui etiam aliquando fratres nostri Orientalis Ecclesiae ad Unionem cum Ecclesia Occidentali accesserint, ac subinde communi consensu totius universalis Ecclesiae aliquid, quod ad ordinem vel reformationem Caeremoniarum eiusdem Ecclesiae Grecae pertineat, decreverint, ut nos quoque eius participes simus uti homines eiusdem ritus et religionis.

Et quia nonnullos in Graeciam profectos audimus, ut se Ecclesiasticis quibusdam officiis praefici procurent, redeuntesque dominentur in Clero et iurisdictionem in nos suam exerceant: petimus, ut Regia Maiestas in finibus Regni provideri iubeat, ne ad nostras partes cum iurisdictione et excommunicationibus huiusmodi quisquam veniat: magna enim hinc haud dubie inter Pastores et populos sequeretur confussio.

Nos igitur infrascripti Unionem hanc sanctam pro gloria Dei et pace Ecclesiae coalescere cupientes, praedictos articulos, quos pernecessarios nobis atque Ecclesiae nostrae esse scimus, quos confirmarique a Summo Pontifice ac Serenissimo Rege oportere, pro maiori fide tradimus hoc praesenti Venerabilibus fratribus nostris Dñis Ipatio Pociey Protothronio Episcopo Wlodimiriensi Brestensique, et Cyrillo Terleczky Exarchae Episcopo Luceoriensi Ostrosiensique, ut confirmationem eorundem a Summo Pontifice, atque a Maiestate Regia nostro et suo nomine efflagitent. Quo certi de Fide, Sacramentis et Caeremoniis nostris, tanto securius et sine ullo conscientiae omniumque nobis commissorum praeiudicio ad sanctam hanc Unionem cum Ecclesia Romana accedamus, utque et alii sarta tecta omnia nobis manere videntes tanto et ipsi lubentius sequantur nostra vestigia. Datum Anno Domini 1595. die prima Iunii iuxta Calendarium vetus.

Michael Metropolita Kioviensis et Haliciensis manu propria.
Cyrillus Terleczky Dei gratia Exarcha Episcopus Luceoriensis Ostrosiensisque mpp.
Ioannes Hohol Archimandrita Cobrinensis Ecclesiae Sancti Salvatoris mpp.
Ipatius Episcopus Wlodimiriensis et Brestensis mpp.
Leontius Pelczyczky gratia Dei Episcopus Picensis Turoviensisque mpp.

C.

Litterae dominorum Archiepiscopi Kioviensis et aliorum Episcoporum Ruthenorum ad Smum D. N. Clementem PP. VIII. super eorum unione cum Sancta Ecclesia Romana, datae die XII. Iunii Anno Domini MDXCV. latine versae.

Sanctissime Pater, Domine et Pastor supreme Ecclesiae Christi, Domine clementissime. Repetentes memoria consensum in omnibus atque unionem Orientalis et Occidentalis Ecclesiae, quam maiores nostri sub obedientia et regimine sanctae Sedis Apostolicae Romanae coluerunt, ex altera vero parte perpendentes animis dissensiones et schismata, quae hodie invaluerunt, non potuimus propterea non maximo dolore affici: deprecabamurque assidue Dominum, ut nos aliquando in unitate fidei aggregaret, expectantes si forte Superiores et pastores nostri Orientalis Ecclesiae, sub quorum obedientia hucusque fuimus, de ineunda unitate et concordia, quam in liturgiis quotidie a Deo efflagitant, cogitare serio atque diligenter in eam rem et curam incumbere vellent. Sed cum videremus frustra tale quippiam sperari ab illis, non tam malevolentia et temeritate fortasse eorum, quam quod sub gravissimo servitutis iugo crudelissimi tyranni et a religione Christiana alieni gemant, tentare id quod maxime vellent, nullo modo possunt: nos nihilominus, qui in his partibus sub dominio Serenissimi Poloniae et Sueciae Regis et Magni Ducis Lituaniae constituti sumus, liberisque nobis propterea esse licet, attendentes officium nostrum, neque nobis ipsis et ovibus gregis Christi, quarum cura ad nos spectat, obesse, conscientiasque hac in parte nostras tot animarum interitu, qui ex dissensionibus his provenit, gravare volentes, adiuvante Domino, ad unionem, quae antea inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam viguit, inque Florentina Synodo ab antecessoribus nostris constituta est, accedere decrevimus: ut vinculo huius unionis adstricti, sub obedientia atque regimine Sanctitatis vestrae, uno ore et corde glorificemus et laudemus omnes divinissimum et sanctissimum nomen Patris et Filii et Spiritus sancti.

Ac proinde sciente volenteque domino nostro Sigismundo Tertio Dei gratia Poloniae et Sueciae Rege Magnoque Duce Lituaniae, cuius etiam singulare ac sapientissimum studium in hac re enituit, mittimus ad Sanctitatem vestram charissimos fratres nostros Reverendos in Christo Hypatium Pociey Protothronium atque Episcopum Wlodimiriensem Brestensemque, et Cyrillum Terleczky Exarcham atque Episcopum Luceoriensem Ostrosiensemque: quibus mandavimus, ut Sanctitatem vestram adeant, ac (siquidem Sanctitas vestra administrationem Sacramentorum, ritusque et caeremonias Orientalis Ecclesiae integre, inviolabiliter atque eo modo quo tempore unionis illis utebamur, nobis conservare confirmareque pro se et successoribus suis nihil in hac parte innovaturis unquam dignetur) suo et omnium nostrum Archiepiscopi et Episcoporum, totiusque Ecclesiastici nostri status, et ovium commissarum nobis divi-

nitus nomine Sedi S. Petri et Sanctitati vestrae uti summo Pastori Ecclesiae Christi debitam obedientiam deferant.

Quae omnia petita a nobis si obtinuerimus, Sanctitati vestrae cum omnibus successoribus suis nos et successores nostri dicto audientes, subque regimine Sanctitatis vestrae semper esse volumus. In quorum maiorem fidem litteras praesentes manibus nostris subscripsimus atque munivimus sigillis. Datum ex Regno Poloniae et Magno Ducatu Lituaniae die XII. Iunii Anno Dñi MDXCV. iuxta Kalendarium vetus.

Sanctitatis Vestrae

Humillimi apud Deum oratores et servi

(Subscriptiones cum sigillis)

Michael Dei gratia Archiep̃us Metropolita Kioviensis Haliciensisque ac totius Russiae mpp.
Ipation Dei gratia Protothronius Episcopus Wlodimiriensis Brestensisque mpp.
Cyrillus Terleczky Dei gratia Exarcha Episcopus Luceoriensis Ostrosiensisque mpp.
Gregorius nominatus Archiepiscopus Vladika Polocensis Vitebscensisque mpp.
Michael Kopystensky Episcopus Praemisliensis Samborensisque mpp.
Gedeon Boloban Episcopus Leopoliensis mpp.
Dionysius Zbiruysky Episcopus Chelmensis mpp.
Leontius Pelczyczky Episcopus Pinscensis Turoviensisque mpp.
Ionas Hohol Archimandrita Kobrinensis Ecclesiae S. Salvatoris mpp. subscripsi.
Idem Ionas Hohol nominatus Episcopus Pinscensis Turoviensisque mpp.

D.

Professio fidei Praesulum Ruthenorum nomine Hypatii Episcopi Brestensis Romae Clementi VIII. facta.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Ego humilis Hypatius Pociey Dei gratia Protothronius Wlodimiriensis et Brestensis Episcopus in Russia, nationis Russorum seu Ruthenorum, unus ex procuratoribus Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum eiusdem Nationis, videlicet Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, et Gregorii Archiepiscopi denominati electi in Episcopum Polocensem et Vitepscensem, et Ionae Hohol electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopystensky Episcopi Praemisliensis et Samborensis, et Gedeonis Boloban Episcopi Leopoliensis, et Dionysius Sbiruisky Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus et missus una cum Reverendo in Christo Patre Domino Cyrillo Terleczky Exarcha Episcopo Luceoriensi et Ostrosiensi eiusdem Nationis, altero ex procuratoribus dictorum Dominorum Praelatorum et collega meo, ad ineundam et suscipiendam unionem Sanctitatis Vestrae et Sanctae Romanae Ecclesiae, atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium et totius Ecclesiastici eorum status, et ovium eis commissarum nomine huic Sanctae Sedi Beati Petri, et Sanctitati Vestrae uti summo Pastori universalis Ecclesiae, ad pedes eiusdem Sanctitatis Vestrae positus, ac infrascriptam sanctae orthodoxae fidei professionem iuxta formam Graecis ad unitatem dictae Sanctae Romanae Ecclesiae redeuntibus praescriptam facturus et emissurus, tam procuratorio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum meorum principalium, quam etiam meo proprio, simul cum praedicto Domino Cyrillo Exarcha Episcopo Luceoriensi et Ostrosiensi, procuratore et collega meo, polliceor et promitto, quod ipsi domini Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta praedictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu subsciptam et sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram et hanc sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur.

Firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Cruci-

fixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi, Amen.

Credo etiam, suscipio atque profiteor ea omnia, quae sacra Oecumenica Synodus Florentina super unione Occidentalis et Orientalis Ecclesiae definivit et declaravit, videlicet quod Spiritus Sanctus a Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio: et ex utroque aeternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Cum id quod sancti Doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Graecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiae Spiritus Sancti, sicut et Patrem. Cumque omnia quae, Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dederit, praeter esse Patrem: hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est. Illamque verborum illorum - Filioque - explicationem veritatis declarandae gratia, et imminente tunc necessitate, liciter ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Item in azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta suae Ecclesiae sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

Item si vere poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas poenis purgatorii post mortem purgari: et ut a poenis huiusmodi releventur, prodesse eis Fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta. Illorumque animas, qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus (prout superius dictum est) sunt purgatae, in caelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

Item sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum Orbem tenere Primatum; et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in Actis Oecumenicorum Conciliorum et in sacris Canonibus continetur.

Insuper profiteor ac recipio alia omnia, quae ex decretis sacrae Oecumenicae Generalis Synodi Tridentinae sacrosancta Romana et Apostolica Ecclesia, etiam ultra contenta in supradicto fidei Symbolo, profitenda ac recipienda proposuit atque praescripsit, ut sequitur:

Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector.

Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novae legis a Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium; illaque gratiam conferre: et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio et admitto.

Omnia et singula, quae de peccato originali et de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et diviuitate Domini nostri Iesu Christi; fierique conversionem totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas Fidelium suffragiis iuvari. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse vcnerandas.

Firmissime asscro, imagincs Christi ac Deiparae semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclcsiam omnium Ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori ac Icsu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro.

Caetera item omnia a sacris Canouibus ct Oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosanta Tridentina Synodo tradita, definita et declarata indubitauter recipio atque profiteor: simulque contraria omnia, et schismata atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas et reiectas et anathematizatas ego pariter damno, reiicio et anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime, Deo adiuvante, retinere et confiteri, atquc a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri ct praedicari, quantum in me erit, curaturum.

Ego idem Hypatius Pociey Protothronius Episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, procurator supradictorum dñorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum, procuratorio eorum nominc et meo proprio ut supra spondeo, viveo ac iuro: Sic me Deus adiuvet, et haec Sancta Dei Evangelia (mpp).

E.

Constitutio super Unione Nationis Ruthenae cum Ecclesia Romana.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Magnus Dominus et laudabilis nimis in Civitate Dei nostri in monte sancto eius. Civitas Dei supra montem posita, quae abscondi non potest, in qua gloriosa et admiranda operatur Deus, et ipse fundavit eam Altissimus, Sancta est Ecclesia una Catholica et Apostolica, aedificata a Christo Domino supra Beatissimum Apostolorum Principem Petrum, qui est fundamentum Ecclesiae, quod positum est a summo architecto Christo Iesu, qui cum sit primarium fundamentum, et Lapis elcctus et angularis, qui portat et sustentat omnia verbo virtutis suae, idem ipse, qui vocat ea, quae non sunt, tanquam ea quae sunt, et qui dixit, et facta sunt, Simonem Ionae filium hominem mortalem, et natura sua imbecillem singularis gratiae privilegio Cepham vocavit, hoc est Petrum, eique tantam firmitatem et soliditatem dedit, ut esset petra immobilis, supra quam aedificavit Sanctam Civitatem suam, quae est Ecclesia Dei viventis, eamdemque per legitimam Summorum Romanorum Pontificum successionem, in quibus Beati Petri auctoritas nunquam deficit, aedificat autem usque in finem saeculorum. Itaque per omnes aetates et tempora ad hanc petram Fidei, Spiritu Sancto auctore, confluunt gentes, et in hanc Deo dilectam Civitatem per salutaris Baptismi ianuam introducuntur nationes et populi multi. Saepe etiam, qui fallaciis hominum et Diaboli insidiis seducti per devia aberrantes, et perniciosa schismata sectati inserucrunt se doloribus multis, et ab hac Sancta Civitate descesserunt, iidem Divinae misericordiae abundantia per resipiscentiam, conversionem et poenitentiam tanquam ex fluctibus emcrgunt, et erroribus ac schismatibus damnatis et repudiatis, iterum in hanc Sanctam Civitatem a Summo Romano Pontifice, qui illius Claves habet, reducuntur, et ad pristinam unitatem magno Ecclesiae Catholicae gaudio rcvocantur. Et ne veterem antiquitatis memoriam repetamus, novissime his diebus nostris illustre reconciliationis et reversionis ad Catholicam

Ecclesiam exemplum extitit Ruthenorum Episcoporum: qua in re abundantes divitias bonitatis Dei erga humilitatem nostram agnoscimus, qui cum ita disposuerit, ut Pontificatus noster in tam multas Christiauae Reipublicae calamitates et tantam temporum acerbitatem incideret, saepe etiam secundum multitudinem dolorum in corde nostro consolationibus suis laetificat animam nostram. Antea siquidem Rutheni Episcopi, atque ea omnis copiosa et clara Natio cum Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre et Magistra non communicabat (communicabant), sed proprii sermonis atque idiomatis usu, retento Graeco ritu, vivebat et luctuosum Graecorum schisma sequabatur: ex quo sane schismate, quod intimo cum dolore commemoramus, innumerabiles aerumnae et miseriae ad nobilissimam Graecorum gentem tanquam a fonte quodam promanaruut.

Nuper vero Venerabilis frater Michael Archiepiscopus et Metropolita Kioviensis Haliciensisque ac totius Russiae, et cum eo plerique eius Comprovincialcs Episcopi, videlicet Venerabilis frater Hypatius Prothronius Episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, Cyrillus Exarcha Episcopus Luceorieusis et Ostrosiensis, Gregorius nominatus Archiepiscopus electus in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, Leontius Episcopus Pinscensis et Turoviensis, qui paulo post ex hac vita decessit, et Dionysius Epūs Chelmensis et Belsensis, et deinde Ionas Archimandrita Kobrinensis electus in Episcopum Pinscensem et Turovieusem iu locum demortui Leontii praedicti, hi omnes, divina Spiritus Sancti luce eorum corda collustrante, coeperunt ipsi secum cogitare, et inter se multa consultatione et prudenti adhibita conferre et serio tractare, se et greges, quos pascerent, uon esse membra corporis Christi, quod est Ecclesia, qui visibili ipsius Ecclesiae capiti Summo Romano Pontifici non cohaererent, et propterea spiritualis vitae influxus se non posse capere, neque crescere in charitate, cum ab eo essent disiuncti, ex quo secundum Deum peudet totum corpus compactum et connexum per omues iuncturam subministrationis in mensuram operationis uniuscuiusque membri: quin etiam se omnibus animae periculis et insidiis Principis teuebrarum tanquam leonis rugientis propositos esse, qui iutra Ovile Christi, intra Arcam salutis et intra Domum illam non essent, quae est aedificata supra petram, quam flumina et venti irruentes nequeunt prosternere, in qua sola domo Agnus ille ad vitae fructum comeditur, qui tollit peccata mundi. Quamobrem pro consilio et salutari deliberatione inter se statuerunt, ac firmiter decreverunt redire ad suam et omnium fidelium Matrem Romanam Ecclesiam, reverti ad Romanum Poutificem Christi in terris Vicarium, et totius populi Christiani commuuem Patrem et Pastorem, longo quidem temporis intervallo post annos fere centum quinquaginta et amplius, postea quam primum a piae mem. Eugenio Papa IV. in Generali Concilio Florentino Graeci recepti et reconciliati Ecclesiae fuerant. Hanc autem deliberationem et decretum scripto tradiderunt et mandarunt, cui Michael Archiepiscopus et omues supradicti Episcopi subscripserunt, datumque est die secunda mensis Decembris anno 1594., in quo se ipsos ad Romanae Ecclesiae communiouem et unitatem procurandam communi veluti vinculo obstrinxerunt.

Quod igitur idem Michael Archiepiscopus et Coepiscopi eius supradicti salutariter statuerant, sedulo excquentes duos ex eorum numero delegerunt primarios Episcopos, Veuerabiles fratres Hypatium Protothronium Episcopum Wlodimiriensem et Brestensem, et Cyrillum Exarcham Epūm Luceorieuscm et Ostrosienscm, praestantes viros et zelo Dei praeditos, qui cum Romam advenissent, secum decretum illud detulerunt, de quo supra diximus, Michaelis Archiepiscopi et Metropolitae, et sua et aliorum Episcoporum, qui superius euumerati sunt, manu subscriptum. Et literas practerea ad Nos scriptas attulerunt, datas ex Reguo Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae die 12. Iunii anno Domiui 1595. iuxta Kalendarium vetus, quibus infrascripti Episcopi subscripserant, Michael Archiepiscopus Metropolita Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, Hypatius Protothrouius Episcopus Wlodimiriensis et Brestcnsis, Cyrillus Exarcha Episcopus Luccoriensis et Ostrosiensis, Gregorius nomiuatus Archiepiscopus electus in Episcopum Poloceusem et Vitebscensem, Leontius Episcopus Pinsccnsis et Turoviensis postea defunctus, Michael Episcopus Premisliensis et Samborensis, Gedeon Episcopus Leopoliensis, Dionysius Epūs Chelmensis, et uovissime Ionas Archimandrita Kobrinensis, electus postmodum in Episcopum Pinscensem et Turoviensem loco praedicti Leontii Episcopi, ut praefatur, defuncti.

Cum igitur duo supradicti Episcopi et Oratorcs Hypatius et Cyrillus benigne a Nobis in conspectum et colloquium uostrum essent admissi, easque literas ab ipsis quoque subscriptas Nobis reddidissent, Nostram atque Apostolicae Sedis gratiam humiliter petierunt, sequc intra gremium Catholicae Romanae Ecclesiae recipi et tanquam membra iterum capiti uniri supplicarunt, salvis corum ritibus et caeremoniis in Divinis Officiis et Sacramcutorum administratione, et alias iuxta unionem celebratam in

Concilio Florentino inter Occidentalem et Orientalem Graecorum Ecclesiam: vicissim obtulerunt se paratos omnes haereses et schismata damnare, omnesque errores detestari, quos damnat et detestatur Sancta Catholica Romana Ecclesia, et eos praesertim, quorum causa hactenus ab eadem Romana Ecclesia separati et disiuncti fuerunt; tum etiam fidei Catholicae professionem rite facere, ac Nobis denique uti vero Christi Vicario, et Sanctae Apostolicae Sedi obedientiam et subiectionem debitam praestare et perpetuo spondere. Attulerunt iidem Epi practerea ad Nos literas Carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Poloniae et Sueciae Regis, qui ut est egregie pius et Catholicae Religionis propagandae cupidus, salutare hoc negocium de Ruthenis ad reconciliationem et unitatem Catholicae Ecclesiae recipiendis magnopere Nobis commendavit, quod et alii fratres nostri Catholici Episcopi Poloni fecere, hoc est dilectus filius noster Georgius Cardinalis Radzivilius Episcopus Cracoviensis, Ioannes Demetrius Archiepiscopus Leopoliensis et Bernardus Episcopus Luceoriensis.

Nos igitur, qui per Dei gratiam nihil magis optamus aut quaerimus, quam animas Christo lucrari, eorum petitionibus et oblationibus intellectis et consideratis, eas etiam a Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis praefectis diligenter considerari iussimus; cumque omnia accurate excussa et examinata essent, et duo Episcopi supradicti Hypatius et Cyrillus tam suo proprio, quam Michaelis Archiepi seu Metropolitani et Coepiscoporum suorum nomine, quae ad haeresum, errorum et schismatis condemnationem et detestationem pertinebant, rite praestitissent; item prompti essent publice fidem Catholicam ex formula praescripta profiteri, ac Nobis et Sedi Apostolicae veram obedientiam exhibere, ob eas causas statuimus ad Dei gloriam Ruthenos Episcopos et Nationem ad corporis Ecclesiae, et Romanae Ecclesiae communionem et unitatem admittendos et recipiendos esse. Quod ut more magis solemni et maiori cum laetitia spirituali fieret, certo constituto die, hoc est hodierno, qui est tertius et vigesimus mensis Decembris anni praesentis 1595. sacro Sabbathi quatuor temporum et vigiliae Natalis Domini nostri Iesu Christi geminato ieiunio, Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales eorumque amplissimum Collegium in nostrum Apostolicum Palatium, et in aulam, quae dicitur Constantini, huius rei causa congregavimus: quibus nobiscum de more considentibus multisque Praesulibus, Praelatis et Aulicis honoratis viris et familiaribus nostris praesentibus et astantibus, duos supradictos Episcopos Ruthenos Oratores introduci mandavimus, qui ad pedes humilitatis nostrae provoluti se ad corporis Ecclesiae Catholicae et Romanae Ecclesiae unitatem et obedientiam recipi et admitti iterum suppliciter petierunt. Tum iussu nostro lecta est deliberatio et decretum supradictum Michaelis Archiepiscopi Metropolitae et Episcoporum Ruthenorum, qui ei subscripserunt, quique supra singillatim nominati sunt, de petenda, et quibusvis impedimentis remotis firmiter efficienda cum Romana Ecclesia eiusmodi reconciliatione et membrorum ad caput suum nova unione. Lectum est autem primo loco Ruthenico sermone, ut conscriptum est, deinde lecta est versio latina ad verbum. Tum lectae sunt etiam literae de eadem re ad Nos a praedictis Michaele Archiepo Metropolitano et Episcopis Ruthenis scriptae, de quibus supra diximus, et eodem plane modo, primum quidem Ruthenico sermone, deinde ex latina versione ad verbum sunt lectae: mox ab uno ex Secretariis nostris domesticis clara voce ipsis Epis et Oratoribus latine significari iussimus, quantam animus noster laetitiam caperet, et exultaret spiritus noster in Deo salutari nostro propter Ruthenorum hanc saluberrimam deliberationem, quantum ipsi deberent Deo bonorum omnium auctori, qui Spiritus Sancti afflatu hanc eis mentem dedisset, ut veteres errores agnoscerent et detestarentur, et ad petram Fidei, ad Romanam Ecclesiam, Caput, Matrem et Magistram omnium Ecclesiarum redirent.

Tum illi statim Hypatius et Cyrillus tam suo proprio nomine, quam uti Oratores et Procuratores Michaelis Archiepiscopi et Coepiscoporum suorum supradictorum, fidem Catholicam iuxta formam professionis fidei orthodoxae a Graecis faciendae ab hac Sancta Sede praescriptam integre, et de verbo ad verbum professi sunt, Nobis et Apostolicae Sedi debitam et perpetuam obedientiam et subiectionem praestiterunt, quam Nos una cum Venerabilibus fratribus nostris S. Rom. E. Cardinalibus recepimus, atque haec omnia Archiepiscopum et Episcopos Ruthenos eorum collegas, ac Clerum et Populum rata et grata habituros, et eamdem fidei professionem facturos atque obedientiam praestituros, omnia denique per ipsos eorum Oratores et Procuratores acta et promissa confirmaturos et observaturos bona fide et corde sincero coram Deo, qui iudicaturus est vivos et mortuos, iureiurando promiserunt. Primus autem Hypatius Epus fidei orthodoxae professionem fecit latina lingua, quod ipse latine nosset, iuxta formam praedictam: legit autem eam clara voce de scripto integre in eum, qui sequitur, modum.

Sanctissime ac Beatissime Pater. Ego humilis Hypatius Pociey Dei gratia Protothronius Wlodimiriensis et Brestensis Epus in Russia Nationis Russorum seu Ruthenorum, unus ex Procuratoribus Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum eiusdem Nationis, Venerabilis Michaelis Rahosa Archicpi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, et Georgii Archiepi denominati electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, et Ionae Hohol electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopystensky Episcopi Premisliensis et Samboriensis, et Gedeonis Balaban Episcopi Leopolicnsis, et Dionysii Zbiruisky Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus et missus una cum Reverendo in Christo Patre Dño Cyrillo Terleczky Exarcha Epo Luceoriensi et Ostrosiensi eiusdem Nationis, altero ex Procuratoribus dictorum Dominorum Praelatorum et Collega meo, ad ineundam et suscipiendam unionem Sanctitatis Vestrae, et Sanctae Romanae Ecclesiae, atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium et totius Ecclesiastici eorum status, et ovium eis commissarum nomine huic Sanctae Sedi beati Petri, et Sanctitati Vestrae uti Summo Pastori Universalis Ecclesiae, ad pedes Sanctitatis Vestrae positus, ac infrascriptam Sanctae Orthodoxae Fidei professionem iuxta formam Graecis ad unitatem dictae S. R. E. redeuntibus praescriptam facturus et emissurus, tam procuratorio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum meorum principalium, quam etiam meo proprio simul cum praedicto Domino Cyrillo Exarcha Episcopo Luceoriensi et Ostrosiensi, Procuratore et Collega meo, polliceor et promitto, quod ipsi Dñi Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta praedictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu scriptam et sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram, et hanc Sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur. Omittitur profcssio fidei, quia repcritur impressa. (Vid. pag. 238.)

Tum Ruthenica lingua conscripta et similiter ab ipso subscripta pro eo lecta est a dilecto filio Eustachio Volovitio Canonico Vilnensis Ecclesiae eiusdem linguae perito. Deinde Cyrillus Episcopus eandem Orthodoxae Fidei professionem fecit ad eandem prorsus formam, prout Hypatius Epus fecerat, Ruthenice scriptam, eo quod linguam latinam non calleret. Sed et latine scriptam ac ab ipso subscriptam eius nomine legit dilectus filius Lucas Doctorius Canonicus Luceoriensis, huiusmodi sub tenore, videlicet: Sanctissime ac Beatissime Pater. Ego humilis Cyrillus Terlecky Dei gratia Exarcha Epus Luceoriensis et Ostrosiensis in Russia nationis Russorum seu Ruthenorum, unus ex Procuratoribus Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum eiusdem Nationis, videlicet Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, et Gregorii Archiepi denominati electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, et Ionae Hohol electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopystensky Episcopi Premisliensis et Samboriensis, et Gedeonis Balaban Episcopi Leopoliensis, et Dionysii Zbiruisky Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus et missus una cum Reverendo in Christo Patre Domino Hypatio Pociey Protothronio Wlodimiriensi et Brestensi Episcopo eiusdem Nationis, altero ex Procuratoribus dictorum Dominorum Praelatorum et Collega meo, ad ineundam et suscipiendam unionem Sanctitatis Vestrae, et S. R. E. atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium et totius Ecclesiastici eorum status, et ovium eis commissarum nomine huic Sanctae Sedi beati Petri, et Sanctitati Vestrae, uti Summo Pastori Universalis Ecclesiae, ad pedes eiusdem Sanctitatis Vestrae positus, ac iufrascriptam Sanctae Orthodoxae Fidei professionem iuxta formam Graecis ad unitatem dictae Sanctae Romanae Ecclesiae redeuntibus praescriptam facturus et emissurus, tam proprio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum meorum principalium, quam etiam meo proprio simul cum praedicto Domino Hypatio Protothronio Wlodimiricnsi et Brestensi Episcopo, Procuratore et Collega meo, polliceor et promitto, quod ipsi Dñi Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et accceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta praedictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu subscriptam et sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram, et hanc Sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout scquitur. Firma fide etc. prout supra, quamvis non sit apposita, cum sit impressa.

Quare Nos commisimus et mandavimus dilecto filio nostro Iulio Antonio Presbytero Cardinali Sanctae Mariae Transtiberim Sanctae Severinae, Maiori Poenitentiario nostro, ut eosdem Hypatium et Cyrillum Episcopos et Oratores, ac eorum comites, familiares et domesticos tam Presbyteros et Clericos, quam etiam laicos, et alias quascumque personas dictae Nationis Ruthenorum Romae praesentes a qui-

busvis excommunicationis, suspensionis, interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, in quas propter praemissa, seu schisma, haereses et errores praefatos, quibus forsan adhaeserint, quomodolibet incurrerunt, auctoritate nostra in utroque foro absolvat in forma Ecclesiae consueta, nec non cum eisdem Episcopis ac eorum comitibus, familiaribus et domesticis, et quibusvis aliis personis, Presbyteris et Clericis super irregularitate per eos praemissorum occasione contracta, quodque clericali charactere, quo antea rite insigniti fuerunt, illiusque privilegiis uti, ac in omnibus etiam sacris et Presbyteratus Ordinibus antea rite susceptis etiam in Altaris ministerio ministrare, seu dicto charactere, qui insigniti non sunt, insigniri, et si idonei fuerint, ad omnes etiam sacros et Presbyteratus Ordines praedictos promoveri, et quaecumque et qualiacumque Beneficia Ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus, praebendae, dignitates, personatus, administrationes vel officia existant, sive si iam obtineant, sive si eis alias in futurum canonice conferantur, recipere et obtinere, et quoad vixerint, retinere; nec non cum eisdem Episcopis, ut Ecclesiis, quibus canonice praesunt seu praefecti fuerunt, praeesse et munere consecrationis per eos antea rite suscepto uti, et ad alias similes Cathedrales, vel etiam maiores, etiam Metropolitanas Ecclesias transferri, et illis praeesse libere et licite possint et valeant, dicta auctoritate dispenset.

Ipsis vero Hypatio et Cyrillo Episcopis et Oratoribus facultatem et potestatem dedimus, cum in Russia fuerint, absolvendi eadem nostra Apostolica auctoritate eodem modo ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis, censuris et poenis Michaelem Archiepiscopum et ceteros Episcopos supradictos, ac similiter cum praefatis Archiepiscopo et Episcopis super huiusmodi irregularitate praemissorum occasione per eos fortasse contracta dispensandi. Ac insuper, ut iidem Archiepiscopus et Epi supradicti sic absoluti, et cum quibus, ut praefertur, fuerit dispensatum, unusquisque in propria Civitate et Dioecesi, vel in sua iurisdictione omnes et singulos tam Presbyteros et Clericos, quam alias quascumque etiam laicas utriusque sexus personas, qui quaeve ad huiusmodi unitatem S. R. E. venerint vel eam amplexi fuerint, in praedicta forma Ecclesiae absolvere, nec non cum Presbyteris et Clericis praedictis super irregularitate per eos, vel eorum aliquem occasione praemissorum quomodolibet contractam (tam) quoad Ordinum exequutionem, quam quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum retentionem vel assequutionem dispensare pariformiter eadem nostra auctoritate possint, quemadmodum etiam aliis literis nostris in forma Brevis latius continetur.

Ut igitur de Ruthenorum ad Romanam Ecclesiam reditu et reconciliatione ad posteritatis memoriam certa et perpetua extet testificatio, hac nostra perpetua constitutione Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum Metropolitam et caeteros Episcopos Ruthenos supradictos, qui decreto consenserunt et literis ad Nos missis subscripserunt, tam praesentes, quam absentes, una cum omni corum Clero et populo Nationis Ruthenae seu Russae, quae ad temporale dominium et ditionem charissimi filii nostri Sigismundi Poloniae et Sueciae Regis pertinet, ad laudem et gloriam sanctae et individuae Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus Sancti, ad incrementum et exaltationem Fidei Christianae intra gremium Ecclesiae Catholicae et unitatem S. R. E. uti membra nostra in Christo recipimus, unimus, adiungimus, annectimus et incorporamus, atque ad maiorem charitatis nostrae erga ipsos significationem omnes sacros ritus et caeremonias, quibus Rutheni Episcopi et Clerus iuxta sanctorum Patrum Graecorum instituta in Divinis Officiis et sacrosanctae Missae sacrificio, caeterorumque Sacramentorum administratione aliisve sacris functionibus utuntur, dummodo veritati et doctrinae Fidei Catholicae non adversentur et communionem cum Romana Ecclesia non excludant, eisdem Ruthenis Episcopis et Clero ex Apostolica benignitate permittimus, concedimus et indulgemus, Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque.

Omnes igitur unanimes uno spiritu benedicamus Deum coeli et Patrem misericordiarum, qui facit mirabilia magna solus a saeculo, qui corda filiorum ad patrem convertit, oves Christi ad ovile reduxit, membra capiti iterum conglutinavit. Benedictus Deus, qui semper cogitat cogitationes pacis, et vult omnes salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Benedicti sint fratres nostri Michael Archiepiscopus Metropolita et Coepiscopi eius Rutheni, qui aures suas non obturaverunt ad voces Domini, sed illi ad ostium cordis stanti et pulsanti aperuerunt, per ipsius gratiam, qui dat velle et perficere pro bona voluntate. Det illis Deus abundantiam caelestium donorum, et conservet et corroboret in hoc saneto proposito cum omni Clero et fideli populo, ut permaneant in charitate et obedientia S. R. E. Matris suae, ut agnoscant et perpetuo confiteantur magnitudinem divinae misericordiae erga ipsos, et ambulent

in via Domini, conservantes unitatem spiritus in vinculo pacis nobiscum ut filii nostri dilecti, quos singulari nostro cum gaudio suscepimus in Domino. Ita Christus Dominus pro sua immensa clementia Ruthenorum exemplo Graecos omnes ab Orthodoxae Fidei tramite aberrantes, qui eos in erroribus sequuntur, permoveat, qui Ruthenis ipsis in hac reconciliatione praeire debuerant, qui tamdiu duplici gravissimo iugo animae et corporis premuntur, quorum calamitatem dies et noctes lugemus, et ut ipsi sectentur unitatem et pacem, ac erroribus et tenebris reiectis, amplectantur veritatem et lucem et revertantur ad Nos, qui intra cor nostrum in visceribus Iesu Christi eos recipere optamus, ut in omnibus glorificetur Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, et fiat unum ovile et unus Pastor. Amen.

Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, et sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio et extra illud ubique locorum habeatur, quae iisdem praesentibus haberentur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae receptionis, unionis, adiunctionis, annexionis, incorporationis, permissionis, concessionis et indulti infringere etc. Si quis autem etc. Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae M.C.XCV. decimo Kal. Ianuarii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

F.

Instrumentum Unionis Ecclesiae Ruthenae cum Ecclesia Catholica Romana initae die 23. Decembris 1595. et Romae confirmatae.

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi Amen.

Per hoc praesens publicum obedientiae et sanctae fidei Catholicae professionis Dominorum Episcoporum Ruthenorum, et eorum receptionis ad illas et unionem sanctae Romanae Ecclesiae instrumentum cunctis pateat evidenter, et sit notum et manifestum, quod anno a Nativitate eiusdem Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Indictione octava, sabbatho quatuor temporum, die vigesima tertia mensis Decembris circiter horam vigesimam primam, Pontificatus vero sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Clementis divina providentia Papae Octavi anno quarto, Romae in palatio Apostolico apud sanctum Petrum, et proprie in aula Constantini appellata, cum convocata esset generalis Congregatio totius sacri Collegii Illmorum et Revmorum Dominorum S. R. E. Cardinalium iussu praelibati Smi Dni nostri Clementis PP. VIII. et idem Smus Dnus noster Clemens Papa, indutus falda et stola supra almutiam, in sede Pontificia seu gestatoria sub baldacchino pro throno suae Apostolicae Maiestatis sederet, ac sibi assisterent et secum considerent triginta tres Illmi et Rmi Dni S. R. E. Cardinales Episcopi, Presbyteri et Diaconi infrascripti, videlicet ex Episcopis: Dnus Alfonsus Episcopus Ostiensis et Velitrnus sacri Collegii Decanus, Gesualdus; Dnus Ptolemaeus Episcopus Tusculanus, de Como; Dnus Gabriel Episcopus Sabinensis, Palaeotus; Dnus Michael Bonellus, Episcopus Albanus, Alexandrinus. Ex Presbyteris vero: Dnus Iulius Antonius tit. S. Mariae Transtyberim, Sanctae Severinae, Smi Dni nostri Papae Maior Poenitentiarius, unus ex generalibus Inquisitoribus et super rebus Ruthenorum et praesenti negotio deputatis; Dnus Hieronymus tit. S. Susannae Rusticutius, Vicarius Urbis; Dnus Petrus tit. S. Hieronymi Illyricorum, Deza, alter ex dictis generalibus Inquisitoribus et super rebus Ruthenorum deputatis; Dnus Alexander tit. S. Petri ad vincula, de Florentia; Dnus Franciscus tit. Smae Trinitatis in monte Pincio, de Gioiosa; Dnus Antonius Maria tit. S. Mariae de Pace, Salviatus; Dnus Augustinus tit. S. Marci, de Verona; Dnus Simeon tit. S. Anastasiae, de Terra nova; Dnus Scipio tituli S. Salvatoris in Lauro, Lancellottus; Dnus Dominicus tit. S. Chrysogoni, Pinellus, alius ex generalibus Inquisitoribus et deputatis praedictis; Dnus Antonius tit. S. Stephani in Monte Coelio, Saulius; Dnus Evangelista tit. S. Mathaei in Merulana, de Consentia; Dnus Marianus tit. SS. Marcellini et Petri, de Camerino; Dnus Gregorius tit. S. Augustini, de Montelparo; Dnus Paulus Camillus tit. S. Ceciliae, Sfondratus, alius ex generalibus Inquisitoribus et huiusmodi deputatis; Dnus Benedictus tit. S. Marcelli, Iustinianus; Dnus Augustinus tit. SS. Ioannis et Pauli, Cusanus; Dnus Franciscus Maria tit. S. Mariae in Aracoeli, de Monte; Dnus Octavianus tit. S. Alexii, Paravicinus; Dnus Philippus tit. S. Onuphrii, Sega; Dnus Hieronymus tit. S. Pancratii, Mathaeius; Dnus Flaminius tit. S. Clementis, Plattus; Dnus Franciscus tit. S. Mariae Transpontinae, Toledo, alius ex generalibus Inquisitoribus et deputatis praedictis. Ex Diaconibus autem: Dnus Franciscus S. Mariae in Via lata, Sfortia; Dnus Ascanius S. Mariae in Cosmedin, Columna; Dnus Odoardus S. Eustachii, Far-

nesius; Dñus Ioannes Antonius SS. Quatuor Coronatorum; Dñus Petrus S. Nicolai in carcere, Aldobrandinus; Dñus Cynthius S. Georgii ad velum aurum. Ac ibidem praesentibus et extra consessum praedictorum Illmorum DD. Cardinalium astantibus nonnullis Rmis Patribus et Dñis Archiepiscopis et Episcopis et Praelatis, videlicet: Dño Dominico Episcopo Tyburtino, almae Urbis Gubernatore; Domino Guglielmo Archiepiscopo Ebredunensi; Dño Mathaeo Archiepiscopo Theatino; Dño Anna Epo Lexoviensi; Dño Franciseo Episcopo Tarvisino; Dño Ioanne Paulo Episcopo Theanensi; Dño Leonardo Episcopo Sidoniensi; Dño Paulo Aemilio Episcopo Montis alti; Dño Alberto Episcopo Ploeensi in Polonia, et Dño Benedicto Episcopo Casertano; Dño Bartholomaeo Caesio Thesaurario generali Sanctitatis Suae; Domino Comite Hercule Tassonio Magistro Domus eius Sanctitatis Suae; Dño Caesare Baronio Protonotario Apostolico de numero partieipantium et Confessorio eiusdem Sanctitatis Suae; Dño Fabritio Verospo Contradictarum Auditore ac in utraque Signatura Referendario; Dño Dionysio Ratta utriusque Signaturae Referendario et Consultore praedicti Offieii Sanctae Inquisitionis, atque Dño Angelo Stufa, et Dño Dominico Tarusio Praeceptore Hospitalis S. Spiritus in Saxia, et Dño Bernardino Mora similiter eiusdem Signaturae Referendariis; Fratre Angelo Rocca Sacrista Cappellae Apostolicae; Dño Minutio de Minutiis Protonotario Apostolico et uno ex Secretariis Sanctitatis Suae; nec non Reverendis Dñis Didaco de Campo, Comite Ioanne Baptista Saxatello, Bartholomaeo Pawsenski Polono, Cubicullariis secretis Sanctitatis Suae; et Comite Henrico Firleo Polono, et Andreae Opalinski etiam Polono, eiusdem Sanctitatis Suae Cubicullariis honoris; insuper et nobilibus Capitaneis militum custodiae Sanctitatis Suae, Ioanne Bardio, Leone Strozzio et Petro Aldobrandino, atque compluribus tam Cubicullariis, Officialibus et familiaribus Sanctitatis Suae, quam etiam familiaribus et aulicis praedictorum Illmorum et Rmorum Dñorum Cardinalium, et permultis Alumnis Collegii Graecorum de Urbe et aliis quamplurimis personis, omnibus detecto capite de more stantibus, adhibitis et inservientibus etiam Clericis seu Magistris Caeremoniarum et interpretibus infra nominandis.

Comparuerunt ibidem coram Sanctitate Sua Reverendi Patres Dñus Hypatius Poeici Prothronius Episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, et Dñus Cyrillus Terleczki Exarcha Metropoliae Kioviensis Episcopus Luceoriensis et Ostrosiensis in Russia Nationis Russorum seu Ruthenorum, tamquam principales et Oratores seu procuratores et nuntii Rmi Patris Dñi Michaelis Rahosa Archiepiscopi et Metropolitae Kioviensis et Haliciensis et totius Russiae, et aliorum Reverendorum Patrum quinque Episcoporum suorum in Russia dictae Nationis Ruthenorum Graeco ritu viventium, videlicet Gregorii nominati Archiepiscopi electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, Michaelis Kopistenski Episcopi Praemisliensis et Samborensis, Gedeonis Boloban Episcopi Leopoliensis, Dionysii Zbiruiski Episcopi Chelmensis, et Ionae Hohol electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, cum ipsorum familia et comitibus, et interprete Rev. Dño Luca Doctoreo Polono Canonico Luceoriensi ac aliis personis, et a Reverendis Paulo Alaleone et Guidio Praeposito, clericis seu magistris caeremoniarum, ipsi Dñi Epi et Oratores cum interprete ducti et associati, factis tribus genuflexionibus seu reverentiis, accesserunt ad pedes Sanctitatis Suae, quibus humiliter deosculatis, paucis verbis causam eorum legationis et missionis exponentes, loquente Dño Hypatio, qui Latinam linguam callet, praesentaverunt et exhibuerunt Sanctitati Suae litteras, seu decretum et scripturam deliberationis praedictorum Dñorum Michaelis Archiepiscopi et Coepiscoporum Ruthenorum et ipsorum, de postulanda et suscipienda Unione S. Romanae Ecclesiae, et litteras eorundem ad eandem Sanctitatem Suam super huiusmodi Unione cum S. Romana Ecclesia obtinenda, et debita obedientia ei et Sanctitati Suae praestanda, utrasque lingua Ruthenica scriptas et ab eis subscriptas et intus sigillatas, quarum etiam versiones in Latinam linguam factae et paratae fuerant. Quo facto surrexerunt, ac deducentibus eos praedictis Magistris Caeremoniarum retrocesserunt extra consessum Dñorum Cardinalium, et facta genuflexione steterunt in ingressu consessus et conspectu Sanctitatis Suae, interprete, comitibus et familiaribus praedictis a tergo ipsorum genuflexis; et Sanctitas Sua consignavit dictas litteras Rutheniee scriptas Rev. Dño Eustachio Volovitio Lithuano Canonico Vilnensi, Rutheniei idiomatis perito, familiari supradicti Comitis Henriei Firlei ibidem praesenti, qui humiliter genuflexus accepit et illas deosculatus est, et facto sibi nutu surrexit, et stans a sinistra parte sedis Pontificiae clara et intelligibili voce legit dictam scripturam, seu decretum deliberationis DD. Michaelis Archiepi ipsorummet Oratorum et aliorum Coeporum suorum Ruthenorum, originalem lingua et characterihus Ruthenicis scriptam et exaratam, intus subscriptam et sigillatam ut supra ad verbum prout in ea, quae posita est inferius post praesens instrumentum, et ea lecta genuflexit et surrexit.

Tunc autem Rev. Dñus Silvius Antonianus Magister Camerae et Secretarius Sanctitatis Suae post genuflexionem seu reverentiam factam Sanctitati Suae, stans a parte dextra dictae sedis Pontificis, clarissima voce legit eandem ipsam scripturam in Latinam linguam fideliter et ad verbum etiam translatam, prout in ea, quae etiam habetur infra ibidem.

Deinde vero idem Dñus Eustachius Volovitius, post solitam reverentiam seu genuflexionem, stans ibidem simili modo legit praedictas litteras originales Dūorum Michaelis Archiepiscopi, et Coepiscoporum suorum Ruthenorum et ipsorummet Oratorum ad Sanctitatem Suam iisdem lingua et caracteribus Rutheuicis conscriptas, atque ab eis intus subscriptas et sigillatas, ut praefertur, super huiusmodi unione suscipienda et impetranda pro se ipsis ac Clero et populo Ruthenorum seu Russorum, ac pro debita obedientia sanctae Sedi Apostolicae et Sanctitati Suae per ipsos praenominatos Dños Hipatium et Cyrillum Episcopos, corum Oratores seu procuratores, praestanda ad verbum, prout in eis, quae similiter habentur inferius post praesens instrumentum, ac genuflexit et surrexit. Ac successive praedictus Dñus Sylvius Secretarius, facta reverentia Sanctitati Suae, stans ibidem, eodem modo legit praedictas litteras fideliter latine versas et interpretatas, ut pariter in eis continetur, quae habentur infra ibidem, atque ipsis Dñis Episcopis et Oratoribus, dum legerentur, in signum praestationis obedientiae huiusmodi se inclinantibus et genuflectentibus.

Quibus quidem scriptura et litteris utraque lingua lectis ut supra, idem Dñus Sylvius Secretarius accessit ad sinistram Sanctissimi Domini, et genuflexus accepit mandatum de responsione uomine Sanctitatis Suae facienda praedictis Dūis Hypatio et Cyrillo Episcopis Oratoribus, ac surgens et conversus ad eos his verbis ita respondit.

Venerabiles Episcopi.

Ad petram fidei, supra quam Christus Dominus Ecclesiam suam aedificavit, ad montem sanctum, in quo habitare beneplacitum est Deo, ad matrem et magistram omnium Ecclesiarum sanctam Romanam Ecclesiam reditis Rutheni Episcopi post annos centum et quinquaginta, magno quidem et singulari Dei beneficio erga vos et gentem vestram: tanto vero cum gaudio Sanctissimi Dñi nostri quantum nulla orationis copia, nulla dicendi vis exprimere satis potest. Exultat spiritus Sanctitatis Suae in Deo et sapientiam illam agnoscit, quae attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Et vos quoque iure optimo divitias bonitatis Dei agnoscitis et praedicatis, qui corda vestra divino suo lumine collustravit, ut intelligeretis non esse in corpore membra illa, quae capiti non cohaereut, divulsum a vite palmitem fructum nullum afferre posse, rivas arescere, qui fonti nou sunt coniuncti; denique Deum patrem non habere, qui Ecclesiam matrem non habet, quae una est Catholica et Apostolica sub uno visibili capite Romano Pontifice, qui est pater patrum et pastor pastorum, cui in Beato Petro Apostolorum principe et agni et oves Christi sunt creditae, et cui a Domino mandatum est, ut fratres suos Eōs confirmet. Recte igitur et prudenter et pie venerabilis Metropolita vester, et vos et Collegae vestri fecistis, qui unitatem Ecclesiae Catholicae, extra quam non est salus, tanto studio appetistis, et ex tam longinquis regionibus huc ad sacra Apostolicorum limina venistis, ut Beati Petri legitimo successori, vero in terris Christi Vicario debitam obedientiam praestaretis, et veteribus in fide erroribus reiectis, incorruptae fidei integritatem ab eo reciperetis. Ergo quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, agite, venerabiles Episcopi, implete gaudium Sanctitatis Suae et huius sacri atque amplissimi Collegii, et fidei Catholice professionem iam facite. Paratus est Sanctissimus Dñus noster paterna benignitate vos et Metropolitam vestrum, et Coepiscopos vestros et Nationem vestram Ruthenam aperto charitatis sinu ad communiouem admittere, et obedientiam vestram una cum his venerabilibus fratribus suis S. R. E. Cardiualibus recipere: speratque Sanctitas Sua in eo, qui potens est, et qui facit mirabilia magna solus a saeculo, quod exemplum fidei vestrae alios etiam ad salutarem aemulationem provocabit, ut et ipsi depulsis tenebris lumen quaerant, sectentur unitatem et pacem, et fiat unum ovile et unus pastor.

Tunc dicti Dūi Hypatius et Cyrillus Episcopi, Oratores et procuratores, ducti a praedictis Magistris Caeremoniarum, factis reverentiis consuetis, iterum accesserunt versus praelibatum Sanctissimum Dñum Papam et genuflexi ante conspectum eius, Dominis Luca Doctoreo interpreto et Eustachio Volovitio praedictis ipsis a tergo assistentibus, ac posito libro sanctorum Evangeliorum in pulvinari coram eis, habentesque in manibus professionem fidei Catholicae Ruthenice et Latine scriptam, et a se ipsis subscriptam iuxta formam Graecis ad unitatem sanctae Romanae Ecclesiae venientibus praescriptam,

singulariter singuli praedictam fidei Catholicae professionem, tam procuratorio nomine praedictorum Dominorum Praelatorum Ruthenorum, scilicet Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, et Gregorii denominati Archiepiscopi electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, et Ionae Hohol electi in Epum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopistenski Episcopi Praemisliensis et Samborensis, Gedeonis Boloban Episcopi Leopoliensis, et Dionysii Zbiruiski Episcopi Chelmensis eorum principalium (pro quibus de rato polliciti sunt et promiserunt, quod ipsi Dñi Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta praedictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu subscriptam et sigillo obsignatam ad praedictum Smum Dominum nostrum Papam, et ad sanctam Apostolicam Sedem transmittent), quam etiam proprio eorum nomine expresse et clara et intelligibili voce feceruut et emiserunt in hunc qui sequitur modum, videlicet:

Primum Dñus Hypatius Episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, cum Latinam linguam calleret, latine scriptam et a se subscriptam alta voce suo, et principalium suorum nomine fidei Catholicae professionem fecit et emisit, atque ore proprio pronuntiavit, ac ita spopondit, vovit et ad sancta Dei evangelia ibi proposita, illis tactis corporaliter ambabus manibus iuravit prout in ea. Ac continuo eandem Ruthenica lingua et characteribus Servianis seu Ruthenis, qui consimiles sunt, scriptam et subscriptam, pro ipso Dño Hypatio legit et pronuntiavit praedictus Eustachius Volovitius Canonicus Vilnensis, et ipse Dñus Hypatius ad eadem sancta Dei evaugelia iuravit ut supra.

Secundo vero Dñus Cyrillus Episcopus Luceoricnsis et Ostrosieusis suo, et principalium suorum nomine Catholicae fidei profcssionem Ruthenica lingua et characteribus scriptam et subscriptam fecit, emisit et pronunciavit, et ita pariter spopondit, vovit et similiter ad eadem sancta Dei evangelia corporaliter ambabus manibus tacta iuravit prout etiam in ea.

Deinde Lucas Doctoreus Canonicus Luceoriensis ac interpres supradictus nomine eiusdem Dñi Cyrilli Episcopi eandem Catholicae fidei professionem latine factam seu scriptam, et ab eodem Cyrillo Ruthenice sua mano subscriptam clare legit et pronuntiavit, et ipse Dñus Cyrillus eodem modo ut supra iuravit, et alias prout iu eisdem fidei Catholicae originalibus professionibus utraque lingua per ipsos Dños Hypatium et Cyrillum Episcopos factis, vel eorum nomine lectis et prouuntiatis respective iuxta formam supradictam (quarum schedulae similiter inferius reponuntur et habentur post praesens hoc ipsum instrumentum) plenius continetur.

Tum sublato pulvinari cum libro Evangcliorum, ministrantibus dictis Magistris Cacrimoniarum, ipsi Dñi Hypatius et Cyrillus Episcopi et Oratores cum praenominato Luca corum interprete accesserunt propius ad pedes Sanctitatis Suae, quos devote et nou sine lachrymis deosculati sunt, et Sanctitas Sua pro sua pietate illos paucis verbis et submissa voce allocutus est, atque ad complexum et oseulum admisit, ac benigne et alacriter cum omni charitate suscepit, et dixit et declaravit, se dictos Hypatium et Cyrillum Episcopos Oratores, et praenominatos Michaelem Archiepiscopum Metropolitam et omnes alios Episcopos Ruthenos absentes cum eorum Cleris et populis Nationis Ruthenae, in Russiae et Dominio serenissimi Sigismundi Regis Poloniae et Sueciae existentibus, intra gremium Ecclesiae recipere, unire, annectere et incorporare; committens Illmo et Rmo Domiuo Iulio Antonio tituli Sanctae Mariae Transtiberim Presbytero Cardinali Sanctae Severinae, Maiori Poenitentiario ac Inquisitori praefato ibi praesenti et considenti ut supra, ut ipsos Dños Episcopos et Oratores, eorumque comites domesticos et familiares, aliosque Ruthenos Romae praesentes in utroque foro in forma Ecclesiae consueta absolverct a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis aliisque ecclesiasticis censuris et poenis, in quas propter schisma, haereses vel errores quoscumque incurrerint, et cum eis super irregularitate praemissorum occasione per ipsos fortasse contracta opportune dispeusaret. Ac insuper dedit et concessit facultatem et potestatem dictis Hypatio et Cyrillo Episcopis et Oratoribus, ut ipsi deinde Michaelem Archiepiscopum et alios Episcopos Ruthenos supradictos iu partibus absolvant, et similiter dispensent. Postmodum vero tam ipsi, quam iidem Archiepiscopus et Episcopi sic absoluti, et cum quibus fuerit dispensatum, unusquisque in propria dioecesi, omnes Ruthenos tam presbyteros et clericos, quam alias quascunque personas utriusque sexus, qui ad huiusmodi unitatem sanctae Romauae Ecclesiae venerint et eam amplexi fuerint, similiter in praedicta forma absolvere, et cum presbyteris et clericis super irregularitate per cos praemissorum occasioue contracta pariter dispensare possint et valeant. His ita peractis et absolutis, magnificus Dñus Ioannes Iacobus Nerottus utriusque iuris doctor, Sanctissimi Domini

nostri Papae fisci et Camerae Apostolicae procurator generalis ibidem praesens, de more rogavit omnes et singulos Protonotarios, Secretarios Apostolicos et alios Notarios publicos quoscumque ibidem praesentes, et eorum quemlibet in solidum, ut de postulatione admissionis ad unitatem Sanctae Romanae Ecclesiae et illius admissione, atque de debita obedientia et subiectione praestita et exhibita Sñio D. N. Papae et Sanctae Sedi Apostolicae, et fidei catholicae professione facta per dictos Reverendos patres Dños Hypatium et Cyrillum Episcopos et Oratores Dominorum Archiepiscopi et Praelatorum Nationis Ruthenae eorum principalium, tam illorum quam suis propriis nominibus ad perpetuam rei memoriam conficerent, seu confici facerent unam vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta. Ac tunc etiam Reverendus Dñus Marcellus Philonardus utriusque iuris Doctor, Procurator officii sanctae Romanae et universalis Inquisitionis, similiter super praemissis rogavit eosdem omnes praedictos et eorum quemlibet in solidum. Et in specie de his omnibus simul mecum rogatus fuit discretus vir Flaminius Adrianus clericus Firmanae dioecesis eiusdem officii sanctae Romanae Inquisitionis Notarius una cum testibus infrascriptis.

Deinde rogantibus praedictis Dñis Episcopis et Oratoribus, et Sanctitate Sua annuente, introducti sunt ad oscula pedum Sanctitatis Suae omnes ipsorum comites, domestici et familiares, clerici et laici, quibus Sanctitas Sua se benignam et clementem praebebat et ostendebat. Postremo tandem Sñus Dominus facto signo crucis benedixit omnibus, et ipse recessit a congregatione in cubiculum suum, et Illñi Dñi Cardinales abierunt in domos suas.

Acta sunt haec Romae in palatio Apostolico apud S. Petrum uti supra, anno, indictione, die, mense et Pontificatu supradictis, praesentibus ibidem infrascriptis Officialibus et Consultoribus Officii praedictae sanctae Romanae et universalis Inquisitionis, videlicet: Reverendo Patre Magistro Alberto de Florentiola Ordinis Fratrum Praedicatorum Commissario generali; Reverendo Dño Cosmo Angelio de Barga, Iuris utriusque Doctore, Assessore; Reverendo P. Fratre Bartholomaeo Miranda eiusdem ordinis Fratrum Praedicatorum sacri Palatii Magistro, Consultore; Reverendo P. Magistro Paulo de Mirandula Vicario et Procuratore generali eiusdem ordinis, etiam Consultore; et Reverendo Dño Iulio Monterentio Bononiensi, iuris utriusque Doctore, similiter Consultore, testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis, ac ibidem praesentibus quam plurimis aliis personis in numero copioso.

Et quia ego Anselmus Dandinus presbyter Cesenatensis protonotarius apostolicus de numero participantium his omnibus interfui, praesens fui et rogatus fui, ideo huic praesenti instrumento aliena mano fideliter scripto manum et sigillum meum apposui. (L. S.)

CLXXXVI.

Pontifex regi Poloniae significat episcopum Plocensem oratorem suum se excepisse, mittitque eidem in negotio Moldavico episcopum Casertanum nuntium extra ordinem. Reg. Brev. Tom. 40. fol. 1, 12 et seqq.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Et litteras Maiestatis Tuae ad nos quarta et vigesima die Novembris de rebus Moldavicis copiose scriptas perlegimus, et Venerabilem fratrem Albertum Episcopum Plocensem, cui ut fidem hoc ipso in negotio haberemus, a nobis petieras, eadem accurate referentem benigne audivimus, virum gravem et prudentem et multis nominibus nobis iampridem gratum. Sed quoniam eiusmodi res est, quae brevi sermone expediri nequaquam potest, sed longiori et magis exacta tractatione indiget, et nos iam statuimus, ob hanc ipsam et alias publicas causas mittere propediem nominatim ad te, et ad Regni istius Ordines spectata virtute Praelatum, propterea in illud tempus omnia reiicimus: ex eo enim cumulate cuncta intelliges. Nos autem, fili Carissime, gerimus te in intimo caritatis sinu, ut tu ipse nosti et pie profiteris, et gloriam tuam toto ex animo favemus, omniaque tua consilia et actiones Deo bonisque omnibus nunc et in diem aeternitatis probatas esse cupimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die v. Ianuarii M.D.XCVI. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quod litteris ad Maiestatem Tuam ante dies paucos datis significavimus, de mittendo nominatim insigni Praelato ad te et Regnum istud ob res Moldavicas aliasque Christianae Reipublicae gravissimas causas, id modo re ipsa

exequimur. Mittimus enim Venerabilem fratrem Benedictum Episcopum Casertanum, Praelatum domesticum et Nuntium nostrum Apostolicum, virum pietate et religiosae vitae exemplo, multaque cruditione praestantem et nobis valde carum. Nam quamvis ordinarium nostrum et huius Sanctae Sedis Nuntium apud te et Regnum gerat Venerabilis frater Germanicus Episcopus S. Severi, cuius nobis prudentia et fides spectata est: res tamen hoc tempore tanti momenti incidunt, quaeque propter caritatem Christi et publicum bonum adeo nos urgent, ut omnino ad animi nostri sollicitudinem tanto efficacius exprimendam Nuntium alterum extra ordinem ad vos proficisci placuerit. Ex eo igitur, qui tibi has nostras reddit, et ex eodem simul ordinario Nuntio nostro omnia copiose intelliges, quae te scire volumus. Tu illum tuo more et ex tua perpetua erga nos et hanc Sanctam Apostolicam Sedem devotione et observantia humaniter excipies benigneque audies, tum in omnibus, quae nostro nomine tibi exponet, ita fidem habebis, ac si nos ipsi praesentes tecum loqueremur. De te vero, fili Carissime, nobis persuasum est, quod nihil antiquius habeas, quam Dei gloriam, qui te gloriosum fecit inter Catholicos Reges, nihil magis expetas, quam publicam populi Christiani utilitatem. Unum enim in Christo omnes sumus, et ad communem totius corporis salutem membra omnia, et quae magis primaria sunt, tanto impensius collaborare debent. Nihil denique ardentius concupiscas quam Catholicae Religionis propagationem et incrementum, ut glorificetur Deus et pater noster, qui in Coelis est. Haec est enim Regum corona et Regnorum fortitudo ac firmitas, Deo servire in corde perfecto, atque ad hanc unam normam omnes humanae prudentiae regulas dirigere et conformare. Tibi quoque vicissim persuasum esse confidimus, neminem esse, qui te magis amet quam nos, qui licet Dei voluntate omnium Principum et fidelium pater simus, peculiari tamen quodam affectu Maiestatem Tuam complectimur in visceribus Christi, qui tibi et terrena et coelestia bona optamus, ut te non in hoc mundo tantum, sed in aeterna felicitate in Domino perfruamur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XII. Ianuarii MDXCVI. P. n. Anno Quarto.

CLXXXVII.

Episcopis Ruthenis pontifex de eorum ad ecclesiam Romanam reditu gratulatur, significat, quae Romae ab ipsorum oratoribus ea in re acta fuere, mandatque, ut decretum Unionis in synodo provinciali mox convocanda ab omnibus recipi faciant. Ibidem fol. 43.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Metropolitae Kioviensi et Haliciensi ac totius Russiae, et Gregorio nominato Archiepiscopo electo Episcopo Polocensi et Vitebscensi, et Ioanni electo Episcopo Pinscensi et Turoviensi, et Michaeli Episcopo Premisliensi et Samborensi, et Gedeoni Episcopo Leopoliensi, et Dyonisio Episcopo Chelmensi nationis Russorum seu Ruthenorum.

CLEMENS PP. VIII. Venerabiles fratres, salutem etc. Benedictus sit pastor ille bonus et princeps pastorum, qui animam suam posuit pro ovibus suis, qui venit, ut eas dispersas adduceret et congregaret, ut omnes unum sint, sicut ipse et pater unum sunt: benedictus sit ipse, qui dives est in misericordia et secundum divitias bonitatis suae fuit vobiscum, et replevit nos gaudio spirituali propter conversionem vestram ad hanc vestram matrem carissimam Sanctam Romanam Ecclesiam, quae est magistra et mater omnium Ecclesiarum, quae materno affectu iam pridem hoc expetebat, et assidue precabatur a patre luminum, qui dat spiritum bonum et sapientiam his, qui invocant eum in veritate. Deus enim ipse coelesti sua luce corda vestra collustravit, ut veterum errorum tenebris disiectis agnosceritis, quia unus est Deus et una fides et una Ecclesia Catholica et Apostolica supra unum Petrum Apostolorum Principem fundata, cui Christus ipse, qui portat omnia verbo virtutis suae, immobilis petrae firmitatem dedit, cui oves suas et agnos credidit, iussitque ei, ut ipse confirmaret fratres suos Episcopos, qui in partem sollicitudinis vocantur, et veluti caput omnia membra regeret: unum est enim visibile caput Ecclesiae Catholicae, unus in terris vicarius aeterni Sacerdotis et Episcopi animarum nostrarum Iesu Christi, Summus Romanus Pontifex beatissimi Petri Apostoli successor, cui qui non adhaeret longe a via salutis aberrat, et qui cum eo non colligit, dispergit. Recte igitur fratres et pie ac prudenter Spiritu Sancto auctore statuistis venire ad montem Domini et ad domum Dei Iacob, ut doceret vos vias suas, et ambularetis in semitis eius. Misistis enim ad nos oratores vestros, pios et religiosos homines et Dei zelo praeditos, Venerabiles fratres Hypatium Wladimiriensem et Brestensem, et Cyrillum Luceoriensem et Ostrosiensem Episcopos, qui litteras vestras nobis reddiderunt, quibus significatis cuperetis vos vehementer corpori Christo, quod est Ecclesia Catholica, adglutinari et ad nostram et Romanae Ecclesiae communionem admitti, quemadmodum olim maiores vestri in sacra generali

Synodo Florentina admissi sunt, ac propterea nos iisdem Episcopis et procuratoribus vestris mandata dedisse, ut vestro et eorum proprio totiusque Cleri et populi nationis vestrae nomine huic Sanctae Sedi et humilitati nostrae, ut Summo Pastori Ecclesiae Christi, debitam obedientiam deferrent. Nos igitur, qui pro nostro pastorali officio nihil aliud quaerimus, quam animas Christo lucrari et fidem Catholicam propagare, eosdem vestros Coepiscopos tamquam Nuntios pacis omni cum humanitate excepimus, idque tanto impensius, quod carissimus filius noster Sigismundus Poloniae et Sueciae Rex de vestra salutari deliberatione ad nos scripserat, totumque hoc conversionis vestrae et membrorum ad caput conglutinationis pium negocium accurate commendaverat, quod nonnulli item Venerabiles fratres nostri Poloni Episcopi fecerunt. Quare petitionibus et oblationibus vestris consideratis, quas iidem Episcopi et procuratores vestri detulerunt, et omnibus gravi et prudenti consultatione examinatis et deliberatis, tandem ad laudem et gloriam Dei Omnipotentis, ad Sanctae Ecclesiae exaltationem et fidei Catholicae incrementum statuimus, vos et Clerum populumque vestrum intra Ecclesiae Catholicae gremium recipere, et ad nostram et Sauctae Romanae Ecclesiae Unionem admittere. Quod ut ritu magis solemni fieret, certo praestituto die, qui fuit tertius et vigesimus proximi mensis Decembris, sacro quattuor anni temporum ieiunio et vigilia Natalis Domini insignis, Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales eorumque sacrum et amplissimum Collegium convocavimus: quibus nobiscum considentibus, multis etiam praesentibus Praelatis et viris honoratis Aulae Romauae, duos Episcopos et oratores vestros introduci, vestrasque litteras et decretum de Unitate cum Romana Ecclesia petenda, et obedientia nobis uti capiti et Summo Ecclesiae pastori praebenda clara voce legi iussimus, primum Rutheno vestro sermone, deinde latino. Mox iidem Episcopi duo Catholicae fidei professionem de scripto fecerunt tam suo quam vestro nomine, omnesque haereses et schismata et errores detestati sunt, et eos praesertim, qui vos hactenus a Sancta Romana Catholica Ecclesia separarunt et disiunxerunt, et nobis qui licet indigni et meritis imparcs, Deo tamen ita disponente, beati Petri locum et auctoritatem tenemus, successoribusque nostris et Sanctae huic Apostolicae Sedi perpetuam obedientiam praestiterunt, quam nos una cum iisdem fratribus nostris Cardinalibus acccpimus: et duos Episcopos oratores vestros, et te, frater Archiepiscope, et vos omnes Episcopos corpore quidem absentes, sed spiritu praesentes, uti fratres et membra nostra una cum Clero et populo vestro complexi sumus caritate sincera in visceribus intimis Iesu Christi tanto nostro cum gaudio et omnium, qui aderant, quantum ne cogitatione quidem facile quemquam aestimare, ne dum verbis exprimere satis licet. Ergo in aeternum benedicta sit sancta et individua Trinitas, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Fratres vero nostros Hypatium et Cyrillum Episcopos Praelatos nostros domesticos et assistentes fecimus, qui saepius nobiscum interfuerunt ad sacrum et tremendum sacrificium, et solemnes divinorum officiorum functiones, et praecipue in Basilica religiosissima ad venerandum corpus Principis Apostolorum, ut verae unionis et communicationis in Christo manifesta signa extarent: eosdem autem, cum opus fuit, benigne ad nos privatim etiam admisimus, et dum hic fuerunt, omni cum humanitate tractari iussimus, et descedentes omni erga vos et illos benevolentiae significatione prosecuti sumus. Quae enim expetere visi sunt, libenter, quantum cum Domino licuit, concessimus: ritus enim et caeremonias vestras, quae fidei Catholicae integritatem et mutuam nostram coniunctionem nequaquam impediunt, eadem ratione et modo, quo a Concilio Florentino permissum est, et nos quoque vos retinere permisimus. Sigismundo Regi filio nostro carissimo vos et Ecclesias vestras earumque bona efficaciter commendavimus, atque ab eo petivimus, ut non solum vos et vestra sua ope et auctoritate tueatur, sed etiam ut vos ornet et amplificet et Senatoribus Regni adscribat, quamdiu in Ecclesiae Romanae obedientia et fidei Catholicae integritate permanseritis, quod Deo auxiliante perpetuum fore speramus. Quo de negocio scripsimus etiam diligenter ad complures Regni Senatores Ecclesiasticos et saeculares. Denique, quantum cum Domino potuimus, operam dedimus, ut viscera nostra paterna vobis ostenderemus, quod multo copiosius referre vobis poterunt Episcopi ipsi Oratores et Collegae vestri, qui, visitatis de more beatorum Apostolorum Petri et Pauli liminibus et ceteris Almae huius Urbis Basilicis, et Sanctorum Martyrum reliquiis pro cultu veneratis, ad vos cum nostra benedictione revertuntur, quorum zelum et prudentiam et in agendo sedulitatem in Domino commendamus. Reliquum nunc est, ut vos, quae Romae acta suut a procuratoribus vestris, eadem animi alacritate et siuceritate rata habeatis et confirmetis. Eius rei causa volumus, ut tu, frater Archiepiscope, nostra etiam auctoritate suffultus Synodum provincialem indicas et Episcopos tuos convoces, ut singuli profiteamini in publico conventu fidem Catholicam ex eadem formula integre, quemadmodum Episcopi duo Oratores vestri hic

professi sunt: haec enim fidei professio, quam S. R. E. docet, fides est Petri et Apostolorum, fides est Patrum et Orthodoxorum, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit: tum eodem modo nobis et huic Sanctae Apostolicae Sedi veram obedientiam spondebitis, et de his omnibus, quae a vobis in Synodo acta erunt, litteras ad nos dabitis rite conscriptas et publica auctoritate communitas, ut ad perfectae conversionis vestrae et ad Ecclesiam Catholicam Romanam aggregationis et unionis testificationem, et ad memoriam posteritatis perpetuam in nostris Archivis et Tabulariis conserventur. Scripsimus autem et ad latinos Episcopos fratres nostros, Archiepiscopum Leopolis et Episcopos Luceoriensem et Chelmensem, ut in eadem Synodo vestra interesse velint, ut haec inter fratres unio tanto profundiores caritatis radices agat et tanto firmius in Domino coalescat. Agite igitur, fratres, confitemini Deo Coeli et coram omnibus viventibus date gloriam nomini eius, qui facit mirabilia magna solus, qui vos in viam pacis et salutis direxit et vos nobiscum coniunxit et statuit supra petram pedes vestros, ut non essetis veluti parvuli fluctuantes omni vento doctrinae, sed ut viri perfecti in plenitudine Christi, stabiles essetis in fide, et nobiscum una ambularetis in Domo Dei cum consensu. Conservate hanc mentem, fratres, conservate pacem et caritatem, quae est vinculum perfectionis, conservate sanctam humilitatem, quae diaboli machinas prosternit et Domino summopere placet, qui dixit: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Pascite gregem vestrum verbo et exemplo, et docete cum viam bonam et obedientiam erga Apostolicam Sedem et Romanam Ecclesiam, ut cum eo ad gaudia aeterna perveniatis. Postremo orate pro nobis, ut gravissimum hoc pastoralis officii onus in hac temporum acerbitate, ipso adiuvante, qui dat omnem sufficientiam et infirma corroborat, ad eius gloriam fortiter sustineamus. Gratia Dei sit vobiscum, fratres, quibus nostram Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII. Februarii M.D.XCVI. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CLXXXVIII.

Pontifex regi ac proceribus ecclesiasticis et saecularibus regni Poloniae unionem ecclesiae Ruthenae cum Romana ecclesia impense commendat, hortaturque, ut episcopos Ruthenos iisdem honoribus, privilegiis ac libertatibus frui sinant, quibus episcopi latini gaudent, praesertim vero, ut senatoribus adscribantur. Ibidem fol. 34—51.

Carissimo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime fili noster, salutem etc. Gaudium nostrum de Ruthenis ad unitatem huius sanctae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae receptis iam alteris nostris litteris Maiestati Tuae communicavimus, et re vera dignum est tam pium et salutare negocium, quod nos et tu, fili, et boni omnes spiritali in Domino laetitia et gratulatione prosequantur, cum ex hac santa unione plurima ad Dei gloriam et animarum illarum utilitatem bona sint promanatura, Spiritu Sancto auctore, qui est fons bonitatis et caritatis, te quoque adiutore, ut iam praeclare faccre incaepisti, ex tua pietate et zelo. Itaque cum Venerabiles fratres Hypatius et Cyrillus Episcopi, qui ad nos ab eorum Metropolitano et Episcopis Ruthenis missi sunt, viri prudentes et pii, iam rebus per Dei gratiam ex sententia confectis, in Poloniam et Russiam nostra cum benedictione revertantur, placuit iterum ad te litteras dare, quas multo sane cum affectu scribimus, ut totam hanc Ruthenicam causam, quam tua sponte Dei instinctu complexus es, nostro etiam intuitu adhuc multo magis habeas commendatam. Ut autem quae Romae acta sunt a duobus supradictis Episcopis, tam suo ipsorum quam Archiepiscopi et aliorum Episcoporum nomine, isthic quoque omni ex parte absolvantur, fide nimirum Catholica profitenda et obedientia, quae nobis et huic Sanctae Apostolicae Sedi debetur, praestanda, atque ut haec saluberrima Unio, Deo qui coepit incrementum dante, tanto firmius coalescat, ob eam causam scribimus ad eumdem fratrem nostrum Archiepiscopum et Metropolitam Ruthenorum, ut Episcoporum suorum Synodum convocet et omnia rite exequatur. In qua quidem Synodo aliquos item Latinos Episcopos interesse expedire censuimus, et nominatim Archiepiscopum Leopolis et duos Episcopos Luceoriensem et Chelmensem, quibus etiam ea de re scripsimus, quorum pietatem et prudentiam in eo conventu usui fore, atque ex ea communione fraternae caritatis vinculum inter eos arctius constringi posse confidimus. Huic igitur Synodo congregandae et celebrandae Maiestas Tua pie, ut solet, favebit, curatque, ut Ruthenici ritus homines ad eam frequentes conveniant. Et quia audimus, fructus Ecclesiarum illarum multis alienationibus valde esse attenuatos, ita ut non solum Episcopi ipsi decenter[que] sustentari non satis queant, sed multa praeterea incommoda consequantur, dum sacrarum aedium sarta tecta curari, et verbi Dei idonei concionatores et scholarum

magistri et caetera eiusmodi adhiberi nequeunt, propterea Ruthenorum Episcoporum Ecclesias earumque bona, census et proventus tibi magnopere commendamus, ut, te favente et auxiliante, non modo quae adhuc extant, conserventur, sed etiam illa, quae alienata sunt, etiam Regia confirmatione interposita, gravi cum Ecclesiarum detrimento, quantum fieri poterit, ex iustitiae praescripto recuperentur. Tum generatim Maiestatem Tuam paterne hortamur, ut capita et articula a Ruthenis Episcopis oblata iis in rebus, quae ad te praecipue pertinent, pro tua aequitate et animi magnitudine sedulo exequaris, iubebisque, ut tui item diligenter pro sui muneris officio exequantur, quemadmodum iam te benigne pollicitum esse accepimus. Sed unum illud est, quod a tua Regali magnificentia pro fratribus nostris Epis Ruthenis omni studio expetimus et requirimus, ut eos scilicet inter Senatores Ecclesiasticos Regni Poloniae admittas et recipias, quamdiu tamen in unitate et obedientia Romanae Ecclesiae permanserint et fidei Catholicae integritatem retinuerint, ex cuius loci amplitudine et ipsi apud populum maiorem splendorem et illorum Ecclesiae opem efficaciorem et tutelam consequentur, et haec sancta Unio Catholicae religionis, cum ad hos quoque externos honores se admitti viderint, firmiores aget radices: erunt et ipsi vicissim usui et ornamento Senatui tuo, et certe cum nos eos ad nostram et huius Sanctae Sedis gratiam et communionem receperimus, et iam ut fratres nostros agnoscamus, aequissimum est, ut eodem iure, quo caeteri Catholici Episcopi censeantur, et iis honoribus potiantur ac perfruantur. Accedit, quod hoc insigni beneficio non solum Metropolitam et Episcopalem ordinem ac Clerum, sed totam nationem illam tibi peculiari quodam nexu perpetuo devincies atque obstringes, quod quantas secum utilitates afferat, quantum ad Regni tui istius firmitatem et incrementum pertineat, tu ipse optime intelligis: ita simul et Dei honori servies et commodis tuis consules, quae duo, ubi quis vere et ex animo Dei gloriam quaerit et rebus omnibus anteponit, praeclare coniunguntur, et Dei gratia auxiliante se mutuo consequuntur. Quamobrem, fili carissime, perge, ut facis, complecti omni caritate et beneficentia Ruthenos Episcopos, ut gaudium nostrum et merita tua apud Deum augeas. Erit hoc tibi ad omnem posteritatem gloriosum, quod tua auctoritate, opera, consilio, adiumento Rutheni ad viam salutis et unitatem Ecclesiae Catholicae redierint, et ad fidei Catholicae propagationem, ut in Dei clementia speramus, ostium magnum apertum sit. Caetera ex Venerabili fratre Episcopo S. Severi Nuntio nostro Apostolico Maiestas Tua copiosius intelliget, cui de more fidem habebis cumulatam. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII. Februarii M.D.XCVI. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Dilecto filio nostro Gregorio tit. S. Sixti presbytero Cardinali Radivilo nuncupato.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili noster, salutem etc. Salutari negocio reversionis Ruthenorum ad communionem et obedientiam huius Sanctae Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum matris et magistrae, feliciter quantum ad nos pertinebat absoluto, dimissimus cum benedictione nostra Venerabiles fratres Hypatium et Cyrillum Episcopos, qui eius rei causa missi ad nos fuerant, quos et venientes, et hic commorantes et recedentes omni cum humanitate tractavimus: cupimus enim Episcopos et Clerum et Nationem illam perfectae caritatis glutino coniungi nobiscum et cum Ecclesia Catholica. Quare etiam optamus eosdem Ruthenos Episcopos non solum ut fratres nostros agnosci, sed etiam splendoribus et ornamentis externis augeri, quibus caeteri Poloniae Episcopi fruuntur, et nominatim ut inter Senatores Ecclesiasticos numerentur, quamdiu in fide Catholica et debita Romanae Ecclesiae obedientia permanserint: qua de re ad carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem accurate scripsimus. Id enim ad sanctae huius unitatis conservationem, ad fidei Catholicae incrementum et ad Regni quoque istius utilitatem pertinere arbitramur, quod tu, fili, pro tua prudentia optime intelligis. Tu ergo, qui membra illa olim diversa suo capite adhaerere optasti, et ut id fieret, pro tua virili procurasti et nunc gaudes gaudium nostrum in Domino, tu idem pro tua auctoritate et gratia hoc cura, ut Rutheni Episcopi in Senatum istum ea, quam diximus, lege admittantur, quod tua pietate dignum erit et nobis valde gratum. Datum Romae etc. ut supra.

Venerabili fratri Stanislao Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Magnae laetitiae materiam praebet merito bonis omnibus Ruthenorum Episcoporum ad Romanam Catholicam Ecclesiam reversio: per suos enim oratores Hypatium et Cyrillum Episcopos huius Sanctae Apostolicae Sedis summam auctoritatem agnoverunt, et nobis, qui licet meritis impares, in eadem Sede Ecclesiae universali praesidemus, debitam

obedientiam reddiderunt, et veteribus erroribus reiectis fidem Catholicam ex formula praescripta rite professi sunt. Speramus autem, quod Venerabilis frater Michael eorum Metropolitanus, et caeteri eius Coepiscopi omnia, quae ab eorum oratoribus et ipsorum etiam nomine hic sunt acta, rata, ut par est, habebunt, et hanc cum suo Capite post tam diuturnam divulsionem novam adglutinationem, qua nihil illis salutarius perpetuo Deo auxiliante retinebunt. Nos certe erga eorum oratores et ipsos quoque absentes, quantum cum Domino potuimus, nullas humanitatis et paternae caritatis partes practermisimus, ut eos quam arctissime cum hac eorum et fidelium omnium matre carissima adstringamus: qua etiam ex causa valde cupimus, ut eorumdem Episcoporum desiderio satisfiat a carissimo filio nostro Sigismundo Rege, cui etiam de eo efficaciter scripsimus, nimirum ut eos in Senatum recipiat, quamdiu tamen et fidei Catholicae integritatem et obedientiam erga hanc Sanctam Sedem conservaverint. Quia vero Fraternitas tua isto loco auctoritate et gratia ad eam rem obtinendam multum omnino adiumenti afferre potest, tibi propterea Ruthenos Episcopos magnopere tum in rebus caeteris, tum in hac potissimum Senatoria causa commendamus. Te praecipue decet Episcopos tueri, et hos maxime, ut intelligant, se, qui gratiam et communionem Apostolicae Sedis sunt consecuti ut fratres in Christo a fratribus nostris agnosci, et iisdem ornamentis atque honoribus frui, quo illi fruuntur, quod nobis erit valde gratum. Datum ut supra.

Venerabili fratri Ioanni Demetrio Archiepiscopo Leopoliensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. In hac temporum acerbitate, in qua tam crebrae existunt dolendi causae iis, qui zelum Dei habent, non cessat pater misericordiarum Deus spiritalis gaudii materiam praebere Ecclesiae suae sanctae, et nos consolari in omni tribulatione nostra. Ecce enim Venerabilis fratris nostri Michaelis Archiepiscopi Ruthenorum et Coepiscoporum eius, ut Fraternitati tuae notum est, corda tetigit Deus et tenebras disiecit, et spiritum salutaris compunctionis immisit, ut quaererent viam bonam, et redirent longo tandem intervallo ad suam et omnium fidelium matrem et magistram Romanam Ecclesiam. Nam suos oratores et procuratores ad nos et ad Apostolicam Sedem miserunt cum litteris et mandatis, Venerabiles fratres Hypatium et Cyrillum Episcopos, qui suo et Coepiscoporum nomine suppliciter petierunt admitti se ad communionem et unitatem Ecclesiae Catholicae, quae sub uno visibile Capite summo Romano Pontifice toto orbe terrarum diffusa est, extra quam Ecclesiam nulla est salus. Nos igitur, qui nihil aliud quaerimus aut vehementius optamus, quam oves dispersas congregare et ad ovile Christi perducere, eisdem Episcopis et oratoribus suo et aliorum nomine fidem Catholicam rite coram nobis et fratribus nostris Cardinalibus professis, et veram obedientiam spondentibus ac praestantibus nobis licet immeritis, uti legitimo tamen beati Petri successori et Christi in terris Vicario, paternae caritatis sinum operuimus, et tam ipsos praesentes, quam caeteros, a quibus missi erant, absentes ad communionem et unitatem Ecclesiae Catholicae admisimus et recepimus ea lege, ut idem Archiepiscopus et caeteri Episcopi, quae hic coram nobis ab eorum procuratoribus duobus Episcopis ipsorum etiam nomine acta sunt, comprobent et rata habeant, fidemque Catholicam ex eadem praescripta formula profiteantur, et nobis ac Romanis Pontificibus successoribus nostris veram obedientiam spondeant et iurent, quemadmodum eos rite facturos procuratores dicti promiserunt. Huius rei causa iniunximus eidem fratri nostro Michaeli Metropolitae, ut Synodum Episcoporum suorum indicat et convocet, atque haec, quae tanti momenti sunt, atque ad ipsorum totiusque Cleri et populi Ruthenici salutem adeo sunt necessaria, sedulo et quamprimum exequatur: quae ut recte et ordine tanto magis fiant, et ut inter Latinos et Ruthenos Episcopos fraterna caritas firmius in Domino coalescat, existimavimus expedire, ut tu, frater, in primis aliique praeterea Episcopi duo Luceoriensis et Chelmensis, ad quos etiam scripsimus, eidem provinciali Synodo intersint. Quare Fraternitatem tuam hortamur, ut quod commodo tuo facere possis, huius pii muneris officio fungaris, Ruthenosque Episcopos tuo aspectu recrees et opera iuves, quos tibi etiam in universum valde commendamus, nominatim vero, ut eorum desiderio tua auctoritate faveas, nimirum ut inter Senatores Regni et ipsi quoque adnumerentur, quo certe loco et honore digni habendi sunt, postcaquam Ecclesiae Catholicae corpori iterum inserti et membra nostra effecti sunt: de quo item scribimus ad carissimum filium nostrum Regem, ut eas hoc ornamento augeat, quamdiu quidem permanserint in fide et obedientia Romanae Ecclesiae. Quod reliquum est, frater, da operam, ut facis, ut gregem tibi creditum ad caelestia pascua Dei adiutrice gratia perducas, ora etiam pro nobis, qui te paterne amamus, et virtutem ac pietatem tuam plurimi facimus, ut his difficillimis temporibus onus nostrae pontificalis sollicitudinis gravissimum ad Dei gloriam perferamus. Datum ut supra.

Venerabili fratri Stanislao Episcopo Chelmensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Commune gaudium est et vestrum peculiare, quod fratres nostri Michael Archiepiscopus Metropolita et Episcopi Rutheni ex veterum errorum tenebris in lucem veritatis emerserunt, Dei gratia iuvante, ex qua bona omnia promanant. Iam enim fratres nostros Hypatium et Cyrillum Episcopos, pios et prudentes viros, eorum oratores ad nos missos benigne excepimus, qui tam proprio suo, quam procuratorio eorum, a quibus missi sunt, nomine fidei Catholicae professionem fecerunt, et humilitati nostrae, qui licet immeriti beatissimi Apostolorum Principis locum et auctoritatem tenemus, veram et debitam obedientiam reddiderunt, atque haec eadem Archiepiscopum et Coepiscopos suos facturos et comprobaturos primo quoque tempore promiserunt. Benedictus in aeternum sit Deus et pater misericordiarum, qui oves aberrantes ad ovile reduxit et membra divulsa iterum capiti suo univit atque adiunxit. Nunc autem cum iidem duo Episcopi et oratores Hypatius et Cyrillus in Russiam revertantur, scribimus ad eundem Michaelem Archiepiscopum, ut suorum Episcoporum Synodum congreget, quae Romae a suis procuratoribus acta sunt, rata habeant et confirment, fidem profiteantur ex eadem formula praescripta, et rite subscriptam ad perpetuam rei testificationem ad nos transmittant, obedientiam nobis et huic Sanctae Sedi praestent, et caetera, quae tanto negocii ratio postulat, sedulo exequantur. In ea vero Synodo aliquos ex fratribus etiam nostris Polonis Episcopis interesse sane utile fore existimamus, ut Ruthenae nationis Epi hoc adiumento corroborentur in fide, omnia cum maiori cura et dignitate fiant, et mutuum fraternae caritatis vinculum validius adstringatur. Delegimus autem Fraternitatem tuam propter tuam pietatem et prudentiam, ut in eadem Synodo intersis una cum fratribus nostris Ioanne Demetrio Archiepiscopo Leopolis et Bernardo Episcopo Luceoriensi, ad quos item hac ipsa de re scripsimus. Et quia viscera nostra paterna multis in rebus ostendimus Ruthenis Episcopis, tam his, qui ad nos venere, quam eorum Archiepiscopo et Coepiscopis absentibus, illud praecipue ad eos ornandos, atque ut haec membra recenter corpori conglatinata firmiter coalescant, apud carissimum filium nostrum Sigismundum Regem vestrum per litteras procuramus, ut scilicet inter Ecclesiasticos Senatores Regni Rutheni etiam Epi connumerentur, et quando nostram et Apostolicae Sedis gratiam et communionem sunt consecuti, quamdiu quidem in eiusdem Sedis obedientia permanserint, eodem quo caeteri Episcopi Catholici iure et honoribus perfruantur. Erit nobis gratum, si tu quoque ad hoc ornamentum consequendum eos tua opera et auctoritate adiuveris, quod nationi illi magis obstringendae et fidei propagationi usui fore, Deo auxiliante, confidimus. Optamus te, frater, in tuo pastorali officio prospere agere, et de multiplici animarum lucro in Domino gaudere. Datum ut supra.

Venerabili fratri Hieronymo Episcopo Cuiaviensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Misericordia Domini plena est terra, et miserationes eius super omnia opera eius. Ecce enim Deus noster tenebras convertit in lucem, et eos, qui longe erant, prope ad nos adduxit, ut sint unum nobiscum in fide et caritate. Etenim ut novit Fraternitas tua, fratres nostri Michael Archiepiscopus et eius Coepiscopi Rutheni miserunt ad nos oratores suos, praestantes viros, Hypatium et Cyrillum Episcopos, qui supplices a nobis petiere, ut eos ad gratiam et communionem nostram et huius Sanctae Apostolicae Sedis admitteremus: se enim omnes veteres errores abiicere, Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem et magistram agnoscere paratos se esse, fidem Catholicam profiteri, nobis debitam obedientiam praestare, et summam Romani Pontificis in Ecclesia universali potestatem aperte confiteri. Quae cum omnia publice ac rite essent executi tam suo, quam procuratorio nomine Archiepiscopi et collegarum suorum, et insuper promisissent, illos pariter quaecumque ab ipsis Romae acta essent, eodem modo in Russia rata habituros et confirmaturos. Nos vicissim, qui licet immeriti illius locum in terris tenemus, qui venit quaerere et salvum facere quod perierat, viscera paternae dilectionis illis aperuimus et intra sinum Romanae Catholicae Ecclesiae illos recepimus et admisimus, et omni amoris significatione prosecuti sumus. Haec enim membra olim divulsa, nunc per Dei gratiam suo capiti conglutinata, quam arctissime nobiscum coniungi optamus. Quamobrem tibi etiam magnopere commendamus Ruthenos Epos, ut eos omnibus in rebus, quibus poteris, poteris autem pro tua auctoritate et zelo sane plurimis, adiuves ac foveas; nominatim vero in eo operam tuam adhibeas, ut inter Regni Senatores connumerentur, quamdiu tamen fidem Catholicam inviolatam servaverint et Summo Pontifici atque huic Sanctae Sedi obedientiam tribuerint: qua de re scripsimus accurate ad Carissimum filium nostrum Sigismundum Regem. Ex eo autem multa bona proficisci

posse, si tam insigni beneficio Episcopi illi et eorum natio obstringantur, tu pro tua prudentia optime intelligis. Tibi vero, frater, quem sincero corde semper amavimus et cuius virtutem plurimi semper fecimus, nostram paternam et Apostolicam benedictionem impartimur, tibique coelestis gratiae copiam precamur, ut gregem tibi creditum ad aeterna coeli pascua perducas. Datum Romae etc. ut supra.

Venerabili fratri Laurentio Episcopo Premisliensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Reduxit pastor bonus et princeps pastorum oves aberrantes ad ovile suum fratres nostros, videlicet Michaelem Archiepiscopum Ruthenorum et eius Coepiscopos ad Sanctam Ecclesiam Romanam omnium Ecclesiarum matrem et magistram: nam quemadmodum Fraternitas tua novit, miserunt ad nos oratores suos, Venerabiles fratres Epos Hypatium et Cyrillum, prudentes et religiosos viros, qui omni cum humilitate a nobis petierunt, ut ad nostram et huius Sanctae Apostolicae Sedis gratiam et communionem admitterentur. Quare cum veteribus erroribus condemnatis, et iis maxime, quorum causa a nobis hactenus disiuncti fuere, fidei Catholicae professionem tam suo proprio, quam procuratorio nomine rite fecissent, et nostrae humilitati, qui licet immeriti Christi in terris vicem gerimus, veram obedientiam detulissent, et cum eundem Archiepiscopum et collegas Episcopos, quae ab ipsis acta sunt, rata et grata habituros promisissent, nos ad Dei gloriam et fidei Catholicae exaltationem et incrementum Ruthenos Episcopos cum Clero et populo ad Ecclesiae unitatem recepimus, et tamquam membra ad caput univimus et adiunximus. Quo nomine bonis omnibus et tibi, frater, cuius zelum non ignoramus, nominatim gratulamur: huc enim omnia studia nostra et labores referri debent, ut animas Christo lucremur. Quare cupientes, ut iidem Rutheni Episcopi in fide et caritate nobiscum perseverent, et Deo iuvante firmius coalescant, praeter caeteras amoris significationes, quibus eos et praesentes et absentes prosecuti sumus, hoc praecipue honoris et ornamenti eis procuramus apud Carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem, ut Archiepus et Episcopi Rutheni inter Ecclesiasticos Regni Senatores non secus ac caeteri catholici Episcopi numerentur, quamdiu quidem et fidem Catholicam, quam professi sunt, integram conservaverint, et in nostra atque Apostolicae Sedis debita obedientia permanserint: ob eam causam illos quoque Fraternitati tuae commendamus, ut opera et auctoritate tua eas iuves, et iam ut fratres et membra eiusdem corporis in Christo complectaris. Quod pro tua pietate et rei aequitate et spirituali fructu, qui inde emanare potest, te ultro facturum et pro tua in nos et hanc Sanctam Sedem devotione propensius facturum plane confidimus. Datum Romae etc. ut supra.

Venerabili fratri Bernardo Episcopo Luceoriensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Quanta portio ad Fraternitatem tuam pertineat huius gaudii, quo nunc in Domino fruimur, de Ruthenorum Episcoporum ad Romanam Catholicam Ecclesiam conversione, plane scimus, et pietatem tuam saepe nobis perspectam hoc etiam nomine valde in Domino commendamus, reddet tibi copiosam mercedem iustus iudex in die retributionis, qui tantopere optasti et pro tua virili laborasti, ut divulsa membra suo capiti iterum unirentur. Fratres nostri Hypatius et Cyrillus Episcopi, qui a fratre nostro Michaele Metropolita, aliisque Episcopis Ruthenis ad nos et ad hanc Sanctam Sedem Oratores et procuratores sunt missi, iam rite omnia egerunt, quae agenda hic fuerant: nam et procuratorio nomine et proprio veteres errores, et eos maxime, qui Ruthenos ab huius Sanctae Apostolicae Sedis communione seiungebant, damnarunt, fidei professionem ex formula praescripta fecerunt, nobisque uti legitimo Christi in terris Vicario, quamquam indigni et meritis impares sumus, debitam obedientiam praestiterunt. Postremo promiserunt, Archiepiscopum et Episcopos supradictos haec eadem quam primum exacte, ut par est, facturos. Eam ob causam scribimus inter caetera eidem fratri nostro Arhiepiscopo, ut suorum Episcoporum Synodum convocet, et quae Romae per eorum procuratores acta sunt, rata habeant et confirment, fidei professionem emittant, et eorum subscriptione communitam ad nos transmittant, et denique omnia ritu solemni exequantur, quae eorum officii ratio postulat, ut perfecto nexu in vinculo caritatis nobiscum constringantur. Existimavimus autem opportunum fore, ut duo vel tres Episcopi Poloni in eodem Ruthenorum Episcoporum Conventu intersint, tu scilicet et Archiepiscopus Leopolis et Episcopus Chelmensis, ad quos etiam hac ipsa de re scripsimus: id enim ad fraternam caritatem alendam Ruthenosque Catholicae Ecclesiae arctius conglutinandos pertinere arbitramur; tum quae agenda diximus accuratius et diligentius fient, te praesertim adiutore,

qui hanc salutarem causam peculiari zelo complexus es. Itaque pergratum nobis erit, si interesse potueris. Et quia fratres nostros Episcopos Ruthenos iam uti membra nostra omni amoris significatione, quantum cum Domino licet, prosequi cupimus, scripsimus efficaciter ad carissimum filium nostrum Sigismundum Regem, ut eos inter Regni Senatores Ecclesiasticos adscribat, quamdiu quidem in fide Catholica et nostra ac Sanctae Romanae Ecclesiae obedientia permanserint. Age, frater, et in hoc quoque Ruthenos Episcopos adiuva, ut hoc quoque beneficio obstricti pergant in via salutis, et in sancto proposito firmius inhaereant, totaque natio illa in corde perfecto ad Dominum et ad matrem suam Romanam Ecclesiam convertatur, quod te pio tuo zelo sponte facturum et nostro hortatu impensius facturum non dubitamus. Datum Romae etc. ut supra.

Dilecto filio Nobili viro Ioanni Zamoschio Magno Cancellario Regni Poloniae.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Commune gaudium est, cum oves aberrantes ad ovile Christi reducuntur: sed Ruthenorum cum Sancta hac Romana Ecclesia reconciliationem et membrorum illorum ad caput suum novam conglutinationem praecipuo quodam nomine Nobilitati tuae gratulamur. Neque enim dubitamus, te pro tua praestanti pietate et animi magnitudine et huic tam salutari negocio pie suffragatum esse, et singularem ex ea re voluptatem capere, et deinceps te multis modis ad ea, quae salutariter acta sunt, conservanda tua auctoritate adiumento fore. Ad laudem igitur Dei Omnipotentis, et exaltationem fidei et religionis christianae recepimus intra gremium Ecclesiae Catholicae Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum, et eius Coepiscopos Ruthenos cum omni clero et populo nationis illius. Nam, ut tua Nobilitas novit, venere ad nos ab eodem Metropolitano et Episcopis missi Venerabiles fratres Hypatius et Cyrillus Episcopi, viri graves et pii, qui redditis litteris et mandatis expositis suppliciter petierunt se, Episcopos et gentem suam ad gratiam et communionem nostram et huius Sauctae Apostolicae Sedis admitti, quod rebus omnibus perpensis et examinatis benigne concessimus. Posteaquam üdem duo Episcopi et Oratores tam procuratorio nomine, quam proprio errores omnes et schismata detestati, catholicae fidei professionem rite feceruut, et humilitati nostrae tamquam visibili Ecclesiae Universalis Capiti et Christi Domini in terris Vicario debitam obedientiam praestiterunt, et eadem omnia Metropolitanum et Episcopos supradictos rata habituros et confirmaturos promiserunt. Inter caeteras autem amoris nostri et paternae caritatis significatioues erga Episcopos, et nationem Ruthenam hoc nomiuatim eorum causa a carissimo filio nostro Sigismundo Rege petivimus, ut eos inter Ecclesiasticos Regni Poloniae Senatores adscribat atque aduumeret, quamdiu tamen in fide catholica et Sanctae Romanae Ecclesiae obedientia permanserint: ad eam vero praerogativam obtinendam, quantum in tua gratia et patrocinio positum sit, plane scimus. Quare tibi efficaciter Ruthenos commendamus, iam fratres nostri sunt, iam eiusdem corporis et capitis membra, aequum certe est, ut paribus honoribus cum caeteris catholicis Regni Episcopis perfruantur: multa quoque bona ex eo emanare posse et ad catholicae religionis propagationem, et ad Regis Regnique commodum, tu optime pro tua prudentia intelligis. Quare tibi, qui ad praeclara et pia semper propensum te ostendis, Ruthenos generatim, sed in hoc Senatorio negocio potissimum commendatos esse cupimus, in quo et de religionis causa bene mereberis et nobis in primis gratum facies. Datum Romae etc. ut supra.

Dilecto filio Leoni Cancellario Magni Ducatus Lithuauiae.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili, salutem etc. Accepimus de te, quod in hoc salutari negocio de Ruthenis cum hac Sancta Romana Ecclesia reconciliandis pia sedulitate pro tua virili parte laboraveris, commendamus in Domino zelum tuum et tibi gaudium nostrum amanter communicamus, quod ex bono semine bonos fructus Deo auxiliante iam capimus. Nam Venerabiles fratres Hypatius et Cyrillus Episcopi, qui a Venerabili fratre Michaele Archiepiscopo et eius Coepiscopis Ruthenis ad nos missi fuerant, ut intra gremium Catholicae Ecclesiae a nobis reciperentur, omnes errores et schismata detestati sunt et orthodoxae fidei professionem ex forma ab hac Sancta Sede praescripta publice professi sunt, atque humilitati nostrae uti summo Ecclesiae universalis pastori et Christi in terris Vicario veram et debitam obedientiam praestiterunt. Atque haec omnia egerunt tam suo proprio quam procuratorio nomine, spondentes insuper quaecunque ab cis acta essent, cuncta Archiepiscopum ipsum cum Episcopis suis supradictis comprobaturos. Quare ad gloriam et honorem Omnipotentis Dei, cui servimus in veritate, Metropolitanum et Episcopos Ruthenos cum clero et populo, ad communionem nostram et unitatem

Ecclesiae Catholicae recepimus, et cum caeteris huius mystici Christi corporis membris suo visibili capiti adiunximus, ut iam omnes singulari Dei benignitate unum simus in Christo. Cum autem iidem Venerabiles fratres Hypatius et Cyrillus, quos omni paternae benevolentiae significatione prosecuti sumus, in Russiam revertantur, hoc quoque inter caetera ad carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem Ruthenorum causa scripsimus, ut eorum Metropolitanum et Episcopos inter Regni Senatores adscribat atque adnumeret, quamdiu tamen fidem catholicam incorruptam retinuerint et obedientiam huic Sanctae Sedi inviolate reddiderint. Tu ergo, fili, qui iam tua sponte ad Ruthenorum causam adiuvandam propensus es, age hortatu nostro, et in hoc quoque pietatis tuae partes repraesenta: certe aequum est, ut qui vinculo caritatis nobiscum adstricti unam et eandem matrem Romanam Ecclesiam cum caeteris Episcopis agnoscant, paribus honoribus perfruantur. Erit hoc tibi ad meriti cumulum et nobis valde gratum. Datum Romae etc. ut supra.

Dilecto filio Nobili viro Ianusio Duci Ostrosiae et Castellano Cracoviensi.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Multis nominibus Nobilitati tuae toto cordis affectu gratulamur in Domino, quod fratres nostri Michael Archiepiscopus Ruthenorum et eius Coepiscopi eiusdem nationis, veteribus erroribus divinae gratiae ope cognitis et reiectis, ad fidei catholicae unitatem et ad Romanae Ecclesiae omnium Ecclesiarum matris et magistrae obedientiam venerunt, et quod nobilis vir Palatinus Kioviensis, pater tuus, eandem fidei catholicae veritatem, ut audimus, complecti statuit, Spiritu Sancto illius cor permovente et collustrante: haec mutatio dextera excelsi est, hoc tua, fili, pietas a Dei clementia promerita est, ut duplici simul gaudio cumulareris. Nos certe, cum haec membra divulsa ad caput et corpus per Dei gratiam adnectercmus, tanta spiritualis voluptatis copia perfundi nos sensimus, quantam nullis verbis exprimere satis possumus. Venerabiles enim fratres Hypatium et Cyrillum Episcopos ab Archiepiscopo et Ruthenis Episcopis ad nos missos, ut se ad Catholicae Romanae Ecclesiae corpus adiungi suppliciter a nobis peterent, omni cum humanitate excepimus: et postquam fidem Catholicam rite professi sunt, et nobis atque huic Sanctae Sedi veram obedientiam praestiterunt, et haec quidem tam suo proprio, quam eorum, qui eos miserunt, procuratorio nomine, quos etiam eadem omnia quamprimum in Russia confirmaturos et rata habituros spoponderunt; nos ad gloriam et christianae fidei incrementum Ruthenos ad gratiam et communionem nostram et Sanctae Romanae Ecclesiae admisimus et recepimus. Cupientes autem Episcopos fratres nostros et nationem illam in fide et caritate firmius radicari et coalescere, praeter caetera paternae benevolentiae nostrae erga illos indicia hoc in primis insigne praestitimus, ut Sigismundo Poloniae Regi filio nostro carissimo eos quam diligentissime commendaremus, tum ab eo nominatim peteremus, ut cos inter Senatores Ecclesiasticos Regni adnumeraret, ut hoc illustri beneficio et Episcopos ipsos et gentem illam arctius sibi obstringeret, et ad obedientiam et unitatem Catholicae Ecclesiae retinendam tanto efficacius permoveret. Quia vero non ignoramus, quam multis modis et possis et velis huic Ruthenorum conversioni, et cum Ecclesiae corpore conglutinationi conservandae prodesse, Nobilitatem tuam in Domino hortamur, ut tua opera et auctoritate Archiepiscopum et Episcopos Ruthenos, iam ut fratres et membra nostra, Senatoria dignitate ornandos cures cum aliis catholicis Episcopis, quamdiu tamen et fidei integritatem et obedientiam erga hanc Sanctam Sedem retinuerint. Deus et pater misericordiarum, qui hoc bonum operatus est, illud confirmet atque adaugeat, ut tibi, quem paterne diligimus, et publico et privato nomine saepe gratulemur. Datum Romae etc. ut supra.

Dilecto filio Gabrieli Magni Ducatus Lithuaniae Vicecancellario.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili, salutem etc. Singulari nostro cum gaudio ad gloriam Dei, et religionis christianae incrementum recepimus intra gremium huius Sanctae Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum matris et magistrae, Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum Ruthenorum cum eius Coepiscopis totoque clero et populo nationis illius, qui sub eorum pastorali cura degunt: miserunt enim ad nos, ut nosti, Oratores Venerabiles fratres Hypatium et Cyrillum Episcopos ex eorum numero, viros prudentes et religiosos, qui tam illorum quam suo proprio nomine, veteribus erroribus et schismate damnatis, orthodexae fidei professionem fecerunt, et nobis tamquam legitimo beati Petri successori et vero in terris Christi Vicario, quamvis meritis impares simus, debitam obedientiam praestiterunt, et haec eadem promiserunt quamprimum confirmaturos Metropolitanum et Episcopos supradictos. Quare, ut haec

membra capiti suo per Dei gratiam iterum conglutinata omni, quo possumus, in Domino paternae caritatis vinculo adstringamus, inter caeteras amoris nostri erga absentes et praesentes Episcopos Ruthenos significationes, placuit nominatim eos commendare quam diligentissime filio nostro carīño Sigismundo Regi: sed illud in primis ab eius pietate et magnificentia petivimus, ut Archiepiscopum et Episcopos supradictos Senatoria dignitate ornet, et inter Ecclesiasticos Regni Senatores adscribat, quamdiu tamen fidem catholicam conservaverint et nobis atque huic Sanctae Sedi obedientes erunt. Ad eam rem obtinendam cupimus, ut tu, fili, pro eo, quod geris, munere te adiutorem praebeas: vides quam id aequum sit, ut qui ad nostram gratiam et communionem sunt admissi, eodem quo caeteri catholici Episcopi iure censeantur et iisdem honorum praerogativis perfruantur: tum omnis opera danda est, ut in sancto proposito corroborentur, et ea omnis natio novo hoc beneficio Regi suo magis sit obstricta. Non dubitamus, te ultro tam pio et iusto negocio suffragaturum, et pro tua erga nos et hanc Sanctam Sedem devotione tanto id propensius facturum, quod nobis certe erit gratum. Datum Romae etc. ut supra.

Dilecto filio Ioanni Tarnowskio Vicecancellario Regni Poloniae.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili, salutem etc. Redeunt in Russiam Venerabiles fratres Hypatius et Cyrillus Episcopi, qui a Venerabili fratre Michaele Metropolitano Ruthenorum, ut nosti, caeterisque illius nationis Episcopis ad nos missi fuerunt: et quidem rebus per Dei gratiam optime constitutis, illos enim tam suo proprio, quam procuratorio nomine veteres errores et schismata detestantes, et fidem orthodoxam ritе professos ad communionem nostram admisimus, quemadmodum et absentes Episcopos cum Clero et populo in gremium Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae recepimus; nos enim quamvis meritis impares per hos Oratores suos et verum Christi in terris Vicarium, et visibile totius Ecclesiae caput agnovorunt et professi sunt, nobisque debitam obedientiam reddiderunt: et nihilominus iidem oratores polliciti sunt et promiserunt, quod eodem modo tam Archiepiscopus, quam caeteri Episcopi supradicti et fidem Catholicam profitebuntur, et nobis atque Apostolicae Sedi obedientiam reddent, ac denique omnia, quae ab ipsis eorum Oratoribus acta sunt, comprobabunt et confirmabunt. Ergo cum benedictione nostra dimisimus eosdem Episcopos Hypatium et Cyrillum, quos et hic manentes omni cum humanitate tractavimus, et abeuntes omni benevolentiae significatione prosecuti sumus. Scripsimus autem Ruthenorum Episcoporum causa ad carissimum filium nostrum Sigismundum Regem, eique illos, eorum Ecclesias et bona accurate commendavimus: sed nominatim illud ab eo efficaciter petivimus, ut Metropolitanum et Episcopos Ruthenos Senatoriae dignitatis ornamento augeat, et inter Ecclesiasticos Regni Poloniae Senatores adnumeret, quamdiu tamen in fidei Catholicae integritate et Romanae Ecclesiae unitate atque obedientia permanserint. Et hoc quidem aequum esse arbitramur, ut qui pari cum caeteris catholicis Episcopis Sedis Apostolicae gratia et communione gaudeant, iisdem quoque honoribus Regni et Regiae munificentiae splendoribus patiantur. Quamquam autem hoc potissimum ad Dei gloriam et Catholicae religionis propagationem est referendum, multas quoque ex humana prudentia utilitatis afferre posse, tu quoque facile intelligis: tanto enim magis filius noster Rex nationem illam obtemperantem habebit, sibique hoc illustri beneficio obstringet. Quare te hortamur, ut pro tuo zelo divini honoris et pro ea, quam sustines, persona ad hanc rem obtinendam Ruthenis adiumento esse velis, quemadmodum te et ultro facturum, quae tua est pietas, non dubitamus, et pro ea, quam geris erga nos et hanc Sanctam Sedem, devotione impensius facturum confidimus. Datum Romae etc. ut supra.

Dilecto filio Nobili viro Nicolao Fierleyo Palatino Cracoviensi.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Ad Dei gloriam et Christianae Religionis exaltationem et incrementum Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum Ruthenorum, et eius Coepiscopos cum Clero et populo eiusdem nationis intra sinum Catholicae et Apostolicae Rom. Ecclesiae, quemadmodum iam Nobilitatem tuam audisse arbitramur, ritu solemni recepimus et admisimus. Illi enim Oratores suos, qui id a nobis suppliciter peterent, miserunt Venerabiles fratres Episcopos Hypatium et Cyrillum, prudentes et religiosos viros, qui suo et illorum nomine, veteribus omnibus erroribus detestatis, fidem Catholicam rite professi sunt, et nobis atque huic Sanctae Ecclesiae omnium Ecclesiarum matri et magistrae veram obedientiam praestiterunt, et haec eadem omnia eundem Archiepiscopum et Epos, quamprimum poterunt, in suo Conventu rata et grata habituros promiserunt. Nos ergo, qui in visceribus Iesu Christi Episcopos et gentem Ruthenorum complectimur, cupientes, ut haec membra recenter

Christi corpori conglutinata firmissima in fide et caritate coalescant, eosque omni paternae benevolentiae significatione prosequentes, scripsimus inter caetera carissimo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi, ut Ruthenos Archiepiscopum et Episcopos inter Ecclesiasticos Regni Senatores adscribat atque adnumeret, ut se veluti fratres nostros et catholicos Episcopos agnosci et tractari intelligant, unde multa bona promanare possunt, quod tua prudentia optime perspicit. Quare te quoque valde hortamur, ut tua opera et auctoritate Ruthenis Episcopis adiumento sis ad hanc Senatoriam diguitatem obtinendam, quamdiu quidem in fide Catholica et nostra atque Apostolicae Sedis obedientia perseveraverint. Novimus, quanta animi propensione et zelo eiusmodi rebus, in quibus Dei honori et animarum utilitati servitur, praesto sis, sed nobis certe pergratum feceris, qui pro nostro pastorali officio nulla re magis quam animarum lucro in Christo Domino reficimur et oblectamur. Datum Romae etc. ut supra.

Dilecto filio Nobili viro Nicolao Christophoro Radzivilo Duci Olichae.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Ad Dei gloriae et christianae fidei incrementum recepimus intra gremium Sanctae Romanae Ecclesiae Catholicae Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum, et eius Coepiscopos Ruthenos, qui id a nobis suppliciter petierunt per suos Oratores, quos ad nos miserunt, Venerabiles fratres scilicet Hypatium et Cyrillum Episcopos, qui procuratorio et suo proprio nomine omnes haereses et schismata detestati sunt, ac fidei catholicae professionem rite fecerunt, et nobis, qui licet immeriti, Dei tamen dispositione ad universalis Ecclesiae gubernacula praesidemus, tamquam visibili corporis Ecclesiae capiti et Christi in terris Vicario debitam et veram obedientiam praestiterunt, et eundem Archiepiscopum et caeteros, a quibus missi fuerant, haec eadem rata habituros promiserunt. Gratulamur Nobilitati tuae, cuius praestantem pietatem novimus, et quanto spiritualis gaudii sensu ex hoc salutari negocio movearis, plane perspicimus. Gratulamur Ecclesiae Dei et Regno Poloniae nominatim, quod tam multae oves ad ovile Christi reductae sunt, et ad mysticum Christi Corpus, quod est Ecclesia Catholica, haec sunt membra adglutinata, quae ut tanto magis cohaercant glutino caritatis, omni benevolentiae significatione Episcopos et nationem illam, quantum cum Domino licet, libenter prosequimur. Itaque cum iidem Episcopi Hypatius et Cyrillus, viri pii et prudentes, cum benedictione nostra et multa cum paterni amoris nostri testificatione dimissi in Russiam revertantur, scribimus diligenter ad carissimum filium nostrum Regem, ut inter Senatores Regni Archiepiscopum et Episcopos Ruthenos adscribat, quamdiu tamen et fidei integritatem retinueriut et in nostra et Sedis Apostolicae obedientia perseveraverint, atque hoc beneficio eorum in Catholica religione constantiam, et erga se voluntatem et totius Nationis studium tanto magis corroboret atque obstringat. Hortamur Nobilitatem tuam, ut ad eam rem procurandam suam quoque gratiam et auctoritatem adiungat: aequum est, ut qui huius Sanctae Sedis communionem habent et inter fratres nostros Episcopos connumerantur, eadem qua alii fratres nostri catholici Episcopi honoris praerogativa in Regno tam catholico a tam pio Rege ornentur. Quidquid autem tu, fili dilecte, ad Ruthenorum commoda et ornamenta operae et officii contuleris, erit id tua virtute diguum et nobis valde gratum. Datum ut supra.

CLXXXIX.

Metropolitae Ruthenorum conceditur facultas consecrandi episcopos sui ritus ecclesiis vacantibus, qui tamen Metropolita a Romano pontifice debeat confirmari. Ex Reg. in Secret. Brev.

Clemens episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem eos, qui pravis schismatum erroribus relictis ad Sanctae Matris Ecclesiae unitatem redierunt, specialibus favoribus prosequi, ut illi in eiusdem Ecclesiae fide et obedientia eo constantius perseverent, quo cumulatioribus beneficiis se affectos esse perspexerint. Cum itaque Venerabiles fratres Hypatius Protothronius Wlodimiriensis et Brestensis, ac Cyrillus Exarcha Luceoriensis et Ostrosiensis Episcopi Nationis Ruthenae seu Russae, suo et Venerabilium fratrum Michaelis Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, Gregorii Archiepiscopi nominati electi in Archiepiscopum Polocensem et Vitebscensem, Michaelis Episcopi Praemisliensis et Samboriensis, Gedeonis Episcopi Leopoliensis, Dionysii Episcopi Chelmensis et Belsensis, Leontii Episcopi Piuscensis et Turoviensis postea defuncti, et Ionae Archimandritae Kobrinensis Ecclesiae Sancti Salvatoris, deinde electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem loco dicti Leontii Episcopi defuncti, nomine, qui antea cum Romana Ecclesia non communicabant, sed proprii sermonis et idiomatis usu, retento Graeco ritu, vivebant, ad nos

et ad Sedem Apostolicam uuper accesserint, ac tam privato amborum, quam praedictorum Michaelis Archiepiscopi et aliorum Cocpiscoporum communi et procuratorio nomine se et illos in eiusdem Ecclesiae gremium recipi, et tamquam membra suo capiti uniri supplicaverint, ac omnes suos et ipsorum errores, hacreses et schismata damnaverint et detestati fuerint, Fidcique Orthodoxae professionem iuxta formam Graccis ab hac Sancta Sede praescriptam integre et ad verbum fecerint et emiserint, Nobisque et Apost. Sedi debitam obedicntiam et subiectionem praestiterint et perpetuo praestare promiserint, Nosque nomine pii patris ipsos, universumque eorum Clerum et Populum Ruthenae seu Russae Nationis in eiusdem Ecclesiae gremium rceceperimus, et tamquam membra in Christo unitati Ecclesiae restituerimus et incorporaverimus, ac praeterea ad nostram erga ipsos charitatem magis ostendendam, omnes sacros ritus et caeremonias, quibus idem Archiepiscopus seu Metropolita, Episcopi et Clerus praedicti iuxta sanctorum Patrum Graecorum instituta in Divinis Officiis et sacrosaucto Missae sacrificio, et Sacrameutorum administrationc aliisque sacris functionibus utuntur, dummodo veritati et fidei Catholicae non adversentur et communioncm cum Romana Ecclesia non excludant, ex Apostolica benignitate eisdem permiserimus, concesserimus et indulserimus, aliaque fecerimus, quae in nostris sub plumbo confectis literis datis decimo Kal. Ianuarii praesentis anni plenius continentur:

Cupientes nunc eosdem uberioribus gratiis prosequi, cum Provincia Russiae seu Ruthena longo intervallo a Romana Curia distet, et propterea Episcopis, qui pro tempore eligentur, valde incommodum futurum sit, ad Apostolicam Sedem pro suac electionis confirmatione accedere, seu etiam alios, qui eorum nomine huiusmodi confirmationem petant, ad eamdem Sedem transmittere, corum in hac parte commodis et indemnitati, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio et ex certa scientia nostris, et Sedis Apostolicae potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus et ordinamus, ut quandocumque posthac aliquas ex praedictis eorum Cathedralibus Ecclesiis seu Sedibus Episcopalibus, Wlodimiriensi nimirum et Brestensi invicem, Luceoriensi et Ostrosiensi etiam invicem, Plocensi et Vitebscensi etiam iuvicem, Praemisliensi et Samboriensi similiter invicem, Chelmensi et Belsensi etiam inviccm, Leopoliensi et Camencceusi etiam invicem perpetuo vel alias unitis seu annexis, pastoris solatio destitui aut quovis modo vacare contigerit, is qui ad dictas Ecclesias pastoris solatio destitutas seu vacantes iuxta morcm eorum, seu modum illis permissum electus seu nominatus fucrit, a praedicto Archicpiscopo Metropolita Kioviensi ac Haliciensi nunc et pro tempore existenti auctoritate et nomine Sedis Apostolicae confirmari vel institui, eique munus consecrationis impendi possit et debeat, ac ut sic electus seu nominatus et confirmatus vel institutus ab eodem Archiepiscopo Metropolita, vel de eius licentia ab alio Catholico Antistite eiusdem Nationis, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habente, ascitis duobus vel tribus aliis Catholicis Episcopis similem gratiam et communionem habentibus et sibi iu hoc assistentibus, munus consccrationis huiusmodi suscipere, idemque Antistes illi dictum munus impendere valeat, super quo ipsi tam iu Episcopum pro temporc electo seu nominato et confirmato, quam Archiepiscopo Mctropolitae pro temporc existenti pleuam, amplam et libcram potestatem et facultatem pcr praesentes concedimus et indulgemus.

Verum cum Sedes Archiepiscopales seu Metropolitanas Ecclesias Kioviensem et Haliciensem praedictas, similiter iuvicem perpetuo vel alias unitas sive annexas, per obitum vel alias quovis modo quandocumque tam forsan in Romana Curia, quam cxtra eam ubilibet pastoris solatio destitui seu vacare contigerit, volumus ct pari motu atque auctoritate perpetuo statuimus et ordinamus, ut is, qui in Archiepiscopum seu Metropolitam iuxta eorum morem, seu modum illis pcrmissum pro temporc similiter electus seu nominatus fuerit, electiouis seu nominationis suae coufirmatiouem, institutionem seu provisionem, nec non et muneris consccrationis licentiam a Nobis ct a Romano Pontifice pro tempore existente petere et obtinere omnino teneatur et debeat.

Volumusque ct similiter perpetuo statuimus, ut literae confirmationis seu institutionis et provisionis huiusmodi, et liccntiae praedictae in eadem Curia per officiales, ad quos spectat, per viam secretam gratis cxpcdiantur, Deccrncntes sic ct non aliter pcr quoscumque Iudices ct Commissarios quacumque auctoritate et diguitate fulgentes, sublata eis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debcre, irritum quoque ct inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attcntari, Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac Universalibus Provincialibusque et Synodalibus Conciliis editis gcneralibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, cacterisquc contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praescntium

exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio et extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur eisdem praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo etc. nostrorum statutorum, ordinationis, concessionis, indulti, decreti et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae M.D.XCV. VII. Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXC.

Pontifex regi Poloniae commendat Henricum cardinalem Cajetanum in Poloniam legatum a latere miseum.
Reg. Brev. Tom. 40. fol. 98.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Proximis his diebus per celerem tabellarium Maiestati Tuae scripsimus, brevi nos ex fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium numero Legatum ex latere nostro missuros ad te et Regnum istud. Hoc ipsum re ipsa effecimus: nam magno sacri Collegii consensu delegimus dilectum filium nostrum Henricum Cardinalem Caetanum S. R. E. Camerarium, in quo et generis splendor et ea merita et virtutes concurrunt, quae gravissimo huic muneri sunt necessariae, cuius adventum tibi et Regno pro tua tuorumque perpetua erga hanc Sanctam Sedem observantia gratum iucundumque fore confidimus. Is autem, Pascalibus his paucis festis diebus peractis, nostra cum benedictione discedet, magnisque itineribus, quantum fieri poterit, in Poloniam proficiscetur. Id tibi significandum duximus per celerem item tabellarium, ut pro tua providentia, quemadmodum antea ad te scripsimus, ea pares et dispones, quae tu ipse necessaria esse optime intelliges, ut cum Legatus Apostolicus advenerit, iam ad quae agenda sunt, Deo bene iuvante, aditus sit paratior et facilior, saltem ut ad anni superioris formam res sit constituta. Proponitur pietati et virtuti tuae campus latissimus, ut de Dei gloria et Christianae Reipublicae salute egregie si unquam alias merearis, quod saepe commemoravimus et pro rei gravitate saepissime est commemorandum. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XII. Aprilis MDXCVI. Pontifiacus nostri Anno Quinto.

CXCI.

Eidem regi et proceribus eccleeiasticis et saecularibue Poloniae eundem cardinalem pontifex commendat, suadetque, bellum contra Turcas parare. Ibidem fol. 111.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Zelo zelati pro Domo Dñi exercituum, hoc est pro illius Sancta Catholica Ecclesia, cui divina bonitas humilitatem nostram praeesse voluit, et de Christiani populi salute et libertate solliciti intimo doloris sensu excruciamur, dum cernimus teterrimum crucis Christi inimicum Turcam nostra, et superioris temporis memoria tam multas clades et calamitates Christianis intulisse, tot Provincias haereditatis Christi invasisse, tot Regna durissimo iugo opprimere, neque dum tamen illius regnandi cupiditatem exsaturari potuisse; immo vero quod ille semper avide expectavit, id unum hoc potissimum tempore cogitat et molitur, ut Christianam Rempublicam evertat, omnia suae tyrannidi subiiciat, et si fieri possit, fidem et nomen Christianum penitus aboleat: hos autem spiritus gerit, tantumque intolerabili superbia sibi assumit tyrannus immanissimus, sive inveterata felicitate insolens, sive potentia virium suarum ferox, sive denique Christianorum Principum discordibus voluntatibus fretus, qua una via si potissimum crevisse intelligit, itaque hoc sperat alios se vi deterrere, alios oblata utilitatis specie lactare, aliis suavi fallaciis et insidiosae pacis nomine soporem et tenebras posse inducere; postremo variis dolis hanc sibi iampridem viam munit, ut omnes servi illius sint, solus ipse horribilem et omni crudelitate immanem dominatum exerceat. Quae illius cogitationes et machinationes ad Christianam Rempublicam oppugnandam cum nobis non sint ignotae, cumque ex hac Apostolica specula et praesentia incommoda et imminentia pericula prospiciamus, ob eam causam ex nostro pastoralis officii munere non cessamus clamare, et filios nostros in Christo carissimos Reges et Principes Catholicos admonere et vehementius excitare, ut pro Dei gloria, pro christianae fidei defensione et dignitate populi Christiani, pro sua denique ipsorum vita et libertate, quae ipsa etiam vita generosis animis est carior, contra hunc communem et infensissimum hostem communi ardore et consociatis studiis consurgant: atque ut caetera silentio praetereamus, quae hoc de genere apud Maiestatem Tuam adhibuerimus officia, quam efficaciter et litteris et Nuntiis ordinariis apud te nostris et extra ordinem missis,

hoc a te contenderimus, tu ipse est testis: nam quo maiori caritatis affectu te et Poloniae florentissimum Regnum complectimur, et quo magis praeclare de animi tui magnitudine et pietate, et de Polonica virtute ac fortitudine sentimus, eo vehementius optamus, ut ad Othomanorum superbiam prosternendam et Christianorum Rempublicam a iugo ferreo liberandam tuae et Polonorum tuorum maxime illustres sint partes. Et quia huius tam pii et salutaris belli contra Turcas gerendi numquam ex animo nostro cura et cogitatio recedit, sed in corde nostro penitus est infixa, et quia manifeste prospicimus, tuam et Regni Poloniae praecipue cum filio nostro carissimo Imperatore Electo coniunctionem magnas Christianae Reipublicae, et vobis ipsis, Deo iuvante, utilitates, magnum Turcis terrorem et perniciem allaturam, statuimus post tam multas voluntatis nostrae significationes, ex nostro etiam latere Apostolicum Legatum ad Maiestatem Tuam et ad Regnum Poloniae mittere, ut desiderii nostri vis et gravissimi negotii magnitudo tanto expressius appareat. Re igitur in sacro et amplissimo Collegio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium proposita, omnibus comprobantibus, fecimus et constituimus nostrum et Apostolicae Sedis de latere Legatum ad Maiestatem Tuam, et Regnum Poloniae dilectum filium nostrum Henricum tituli sanctae Pudentianae presbyterum Cardinalem Caetanum, S. R. E. Camerarium, quem nunc mittimus ut angelum Domini, qui tibi et Regno paternam et Apostolicam benedictionem nostram deferat, et in tam necessaria causa nos ipsos, qui spiritu semper adsumus, efficacius repraesentet: novit enim intimos sensus nostros, et quanto studio et ardore cupiamus hanc sanctam et salutarem coniunctionem inter duos filios nostros carissimos, iam Dei providentia arcta sanguinis propinquitate coniunctos, qua nunc maxime, Dei gratia opitulante, Christianae Reipublicae utilitas et salus continetur, quaeque ad caeterorum animos copulandos summi momenti et praevalidi vinculi instar erit. Sic igitur Henricum Cardinalem nostrum Apostolicum Legatum audies, ac si nos ipsos audires, sic illi in omnibus fidem cumulatam habebis, quemadmodum nobis ipsis haberes, si tecum praesentes loqueremur: nam de illius praestanti virtute et prudentia et zelo divini honoris nihil necesse existimamus plura dicere, praesertim apud te et quidem illius merita et suscepti labores aliis legationibus et muneribus pro hac Sancta Sede obeundis noti sunt, quemadmodum et illius familiae splendor, quae inter primarias Romanae Nobilitatis numeratur, unde bello et pace viri illustres quamplurimi prodierunt, neque vero dubitamus illius adventum tibi et Senatui isti clarissimo omibusque Poloniae ordiuibus gratum in primis et iucundum fore, teque illum ob reverentiam beati Petri Principis Apostolorum omni debito cum honore et cultu excepturum, omnibus humanitatis officii prosecuturum, praesertim cum a nobis mittatur, qui te in filii unici loco habemus, qui tuam erga nos et hanc Sanctam Sedem pietatem et devotionem diu iam notam et perspectam habemus, quique memoria tenemus, quam pium et religiosum te olim ostenderis in nobis excipiendis, cum adhuc e Cardinalium numero consimilem ad te et Regnum Poloniae legationem obivimus, cuius exitum felicem et Christianae Reipublicae salutarem, Spiritu Sancto auctore, huic quoque filii nostri Cardinalis Caetani optamus et speramus. Is certe et tui nominis valde est studiosus et erga Polonicam nationem egregie affectus, et tuae laudis et gloriae si quis alius percupidus. Age ergo, fili carissime, audi, ut soles, vocem patris tui Romani Pontificis in cius Apostolico Legato, audi vocem matris tuae Romanae Ecclesiae, quae te in Christo genuit, et pro tua felicitate semper orat: revoca ad animum tuum tot magna Dei beneficia, quae larga in te manu effudit, qui te hac florenti aetate duorum Regnorum Regem constituit, hoc ipso potissimum tempore, cum illius Ecclesia Catholica armis et insidiis Turcarum vehementissime oppugnatur, nimirum ut eam pro tua virili parte defenderes, et Polonicum robur et fortissima militum pectora aliorum quoque Regum et Principum copulatis viribus opponeres pro Domo Domini exercituum, a quo omnis potestas, et per quem Reges regnant, ut erudiantur et serviant illi cum timore, qui in vestimento et femore suo scriptum habet, Rex Regum et Dominus Dominantium: cogita, fili, quam multi Reges Christianissimi et fidei defensores non propinquis periculis obiecti, non iniuria aliqua privatim lacessiti, ob solum Dei honorem et Christi iniurias ulciscendas e longinquis regionibus profecti, magnis laboribus, magnis difficultatibus propositis, bella tamen maxima contra infideles susceperunt et pie et fortiter gesserunt: nunc autem et communis omnium et tua particularis causa agitur, quam pio et generoso animo tuo satis est causam Dei agi, hostis saevissimus et implacabilis, qui nullum ius novit, nullis pacis aut Dei legibus constringitur, sola utilitatis mensura metitur, cetera contemnit, hic iam diu religioni et nomini Christiano bellum indixit ad internicionem et interitum, caeptum est iam non tam humano consilio aut deliberatione, quam Dei occulto quodam iudicio et numine eius furori et audaciae resisti, plagas aliquas accepit et factum est quasi miraculum a Dño, tametsi illi insania et iracundia et acccpti vulneris dolore furens multa

minatur, sibi tamen magnopere timet et Christianorum Regum unionem perhorrescit, illudque veluti arcanum patefactum esse indignatur, suas ipsius vires, quamquam magnae sint, non esse insuperabiles, et se quoque vinci posse: in tanta ergo rei bene gerendae spe, hoste semel conturbato et impulso, ne unquam, fili, rogamus te, ne unquam eveniat, aut viventes aut posteri dicant, tua et Polonorum tuorum causa factum esse, quo minus Turcae superati et devicti sint et Christiana Respublica in libertatem vindicata: nam quod vestra culpa Christiana Respublica dum salutaris et pernecessaria coniunctio et belli societas recusatur, maximum et plane letiferum vulnus acceperit, id praesentes conqueri et fama ad posteros transmitti, tam acerba res esset, ut eius vel ipsam quidem cogitationem admittere animus noster refugiat. Sed absit hoc a pietate tua, absit a Regio et excelso animo tuo, immo vero confidimus in Domino, quod tam praeclaram de cuncto populo Christiano et de Catholica religione bene merendi occasionem, non modo non praetermittes, sed cupide amplecteris, et illius gloriae servies toto corde et totis viribus tuis, cui omnia et te ipsum debes, et cui servire regnare est, et vera ac solida est prudentiae ratio et Regnorum firmitas, qui sollicitus erit tui, qui ante te ibit, ut eius praelia ferociter et feliciter praelieris, qui denique te in terra et in coelo gloriosum efficiet in omnem saeculorum aeternitatem. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XX. Aprilis MDXCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Eodem modo Archiepiscopis et Episcopis Poloniae, Magno Regni Cancellario, Senatoribus, Palatinis et Castellanis et aliis.

CXCII.

Eidem regi pontifex commendat Henricum Firleium comitem cardinali Cajetano a ee datum, necnon Petrum Sborovium in Poloniam redeuntem. Ibidem fol. 147 et 336.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Amamus dilectum filium Henricum Firleium ob eius modestiam et ingenuos mores, et eo in primis nomine, quod Maiestati Tuae gratum illum esse scimus. Nunc autem, cum ad te in Poloniam mitteremus nostrum et huius Sanctae Sedis Legatum Apostolicum dilectum filium nostrum Henricum Cardinalem Caetanum, placuit, ut Firleius illi comes itineris adiungeretur: speramus enim, quod iuvenis nobilitate et ingenio praestans, usui et ornamento erit in hac legatione. Quare illum Notarium nostrum et Praelatum domesticum fecimus, ut hoc honore auctus maiores in via virtutis et timoris domini progressus faciat, et nostram ac tuam simul benevolentiam et gratiam tanto magis promereatur. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die XX. Aprilis MDXCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Eidem Regi.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Proficiscitur ex Urbe in patriam et ad Maiestatem Tuam dilectus filius Petrus Sborovius, quem non solum ob familiae nobilitatem, sed ob eius propria ornamenta et virtutem merito multum amamus, eius rei ad te indices damus has litteras nostras, quibus illum tibi plurimum commendamus. Non dubitamus eum tibi pluribus nominibus gratum et acceptum esse, teque tua sponte ad eius commoda propensum: iucundum tamen nobis erit, si nostrae etiam commendationis intuitu tanto eum propensius eiusque res, ubi usus venerit, tua Regia gratia complectaris: ita fiet, ut viri generosi animus virtutis cursum amborum nostrorum patrocinio vehementius incendatur, tuque illum nomini tuo iam nunc addictum multo arctius tibi obstringas. Datum Romae apud Sanctum Marcum etc. die VII. Septembris MDXCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXCIII.

Pontifex Rudolphum Imp. hortatur, ut omne foederi cum Polonis ineundo impedimentum removeat. Ibidem fol. 354.

Carissimo in Christo fili nostro Rudolpho Hungariae et Bohemiae Regi Illustri in Romanorum Imperatorem Electo.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quanto studio laboremus, ut inter Maiestatem Tuam et Carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem pium et pernecessarium foedus ineatur, tu nosti, id adeo ex nostro pastorali officio propter Dei gloriam et totius Christianae Reipublicae commune bonum ardenter concupiscimus: sed tuum etiam privatum commodum, immo hoc ipsum potissimum, tuaque salus magnopere nos commovet atque impellit pro nostra in te vestramque inclytam Domum perpetua et plane paterna voluntate. Quare non possumus non admodum

moleste ferre, quod tam salutaris negotii confectio tanto cum tuo et Christianae Reipublicae detrimento aut impediatur, aut certe retardetur, et quidem ex eo capite, quod iam diu e medio sublatum esse oportuerat, nimirum Bendzinensis transactionis, de qua observanda adhuc disceptari, adhuc difficultates interponi, satis demirari non possumus, cum id non modo a iustitia et aequitate alienum sit, sed vestrae utilitati, vestris rationibus illa ipsa in re, cuius causa maximum unionis bonum impenditur, vehementer adversetur. Crede enim nobis, Caesar, qui te sincere amamus totamque familiam vestram in visceribus Christi gerimus, etiam si de foedere ineundo neque ageretur, neque agendum esset, haec ratio, quae adhibetur, vobis ipsis perniciosa est, et si quando vere tempus et occasio adveniret, hoc ipsum apud eam gentem causam vestram deteriorem faceret. Si nos aliquid de rebus Polonicis scire putas, qui valde e propinquo loco eius nationis mores et naturam perspeximus et veluti manibus contrectavimus, crede hoc nobis, ipsa, quam adeo Principes sectantur, status ratio hanc viam repudiat, aliam suadet, neque nos vestrae utilitatis causa, quantum ex veteri notitia assequimur, aliter sentire possumus, quid hoc ergo absurdi est contra propria commoda cum publico damno laborare? Quamobrem Maiestatem Tuam magnopere hortamur et rogamus, ut pro tua prudentia et aequitate hoc impedimentum quamprimum removeri cures: causa Dei agitur, salus Reipublicae Christianae et vestra peculiaris in medio proposita est, imminet hostis immanissimus horribili potentia, armorum fulgor et propemodum tormentorum fragor auditur, ipse praesens tanto cum exercitu, et adhuc hisce de rebus disceptatur? Non possumus cordis nostri dolorem satis verbis exprimere, sed tu ipse facile coniectura assequeris, quae silentio praeterimus. Amputandae, non cumulandae sunt difficultates, solida utilitas quaerenda, neque propter nescimus quas rerum species et opiniones corpus ipsum et veritas relinquenda. Haec ex magna amoris vi erga te et tuos dolenter dicimus, sed confidimus de tua praestanti virtute, quod non hoc solum, sed caetera quoque omnia prudenter computabis, quae tantum bonum quovis modo impediant et remorentur, ut praesentes et posteri intelligant, te ad Imperii Maiestatem retinendam, ad vestrae familiae veterem laudem conservandam, ad Regnorum tuorum populique Christiani libertatem a Turcarum immanitate asserendam et vindicandam nihil diligentiae praetermisisse. Caetera ex Venerabili fratre Episcopo Cremonensi Nuntio, et Dilecto filio nostro Cardinali Caetano Apostolico nostro Legato, et sermone et litteris uberius cognosces. Datum Romae apud S. Marcum etc. die XVIII. Septembris MDXCVI. Anno Quinto.

CXCIV.

Regi Poloniae pontifex suadet quovis impedimento remoto foedus cum Caesare contra Turcas inire et cardinalem Bathoreum Romam venire iubere. Ibidem fol. 358.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Ex litteris dilecti filii nostri Henrici Cardinalis Caetani, nostri apud Maiestatem Tuam et Regnum istud Apostolici Legati, quae Cracoviae tractata sunt, cognovimus, ac sane dissimulare non possumus, molestissime nobis accidisse, summam totius Reipublicae Christianae utilitatem et salutiferam istam unionem, quam Deo auctore innumera bona consequentur, ex uno Bendzinensi transactionis capite retardari, et tanti momenti negotium haerere ea in re, quae paulo post caeteris constitutis non minus facilem, ut speramus, quam felicem exitum est habitura: neque vero tanti hoc esse, ut propterea tam salutaris et necessarii foederis conciliatio differatur, id satis declarat, quod nihil ex eo neque tuo Regio nomini aut auctoritati detractum, neque ulla ex parte Regni istius quies et tranquillitas est imminuta. Quare pro nostra perpetua in te voluntate et paterna caritate, quae nulli magis quam tibi ipsi mota est, a Tua Maiestate petimus, ut hoc quidquid est impedimenti omnino removeas, et ad primarium unionis negotium conficiendum toto pectore incumbas, unde tibi vera dignitas et solida gloria et cumulata utilitas existet. Nihil enim tibi gloriosius aut utilius, quam Dei gloriae servire et commune Reipublicae Christianae bonum procurare, et tuam Regnique tui totiusque populi Christiani libertatem pro tua virili tueri, quam certe adeo praeclaram, et tua pietate animique magnitudine dignissimam deliberationem modici temporis usura, nullo modo remorari debet: simul enim cum ipsa optata unione hoc ipsum quod expetere videris, statim efficietur, quemadmodum de Carissimi filii nostri Imperatoris Electi prudentia et aequitate plane confidimus. Et his quidem de rebus accuratius tecum aget idem Cardinalis Legatus, qui vim desiderii nostri in duorum filiorum nostrorum, quos carissimos habemus, animis viribusque coniungendis Maiestati Tuae cumulatius exponet. Est praeterea aliud sane pergrave negotium nobisque cordi maxime, quod tecum commu-

nicemus, et ad quod operam et auctoritatem tuam efficaciter adhiberi summopere cupimus. Amamus Dilectum filium nostrum Andream Cardinalem Bathoreum, sed eius iuventutem et fervidum ingenium valde pertimescimus. Et quidem Maiestas Tua meminisse potest, quae tibi a Secretario nostro narrari iussimus, cum in Polonia fel. rec. Sixti V. praedecessoris nostri et huius Sanctae Sedis Legatum gereremus, et eiusdem Pontificis mandato de Cracoviensi Ecclesia illi attribuenda tecum ageremus. Omnino multas ob causas hoc praesertim tempore et rerum statu metuendum est, ne impatientia et furore et disperatione abreptus immane aliquid aggrediatur, quod Christianae Reipublicae et Regno isti et sibi ipsi perniciosum sit. Quare nihil salutarius existimavimus aut existimamus, quam ut ex his locis removeatur quam longissime et Romae sit, ubi tuto et cum dignitate esse potest. Hoc ipsum iam ante complures menses omni officii genere ei persuadere sui boni causa conati sumus, atque eo res erat perducta, ut se Romam venturum et in potestate nostra futurum pollicerctur, postea aut ingenii mobilitate et inconstantia, aut malis consiliis depravatus a proposito discessit, quin etiam asserere non dubitavit, se nihil tale promisisse, quamquam eius promissionis testes ipsiusmet litteras habeamus. Sed summa est, omni modo connitendum est, ut is a Polonia discedat et Romam veniat, hoc causae publicae, hoc privatim Maiestati Tuae expedit, quamobrem etiam atque etiam a te petimus, ut omni conatu, opera, diligentia eum permoveas et impellas, ut quod volumus, agat et quamprimum agat. Volumus autem, ut illi de nobis ea prolixe pollicearis, quae ab amantissimo patre sunt expectanda. Excipiemus eum summa cum humanitate, tractabimus amanter, omni ope et subsidio, quantum poterimus, sublevabimus, erit denique nobis carissimus, tantum hoc effice, ut ad nos veniat: angimur assidua sollicitudine, ne interea praecipiti aliqua deliberatione se perditum eat et multorum secum ruinam trahat, nihil tam atrox, quod de eius moribus et natura suspicari non liceat, animo, ut nosti, adeo perturbato et exulcerato, nusquam alibi quam Romae melius erit. Nihil igitur morae ad hanc rem efficiendam interponas, nihil diligentiae praetermittas. Caetera hoc de genere ab eodem Legato nostro Cardinali intelliges, cui de more fidem cumulate habebis. Nos tibi, fili Carissime, a bonorum omnium auctore bona omnia precamur, tibique paternam et Apostolicam benedictionem nostram toto ex animo impartimur. Datum Romae apud Sanctum Marcum etc. die v. Octobris MDXCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXCV.

Synodus Brestensis praelatorum Ruthenorum, in qua decretum unionis ecclesiae Ruthenae cum ecclesia Romana recipitur et promulgatur. Versio latina coaeva ex originali Rutheno novem praesulum sigillis in ligneis capsulis munito.

In nomine Dei in Trinitate unius. In honorem et sanctam laudem eius, ad hominum salutem, fideique Sanctae Christianae Catholicae corroborationem et exaltationem. Omnibus quorum interest haec nosse. Nos in Domino ad legitimam Synodum Brestiae Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, mense Octobris octava die iuxta Calendarium vetus, in ecclesia Cathediali S. Nicolai congregati, Metropolita et Episcopi ritus Graeci infrascripti, Testamur ad aeternam rei memoriam considerasse nos, quomodo unitas potestatis Ecclesiae Dei in Evangelio, et ipso ex ore Domini et Dei nostri Iesu Christi constituta et firmata sit, nempe ut super unum Petrum sicut in lapide firmissimo Ecclesia Christi stans firmiter ab uno gubernetur modereturque: ut unius corporis unum Caput sit, et in una domo unus dominus et dispensator ministeriorum Dei super familiam constitutus de ordine et de omni omnium bono provideat. Iste quidem ordo ecclesiae Dei inde a temporibus apostolorum inchoatus omnibus seculis viguit: nimirum quod omnes Patriarchae ad unum successorem sancti Petri Papam Romanum, et quod doctrinam fidei, et pro obtinenda auctoritate spirituali et in iudiciis Episcopalibus appellationibusque semper confugerent, uti manifeste ex Synodis et Canonibus sanctorum Patrum patet. Nostra etiam Slavica scripta ex graeco antiquitus translata satis id demonstrant, et veteres sancti Patres ecclesiae Orientalis idipsum testantur, qui quidem huius Petri sanctam sedem, et eius Primatum et auctoritatem in Episcopos totius orbis optime norunt. Nec minus ipsi Patriarchae Constantinopolitani, a quibus haec pars Russiae fidem sanctam accepit, eandem auctoritatem Sedis Romanae sancti Petri per non modicum tempus noverant ipsique subditi erant, ab illa sumebant benedictionem: et quamvis ab ea saepenumero recedebant, tamen iterum ad unionem cum ea adque eius obedientiam redibant. Novissime in Synodo Florentina Anno Dñi Millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, agentibus Ioscpho Patriarcha Caesareque Constantinopolitano Ioanne Palaeologo, ad eandem obedientiam omnino reversi sunt, profitentes Papam Romanum esse patrem, doctorem moderatoremque totius Christianitatis ac legitimum sancti Petri succes-

sorem. Aderat etiam eidem Synodo Florentinae noster Kioviensis ac totius Russiae Archiepus Metropolita Isidorus, qui hanc unionem Patriarchatus Constantinopolitani omniumque ecclesiarum, quae ad eundem pertinent, secum detulit, et has partes Ruthenas in eadem obedientia sub auctoritate ecclesiae Romanae confirmavit. Quapropter Reges Poloniae Maguique Duces Lituaniae, maxime vero Vladislaus Poloniae et Ungariae Rex, necnon et alii Principes multa privilegia Clero ritus Graeci Ruthenique concessere, atque in generalibus Regui Comitiis easdem libertates, queis gaudet Catholica Romana Ecclesia, eidem ipsi impertiere. Siquidem vero ab hac sancta unione Patriarchae Constantinopolitani denuo recesserint, atque poenam luentes huiuscemodi peccati recessionis et disiectae unitatis ecclesiasticae devenerint in miseram servitutem paganorum Turcarum, unde orti sunt innumeri errores, pessima facinora, neglecta est sollicitudo pro legitima administratione ecclesiarum, in his etiam partibus Russiae frequens tandem introducta est abominabilis simonia, siquidem haereses etiam disseminatae sint, totiusque fere Russiae potitae, et depopulentur ecclesias et gloriam Dei labefactent. Nos igitur nolentes tanti peccati participes esse, neque iugum paganorum subire, quo nostri Patriarchae ob poenam peccati sui premuntur; nolentes suppetias ire eorum schismati et perimere unitatem ecclesiasticam, quin potius providentes integritati Ecclesiae et saluti animarum inter tot haereses, quae nuper exortae sunt, ubi nos conscientia admonuit de periculo cum nostrae salutis, tum etiam salutis gregis fidelium nobis a Deo commissi, his aliisque gravissimis rationibus permoti anuo praeterito misimus ad Sñum Dominum nostrum Clementem Octavum Papam Romanum legatos, et frates nostros honorandos in Christo Episcopos Ipatium Poceium Protothronium, hoc est primae sedis Episcopum Wlodimiriensem et Brestensem, necnon Cyrillum Terleczky Exarcham Episcopum Luceoriensem et Ostrosiensem, conscio, annuente adiuvanteque Serenissimo Domino nostro Rege Poloniae et Magno Duce Lituaniae Sigismundo Tertio, Domino pientissimo, cui det Deus felix sempiternumque regnum, supplicantes, ut nos sub suam obedientiam tanquam summus pastor sanctae Ecclesiae Catholicae recipiat, et ab iurisdictione Patriarcharum Constantinopolitanorum eximat et absolvat, conservetque nobis omnes ritus caeremoniasque ecclesiarum Orietalium, Graecarum atque Ruthenarum, et ut nihil in ecclesiis nostris immutet, sed omnia iuxta traditionem sanctorum Patrum Graecorum integra relinquat. Quod cum reipsa fecisset, deque his omnibus litteras dedisset atque privilegia, iniungens, ut congregata Synodo professionem faciamus sanctae fidei, praestemusque obedientiam Sedi Romanae sancti Petri, (eiusque successori) Clementi Octavo atque eius item successoribus. Nos igitur hodie in hac Synodo id fecimus, prout litterae nostrae manu uostra subscriptae et sigillis obsignatae testantur: quae quidem litterae manibus Nuntiorum eiusdem Beatissimi Patris Papae Clementis ad hanc Synodum missorum, nempe Venerabilis Ioannis Demetrii Solikowski Archiepiscopi Leopolitani, et Reverendissimorum Patris Bernardi Macieiowski Episcopi Luceoriae, Patris Stanislai Gomolinski Episcopi Chelmensis tradidimus, praesentibus Interuuntiis Serenissimi Regis Sigismundi Tertii Magnifici Domini, nempe Magnifico et Illño Principe in Olica et Niesviecz, Nicolao Christophoro Radivilio Palatino Trocensi, Magnifico Leone Sapicha Cancellario Magni Ducatus Lituaniae, et Demetrio Chalecki Thesaurario Magni Ducatus Lituaniae, Capitaneo Brestensi, aliisque quamplurimis ecclesiasticis et secularibus viris ad hanc Synodum congregatis. Datum ut supra dictum est cum subscriptione nostrarum manuum.

Michael Rohosa Archiepiscopus Metropolitanus Kiovieusis Haliciensis ac totius Russiae mpp.
Hypatius Pociey Episcopus Wlodimiriensis ac Brestensis mpp.
Cyrillus Terleczky Dei gratia Exarcha Episcopus Luceoriensis et Ostrosiensis mpp.
Georgius Herman Archiepiscopus Polocensis Epus Vitebscensis et Mscislaviensis mpp.
Dionysius Zbiruysky D. G. Episcopus Chelmensis et Belzensis mpp.
Ionas Hohol D. G. Episcopus Pinscensis et Turoviensis mpp.
Adeodatus ..... D. G. Archimandrita Braclaviensis et Grodnensis mpp.
Gedeon Brolnicky Archimandrita Lavriszoviensis mpp.
Paisei Archimandrita Minscensis mpp.

CXCVI.

Regem Poloniae pontifex de obitu Annae reginae viduae consolatur. Reg. Brev. Tom. 40. fol. 391.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Multo cum doloris sensu legimus litteras Maicstatis Tuae, quibus migrationem ex hac vita carissimae in Christo filiae nostrae

Annae Iagelloniae Polouiae Reginae nobis significasti. Quae sane litterae quo magis dolenter et efficaciter erant scriptae, eo vehementius viscera nostra paterna commoverunt, et pene lacrymas excusserunt: vidimus enim in his expressam imaginem pietatis tuae erga materteram tuam carissimam, quam semper matris loco coluisti, vidimus pias lacrymas tuas et magni moeroris affectum christiana prudentia temperatum. Sic enim gravem iacturam ob publicas et privatas complures causas dolcs, ut te ipsum tamen in Domino consoleris, et Reginam religiosissimam ex terreno Regno ad caeleste, a brevi et mortale hac vita aerumnarum plena ad illam immortalem et sempiternam, et beatorum cum choro regnantium felicitatem evocatam esse confidimus. Sic enim pie credendum est de lectissima foemiua, cuius vita, ut vere narras, innocentiae, sanctimoniae, religionis, misericordiae in pauperes exemplar fuit, quae tot Regum et Principum stirpe clarissima prognata, Christianam humilitatem semper retinuit, neque in fluxis huius saeculi honoribus, sed in cruce Christi gloriabatur. Itaque, fili carissime, etsi utriusque nostrum iustus est dolor ob eius mortem, quam tu ut matrem, nos ut filiam in Christro totis paternae caritatis visceribus diligebamus: at tamen non tam tristemur, quia mortua est, quam gaudeamus, quia in Domino mortua est, in quo beati ii sunt, qui moriuntur, et gratulationibus prosequendi, praesertim quod in senectute plena dierum et operum bonorum in Domino obdormivit, et te sororis filium, quem unice amabat, duorum Regnorum Regem florentissimum vidit, et natos tuos in sinu gestavit, et te superstitem atque haeredem reliquit, quod ad magnam illius humanae felicitatis partem sane pertinet. Nunc ergo illius animae bene precamur a patre misericordiarum, ut ei locum refrigerii et pacis indulgeat in regione vivorum. Tibi vero, fili carissime, prospera omnia optamus, tibique nostram Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Tusculi etc. die XIX. Octobris MDXCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXCVII.

Eidem regi pontifex suum dolorem, quod eius unio cum Caesare ad arma capessenda contra Turcas perfici nequeat, significat. Ibidem fol. 392.

Carissime in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Accepimus litteras Maiestatis Tuae Varsoviae datas, et de eo negotio copiose scriptas, quod unum potissimum hoc tempore cordi nostro penitus infixum inhaeret, et de quo maxime pro summa eius utilitate et gravitate anxii et solliciti sumus, nimirum de pernecessaria unione et sacro foedere conciliando inter te et Regnum istud, et Carissimum filium nostrum Rodulphum Imperatorem Electum, contra communem totius uominis Christiani vestrumque proprium et infeusissimum hostem Turcam, vidimusque quae Maiestas Tua scribit de his, quae hactenus acta erant inter Caesareos et tuos Regnique Poloniae Delegatos, quaeque adhuc difficultates tantum et tam optatum Christianae Reipublicae bonum remorabantur. Nos vero neutrum ex duobus filiis nostris carissimis accusare, aut in quemquam eorum culpam reiicere volumus, novimus amborum prudentiam et pietatem, astutiam potius et invidiam antiqui humani generis hostis hic quoque perspicimus, qui semper hoc cogitat et molitur, ut Dei gloriam, si quo modo possit, impediat: hoc tamen dissimulare non possumus, optasse nos, ut iu re tanti momenti, unde non Regnorum vestrorum modo, sed totius populi Christiani salus pendet, ab utroque vestrum pari studio et ardore collaboratum esset ad quascumque difficultates superandas, et ad impedimenta quaevis amputauda et removenda, ut mundo, angelis et hominibus manifeste constaret, nihil vobis carius, nihil esse antiquius Dei Opt. Max. honore et Christianae Reipublicae bono. Patere autem, fili carissime, ut a te, quam in intimis caritatis praecordiis gerimus, hoc paterne requiramus, tuas praecipuas esse partes in Dei gloria procuranda et populi Christiani libertate defendenda, qui praeter caeteros ob multiplicia et singularia in te collata divinae misericordiae dona et beneficia Deo es obstrictus. Crede enim nobis, non de Caesaris Regnis et ditione ob infensissimi hostis vi et furore vindicanda agitur, sed totius Christianae Reipublicae salus, dignitas, libertas in medio versatur, utrum tandem aliquando hoc ferreum iugum Dei dextera virtutem faciente, vobis imprimis coniitentibus a cervicibus populi Christiani excutiendum et conterendum sit, an perpetuo serviendum Tyranno illi immanissimo, qui amborum vestrum sauguinem avidissime sitit. Hoc enim Maiestatem Tuam et prudentes viros rerumque usu peritos, Senatores istos et totius Regni ordines cogitare oportet, Ungaria in Turcarum potestatem prorsus redacta, Caesare superato, nihil apud vos tutum fore, et Poloniam quoque superbissimi victoris praedam fore, qui nullum ius, nullum foedus, nullam fidem agnoscit, quod tam multa exempla, nisi nos ipsos fallere velimus, nimis comprobaut. Itaque ad tuam et

illorum providentiam pertinet, vetus illud ad animum revocare, ex proximi parietis incendio suae domui metuendum esse, neque ociosum spectatorem esse vicini mali: tuam enim rem agi, et propterea aequum est, immo etiam plane necessarium, ut Polonia hanc communem causam suam et propriam ducat, alioquin eadem, quod Deus avertat, flamma conflagrabit et eadem ruina obruetur. Quis enim credat Turcam semper insolentem victoria multo magis elatum, viribus auctum tanta occasione non usurum, ut in coniunctam et sibi adeo opportunam Provinciam non pervadat? An illi fortasse causae deerunt, quas contra vos praetexat, qui hoc in magnae iniuriae loco numerat, si quis eius cupiditatibus non obtemperet et illi non serviat? aut quae tandem in Polonia arces et civitates sunt, tam natura et arte munitae et instructae, quae torrentem illum, si semel Ungariam inundaverit, tam valido obiectu sustineant et avertant, ne campos quoque vestros immani aquarum diluvie absorbeat? Non est prudentiae vestrae hoc vobis ipsis persuadere, neque in tanti periculi angustias vos ipsos coniicere, cum haec discrimina multo ante providere et facile Deo iuvante vitare liceat: tantum enim in vestra amborum Regum coniunctione positum est, ut vel ipsa tantum fama et opinio unionis vestrae, ut res humanae et belli praesertim opinione plurimum nituntur, summam hosti formidinem et terrorem, vobis et populo Christiano salutem allatura sit. Nos igitur, fili carissime, tibi ipsi et Regno tuo hanc gloriam invidere, conservatae Reipublicae Christianae in negotiis gravibus difficultates emergere non negamus, atqui in hoc ipso non tanti sunt, ut propterea tantum tam multiplex et privatum et publicum bonum sit impediendum, non omnia ad vivum resecanda, neque tam exquisitis libranda ponderibus, multa Deo, patriae, nomini Christiano condonanda, et multa dissimulanda propter maius bonum, multa tractatione ipsa molliuntur et faciliora fiunt, praesertim tuae naturae bonitate et Regii animi tui magnitudine. Accedit praesentia nostri Apostolici Legati, publici boni studiosissimi, Tuae Maiestatis amantissimi tuaeque gloriae cupidissimi, cuius tu ipse prudentiam et integritatem merito commendas. Quare etsi valde angimur et cor nostrum intimo dolore discruciatur, quod non praesentes tantum, sed futuras calamitates longe prospicimus, tamen nullo modo desperamus, sed de clementia Dei confidimus fore, ut quod optamus, feliciter eveniat, atque haec optatissima et saluberrima unio inter duos carissimos filios nostros, lumina populi Christiani, ornamentum Ecclesiae Catholicae, fidei propugnacula firmissime constringatur: quod quidem ab ipso patre misericordiarum assidue petere una cum bonis non cessamus. Quibus de rebus omnibus tecum coram copiosius aget idem dilectus filius noster et Apostolicus Legatus Cardinalis Caetanus, cui fidem ita de more habebis, ac si nos ipsos tecum loquentes audires. Nos interea Maiestati Tuae et filiae nostrae in Christo carissimae Reginae coniugi tuae, natoque vestro dulcissimo nostram Apostolicam benedictionem paterno affectu impartimur. Datum Tusculi sub annulo Piscatoris die XXVI. Octobris M.D.XCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXCVIII.

Pontifex gratulatur episcopis et proceribus Poloniae de synodo Brestensi Ruthenorum feliciter absoluto, commendatque ipsis et regi episcopos Ruthenos, qui ad possessionem omnium iurium concessorum admittantur.
Reg. Brev. Tom. 41. fol. 21.

Venerabilibus fratribus Ioanni Demetrio Archiepo Leopoliensi, Bernardo Luceoriensi et Stanislao Chelmensi Episcopis, et Dilectis filiis Nobilibus viris Nicolao Christophoro Duci Olicae, Leoni Cancellario et Demetrio Thesaurario Magni Ducatus Lithuaniae.

CLEMENS PP. VIII. Venerabiles fratres et Dilecti filii Nobiles viri, salutem etc. Recrearunt nos in Domino et spirituali cor nostrum laetitia compleverunt litterae vestrae, quas vinculo caritatis coniuncti simul ad nos e Bresta Lithuanica scripsistis, ex quibus et ex actorum serie caeterisque scriptis ad nos transmissis cognovimus, Synodum provincialem Episcoporum Ruthenorum a Venerabili fratre Michaele eorum Metropolitano ad praescriptum mandati nostri indictam et celebratam esse, atque in ea cum ipsum, tum eius Coepiscopos et ex Clero primarios, quae Romae ab eorum procuratoribus et oratoribus acta erant, rite comprobasse, atque iterum fidei Catholicae professionem fecisse, et nostrae humilitati atque huic Sanctae Apostolicae Sedi, in qua immeriti praesidemus, veram obedientiam detulisse, et ut membra corporis Christi, quod est Ecclesia, suo legitimo capiti adhaesisse, atque haec omnia scripto et signis suis confirmasse. Benedictus Deus et Pater misericordiarum, qui numquam cessat effundere divitias bonitatis suae, et animas pretioso Agni immaculati sanguine redemptas in viam pacis et salutis dirigere, et quamvis antiquus humani generis hostis, cuius insidias non ignoramus, vias

Domini rectas subvertere et opus Dei, si quo modo posset, impedire conatus sit, tanto magis in Domino gaudemus, quod vester zelus, fratres Venerabiles, quod studium vestrum in causa Dei, filii dilecti, quodque vestrum omnium constantia adversus Satanae machinationes tanto maiori vestra cum laude eluxit, qua in re filii nostri Carissimi Sigismundi Regis saepe quidem perspectam pietatem nunc etiam agnovimus, qui viros fortes et prudentes delegit, qui eius nomine ad tam pium negotium conficiendum et impedimenta removenda praesto adessent, quem certe tantum animi ardorem ad id prae se tulisse, ut scribitis, non tam novum, quam iucundum nobis accidit, et hoc ipsum de eo iam nobis plane persuadebamus. Et licet aliqui ex Ruthenis Episcopis magis tenebras dilexerint, quam lucem, et hanc sanctam et salutarem Unionem non receperint: attamen de illis quoque, ut recte dicitis, meliora speranda sunt, Spiritu Sancto auctore, quem pie oramus, ut auferat velamen de cordibus eorum, et ad fratrum imitationem permoveat, ut et ipsi salvi fiant in Christo Iesu, qui est pax nostra. Hortamur autem vos, fratres et filii, ut Metropolitanum et Episcopos illos fratres nostros, qui in gremium Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae recepti iam nobiscum unum sunt in Christo, omni caritate foveatis, omni ope et opera apud Regiam Maiestatem adiuvetis, ut honoribus affecti et commodis aucti se vere a vobis fratrum loco haberi, seque Regi carissimos esse intelligant, ut in omnibus glorificetur Deus et pater Domini nostri Iesu Christi, qui reddit vobis mercedem bonam in die retributionis, vestramque erga nos et hanc Sanctam Sedem devotionem, quam paterno affectu prosequimur, tanto magis ostendetis. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XVIII. Ianuarii MDXCVII. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXCIX.

Constitutio pontificia, qua excommunicationis sententia ab asserto patriarcha Constantinopolitano in episcopos Ruthenos caeterosque ex clero et saecularibus eiusdem gentis ad unitatem ecclesiae nuper reversos lata irritatur et annullatur. Ibidem fol. 127.

CLEMENS PP. VIII. Ad futuram rei memoriam. Significatum nobis est de asserto Patriarcha Graecorum, qui apud Constantinopolim residet, quique nobiscum et cum hac Sancta Apostolica Sede, in qua meritis licet impares Deo tamen auctore Universali Ecclesiae praesidemus, non communicat, quod cum audisset, Venerabiles fratres, Metropolitam et Epos aliquos Ruthenos, necnon ex Clero et populo nationis illius quam plurimos divinae gratiae lumine collustratos, Graecorum schismate et erroribus reiectis, ad unionem S. R. E. omnium Ecclesiarum matris et magistrae ultro venisse, et unam catholicam fidem, quam eadem Romana Ecclesia a Bmo Apostolorum Principe Petro cum sanguine gloriosi martyrii acceptam semper docuit et docet, et sine qua nemo salvus esse potest, recepisse, atque ex formula praescripta rite et publice profcssos esse, nosque eosdem Ruthenos id instanter et humiliter petentes intra gremium eiusdem Catholicae Rom. Ecclesiae benigne et paterne admisisse, idem assertus Patriarcha, zelo non secundum scientiam, neque spiritu caritatis et pacis, sed schismatis et dissensionis permotus, omnes Ruthenos, qui communionem fidei et unitatis nobiscum et cum hac Sancta Apostolica Sede receperunt et professi sunt, temere nimis atque audacter excommunicare praesumpsit, cum potius Deo altissimo gratias agere, et ipse quoque ad cor redire et eandem viam salutis ingredi, et pacem et concordiam in Christo amplecti debuisset. Quae cum ita se habeant, Nos pro nostro pastorali officio tantam audaciam coercere, quam certe dissimulare non possumus, et opportune providere volentes, ne ex eiusmodi praetensa excommunicatione pusilli aliqui scandalum accipiant, neve fortasse trepident, ubi non est timor, ob eam causam per has nostras litteras eamdem excommunicationem a dicto asserto Patriarcha contra dictos catholicos Ruthenos, sic ut dictum est prolatam, invalidam, nullam, irritam et inanem nulliusque valoris, roboris vel momenti fuisse et esse, dictosque Praesules, et alios catholicos Ruthenos nullatenus affecisse vel afficere auctoritate nostra Apostolica tenore praesentium dicimus et declaramus, eamque ut temere, nulliter et de facto latam revocamus, et abolemus et quatenus opus est, invalidamus, irritamus, cassamus et annullamus et pro revocata, abolita, irritata, cassata et annullata haberi volumus, decernimus et significamus, mandantes eisdem Venerabilibus fratribus Metropolitae et Episcopis Ruthenis, gratiam et communionem nostram et Apostolicae huius Sedis habentibus, ut ubi et quoties opus fuerit eisque expedire videbitur, per se ipsos, aut per parochos aliosve hanc nostram declarationem, abolitionem atque irritationem et annullationem clero et populo nationis Ruthenae, qui Romanae Ecclesiae unitatem et obedientiam amplectuntur, eadem nostra Apostolica auctoritate suffulti publice significent et denuntient, seu significari et denuntiari curent, excommunicationem praedictam nullam,

irritam atque inanem fuisse et esse, ut praefertur, publicent et promulgent, seu publicari et promulgari faciant et mandent, contrariis non obtantibus quibuscumque. Quod si idem assertus Patriarcha aliquid deinceps eiusmodi attentare praesumpserit, illud ex nunc irritum atque inane decernimus et declaramus. Quo vero magis iidem catholici Epi Rutheni fratres nostri intelligant, antiquum humani generis hostem opus Dei impedire et vias rectas subvertere conari, tanto ipsi magis pervigilent atque elaborent, ut nationem illam in fide et pietate et salutari unione, Dei adiutrice gratia, conservent et multos a via salutis aberrantes convertent. Datum Romae apud S. Marcum etc. die v. Iunii MDXCVII. P. n. Anno Sexto.

CC.

Pontifex archiepo Gnesnensi et magno regni cancellario episcopos Ruthenos eorumque clerum et populum commendat, ut eosdem praesertim absente rege contra schismaticorum molitiones tueantur. Ibidem fol. 143.

Venerabili fratri Stanislao Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Nihil necesse arbitramur commendare Fraternitati tuae Ruthenos Episcopos fratres nostros, qui reiectis erroribus et pernicioso schismate ad fidei veritatem et Catholicae Ecclesiae unitatem redierunt. Nobis enim perspecta est pietas tua et zelus divini honoris, teque sponte tua paratum esse non dubitamus propter Dei gloriam tueri Episcopos illos, qui iam nobiscum unum sunt in Christo. Sed quia illos valde amamus, et insidiae Satanae nobis ignotae non sunt, ne forte occasione arrepta per absentiam Carissimi filii nostri Sigismundi Regis aliquis ex Schismaticis quidquam eis iniuriae, aut incommodi quovis modo inferre moliatur, ob eam causam Fraternitatem tuam hortamur et requirimus, ut eorumdem patrocinium totiusque illius nationis, quae nostram communionem sequitur, tanto efficacius suscipias, quanto id nobis gratius fore intelligis. Datum Ferrariae sub annulo Piscatoris die XXIX. Iulii MDXCVIII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Dilecto filio Nobili viro Ioanni Zamoschio Regni Poloniae Magno Concellario.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Libenter Nobilitati tuae ea proponimus, quae ad Dei gloriam et Catholicae Religionis incrementum in Regno isto pertinent, ut quae tua sponte facis, nostro etiam hortatu impensius facias. Commendamus igitur tibi efficaciter Venerabiles fratres Episcopos Ruthenos, illos qui Spiritus Sancti afflatu, schismate reiecto, ex errorum tenebris ad lumen Catholicae veritatis emerserunt, et intra sinum Sanctae Romanae Ecclesiae, extra quam non est salus, a nobis sunt recepti. Veremur enim, ne per absentiam Carissimi filii nostri Sigismundi Regis Satan per idoneos aliquos ministros suos eis molestiam inferre moliatur. Tu ergo pro tua pietate servos Dei membra nostra, et eorum Clerum et populum patrocinio tuo tuere et difende, ut publica quies omni ex parte retineatur, atque hoc quoque laudis apud bonos et meriti apud Deum Nobilitati tuae accrescat. Datum Ferrariae etc. ut supra.

CCI.

Pontifex Claudium ex comitibus Rangonis episcopum Regiensem nuntium apostolicum in Poloniam mittit, et Michaeli metropolitae Kioviensi inter caetera de eodem scribit. Reg. Brev. Tom 43. fol. 15.

Venerabili fratri Michaeli Metropolitano Chioviensi et totius Russiae.

Clemens PP. VIII. Venerabili frater, salutem etc. Nulla locorum distantia caritatem disiungit, et nos fraternitatem tuam amamus et tamquam portionem corporis nostri complectimur in visceribus Iesu Christi, posteaquam pio et salutari consilio rediisti ad unitatem Sanctae Romanae Ecclesiae, omnium ecclesiarum matris et magistrae, una cum Episcopis tuis, qui lucem illam Spiritus Sancti acceperunt. Nunc ergo per has litteras nostras nostri erga te amoris testes salutamus te paterno affectu: nam per hoc tempus mittimus ad Carissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem, et ad Regnum ipsum novum ordinarium Nuntium nostrum et huius Sanctae Apostolicae Sedis, in qua, Deo ita disponente, meritis licet impares praesidemus. Is autem est unus ex Praelatis nostris domesticis, quique in divinis officiis nobis proprius assistunt, Ven. frater Claudius Epus Regiensis, ex nobili Comitum Rangonum familia natus, sed multis praeterea meritis et virtute praestans, quem praeterea valde amamus. Huic fidem fraternitas tua in omnibus cumulate habebit, et quae ad Dei gloriam et animarum utilitatem et Catholicae fidei amplificationem in tua ista natione pertinere intellexeris, poteris multa cum fiducia cum eo communicare: nam ope, opera et omni officii genere, quantum cum Dño poterit, tibi adiumento erit, ut in vinea ista

excolenda fructuosius, benedicente Dño, labores. Age igitur, frater, vigila super gregem tibi creditum, illumque intra Dñi ovile fideliter retine, hoc est in unione cum hac Sancta Sede, ut simul cum illis aeterna gaudia consequaris: et nos tibi et Clero ac populo tuo fideli Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XI. Ianuarii MDXCIX. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCII.

Pontifex regi Poloniae episcopos Ruthenos iterum commendat, ut eisdem observentur quaecunque promissa fuerunt, quando ad unitatem ecclesiae redierunt, utque eosdem contra molitiones schismaticorum praesertim Patriarchae Constantinopolitani defendat. Ibidem fol. 154.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Non ignorat Maiestas Tua, quanto paternae caritatis affectu receperimus Episcopos nationis Ruthenae, qui pernicioso schismate caeterisque erroribus reiectis ad gremium Catholicae et Apostolicae Ecclesiae redierunt, quos etiam eodem tempore tibi accurate commendavimus: amamus enim illos ut fratres Venerabiles et ut membra nostra in Christo, et certe quasi novella plantatio omnibus humanitatis officiis est irriganda, ut in fide et unitate firmiter coalescat. Quare iterum et saepius eos tibi commendamus atque a te magnopere petimus, ut quae pacta et conventa sunt, rite et recte quaeque eis promissa sunt, cum ad hanc salutarem unionem accesserunt, ea et a te observentur, et a caeteris observanda cures: hoc enim et aequum est, et tua pietas id postulat, et Christianae Reipublicae utilitas ad Catholicam fidem propagandam merito requirit. Et quia satanas non cessat, ut accepimus, circuire, si quomodo tritico Domini zizania superseminet atque admisceat, et tantum bonum sua astutia imminuat: Maiestatem Tuam etiam atque etiam hortamur et requirimus, ut omnem diligentiam adhibeas, ne haeretici et schismatici aliquid contra sanctam hanc Ruthenorum cum Romana Catholica Ecclesia unionem moliri possint, quod si id tentare ausi fuerint, ut certe cos audire non dubitamus, tua auctoritate et iustis poenis coercerantur. Tum etiam pro tua prudentia pervigila, ne Episcopi schismatici, qui clam ad regiones istas ditionis tuae a Patriarcha Constantinopolitano, ut relatum est nobis, mittuntur, plebem perturbent, neve occultas seditiones excitent magno fidei Catholicae et animarum illarum detrimento. Vides rei gravitatem, agitur Dei honor et multorum aeterna salus, hoc nobis cordi est maxime, optamus, ut tu quoque in eamdem curam sedulo incumbas, ne fraude atque insidiis satanae et ministrorum eius, iis qui nobiscum singulari Dei dono unum corpus in Christo sunt effecti, ullo modo vexentur et in aliquod discrimen incurrant. Erit hoc Maiestati Tuae ad praeclarum meritum apud Deum, et nobis quoque pergratum facies, qui te ut filium Carissimum unice amamus, tibique Apostolicam benedictionem nostram toto ex animo impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 3. Aprilis 1599. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Novimus nos quidem pietatem Maiestatis Tuae et zelum divini honoris nobisque persuademus, ubi de gloria Dei et animarum salute et Catholicae Religionis propagatione agatur, te sponte tua per illius gratiam, in cuius manu sunt corda Regum, ita incensum esse, ut cohortationis nostrae stimulis non indigeas. Sic enim te decet, fili Carissime, toto cordis ardore Deo fideliter servire, qui te tot donis cumulavit, et coronavit te in misericordia et miserationibus suis. Sed nos pastoralis officii nostri cura urget, et Ven. fratres Ruthenos Episcopos, qui se in sinum Catholicae et Apostolicae Ecclesiae Spiritus Sancti instinctu coniecerunt, tanto caritatis affectu complectimur in visceribus Iesu Christi, ut de illorum quiete, dignitate et commodis non valde solliciti esse non possimus. Audimus enim, et multa cum molestia audimus, malorum omnium architectum satanam huic sanctae unioni infensum miris modis vexare Episcopos illos, qui pernicioso schismate damnato Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum caput, matrem et magistram agnoverunt et professi sunt, et per idoneos impietatis ministros multa moliri et omnem machinationem movere, si quo modo salutiferam unitatem recenter conglutinatam labefactare possit: sed confidimus in Dei clementia et in Tuae etiam Maiestatis virtute et catholici animi magnitudine, quod porta inferi adversus causam Dei et servorum eius non praevalebunt: tametsi illud, quod ad nos affertur, valde acerbum est, Venerabilem fratrem Metropolitam Ruthenorum Catholicorum a viro nobili Regni istius, ut cuidam Abbati schismatico gratificaretur, bonis fere omnibus et possessionibus spoliatum esse, quod nullo modo a

te est ferendam. Quamobrem, quod aliis quoque litteris nostris fecimus, Maiestatem Tuam etiam atque etiam hortamur atque a te efficaciter petimus, ut propter gloriam Dei et fidem Christi Domini et, propter Sanctam Romanam Ecclesiam matrem tuam carissimam, et nostrae commendationis intuitu catholicos Ruthenos Episcopos habeas quam commendatissimos, neve eos a quoquam iniuria affici patiaris, sed eos tua Regali gratia foveas, adiuves, omnique denique ratione sanctae unionis nexum, Deo iuvante, adstringas, et eos, qui illum dissolvere impie concupiscunt, pio zelo commotus coerceas, curesque, ut quae illis promissa fuere, in primis de loco Senatorio, de clericorum privilegiis, quibus caeteri catholici clerici et presbyteri in Regno tuo isto fruuntur, et caeterae conditiones re ipsa observentur, ut ius et aequum postulat, et multa certe cum propensione et cumulata mensura, ut novella Christi plantatio tua et aliorum beneficientia irrigata crescat ad laudem Dei, quin etiam ad tuam ipsius, fili Rex. Nihil enim te dignius et Deo gratius facere potes, ne quid interea de nobis ipsis dicamus, quibus id erit plane gratissimum, quemadmodum Ven. frater Episcopus Regiensis noster Apostolicus Nuntius pluribus verbis testabitur Maiestati Tuae, cui cum nostra Apostolica benedictione summam a Deo felicitatem toto ex animo precamur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die x. Iulii MDXCIX. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCIII.

Archiepiscopo Leopoliensi, ut de veritate cuiusdam miraculi inquirat. Reg. Brev. Tom. 43. fol. 169.

Venerabili fratri Ioanni Demetrio Archiepiscopo Leopoliensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. De re imprimis gravi ad nos scriptas fraternitatis tuae litteras accepimus, nimirum de his, quae acciderunt apud oppidum Zurorum, quod est in tua ista dioecesi, cum sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum in altari propositum esset in eiusdem oppidi parochiali ecclesia, quo tempore quadraginta horarum oratio sacro ritu celebrabatur. Nam ut ex rei gestae narratione percepimus, in eiusdem Venerabilis Sacramenti hostia parvuli pueri species apparuit, sed valde vario modo, cum aliqui unam, aliqui duas, unus etiam ex his, qui aderant, tres personas simul se vidisse dixerit, et interdum pueri imago sine hostia, interdum hostia et puer, ut diversi narrabunt, cernerentur. Laudamus autem in Domino fraternitatis tuae prudentiam et circumspectionem, quod nihil properato et festinanter in negotio tanti momenti egisti, sed ex praescripto sacri Tridentini Concilii rem totam a viro pio, prudenti et erudito, atque Ecclesiae tuae Canonico examinari et in acta publica redigi curasti, et deniqne ad nos atque ad hanc Sanctam Apostolicam Sedem, in qua immeriti Deo auctore praesidemus, omnia referre voluisti. Nos vero, omnibus diligenter consideratis, adhibitis etiam in consilium Venerabilibus fratribus nostris Cardinalibus sanctae Inquisitioni praefectis, de apparitione, de qua ad nos scripsisti, nihil certe ex hactenus narratis definire possumus. Quapropter te in Domino vehementer hortamur tibique mandamus, ut valde considerate et circumspecte, ut iam fecisti, procedas, ne quis fortasse Satanae, cuius astutias non ignoramus, dolus subsit atque illusio lateat, maxime cum eodem tempore aparuerit hostia ac forma pueri, caque triplex. Illud autem a te nobis significari cupimus, an post illa, quae supra narrata sunt, aliquis haereticorum motus sit consecutus, qui erroribus reiectis ad fidem catholicam se converterint, aut catholici in fide confirmati fuerint, vel maiorem fervorem erga sanctissimum Sacramentum conceperint. Tu vero, frater, vigila, ut facis, super gregem tuum, messis enim multa in istis regionibus tibi proposita est, ut haeresis et schismatis zizaniis expurgatis triticum multum in horreum Domini inferas, ipsius gratia adiutrice, a quo omnis sufficientia nostra est, et nos tibi Apostolicam benedictionem nostram benigne impartimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die 28. Aprilis 1599. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCIV.

Archiepiscopum Gnesnensem pontifex de synodo provinciali convocanda collaudat. Ibidem fol. 280.

Venerabili fratri Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Inter caetera multa, quae divino Spiritus Sancti numine a sacro Tridentino Concilio prudenter et salubriter decreta sunt, illud certe in primis ad multas Ecclesiae Dei utilitatis accommodatum est, quemadmodum et tua fraternitas novit optime, quod est de Conciliis provincialibus celebrandis: nam ad mores praesertim clericorum conformandos, ad controversias componendas, ad fidem Catholicam propagandam, ad pietatem fidelis populi alendam, ad omnem denique Ecclesiasticam disciplinam constituendam, sacri illi provincialium Episcoporum cum suo Metro-

politano Conventus magnam vim, Dei adiutrice gratia, magnam efficaciam habent, tum fratrum amor in Christo congressu illo et colloquio et communium rerum communicatione nutritur, et spiritus caritatis, qui maxime Episcopos decet, magnopere augeatur. Itaque delectarunt nos valde litterae fraternitatis tuae, quibus nobis significasti, cogitare te de Synodo provinciali indicenda, atque ad eam rem nostram Apostolicam benedictionem requiris. Nos vero Synodum provinciae tuae et Coepiscoporum tuorum a te cogi valde probamus, eaque res expedita est, et brevi etiam ac multo cum fructu confici potest: nam Nuntium nostrum et huius Sanctae Sedis, in qua meritis imparibus, Deo auctore, praesidemus, eidem provinciali Synodo praesidere, nihil necesse est, et moram negotio adhiberet, aliasque difficultates complures afferre posset. Quare hortamur fraternitatem tuam, ut provincialem Synodum ex Episcopis Suffraganeis tuis quam primum ex sacrorum Canonum praescripto indicas et celebres, speramusque de summa Dei benignitate et tua perspecta pietate et prudentia, quod eiusmodi provincialis Synodi Gnesnensis celebratio multis malis et incommodis depellendis opportunum, efficax et praesens remedium erit, ad cuius deinde decreta confirmanda nostrae auctoritatis robur, quemadmodum in Domino expedire intelligemus, libenter adiiciemus. Tuam vero, frater, pastoralem curam commendamus: et ut tui officii munus, Deo iuvante, tanto fructuosius exequaris, nostram paternam et Apostolicam benedictionem tibi ex animo impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 17. Iulii 1599. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCV.

Hypatius de Wlodomiriensi ecclesia ad ecclesiam metropolitanam Kioviensem transfertur.
Reg. Brev. Tom. 44. fol. 55.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Vera narrat Maiestas Tua de Venerabilis fratris Hipatii Episcopi Wlodimiriensis Rutheni insigni pietate et pastorali vigilantia, et pio quodam ac ferventi zelo salutaris illius unionis conservandae ac propagandae, quae Spiritu Sancto auctore tanta cum tua et nostra bonorumque omnium spirituali voluptate conciliata est, multa etiam cum ipsius Hipatii laude, quem nos amamus plurimum et complectimur in visceribus caritatis Christi. Itaque probavimus valde consilium Maiestatis Tuae, ut in Metropolitanae Ecclesiae Chioviensi nationis eiusdem Ruthenae, quae Ecclesia sui pastoris solatio orbata est, nostra Apostolica auctoritate praeficiatur, quod iam multo antea esset effectum, nisi ea, ut nosti, deliberatio moram attulisset, quemadmodum Episcopo consuleretur, ne ex dimissione prioris Ecclesiae nimium detrimentum pateretur, et ut loci ac muneris Archiepiscopalis dignitatem decenter sustinere posset. Nunc autem libenter audivimus placuisse eam rationem, ut certa annua pensio super fructibus prioris Ecclesiae ei reservetur, atque ita ad Metropolitanam transferatur, quod certe nobis gratum accidit, quodque si is modus non successisset, alia etiam non defuisset via, quae ad id, quod cupiebamus, perveniretur. Pro nostra enim erga Maiestatem Tuam et Episcopum ipsum propensa voluntate valde expectebamus quidvis impedimenti removere, ut primariae Ecclesiae tam idoneus et benemeritus Archiepiscopus praeficiatur. Nunc ergo, benedicente Domino, negotium huius praefectionis promoveri, et quam brevissime fieri poterit, ex Tuae Maiestatis desiderio expediri mandabimus. Nihil est autem, cur tarditatem respondendi geminis litteris tuis excusemus, quas superiori Augusto mense ad nos hac de re dedisti; causam enim plane vides et probas: hac autem oblata occasione Hipatium ipsum Episcopum et caeteros et totius sanctae Unionis causam Maiestati Tuae enixe commendamus. Tibi, fili carissime, intimo quo solemus amoris affectu omnem a Deo Optimo felicitatem precamur, et paternam atque Apostolicam benedictionem nostram toto ex animo impartimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die 5. Februarii Anno Iubilei 1600. Pontificatus nostri Anno Nono.

CCVI.

Episcopus Posnaniensis ad ecclesiam Wladislaviensem transfertur. Ibidem fol. 157.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Vera narrat Maiestas Tua Ecclesiam Wladislaviensem et Pomeraniae, quae his superioribus diebus piae memoriae Hieronymo illius Episcopo viam universae carnis ingresso pastoris sui solatio destituta erat, viro indigere insigni virtute praedito, et Episcopo in primis vigilante ac religionis catholicae propagandae zelo incenso: nam et haeresum dirum atque inveteratum morbum et temporum difficultates non ignoramus, et vulnera Regni

istius, quod in Christi visceribus gerimus, satis, ut nosti, perspeximus et veluti manibus contrectavimus. Sed cor nostrum confidit in Domino et in potentia virtutis eius, modo nos omnes unanimes toto corde Dei gloriae serviamus. De fratre vero Venerabili Ioanne Tarnowschio nuper Episcopo Posnaniensi, deque eius pietate, prudentia et Episcopalis vigilantiae laude plane eadem sentiebamus, quae Maiestas Tua commemoravit, itaque ea spe ducti valde cum idoneum esse, qui Ecclesiam Wladislaviensem gubernaret, libenti animo cum ex nostra pastorali sollicitudine, tum etiam ut tibi gratificaremur, quem unice amamus, eumdem Episcopum a vinculo suae prioris Ecclesiae Posnaniensis absolvimus, et ad Ecclesiam Wladislaviensem transtulimus, eidemque illum in Episcopum et pastorem nostra Apostolica auctoritate praefecimus, quod Ecclesiae illi totique Regno foelix et salutare fore optamus et speramus, Deo auctore, eiusque diviuae gratiae adiumento, te quoque, fili carissime, pie suffragante, cui nos vicissim Ecclesiam illam et Episcopum Ioannem toto ex animo commendamus. Hacc Maiestatis Tuae gloria est, haec corona, hoc regnorum firmamentum, Dei honorem semper quaerere, Episcoporum diligentiae favere et Catholicae religionis propagatiouem pro tua virili strenue procurare, quod tu quidem ultro facis, et nostro hortatu impensius facturum confidimus. Deus sua in te dona semper adaugeat, fili, et nos tibi paternam et Apostolicam benedictionem nostram quam amantissime impertimur. Datum Romae apud Sauctum Petrum etc. die 24. Iunii Anno Iubilei 1600. Pontificatus nostri Anno Nono.

CCVII.

Electo Vilnensi gratulatur pontifex de regimine ecclesiae suae suscepto, commendatque unionem Ruthenorum et collegium in eorum commodum Vilnae erigendum. Ibidem fol. 233.

Venerabili fratri Benedicto Voina Electo Episcopo Vilnensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Nulla re magis cor nostrum in Dei benignitate exultat, quam cum insignibus Ecclesiis bonos Episcopos, Deo auctore, praeficimus. Tuam vero fraternitatem Vilnensis Ecclesiae pastorem et Episcopum fecimus, multa certe cum voluptate, quod de tua virtute, pietate, conditione praeclare semper sensserimus, et in eo quoque plurimum tribuentes gravi de te iudicio ac testimonio carissimi iu Christo filii nostri Sigismundi Poloniae Regis. Sic autem de te nobis polliccmur, fore, ut Dei gratia adiutrice utriusque nostrum expectationi egregie respondeas, quod tanto magis speramus, quia in iis litteris, quas ad nos dedisti, et oueris gravitatem agnoscis Angelicis humeris formidandi, et de te ipso tuisque viribus diffidens in Dei clemcntia eiusque ope fiduciam tuam reponis. Haec firma et solida suut praeclari aedificii fundamenta. Esto igitur bouo animo, fili, in verbo Dei et nostro ingredere iu sanctam vocationem tuam, et pone manum ad aratrum ad excolendum agrum istum, et is, qui humilibus dat gratiam, tibi adiumento erit. Vides quam latus tibi campus propositus sit ad postorales virtutes exercendas, et quantopere Ecclesia ista quibusdam veluti fluctibus iactata caritatem et vigilantiam tuam requirat, ut tandem aliquando in ea pace Christi conquiescat, quae exsuperat omnem sensum. Insta erga verbo, doctrina, exemplo, ut benedicente Domino de servo fideli ac prudenti laborante, et fides catholica in ista Ecclesia et dioecesi propagetur et divinus cultus augeatur, et clcri disciplina eluceat et populi devotio magis inardescas. Commendamus autem tibi toto animi affectu Ruthenorum unioncm adeo salutarem, adeo Deo gratam, ad quam retinendam atque augendam, et ut uberiores in dies pietatis fructus edat, nihil, ut tu pro tua prudentia intelligis, aptius aut accommodatius esse potest, quam ut Ruthenorum commoditati Collegium Vilnae erigatur. Scimus fraternitatem tuam ultro optime affectum esse erga eiusmodi Collegii erectionem, fac ergo, ut opus quamprimum extet, praesertim cum opportune parati adsint sepositi Ecclesiae fructus ex superiorum annorum vacatione, quo etiam praesidio suffulta pietas tua multa valde opportuna ad Dei gloriam et animarum utilitatem efficere poterit, et te certe effecturum de tuo divini honoris et salutis animarum zelo plane in Domino confidimus. Sed quod ad celerem Ruthenici Collegii erectionem pertinet, illud tibi nominatim commendamus. Fuit etiam ante annos complures Vilnae iussu nostro sacerdos pius et prudens, Alexander Cumuleus, qui cum Ecclesiae illius visitationem obiret, multa utiliter et salutariter decrevit, ea decreta tua diligentia et pastorali sedulitate iu mores induci et re ipsa effici valde optamus, denique vineam illam multa cultura indigentem tua solerti cultura quam diligentissime excoli et conservari pereupimus, ut fructus Deo gratissimos producat: si qua vero in re nostra Apostolica auctoritate opus fuerit, ea tibi pro nostri muneris officio et paterno in te amore parata tibi erit, tum etiam nostrum Apostolicum Nuntium, Venerabilem fratrem Episcopum Regiensem, praestanti virtute Antistitem,

propensum ad opus Dei promovendum adiutorem, ubi usus venerit, habebis, ut coniunctis simul studiis Deo eiusque Ecclesiae omnes serviamus. Tibi interea, ut ad munus tuum exequendum divinae gratiae auxilio magis magisque roboreris, nostram Apostolicam benedictionem amanter impertimur. Dat. Romae apue S. Petrum etc. die 9. Septembris Anno Iubilei 1600. Pontificatus nostri Anno Nono.

CCVIII.

Regi Poloniae pontifex episcopos Varmiensi, Luceoriensi et Chelmensi ecclesiis praefectos esse significat. Ibidsm fol. 354.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Nos ignorat Maiestas Tua, quanta nos sollicitudo angat, ut insignibus Regni istius tui amplissimi Ecclesiis Pastores et Episcopos idoneos praeficiamus: nam praeter eam pastoralem curam, quam omnibus Ecclesiis debemus, praecipuo quodam sensu afficimur erga Maiestatem Tuam et erga Polonos nationesque tibi subiectas, quare multa cum animi nostri voluptate per hos proximos dies dedimus Episcopos tribus Regni tui Ecclesiis et civitatibus, quae aut suo Episcopo demortuo, aut ad alias oves gubernaudas nostra Apostolica auctoritate translato novi pastoris curam et vigilantiam flagitabant. Gaudium autem nostrum in Dño ex ea causa promanat, quod viros spectata pietate, prudentia et zelo catholicae religionis nos eisdem Ecclesiis praefecisse arbitramur, quos et Maiestas Tua nobis magnopere commendavit, cuius gravi testimonio multum semper tribuimus, et aliunde etiam praeclara de eorum virtute et meritis accepimus: hi nimirum sunt Venerabiles fratres nostri Petrus Episcopus Culmensis, quem ad Ecclesiam Varmiensem transtulimus, item Stanislaus Epūs Chelmensis, quam eodem modo transtulimus ad Ecclesiam Luceoriensem, demum dilectus filius Georgius Zamoscius, quem nobis nominatim valde commendasti, et quem libenti animo in primis Episcopum fecimus supradictae Ecclesiae Chelmensis. Illud autem nobis fuit periucundum, ita nos Deo auxiliante officii nostri partes ea in re praestare potuisse, et simul etiam Maiestati Tuae gratificaremur, cui vicissim eosdem Antistites commendamus, ut tuo etiam adiumento, cum opus fuerit, recreati tanto facilius et fructuosius in suo munere versentur ad Dei gloriam et animarum utilitatem. Nos vero Maiestati Tuae laeta omnia a Deo precamur, tibique paternae quò solemus caritatis affectu nostram Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Romae etc. die 18. Novembris Anno Iubilei 1600. etc.

CCIX.

Pontifex eidem regi de Ioannis Pac palatini Minscensis ad ecclesiam reditu, deque eius Romana peregrinatione scribit, et eundem in patriam redeuntem impense commendat. Reg. Brev. Tom. 45. fol. 17.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Multo cum spirituali gaudio divinae clementiae munus veluti de Maiestatis Tuae Regali manu nobis traditum accepimus, dilectum filium Nobilem virum Ioannem Pac Palatinum Minscensem et Capitaneum Camenecensem Lithuanum, quem dives in misericordia Deus ex densissimis haeresum tenebris, in quibus miseraudum in modum demersus erat, vocavit in admirabile lumen suum, ut veritatem Catholicam agnosceret et ad gremium sanctae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae confugeret, extra quam nusquam est salus, et certe gratiae caelestis in eius corde per Spiritum Sanctum diffusae hoc quoque indicium fuit, quod post conversionem suam nihil, ut Maiestas Tua scribit, antiquius habuerit, quam ut religiosa peregrinatione susceptа, salutari et acceptabili Anni Sancti et Iubilaei tempore ad hanc almam Urbem veniret, quam gloriosi Principes Terrae Petrus et Paulus suo sanguine consecrarunt, eorumque sacra limina visitaret. Nos illum et suo merito et Maj. Tuae commendatione libentissime vidimus, et paternae omni animi vultusque hilaritate excepimus. Et certe commota sunt viscera nostra, cum is coram nobis lacrymas profunderet, et veterem illam omni calamitate cumulatam vitam detestaretur, et nos ovem perditam ex leonis rugientis faucibus admirabili Dei benignitate ereptam cerneremus, quo spectaculo nullum nobis iucundius aut optatius, quo Angeli etiam in coelo laetantur. Et nunc is, posteaquam has religiosissimas Basilicas devote obivit, et sacras indulgentias, ut pie credimus, est consecutus, ad Maiestatem Tuam redit, cui amanter benedeximus et Angelum comitem illi precati sumus. Nunc illum vicissim Maiestati Tuae commendamus, visus est enim nobis vir cordatus et prudens, et qui cupiat dignos facere, Deo iuvante, poenitentiae fructus, ut merito, ut tu quoque scribis, sperare liceat, fore, ut eius auctoritate, exemplo, zelo complures alii loco nobili nati ex iisdem tenebris, Spiritu Sancto eos collustrante, emergant, quo magis tua Regia gratia

fovendus erit. Petivimus ab eo, ut nostris verbis salutem diceret Maiestati Tuae, quam uti filium carissimum amamus et gerimus in praecordiis Iesu Christi, tibique caelestium donorum copiam semper optantes, toto ex animo paternam et Apostolicam benedictionem nostram impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XVII. Ianuarii MDCI. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCX.

Pontifex eidem regi et episcopo Cracoviensi Petrum Poceium Ruthenum commendat. Reg. Brev. Tom. 45. fol. 26.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quo tempore ad hanc almam Urbem venerunt Episcopi Rutheni, ut se tam suo, quam aliorum nomine, a quibus missi fuerant, ad nostram et huius Sanctae Ecclesiae omnium Ecclesiarum matris et magistrae unitatem adiungerent, quemadmodum Maiesiati Tuae notum est, Nos pro nostro amore magis declarando erga Venerabilem fratrem Hipatium Episcopum Wladimiriensem, nunc Metropolitanum Chioviensem, qui in ea legatione obeunda totoque uegotio praeclare se gessit, Petrum Poceium eius filium, Romae a parente relictum, bonae spei adolescentem nostra impensa hactenus aluimus et sustentavimus, ut bonis artibus operam daret et ad pietatem educaretur, quod per annos aliquot factum est. Nuuc autem idem Petrus a patre revocatus nostra cum venia in patriam redit. Eadem vero voluntate permoti, quam gerimus erga patrem et filium, hunc ipsum Petrum Poceium Maiestati Tuae valde ex animo commendamus, subditum tuum et praestantis viri et bene de Republica meriti tibique apprime grati filium. Sed ut nostra etiam causa tua illum Regia gratia complectaris, et benegnitate ac beneficentia presequaris, a te petimus. Erit id tua Regali magnitudine dignum et nobis valde gratum, quod etiam Ven. fratrem Claudium Epum Regiensem nostrum apud te Apostolicum Nuucium Maiestati Tuae testificari iussimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die XXX. Ianuarii MDCI. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Venerabili fratri Episcopus Cracoviensi.

CLEMENS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Fuit Romae annos aliquot studiorum causa dilectus filius Petrus Poccius, Ven. fratris Hipatii Metropolitae nunc Chioviensis filius, qui, cum esset Episcopus Wladimiriensis, ad hanc almam Urbem Legatus venit a Ruthenis Episcopis missus, ut tam suo quam illorum nomine obedientiam et unitatem nobiscum, et cum hac Sancta Ecclesia omnium Ecclesiarum matre et magistra profiteretur. In eo autem salutari negotio quam praeclare se gesserit idem frater noster Hipatius, fraternitati tuae notum est. Quo factum est, ut nostrum erga illum amorem libenter in filio ostenderemus, quem hic bonis artibus operam dantem sumptu nostro sustentavimus: nunc autem in patriam patris evocatu redeuntem et Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi nostris litteris apprime commendavimus, et tuae quoque fraternitati amanter commendamus, multis etiam modis praesertim apud Regem tua ope et auctoritate illi usui atque adiumento esse poteris. Scimus a te Hipatium Metropolitanum amari, eademque animi propensione affectum erga Petrum te esse non dubitamus: pergratum tamen nobis erit, si nostrae etiam commendationis intuitu multo adhuc propensius illum tua benevolentia complectaris, omnique, ubi usus veuerit, officio prosequaris. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die XXX. Ianuarii MDCI. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCXI.

Eidem regi pontifex Ioaunem Iansulam eiusque coniugem Moldavos Romae ad unitatem ecclesiae reversos et in patriam redeuntes commendat. Ibidem fol. 92.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Suetiae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Venerunt his proximis superioribus diebus ad hanc almam Urbem devotionis causa dilecti filii Ioannes Iansula a Moldavia, et Maria Mirsae filia e Valachia coniuges, quos benigne excepimus et omni humanitatis officio prosecuti sumus, ut tanto magis confirmarentur in fidei catholicae unitate et obedientia huius sanctae Apostolicae Sedis, in qua meritis impares, Deo tamen auctore, praesidemus. Nunc autem postquam has sacrosanctas Basilicas religiose visitarunt, ad Provincias istas et Regua revertuntur, Maiestati Tuae, sub cuius patrocinio et tutela vitam ducere se valde expetere profitentur, et quia homines nobiles humanis aerumnis et calamitatibus afflictos pia miscratione sublevare Regium est, facere non potuimus, quin eos Maiestati Tuae

commendaremus, cuius animi magnitudinem et propensum ad pietatis opera voluntatem non ignoramus. Sic igitur existimamus, si eos tua benignitate complexus fueris, id et tua Regali virtute dignum et Deo acceptum fore, nobis certe erit sane quam gratum, qui Maiestati Tuae paterno, quo solemus, affectu et felicitatem precamur et Apostolicam nostram benedictionem impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 21. Aprilis 1601. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCXII.

Pontifex episcopum Vendensem de luctuoso eius et ecclesiae statu consolatur. Ibidem fol. 126.

Venerabili fratri Othoni Episcopo Vendensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Legimus non sine multo commiserationis sensu litteras fraternitatis tuae, quas de Livoniae totius calamitate et nominatim de Ecclesiae tuae Vendensis eversione, tuoque afflicto statu ad nos scripsisti. Movemur maxime publico detrimento, et tuis etiam privatis aerumnis valde compatimur: te enim semper amavimus et de tua virtute, integritate et catholicae religionis zelo praeclaram opinionem gerimus, teque hac repentina et inopinata ruina oppressum esse valde ex animo dolemus. Sed nunc potissimum excita constantiam tuam et esto fortis et confortare in Domino, frater, qui in eo sperantes nunquam deserit. Confidimus in eius clementia, quod brevi hanc procellam disiiciet et tranquillitatem reducet, tibique patientia duplicabitur ad coronam. Nos interea, quando aliter non licet, litteras efficaciter scriptas dedimus ad Sigismundum Regem filium nostrum in Christo carissimum, teque illi etiam atque etiam commendavimus, ut monasterium aliquod aut idoneum beneficium ecclesiasticum tibi quam primum attribuendum curet in suo Regno: ac sane de illius pietate nobis persuademus, commendationem nostram non parum momenti apud eum habituram, et Nuntius noster Apostolicus nostro iussu hoc idem opportunis officiis urgebit. Deus consolationis te consoletur, frater, et Ecclesiae tuae laetum et gaudentem cito restituat, et nos tibi Apostolicam benedictionem nostram amanter impartimur. Datum Romae apud SS. Apostolos sub Annulo Piscatoris die 12. Maii 1601. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCXIII.

Regem Poloniae pontifex de statu hospitalis S. Birgittae in Urbe certiorem reddit. Ibidem fol. 305.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Narravit nobis dilectus filius Henricus Firleius, se cum a Maiestate Tua Romam mitteretur, illud quoque inter caetera mandatum accepisse, ut Sanctae Birgittae nationis Suecorum Hospitalem domum, quae hic est, inspiceret, eiusque gubernationi aliquem ex eadem natione praeficiendum curaret. Is autem reperit, pia cura dilecti filii nostri Odoardi Cardinalis Farnesii, Regni tui Sueciae Protectoris, Hospitium illud recte et utiliter gubernari a quodam viro probato et prudenti, eius familiari, qui multis sublatis incommodis omnia ordine disponit. Quae cum nobis Firleius retulisset, nobis visum est plane expedire, ne quid hoc tempore innovetur, neve quis alius domui illi administrandae praeponatur. Id tibi significare placuit: nam caetera hoc de genere Maiestati Tuae idem Firleius referre uberius poterit. Nos pro nostra pastorali sollicitudine et perpetua erga te et tuos voluntate quacumque in re opus fuerit, loci illius utilitati, quantum cum Domino poterimus, non sumus defuturi. Datum Romae apud Sanctos Apostolos sub Annulo Piscatoris die 22. Septembris 1601. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCXIV.

Episcopo Vilnensi pontifex mandat, ut detrectoribus et impugnatoribus calendarii Gregoriani viriliter se opponat. Reg. Brev. Tom. 46. fol. 114.

Venerabili fratri Episcopo Vilnensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Accepimus non mediocri sane cum molestia esse apud vos homines quosdam audaces et inconsideratos, neque se intra suam mensuram et modestiae limites continentes, sed planc temeritatis spiritu abductos, qui scribere moliantur, aut etiam scripserint contra Calendarium Romanum a piae memoriae Gregorio Papa XIII. praedecessore nostro promulgatum, quod Gregorianum appellatur. Nos autem de tuae fraternitatis zelo, vigilantia et devotione erga nos et hanc Sanctam Apostolicam Sedem, in qua immeriti licet Deo auctore praesidemus,

ea sentimus, quae de optimo Antistite et divini honoris percupido sunt sentienda: sed tamen pro rei gravitate et pro nostra pastorali sollicitudine has ad fraternitatem tuam litteras hoc de genere dare placuit, quibus te magnopere hortamur et requirimus, ne eiusmodi aliquem perniciosum librum, quo Calendarium Gregorianum quovis modo oppugnetur, Vilnae aut alibi in tua dioecesi imprimi edique permittas, aut si fortasse iam editus sit, omni studio et diligentia coerceas, damnes, neve ubivis impressum vendatur, habeatur et legatur, cures et prohibeas, imitansque in eo pietatem Venerabilis fratris nostri Bernardi Episcopi Cracovicnsis, qui zelo zelatus pro Domo Dei una cum insigni Universitate illa eiusmodi insanorum hominum audaciam, et scripta venenata sua multa cum laude damnavit atque prohibuit, cuius zeli et laudis te quoque consortem fore et speramus et optamus, ut omnes simul unanimes Dei gloriae eiusque Ecclesiae Catholicae sedulo serviatis. Quibus de rebus etiam ad fraternitatem tuam uberius scribet Venerabilis frater noster Episcopus Regiensis, noster Apostolicus Nuntius. Interea fraternitati tuae ad omne pastoralis officii munus obeundum divinae gratiae abundantiam precamur, tibique nostram Apostolicam benedictionem benigne impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die 20. Aprilis 1602. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCXV.

Pontifex regem Poloniae et Caesarem ad concordiam inter se fovendam hortatur. Reg. Brev. Tom. 56. fol. 36 et 40.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Carissimo in Christo filio nostro Rudolpho Imperatori Electo Maiestatis Tuae in illum et inclytam Austriacam Domum voluntatis propensae toties dedimus testimonium, ut nunc quoque non gravemur polliceri, te firmum esse in sententia atque animi mutati nullum extare scrupulum, quicquid afferatur litterarum aut Vexilli commenti perridiculi. Cupidiores igitur in dies tranquillitatis Reipublicae Christianae, dedimus ad Cesarem litteras, quibus speramus, quae est eius natura facilis et benigna, omnem rei huius dubitationem ex memoria depositurum (quanquam credimus nullam eius rei causa mutationem voluntatis erga te esse): sed tamen, si quid inhaesistet, quod mirum nemini videri deberet, bellico praesertim tempore, quo magis sunt homines nescio quomodo suspiciosi, et ad contumeliam omnia accipiant magis, totum id volumus extinguere et delere funditus, ne iis, qui vos inter vos dissidere cupiunt, publico cum incommodo detur aditus ad subministranda ea, quae et vobis ipsis et aliis essent nocitura. Scripsimus, non ut te Caesari purgatum velimus, cum nobis tua voluntas, tuus animi candor cognitus iam diuque sit perspectus, sed quod re vera credimus, ea omnia ex fictis et commentitiis rebus extare, quaecumque in medium sunt allata, argumentaque ea addidimus, ex quibus coniici facile potest, id ita esse veroque esse simile. Tu in pristina tua illa benevolentia erga Caesarem persiste, et quanquam hisce rebus commoveri animum fortasse senties natura ipsa ad perturbationes procliviorem, nunquam tamen existimes Caesarem ita a te discrepare, ut a Maiestate Tua sit alienus. Pignora habetis pene communia, ad quae, cum oculos iniicitis, defervescat necesse est animi ardor, si quis est, nempe Carissimum in Christo filium nostrum, tuum secundum carnem filium Wladislaum, quem, cum tantae sit indolis, tantae expectationis, quod etiam ex pia et lectissima matre Austriaca sit in lucem editus, non debes existimare illum minus gratum carumque esse Caesari, quam nobis ipsis, qui illum intimis in visceribus assidue gerimus, fovemus assidue. Venerabilis frater Episcopus Regiensis Nuntius noster aget tecum de his mandato nostro, non quod pluribus agendum duximus, sed ut cognoscas penitus, quid nos de Maiestatis Tuae voluntate integerrima atque in Austriacam Domum propensa sentimus. Carissimo nobis in Christo filio tuo tibique benedicimus animi affectu omni, Deumque rogamus supplices, ut vos publici commodi causa et populorum vestrorum et Reipublicae Christianae felices, incolumes diu conservet, et sua gratia sanctissima cumulet in dies magis magisque. Datum Romae apud S. Petrum etc. die xxix. Novembris mdciii. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Carissimo in Christo filio nostro Rodulpho Ungariae et Bohemiae Regi Illustri in Romanorum Imperatorem Electo.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Gravissimas pastoralis officii nostri sollicitudines, quibus omni ex parte angimur, una delinit consolatio, quod Carissimos in Christo filios nostros Christianae Reipublicae Principes mutua benevolentia inter se coniunctos esse videmus, et Maiestatem Tuam ab omnibus, ut par est, et plurimi fieri et coli. Hanc nostram humanam

felicitatem divina bonitate nobis tributam, quia et nobis et christianae societati invidet Sathan, non cessat assidue, quibus potest, machinationibus eam perturbare. Nuper cum maior in dies appareret Carissimi in Christo filii nostri Poloniae Regis erga Maiestem Tuam amor et benevolentia, sperarcmusque vos magis magisque animo et voluntate fore coniunctiores, ecce tibi inimicus homo, qui scmper circuit quaerens quem devoret, sua fabricatum arte vexillum quoddam, ut fertur, sua conscriptas malitia promit literas omnis mendacii, fraudis, nequitiae plenas, iisque argumentis conatur inter dilectissimos in Christo filios nostros bene conglutinatam stabilemque amicitiam atque affinitatem, accrbissimo nostro cum dolore, maximoque cum Reipublicae Christianae incommodo, summa cum laetitia hostium Christiani nominis dissolvere. Turbant haec certe primo aspectu animos, nostrumque in primis, quibus cum saepissime Rex idem Poloniae testificatus sit, se peculiari quodam amoris vinculo Maiestati Tuae essc obstrictum, si quid secus modo esset factum, videremur nos ipsi deludi et decipi prius, qui tibi toties eius in te benevolentiae dedimus testimonium, et sponsores pro illo quodam modo csse voluimus. Quamobrem cum id illi nostro nomine fuisset significatum, vix credibile existimabat, coepitque affirmari nihil unquam huiusmodi sua voluntate factum: argumento vero esse ea, quae superioribus egerit annis, ex quibus optimam, propensam sinceramque erga Maiestatem Tuam voluntatem licet perspicere. Haec nos cum maturo consilio examinaverimus, eiusmodi certe non sunt visa, quao mutatam Regis voluntatem non modo indicarent, sed ne suspicionem quidem afferrent ullam. Nam quod ad vexillum attinet, cum Rex saepe alias, ut nos certo scimus, subditis suis quantum sua effici potuit auctoritate interdixerit, ne se bello Turcico ullo pacto immiscerent, ne faverent ulli, qui non tuarum esset partium, oblataque tibi a Turca Transylvania abstinuerit, eo praesertim tempore, quo illi ad spem bene gerendae rei omnia pene certa ostendebantur, tuam amicitiam novis provinciarum accessionibus anteponens, verisimile nunc non est eum huius quaesitae laudis apud te, apud nos, apud Principes et nationes omnes iacturam facere voluisse, et fidem, nomen optimique Principis opinioncm, conscientiam deniquc ipsam tam facile abiicere unius vexilli ostentatione perridicula. Sunt hae Sathanae insidiae, fraudes, machinationes: his se ille armat, his utitur ad nostram et Christiani nominis perniciem. His ipsis utuntur, qui cupiunt inter vos filios nostros in Christo carissimos dissidia et contentiones: illud certe vexillum ab his in Transylvaniam pro detestabili peste importatum, aut ne quem accusemus ignotum, ab ipso Demone fabricatum explicatum. Ad literas vcniamus iam interceptas. Hic te monemus, fili in Christo carissime, ne putes nos cuiusquam gratiam velle aucupari, causam hanc cum agimus: quod nobis verisimile videtur, quod credimus, quod nobis nostra monstrat conscientia, dicimus. Quaesita hominum abest gratia, veritati et Deo placere studemus: sed cur hoc potissimum tempore interceptae literae, quo concordi animorum consensione dc vestra inter vos benevolentia, de affinitate confirmanda agebatur? Fierine potcst, ut qui tantopere aliquid cupit et in id ipsum fertur sponte, cum eius adipiscendi novit vias, alio iter deflectat, agat aliud, quam quod sit agendum? Nobis certe non fit verisimile. Quamobrem aut existimandum literas ipsas fictas et commentitias esse hominis, qui is delectatur fallaciis, cuiquc utile cst esse quam deterrimum, aut si vere regio nomine sunt conscriptae, ad eum praecipue, cui Tua Maiestas novit quam oporteat humano more blandiri, in eam certe sententiam scriptae fuerunt, ut immanissimi hostis rabies deliniretur, qui Regi maxime infensus est, propterea quod ille neque Simeoncm, neque Sichelem Moisem auxilio iuverit. Verum nos certe credimus eas ipsas literas esse adumbratas, animumque Regis non solum ab iniuria esse alienum, sed etiam Maiestati Tuae esse, ut crat antea, addictissimum. Ut tamen est non verbis, sed rebus fides habenda, hae nunquam fallunt animi indices certissimi, decipiunt illa frequentissime: haec dantur facile, illae difficillimae, quod et ars faciendorum aut diligendorum verborum vetus est atque usitata, rerum non itidem, atque ubi rerum adsunt testimonia, non est opus verbis. Per viscera misericordiae Dei nostri, fili nobis in Christo carissime, sine nos tibi persuadere Regis Poloniae animum cum tuo esse coniunctissimum, et quod maximo est argumento illum nunquam aegre tulisse, quod a suis obiici sibi sentiebat esse sc Austriacum, quod et sit, hoc est, inclytae Austriacae Domui addictus, et velit esse honoris loco ducens, quod vitio dandum obtrectatores arbitrabantur. Haec a nobis dicta sunt, non quod de Maiestatis Tuae in Regem voluntate benevola, aut de Regis in te propensione dubitemus, sed ut appareat quam nos de vobis filiis nostris patrio more semper solliciti excubemus, vigilemusque, ne qua malevolorum sermunculis iniecta atque aucta suspicio ex eo, quo estis vos inter vos amoris et propinquitatis vinculo colligati arctissimo, laxet aliquid, nedum solvat omne ex vestra mutua benivolentia, quanta sunt speranda bona. Vestra opera vestris in locis ager Domini uberior

factus fecundiores in dies fructus pollicetur. Sinite igitur crescere, quod, favente Domino, vestra satum est manu, nec verum agricolam fraudate spe messis iucundissima. Quod si quid et te laborum nostrorum pro Republica Christiana susceptorum, si aetatis nostrae ingravescentis nimio sollicitudinum pondere miseret: da Reipublicae Christianae, da Christo ipsi petenti istam tuam, si qua residet in animo, mutuae voluntatis Regiae suspicionem, ut quam nos Dei gratia inter vos filios nostros in Christo carissimos conciliavimus benevolentiam, eam firmam stabilemque ad Dei gloriam, ad publicum populorum vestrorum commodum, ad nostram consolationem per nos pie sancteque perpetuo retineatis. Datum ut supra.

CCXVI.

Pontifex regi Poloniae de imagine cerea eius nati cibi miesa grates reddit. Ibidem fol. 71.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Munusculum misit ad nos Tua Maiestas optatissimum Carissimi in Christo filii nostri, tui secundum carnem, Wladislai imaginem, tam expressam diligenter, ut igniculi quidam inclusi in cera paterni animi et pietatis eminere foras videantur. Signa multa dat speratae religionis et virtutis, si quid liceat ex ea coniicere, quae acri perpolita est manu. Tu, ne nos fallat, vide: tales nos natura non genuit, ut ea ipsa duce optimum vitae cursum possimus conficere: ratione opus est et doctrina, quarum altera bonarum artium studio acquiritur, confirmatur altera rerum usu multarum et maximarum. Id difficile factu est, [et] nisi educatione perficiatur, ad quam hortatur Apostolus: Patres educate filios in disciplina in correptione Domini. Id tibi curae fore tua in Deum pietas nobis pollicetur: sed et ipsum nobis debes, qui eum patria voluntate assidue intuemur, atque ad publicam Reipublicae Christianae utilitatem volumus omnibus virtutibus imbui. Dilectum filium Fridericum Barstchium e Societate Iesu vidimus, audivimus perlibenter, et quibus in rebus potuimus, sumus illi gratificati tua causa etiam multo magis. Eius pietate tantopere te delectari gaudemus in Domino, cupimusque illum tibi esse in dies cariorem. Tuae Maiestati et Carissimo nobis in Christo filio tuo benedicimus Apostolica auctoritate animi affectu omni. Datum Romae apud S. Petrum etc. die xv. Decembris MDCIII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CCXVII.

Ianusium castellanum Cracoviensem pontifex in adversitatibus consolatur. Ibidem fol. 87.

Dilecto filio Nobili viro Ianusio Duci de Ostrog Castellano Cracoviensi.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Expedit catholicae fidei veris cultoribus tentari interdum humanis calamitatibus, ne christiana virtus diuturnae assuefacta quieti et tranquillitatis ocio delinita debilitetur, atque ad omnes animi motus facile concidat. Veri aeternique boni causa arduarum rerum voluntaria perpessione opus est, cuius vis tanta, ut divinum mereatur promissum. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vides, fili dilecte, quae sunt Nobilitati tuae proposita premia, non fragilia, non unius diei, non humana, sed coelum, aeternam beatitudinem, divinarum mentium consociationem. Vides a quo, a Redemptore nostro, qui viam Dei in veritate docet, ex cuius ore veritas, quae manet in aeternum. Haec si tu tecum pie reputaveris, nulla res tanti esse poterit, ut te a charitate abstrahat, cuius si praecepta audieris, benefacies iis, qui te oderunt. De tuis ad nos rebus cum Venerabilis frater Episcopus Regiensis, noster et Apostolicae Sedis Nuncius, accurate scripserit, sumus tua causa non mediocriter commoti, dolemusque te iniuste vexari ab iis, qui tibi naturae vinculo sunt coniunctiores. Verum audisti iam, quid te christianum hominem oporteat agere, et quo solatio praesentem molestiam levare. Tu mane in charitate atque adversus humana haec animo esto invicto atque excelso: Nostra tibi paterna benevolentia nullo unquam tempore deerit. Firmior ad haec obeunda eris benedictione nostra, hanc tibi patrio affectu Apostolica impertimur authoritate. Datum Romae apud S. Petrum etc. die x. Ianuarii MDCIIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCXVIII.

Palatinam Volhiniae pontifex de obitu coniugis consolatur. Ibidem fol. 133.

Dilectae in Christo filiae Nobili mulieri Palatinae Voliniae viduae.

Clemens PP. VIII. Dilecta in Christo filia Nobilis mulier, salutem etc. Humanis rebus ea fuit semper adiuncta conditio, ut essent fluxae atque instabiles, ne vel secundis nimium extollamur, vel

deprimamur adversis. Risus dolore miscetur, et extrema gaudii luctus occupat. Monemur his, quaecumque sunt nobis ante oculos posita, caduca, fragilia nullius esse momenti. Ad Coelum cogitationes oportet dirigere, ubi quies, laetitia, consolatio vera, et quod omnium maximum est, aeterna illa nulloque tempore aut die definita. Ut talia haec reputaret tua Nobilitas, summo Dei beneficio factum est: etenim cum et humanos honores, et quae sunt animi ornamenta clarissima, tibi sit elargitus, nihil tibi tamen praestantius donavit quam pietatem et charitatem, quibus tu christianis virtutibus, terrenarum rerum amore abiecto ac deposito, tautum in bonis operibus profecisti, ut iuvante Domino nunquam a vera Religione dimoveri potueris. Viro tuo cum nunc sis liberata, latiorem habebis campum, in quo te exerceas, et dilectos filios tuos in Catholica Religione eruditos diligentius instruas, tuaeque subiectos ditioni populos ad omne Christiani officii munus instruas. Nos eorum tuique curam suscipimus, quantum in Domino possumus et debemus, et Venerabili fratri Episcopo Regiensi nostro et Sedis Apostolicae Nuntio nominatim mandavimus, ut tuam Nobilitatem et filios tuos omni oblata occasione Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi commendet, nostroque patrocinio tueatur ac protegat. Tuae pietati id debetur a nobis, qui eam absentes licet plane novimus, intuemur assidue. Tu cura, ut filios tuos ad maiorum tuorum instituta erudias matris tuae piae foeminae domestico excitata exemplo, quo te peperit, cuiusque in Catholicam Religionem observantiae apud Patres Societatis Iesu Iaroslaviae extant ad illustrandam memoriam pietatis eius monimenta amplissima. Ad haec obeunda quo tu cum filiis tuis sis promptior, benedictionc te nostra Apostolica auctoritate cumulamus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXXI. Ianuarii MDCIIII. Pontificatus nostri Anno Dnodecimo.

CCXIX.

Nuntio apostolico mandat pontifex, efficiat apud regem, ut Fab. Conopazchius Varmiensi ecclesiae praeficiatur. Ibidem fol. 153.

Venerabili fratri Claudio Episcopo Regiensi, ad Carissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Poloniae et Sueciae Regem Illustrem nostro, et Sedis Apostolicae Nuntio.

CLEMENS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Ut simus solliciti de iis, quae ad gubernationem Ecclesiarum istius Regni pertinent, postulat id pastoralis officii nostri munus, nostraque in Polonorum Nationem praecipua quaedam benevolentia multis confirmata argumentis, multisque provocata obsequiis. Cum igitur oporteat nunc Varmiensi Ecclesiae praeficere aliquem, qui, ut asserunt, ea sit natus in Provincia, non debemus reticere, quod sentimus de dilecto filio Fabiano Conopazchio Prutheno, Cubiculario nostro intimo, cuius pietas nobis cum nota sit, et christiani eius mores notissimi, vellemus eum eidem Ecclesiae praeesse vel maxime. De eo non cogitat forte Carissimus in Christo filius noster Sigismundus, quod idem iste cum sit apud nos, longe istinc absit: verum nos, qui praesentes christianam eius virtutem degustamus, arbitramur illum ad id munus obeundum esse idoneum. Agat tua fraternitas nostro nomine cum Regia Maiestate hac de re diligenter atque accurate, ostendatque id nos idcirco cupere, quia ipsum hoc utile Varmiensi Ecclesiae existimamus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXVIII. Februarii MDCIIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCXX.

Archiepiscopo Leopoliensi pontifex commendat Ruthenos, ut eosdem contra molitiones schismaticorum tueatur. Ibidem fol. 161.

Venerabili fratri Ioauni (Demetrio) Archiepiscopo Leopoliensi.

CLEMENS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Quale fuerit nostrum de tua fraternitate iudicium, ex iis potes colligere, quae a nobis sunt statuta antea de tuo commodo, de tua dignitate: nunc vero quicquid adiunctum est, totum id tua vigilantia et probitas acquisivit. Deo accepta haec refer: Nos bonis omnibus debemus omnia, et cum quid virtute praeditis damus, non dedisse, sed accepisse nobis videmur. In quo te exerceas, in operibus charitatis latiorem habebis nunc campum. Quamobrem dilectos filios Ruthenos, qui iam cum Romana Ecclesia et voluntate et re consentiunt, ut tuearis, ac velut tuos ipsos amplectaris ac iuves, tibi mandamus diligenter. Tua in hoc pastoralis sollicitudo nobis probabitur maxime. Tuam in hoc potissimum auctoritatem exoptamus, ut tuo praesidio freti audeant illi tandem palam Catholicam profiteri religionem, qui, ne id facerent, ab huius Sanctae Sedis hostibus acerrimis prohibebantur. Quam libenter simus tibi gratificati in iis, quae petebas, cognosces ex tuis, imo ex re ipsa, quae animi in te nostri dabit tibi testimonium certissimum. Dei causam istinc uti agas viriliter et magno

animo, benedictione te nostra Apostolica auctoritate communimus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. Martii MDCIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCXXI.

Pontifex regi Poloniae unionem Ruthenorum impense commendat, utque eorum metropolita in senatorium ordinem admittatur. Ibidem fol. 165.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Expedit Tuae Maiestati aeque ac nobis tibi subiectos Ruthenos una et mente et voce cum Sancta Romana Ecclesia consentire, quaeque statuta sunt paucis ante annis, firmari in dies magis. Elaboratum est maxime a nobis, eorum voluntates nostrae ut conciliaremus, summoque id studio sumus consequuti. Nunc quod per Dei gratiam ad communem utilitatem sancitum est, oportet nos tueri, atque illos arctiore vinculo nobis obstringere. Quod nostra situm est in potestate, praestabimus: Tu Dei causae ut adsis, te hortamur. In praesentia videtur conducere maxime Ruthenorum Metropolitam in Senatorium ordiuem istius Regni cooptari: id si fiat, omnis discrepatio funditus tolletur, omnium animi tanto deliniti honore acquiescent. Neque est hoc tempore difficile factu, quod et mortui iam sunt, qui obstabant acerrime, et catholicis Senatoribus secularibus non possit non placere pio viro augeri Senatum; ecclesiasticis vero etiam optandum atque expetendum, quod eorum auctoritas firmior erit, plures cum fuerint, qui coniunctis sententiis Catholicam tueantur religionem. Aliorum voluntates dum perquirimus atque investigamus, tuae pene sumus obliti: verum id tibi fore utile supervacuum est affirmare, cum tu intelligas probe, tuo in Regno tibi qui sint obedientes, quique facessunt negotium, atque ecclesiasticos tibi esse semper re ac ratione obsequentiores. Metropolita eo loco erit contentus, quem ei tribues, postremo Episcopo proximum, nec sedem cuiusquam occupabit. Det operam Tua Maiestas, nostro huic desiderio ut satisfaciat, nostramque erga te paternam agnoscere benevolentiam in iis, quae et tua et religionis Catholicae causa agimus istic studiosissime. Ex Venerabili fratre Episcopo Regiensi Nuntio nostro cognosces haec fusius. Tam piam rem agat Tua Maiestas ut tuam, ut Sedis Apostolicae, ut Dei. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXXI. Martii MDCIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCXXII.

Eidem regi pontifex de nominatione novi archiepiscopi Gnesnensis gratulatur, quem confirmat et ad munus bene gerendum hortatur. Ibidem fol. 183.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Tuae Maiestatis in catholicam religionem studium in eo vel maxime elucet, quod nobis summe cordi est, nempe Pastoris solatio destitutis populis quamprimum ut consolatur, utque publico huic muncri praeficiantur optime, qui sciant praesse. Talem cum nunc asciverit Tua Maiestas ad Gnesnensis Ecclesiae gubernationem, non possumus tuam istam prudentiam non magnopere commendare, tuoque adducti iudicio omni paternae benivolentiae significatione Archiepiscopum ipsum complecti, atque fovere plus plusque Praesulis virtutem nobis plane cognitam, non admodum fuit necesse, tot ut efferres laudibus, eius nos ingenium magni semper fecimus, gaudemusque novis illum meritis et tuam et nostram de sua probitate confirmare opinionem. Utilem illum Ecclesiae Dei tuisque rationibus, quia speramus, fore, idcirco libenti ac prolixo animo in Gnesnensi Sede collocavimus, agrumque illum Domini colono, qui diligentissimus habetur, assignavimus. Ex eo qui colligetur fructus, nostrum utrique pars aequa debetur, pari nostrum utriusque propensione optimo agricolae quod sit locatus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXX. Aprilis MDCIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Venerabili fratri Ioanni Archiepiscopo Gnesnensi.

CLEMENS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Amplissimum dignitatis gradum cum sit adeptus tua Fraternitas, iure tibi ante oculos ponis maximam de Ecclesia tua regenda curam, tuaque ista cogitatio et pia est et te digna. Summe placet Deo propriae virtutis despicientia, atque humanae imbecillitatis confessio, et qui bene vivendi rationem in divina collocant gratia, ii nec rerum pondere deprimuntur, nec inani extolluntur gloria. Decet ecclesiasticum hominem honores omnes aspernari, nisi

qui divino iudicio deferuntur, ne cum se magni aestimet, cogitat ei, quod dicitur per prophetam: Homo cum in honore esset, non intellexit. Scimus te ex illorum numero non esse, sibi qui sumunt honorem: compulsus intrare in Domum Domini ambulabis, ut speramus, coram eo in veritate atque humilitate. Ad Gnesnensem igitur Ecclesiam administrandam divina cum sis accersitus voluntate, optimi pastoris more debes in pristinum restituere ea, quae temporum vitio labefactata ad interitum ruerent, talem ni nacta essent moderatorem. Summae nostrae in tuam Fraternitatem benevolentiae tibi cum tu testis sis, enitere atque labora, ut nostrum de tua virtute iudicium confirmes, ecclesiasticae iurisdictionis tuendae studio, et quantum in te erit, christiana disciplina ad veterem illam sanctorum Patrum normam renovata atque revocata. Datum Romae etc. ut supra.

CCXXIII.

Palatinus Cracoviensis de studiis fidei provehendae laudatur. Ibidem fol. 211.

Dilecto filio Nobili viro Nicolao Zebrzidovskio Palatino Cracoviensi.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Pertulit ad nos diligenter tuae Nobilitatis mandata dilectus filius Thomas Buczki, tuisque ex literis plane perspeximus, quantum te teneat studium rei iuvandae Christianae. Nos cum te peculiari quadam prosequamur benevolentia tuo provocati merito, quod tu Catholicae Religionis acerrimum te istis in locis exhibeas propugnatorem, et Sanctae huius Sedis in primis observantem, debemus animo libenti et prolixo tibi satisfacere iis in rebus quas te maxime velle scimus. De filio igitur tuo Ioanne factum est, ut tu cupiebas, sed et in eo fecisti nobis pergratum, Turcicam in expeditionem patriae virtutis septum aemulatione proficiscentem illum nostro quod volueris decorare vexillo, nostra communire benedictione, dedimusque ad Caesaream literas in hanc sententiam amoris in te nostri refertissimas. Tam pii animi magnitudo Christianae laudis fructus uberes nobis promittit. At tu cave dimidio plus tibi, ne arrogeas, ne cum reliquum nobis debeatur, si quid subtraxeris, cogaris restituere, et quidem grandi foenore. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die xxvi. Maii mdciii. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCXXIV.

Regi Poloniae pontifex significat episcopum Cracoviensem sacro cardinalium collegio a se adscriptum fuisse, quod et ipsi episcopo notificatur. Ibidem fol. 246.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Utiles eos maxime Christianae Reipublicae arbitramur, Tuae Maiestatis testimonio qui probantur, in commune cum tu consulas et cum quid statuis, Dei gloria versetur tibi ante oculos. Cracoviensem Episcopum unice quia tu amabas, unice amavimus: Nos quoque eius integritas nostrum utriusque visa est digna benevolentia. Quamobrem quanti illum aestimemus, palam etiam nunc sumus testati, eum ipsum in Cardinalium numerum cum asciverimus, et primariis S. R. E. viris aggregaverimus. Tuam Maiestatem gratulari nobis oportet de Cardinalis novo honore: etenim magna est accessio facta ad S. huius Sedis dignitatem, tibique nos vicissim gratulamur, tuarum rerum quod sis habiturum in posterum propugnatorem firmiorem, valentiorem. Cardinalatus insigne ad cum nunc mittimus, Rubrum Biretum, illudque tradidimus perferendum dilecto filio Samueli Sborovio, intimo nostro cubiculario, cui dedimus etiam hasce ad Tuam Maiestatem literas, nostra causa eum ut tu libenter videas, complectaris peramanter, nobis is cum sit carissimus. Ex eo plane cognosces tui Cardinalis ornandi cupidiorem te quam nos non extitisse, ac neque nunc quidem in cum maiorem nostra tuam esse benevolentiam. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die xvi. Iunii mdciii. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Dilecto filio nostro Bernardo S. R. E. Presbytero Cardinali Cracoviensi nuncupato.

Clemens PP. VIII. Dilecte fili noster, salutem etc. Nunquam posthac in mentem venit subvereri, ecquid te amemus, quando te quidem ex illorum numero voluimus esse, Sanctae huic Sedi quos nunc adiunximus Cardinales, catholicae fidei propugnatores acerrimos. Gloriari in Domino iure potes dignum te haberi ab omnibus, tam grandis honos cui habeatur in Dei Ecclesia, idque ipsum palam atque aperte et carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Regis, et nostro et Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium testimonio comprobari. Nobis certe plane est persuasum, qua te nunc

cohonestavimus, Cardinalatus dignitatem tibi non eo gratam fore, quod pascat oculos, oblectet animum, sed quod Dei serviat gloriae et sit usui toti populo Christiano. Insigne igitur tanti honoris ornamento ut iam uti incipias, agnoscasque quantus nunc sis, mittimus tibi per dil. fil. Samuelem Sborovium, intimum nostrum cubicularium, Birctum rubrum, ad aspectum quidem pulchrum, sed pulchrius multo misticam eius significationem animo ubi degustaveris. Rubrum quod est, sanguinem imitatur, Christi sanguinem conspersum hoc imaginare, atque ex eius vestimenti sanctissimo sangnine madefacti partem aliquam tibi esse donatam. Sic tu munus hoc nostrum pluris feceris, sic eum amaveris plus, tibi illud qui tradet, nobis ccrte carissimus, et te ad perfundendum sanguinem, si opus fuerit, pro Catholica Religione conservanda excitaveris. Quae sit nostra in te paterna voluntas, ex eodem Sborovio cognosces uberius, tibi quem commendamus tanto studio, maiore ut non possimus quemquam. Datum Romae etc. ut supra.

CCXXV.

Pontifex regi Poloniae nonnullos patres Carmelitanos divini verbi praecones in Persiam euntes commendat. Ibidem fol. 258.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Clemens PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Nostrae personant aures assidue divina illa voce: Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae; ac nobis diu multumque cogitantibus quanam rationc praecepto Domini possemus satisfacere, ecce de coelo elapsa occasio. A catholica religione nobis nunciatum est non adeo abhorrere Persarum Regem, ut in Dei ministros sit concitatus atque infensus: quin eos benevole accipere, blande appellare, magnam denique spem ostendi fore, ut christianae fidei dogmata patiatur suo in regno praedicari. Nos rei bene gerendae secuti opportunitatem, mittimus nunc in Persiam dilectos filios Paulum Simeonem, Ioannem Thadaeum et Vincentium, doctrina certc et pietate praestantes. Ut liberum his expeditumque sit iter per tuas provincias tua a te impetrabit humanitas: quam nos vero cupiamus a nobis te habere illos commendatos, agnoscat Tua Maiestas ex Venerabili fratrc Episcopo Regiensi Nuncio, cui mandavimus, tota de re tecum ut communicet, tu quoque in commune ut consulas et Dei causae faveas tuo more accurate. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die xxx. Iunii m.dc.iiii. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCXXVI.

Caesari pontifex castellanum Cracoviensem commendat, ut ei iń quibusdam bonis recuperandis faveat. Ibidem fol. 288.

Carissimo in Christo filio nostro Rudolpho Ungariae et Bohemiae Regi Illustri in Romanorum Imperatorem Electo.

Clemens PP. VIII. Carissimc in Christo fili noster, salutem etc. Ducis Ostrogiae Castellani Cracoviensis res nobis magnae curae sunt, quod is nostram promeretur benevolentiam et publice et privatim, cum se praestet in Polonia catholicae religionis defensorem acerrimum. Volumus illum ipsum tuo beneficio tibi nunc quoque valde obligare, idque ille cupit in primis, ct tua certe dignus est gratia. Ad eum pertineut iure haereditario Radxinae bona, quae sunt in Bohemia, et Macoviciana Arx sita in Ungaria. Haec in aliorum potcstatem cum vcnerint atque iniuste, ut asserit, possideantur, pergratum nobis fecerit Tua Maiestas, cui dcbentur, si mandaverit restitui. Hominis benignam rationem ut habeat Tua Maicstas, pctimus maiorem in modum, et illum et familiam eius totam tibi ut devincias in perpetuum. Datum Romae apud S. Marcum etc. die vii. Augusti mdciii. Pont. nostri Anno Decimotertio.

CCXXVII.

Episcopo Luceoriensi pontifex et Ruthenorum unionem et ducem Ostrogiae commendat. Ibidem fol. 327.

Venerabili fratri Martino Episcopo Luceoriensi.

Clemens PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Plura praestat tua fraternitas ipso initio tui muneris pastoralis, quam quae exigat sui bene gerens negotii et diligens procurator. Etenim cum tu tuos iam omnes salutaribus imbueris praeceptis, et quod aliorum culpa fuerat neglectum antea, resarcieris, tuum in catholicam religioncm studium laudari satis vix potest. Atqui angusto cum tibi vidcaris includi in loco, tuis rite confectis, publicas res curas, eas scilicet, quae ad Ruthenam Ecclesiam pertinent. Magnam nobis spem iniecisti fore in dies melius, confidimusquc, faventc Deo, Sanctae huic Sedi

obsequentes futuros, qui se ab ea olim subtraxerunt istis in locis publico cum incommodo. Qua in re unus tibi exorandus est Dux Ostrogae Palatinus Chioviensis, cuius animus (quae eius est in omnes humanitas) non potest a nobis abhorrere, quem unum ad communem concordiam paulum si inclinaveris, tanta viri in auctoritate facile acquiescent omnes. Tua opera si quid Sedi accrescet Apostolicae, et nostram et bonorum omnium tua tibi pietas adiunget benevolentiam. Datum Romae apud S. Marcum etc. die XXIII. Octobris MDCIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCXXVIII.

Regem Poloniae pontifex exhortatur, ut suos, si qui sint in Transylvania, ad se revocet. Ibidem fol. 384.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Anxia non sine sollicitudine cogitavimus antea de rebus Transylvaniae diu, multumque sumus saepe ac saepius veriti, ne quod se illinc subito proriperet malum, quod late serpens in Tuae Maiestatis Regnum primo irrumperet, post Caesaris imperium invaderet cursim. Ac ne nunc quidem videmur aliquibus coniectura aberrasse, cum non obscuris auctoribus percrebuerit, magnum istius Regui Cancellarium cum valida atque ad pugnandum parata manu in Transylvaniam excurrisse seditiosis Caesaris adversariis auxilii plus laturum. Nobis quamquam id non sit verisimile, quippe qui certo scimus Cancellarium ipsum nihil quicquam conari temere, cum sit prudens, neque se sponte coniicere in angustias, unde referre pedem non liceat sine publico privatoque incommodo, neque in certa praesertim tempestate navim repente conscendere sine penu, ut dicitur nautica, tamen bellico tempore quo ad ea, quae vulgo loquuntur homines, suas quisque faciles accommodat aures, et est suspiciosus magis, nihil tam falsum esse poterit, quin ansam habeat ad dubitandum, et benevolentissimi atque amicissimi cuiusque perturbet animum. Ne vulgi igitur hisce arreptis sermonibus, et tuae et Caesaris et nostrae qui invident quieti, oblatum sibi existiment tempus, in quo suae evomant virus improbitatis, Tuam Maiestatem paterne monemus, ut malevolorum, si quae sunt, a te removeas perniciosa consilia, tuosque continuas in officio, quando id quidem petendum non est, de eadem provincia tuos ut revoces, cum profectum illuc iniuriae inferendae causa ex tuis credamus neminem. Caesaris in Tuam Maiestatem cum sit propensa voluntas, tuaque in illum vicissim praecavere diligenter oportet, ne qua discordiarum interiecta semina alterum ab alterius necessitudine disiungat. In vestra nos animorum mutua coniunctione publicam tranquillitatem maxime sitam esse arbitramur, speramusque (quae vestra est in Deum pietas) ab omni iniuria temperaturos sic, ut ne in mente quidem vobis veniat experiri, in vestram et populorum vestrorum quod redundet perniciem manifestam. Haec ab summo paternoque in Tuam Maiestatem amore perfecta existimato. Tu te consule, et tuis et tuorum, nostris etiam et totius Christianae Reipublicae prospice commodis. Nostra haec pacis plenissima consilia ut tuo in animo penitus insidcant, Venerabili fratri Episcopo Regiensi Nuntio mandavimus, de his cum Tua ut agat Maiestate accuratissime, nostraque, quam nunc tibi impartimur, rem transigat Apostolica benedictione. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XI. Decembris MDCIII. Pont. nostri Anno Decimotertio.

CCXXIX.

Palatinum Kioviensem pontifex ad unionem cum Romana ecclesia amanter invitat. Ibidem fol. 399.

Nobili viro Constantio Duci Ostrogiae Palatino Kioviae.

CLEMENS PP. VIII. Nobilis vir, salutem et divinae gratiae lumen. Vidimus pene coram lectis literis Tuae Nobilitatis, quam sit tua erga nos propensa voluntas, quam ardens in publicam causam studium, ut magna iam spes ostendatur, te fautore, firma ac rata istic habituros omnes, quaecumque sunt annis superioribus pie statuta ad sanctam Unionem stabiliendam. Dei quae sunt, non sunt humano more tractanda conquisitis verbis, praescripto officio: ut quisque Spiritus Sancti gratia illuminatur maxime, ita maxime consulit in commune, praestatque, quod omnibus utile est quodque expedit, neque ullum tempus caret opportunitate agendi recte. Tali impulsi spiritu Gracci Praesules ad nos accurrere: tali spiritu nos excitati benigne eos accepimus, et tu, si rem, ut soles, perpendis accurate, invenies tuae plus tributum auctoritati nostro de te iudicio, quam ex ea detractum praepropera, ut tu asseris, festinatione illorum, qui te insciente rude atque impolitum ad nos detulerunt Unionis negotium, Apostolica nostra perpoliendum atque informandum benedictione. Ad congregandos in spiritu unitatis eos, qui Deo placere student, cum totum Unionis spectet opus, et tu id ipsum scribas te olim voluisse, si quispiam alius, nulla causa

est, cur Tua Nobilitas nolit nunc, quod voluerit antea, praesertim cum tua auctoritas maius in dies habeat momentum et pondus ad conciliandas hominum voluntates, ad tollendas discordias. De re nova non agitur, sed de qua satis superque disceptatum est patrum maiorumque nostrorum memoria, eademque haec et publicis in Conciliis vestris approbantibus tam plane est explicata, ut existimandi secus nullus sit tam relictus locus. In id Tua certe Nobilitas debet hoc tempore incumbere acrius, uni tibi cum tui assentiantur maxime, et consilii capiendi integra sit potestas, ne cum potueris tibi et tuis et toti Christianae Reipublicae prodesse plurimum, minime videaris profuisse, aliorum, quae solet currentes incitare, diligentia retardatus. Quae tu tecum prudenter cogitas de conservanda utriusque Ecclesiae dignitate, ea nos quoque cogitavimus antea, ritusque et caeremonias, quas colitis, integras vobis reservavimus, et quaccumque pertinent ad vestram existimationem propagandam, etiam nunc volumus omnia aeque ac tu ac tui. Verum ut una constantique mente velimus omnes, quae sunt ad Dei cultum augendum necessaria, Tuae duntaxat Nobilitatis desideratur consensus. Patriarchas quod constitueris aggredi Antiochenum et Constantinopolitanum, nec facile nec brevi in nostram illos deduces sententiam: operosa res est et longissimi temporis, quo aetas iam ingravescens non admodum abundat. Atqui si placet experiri, quod te assequi posse non diffidis, Principis viri experiamur, exemplo ad quod homines ingenium et mores facile accommodant, hoc est tui. Tu illis facem praefer ad concordiam, tu illis, Deo iuvante, viam ostende. per quam ambulent, te ipso prius Sanctae huic Sedi plane addicto, dedito, dicato. Id tu tecum si reputas, facis, quod virum pium decet: sed tu interim in Sacrosanctae Romanae Ecclesiae communis matris advola gremium, et nostrum tui ad nos adventus incredibile desiderium leni perceleri properatione. Nos iam nunc (si pateris) Tuae occurrimus Nobilitati tuisque, quos tecum ducturus es, exercitum magnum valde bonorum piorumque hominum, quos omnes Sanctae huic Sedi perpetuum decus atque ornamentum ubi addideris, tuae eximiae pietatis charitatisque memoriam cum omni posteritate adaequaveris. Carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Regis ad rem christianam iuvandam omnia cum referantur consilia, non dubitamus illum tum sua sponte, tum nostro hortatu facturum quicquid publicis conducet rationibus. Tu quam tuis in literis profiteris palam, in nos benevolam, in sanctam Unionem propensam voluntatem retine, et quam habes animo iam conceptam sententiam prome, ut et Tuae Nobilitatis et clarissimae familiae tuae nomen vera immortalitate illustretur, et nos primarii viri amici opera tantam amplitudinis accessionem Sanctae Sedi Apostolicae nostro tempore adiunctam, una cum coelestibus divinisque choris gaudeamus, triumphemusque in omni vita. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Ianuarii M.DC.V. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

PONTIFICATUS PAULI PP. V.

CCXXX.

Pontifex regi Poloniae de matrimonio cum Constantia Austriaca ineundo gratulatur. Reg. Brev. An. I. ep. 180.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Maxima nos affecit laetitia Maiestas tua recentioribus suis litteris, quibus nobis significavit, se constituisse tandem, Domino benedicente, ducere in uxorem Nobilem virginem dilectam nobis in Christo filiam Constantiam Austriacam, filiam olim Caroli Archiducis et defunctae uxoris tuae mulieris lectissimae et religiosissimae sororem. Rem iudicio nostro perutilem Reipublicae Christianae facis, quod iterato hoc inter tuam et Austriacam inclytam domum amoris vinculo, multo validiores efficiemini ad resistendum conatibus potentissimi Tyranni Turcae Christiano nomini hostis infensissimi. Praeterea gratificaberis populis tibi subiectis hoc tuo

nobili coniugio: quod certe in omni actione suscipienda, quoad fieri potest, Principi optimo cordi esse oportet, praesertim quando populi studiosi sunt Regis sui, sicuti Polonos tuos esse accepimus. Nam intelleximus eos vehementer sollicitos semper fuisse de tua Regia prole ab ea die, qua Domino placuit Reginam uxorem tuam dilectissimam ad meliorem vitam et beatiorem transferre. Quare nos quoque multo libentius tecum atque cum futura sponsa Maiestatis tuae dispensavimus super impedimentis, quae huic futuro matrimonio vestro obsistunt: ob id mandavimus, ut quam primum literae nostrae de hac dispensatione ex optima formula expedirentur. Deum interea, a quo cuncta bona procedunt, iugiter precamur, ut ad sanctissimi nominis sui gloriam, et ad Christianae Reipublicae utilitatem omnia tibi prospera atque secunda concedat: ac simul Maiestati tuae nostram Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris V. Idus Septembris MDCV. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCXXXI.

Cardinalem Cracoviensem pontifex legatum constituit, ut suo nomine matrimonio regis benedicat. Reg. Brev. An. I. ep. 184.

Dilecto filio nostro Bernardo S. R. E. Cardinali Macziceiovio nuncupato, nostro et Sedis Apostolicae apud Regem Poloniae de latere Legato.

Paulus PP. V. Dilecte fili noster, salutem etc. Petiit a nobis Charissimus in Christo filius noster Sigismundus Poloniae Rex, ut aliquem ex venerabilibus fratribus nostris Cardinalibus legaremus in Poloniam, qui futuris nuptiis, quas cum Charissima in Christo filia nostra Constantia Caroli quondam Archiducis filia celebraturus est, nostro nomine interesset, et sponsis ipsis nostra benedictione benediceret. Nos, qui te impense amamus, et omnem occasionem libenter arripimus significandi tibi nostrum in te singularem amorem, et quanti pietatem, virtutem et nobilitatem tuam faciamus, hanc opportunitatem tui honestandi praetermittere nolumus, quo magis te certiorem redderemus nostrae in te propensae voluntatis. Quare te hoc mane in Consistorio nostro cunctis astantibus et approbantibus venerabilibus fratribus nostris Cardinalibus Legatum nostrum declaravimus ad benedicendas nuptias Charissimorum in Christo filiorum nostrorum Regis et Reginae Poloniae, quemadmodum ex literis nostris, quibus officium et facultates legationis uberius explicabuntur, accipies. Cito mittemus ad te, qui eas literas et rubeum pileum Cardinalitium tibi deferat, ut hoc munus honorificum ex nostra et Sedis Apostolicae dignitate exerceri possis, sicuti te optime facturum confidimus. Interea voluimus tibi omnia per celerem tabellarium significare, ut ad ea, quae necessaria sunt, commodius te comparare posses. Dominus orationes tuas clementer exaudiat: et nos tibi Apostolica nostra benedictione benedicimus. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris Pridie Idus Septembris MDCV. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCXXXII.

Pontifex metropolitae Kioviensi et cancellario M. D. Lithuaniae de eorum studio unionem Ruthenorum fovendi gratulatur. Reg. Brev. An. I. ep. 375. et 376.

Venerabili fratri Hypatio Poceio Metropolitae Chioviensi.

Paulus PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Quas ad nos scribit Fraternitas tua alteras dedisse literas, haud quaquam accepimus: statim enim respondissemus, cum quod hoc ipsum exigat a nobis humanitas tua, quae te ad nobis gratulandum summum Pontificatum impulit, tum nostra erga te singularis benevolentia. Et quidem nobis multa de zelo Catholicae Religionis, et de observantia erga Sanctam hanc Sedem renunciata sunt, quae in epistola tua aperte cognovimus, et quidem cum ingenti animi nostri laetitia. Quare te summopere diligimus tibique omnia amoris et charitatis officia exhibere desideramus. Constantiam et fortitudinem Fraternitatis tuae in retinenda dignitate adversus haereticos et schismaticos vehementer laudamus, quae ut in dies magis splendescant ad divini nominis gloriam in conservanda ac tuenda unione cum Ecclesia Sancta Apostolica Romana, omnium aliarum Matre et Magistra, cupimus. Plane virtus et probitas tua Deo acceptiores et apud homines splendidiores erunt, quo maioribus periculis atque difficultatibus exagitabuntur. Hoc certe quibuscunque rebus poterimus, semper conatibus et studiis ac laboribus tuis officiose favebimus. Dilectum filium religiosum virum Petrum Carmelitanum de rebus tuis agentem perhumaniter audiemus, sicuti a nobis petis. Nobili viro Lithuaniae Cancellario diligenter significavimus, quantam a nobis inierit gratiam ob collata in te beneficia et Ecclesiastica iura in tua causa defensa. Plane viri praeclarissimi religiosum affectum probamus, ipsumque summa in Domino charitate prosequimur. Fraternitatem tuam, precibus suis nostros labores ut iugiter

adiuvet apud Deum, rogamus, quam ut ipse Pater misericordiarum in sua pastorali specula vigilantem custodiat, oramus, ac simul tibi nostra Apostolica benedictione benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris quarto Idus Decembris MDCV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Dilecto filio Nobili viro Magni Ducatus Lithuaniae Cancellario.

PAULUS PP. V. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Significavit nobis Venerabilis frater Hypatius Poceius Metropolita Chioviensis, quantopere Nobilitas tua ipsum gratia, auctoritate, consilio et opera adiuverit, et ut accerrimus Ecclesiasticae libertatis in eo vindex fueris. Retribuat tibi Dominus, dilecte fili, secundum opera tua: nos vero, quantum cum Domino poterimus, tibi declarabimus re ipsa, ubi sese occasio offerat, beneficia abs te in venerabilem fratrem nostrum collata uti officia nobis ipsis praestita excepisse. Interea hanc tuam egregiam pietatem laudamus, quam etiam elucere in aliis piis operibus ad gloriam Dei et ad Religionis Catholicae incrementum intelligimus. Siquidem renunciatum nobis est, quanta liberalitate atque religione Templa Deo ornaveris, Monasteria ad piorum hominum ac sacrarum virginum commoditatem amplis proventibus ditaveris, et quam splendidum exemplum Christianae virtutis caeteris tui ordinis praeclarissimis viris semper exhibueris. Quare his de causis nostram in te propensam voluntatem arctiori amoris vinculo devinxisti, quemadmodum experimento comperies, quotiescunque opportunitatem nacti fuerimus. Interea nostrum paternum amorem tibi nostris hisce litteris significare voluimus, ut alacrius ad praeclare magis de Catholica Religione merendum te inflammaremus. Deus, qui te tanta virtute atque pietate replevit, te quoque ab omni malo custodiat, et nos tibi Apostolica benedictione nostra cum omni cordis affectu benedicimus. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris quarto Idus Decembris MDCV. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCXXXIII.

Pontifex regem ac proceres ecclesiasticos et saeculares Poloniae hortatur, ut in comitiis iam indictis bellum contra Tartaros decernant, regique de victoria a Tartaris relata gratulatur. Reg. Brev. An. I. ep. 343, 422, 444.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quod antea nuncio quidem certo, sed re non ita diligenter declarata, quemadmodum postea factum est literis Maiestatis tuae iucundissimis, gratulati sumus illustrem victoriam praeclarissimumque triumphum de tuis, vel potius communibus patriae, Religionis publicaeque quietis hostibus, nunc iterum, Charissime fili, tibi gratulamur. Idque multo alacrius multoque libentius facimus, quod perpetuam in Deum pietatem atque singularem prudentiam Maiestatis tuae agnoscimus, cum tu non tuorum militum fortitudini, non Ductorum ordinum virtuti, quanquam utraque egregia extiterit, sed ei potissimum hanc victoriam acceptam referas, qui facit mirabilia magna solus, qui confregit inimicorum potentiam, arcum, scutum, gladium et bellum. Neque enim aliter fieri poterat, ut tam grandis et tam fortis exercitus ab exigua militum manu penitus deleretur, nullo fere accepto detrimento, nisi Deus, sicut ignis, qui comburit sylvam, persecutus fuisset inimicos, et in ira sua eos perturbavisset. Igitur summas aeterno Patri gratias agimus, qui non obliviscitur misereri nobis, ipsumque nostris precibus, quas ad veneranda Beatissimorum Apostolorum corpora pro totius Christiani populi salute offerimus, precamur, ut ad sanctissimi sui nominis gloriam, et ad Catholicae Religionis amplificationem Maiestati tuae tribuat absolutum atque integrum de perfidis tuis perduellionibus triumphum, quo facilius vires, copias et consilia tua cum Charissimo in Christo filio nostro Rudolpho Imperatore Electo coniungere possis adversus immanem Tyrannum Othomanicum, Christianae fidei depressionem atque totius Reipublicae ruinam inhiantem. Ad quam rem etsi superioribus nostris litteris te satis diligenter hortati sumus, periculi gravitate vehementer impulsi iterum te etiam atque etiam hortamur: nam in tuis victricibus armis, et in praestanti Ducum ac militum tuorum consilio et fortitudine maximam fiduciam habemus. Et quidem, Charissime fili, nullum maius obsequium sancto Stanislao praestare poteris, cuius precibus Deus inimicos tuos ad nihil redegit, quam si pro Christi nomine, pro quo Martyr ille beatum sanguinem suum gloriosum fudit, filios nostros Polonos suos viros fortissimos ad arma excitaveris. Nobis certe, qui te ex animo diligimus, et in sinu nostri cordis amorem, quo Maiestatem tuam prosequimur, assidue fovemus, et in nostris orationibus memoriam tui semper facimus, neque gratius neque acceptius quicquam aliud tribuere poteris. Interea firma spe freti, quod tu nostro huic non minus necessario quam laudabili desiderio satisfacturus sis, gratias tibi agimus de laetissimo et desi-

deratissimo nuncio praeclarissimae victoriae tuae, quo nostrum afflictum animum tantis et tam gravibus sollicitudinibus, quae ob hanc Turcarum intolerabilem audaciam nos urgent, mirabiliter recreasti. Dominus, qui te potentem fecit super inimicos tuos, perpetua te protectione sua custodiat, et nos tibi Apostolica nostra benedictione benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum etc. IX. Kal. Decembris MDCV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi pro comperto habeamus Maiestatem tuam futuris Regni Comitiis id potissimum curaturam esse, ut necessaria praesidia adversus Tartaros comparentur, qui nimis graviter, nimis frequenter in tuas Provincias grassantur, nec dubitamus, quin omnes Regni Proceres partes suas egregie praestituri sint et auctoritate tua excitati et calamitate populorum commoti, quorum miserias quotidie propriis oculis intuentur: tamen quia ex recentiori splendidissima victoria, quam anno praeterito de tuis perduellibus divina cooperante clementia obtinuisti, opinio nostra confirmata fuit, Maiestatem tuam videlicet posse atque eodem tempore liberare tuum nobilissimum Regnum ab incursionibus Tartarorum, et afflictis Christianae Reipublicae rebus in Pannonia mirifice opitulari, dummodo iusto praelio Poloni fortissimi bellum Tartaris inferre constituerent. Propterea oblata hac Comitiorum occasione operae pretium facturos nos esse existimavimus, si etiam atque etiam hortaremur te, ut non tantum quemadmodum resistendum hostibus videres, immo vero de ipsis abigendis procul a vestris finibus, deque strenue ac fortiter profligandis deliberares. Neque enim non sperare debemus, quin Deo auspice res ex voto succedat, si vires, fortitudinem et disciplinam militarem Polonae gentis cum Tartarorum manu comparare velimus, qui latronum more palantes multitudine atque celeritate potius, quam virtute bellica finitimas Provincias praedae cupidi invadere solent. Praeterquam quod facile adhuc vires eorum labefactari et imminui poterunt, si dilectus filius noster Demetrius Magnus Moscorum Dux communes inimicos Tartaros adoriatur, ad quam rem induci posse tuis adhortationibus maxime confidimus, cum ipse tantopere Maiestati tuae iure merito debere profiteatur, nec verisimile sit deesse causas, quibus sponte sua ad hoc bellum concitetur. Hoc enim pacto Tartari, qui omnem fiduciam in multitudine collocant, divisis copiis debiliores ad resistendum vestris conatibus efficientur. Neque tantum speramus fore, ut a Maiestate tua e Poloniae finibus arceantur hac ratione, verum etiam omnino prohibeantur, ne imposterum possint amplius descendere in Pannoniam ad opem ferendam Turcis adversus Caesarem, impediti necessaria rerum suarum defensione. Quae res quantum momentum habeat ad summam totius illius belli, omnes intelligunt. Quare, charissime fili, duas tibi proponimus triumphales coronas unico bello non minus necessario et iusto, quam illustri adipiscendas: liberabis namque subiectos tibi populos ab immanissimis infensissimisque latronibus, quorum insolentiam adeo excrevisse accepimus, ut Regi nobilissimo et fortissimo, deque tranquillitate et salute subiectorum instar patris de filiorum commodis laborantis semper sollicito, quemadmodum hactenus fecisse te scimus, amplius ferenda non sit. Nam relatum nobis est cum ingenti animi nostri moerore, non modicam fidelium multitudinem tuorum populorum cuiusque aetatis, atque generis in miserrimam hucusque abreptam fuisse servitutem, et quotidie novas semper praedas ex illis abduci, quorum miseria eo magis deploranda, quod salus animarum eorum manifestissimo discrimini subiiciatur. Praeterea sublevabis Christianam Rempublicam, quippe quod auxiliaberis Caesari, auxiliaberis Ferdinando uxoris tuae lectissimae suavissimo fratri, in quorum periculo ipsa maxime periclitatur, et ex quorum salute publica quies atque securitas potissimum pendet. Nos vero, qui te unice diligimus, quod dies noctesque pro pastorali nostra sollicitudine affligimur ob frequentes Christiani populi calamitates, hoc pacto mirifice recreabis. Nam cum experti simus, parum adhuc processisse conatus nostros adversus Turcarum impetum, quod eorum violentia nimis gravis sit copiarum magnitudine, ideo cupimus, si quo pacto fieri potest, eas in plures partes dissolvere. Quam rem nemo te melius praestare potest, si quemadmodum dictum sit, fortissimos Polonos tuos ad bellum contra Tartaros excitaveris. Haec omnia Maiestati tuae pro singulari tua prudentia probari facile credimus, et pro animi sui magnitudine atque praestanti charitate, qua subditos sibi populos et Christianam universam Rempublicam prosequitur, mente versari confidimus. Propterea multo magis hortamur te atque in visceribus Christi rogamus, ut studia, cogitationes et consilia tua omnia huc conferas, coneris, efficias, ut hisce Regni Comitiis ea decernantur, quibus hanc tibi gloriam ad tuorum populorum tranquillitatem, et ad Christiani nominis amplificationem comparare possis. Cae-

terum quia haec deliberatio vehementer nobis cordi est, mandamus Venerabili fratri Episcopo Regiensi Nuncio nostro, ut cum Maicstate tua diligenter agat hac de re, et quid faciendum existimemus, quo commodius hoc negocium absolvatur, tibi uberius exponat. Ei igitur, ut soles, fidem eandem habebis, quam nobis ipsis praestares. Nos interea Deum Patrem misericordiarum numquam precari cessabimus, ut Spiritus Sancti lumine mentem tuam ac Regni Procerum illustrare, corda vestra derigere, salutaria vobis consilia per suam misericordiam suggerere dignetur: quem, ut te sospitem ac foelicem servet, iterum oramus, ac simul tibi Apostolica benedictione nostra benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris sexto Calendas Februarii MDCVI. Pontificatus nostri Anno Primo.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Agimus Deo Patri misericordiarum immortales gratias, quod cum superioribus diebus hortati fuerimus Maiestatem tuam ad Tartaricum bellum, nunc debeamus tibi gratulari adeptam de Tartaris victoriam. Iam vero intelligere aperte possumus, quid nobis sperandum de huiusmodi belli exitu, cum adeo foelix sit eius initium. Nam accipimus multis sane Tartaris egregia tuorum militum virtute ac fortitudine ad internicionem caesis, reliquos turpiter fuga sibi consulere coactos fuisse. Gratulamur igitur vehementer Maiestati tuae hanc recentem nobilem victoriam. Sed adhuc multo magis tibi eam gratulamur, quod ipsam praeludium praeclarissimi triumphi fore cxistimamus. Agnoscimus quidem divinae providentiae signum. Deus enim exercituum arma Polonorum praevalere voluit adversus Tartaros hoc potissimum Comitiorum tempore, ut cunctorum animi acrius inflammarentur ad bellum. Neque dubitare debemus de foelici rerum nostrarum eventu, si Deum ipsum ducem et auctorem sequamur, praesertim eius causam, hoc est Christi fidem fortiter propugnantes. Quare, charissime fili, alacri animo ad tam praeclarum facinus te compara, dignum certe magnitudine animi tui et ea gloria, quam ob praestantem pietatem, fortitudinem atque prudentiam assecutus es. Nos vero, quo tibi omnia faciliora et expeditiora reddantur, Deum assiduis nostris precibus orabimus, ut praesidio divinae gratiae tibi semper propitius adsistat, consilia tua sapientiae suae lumine dirigat, et tuorum populorum corda igne coelestis charitatis accendat. Interea tibi cum omni cordis affectu Apostolica benedictione nostra benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum etc. m. Nonas Februarii MDCVI. Pontificatus nostri Anno Primo.

Eidem Regi.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quotidie nova nobis gaudia ex foelicissimo Maiestatis tuae Regno nunciantur, quibus animus noster assiduis curis atque sollicitudinibus oppressus non mediocriter recreatur. Profecto mirifice gavisi sumus, quod non cxiguam illorum inimicorum copiam iam profligaveris, advcrsus quos nuper te vehementer inflammare conati sumus. In quibus debellandis et istius florentissimi Regni tui tranquillitati maxime prospicitur, et Christianae Reipublicae universae subvenitur. Quo fit, ut hanc recentem impressionem in eos a tuis militibus foeliciter factam Maiestati tuae summopere gratulemur: de qua, simul ac nuncium accepimus, ingentes Deo Altissimo gratias egimus, et ut novis victoriis ipsam amplificaret, precati sumus; quod quidem in eius summa misericordia confisi utique fore speramus: animadvertimus Dei iudicium, neque enim temere tanta foelicitate superatos fuisse Tartaros a tuis militibus crediderimus, potissimum hoc tempore Comitiorum, sed ut acrius Maiestatis tuae ac fortissimorum Polonorum Procerum animi ad Tartaricum bellum excitarentur. Propterea multo magis hortamur te, ut Deum exercituum ducem sequaris, ipse enim est qui dextera virtutis suae inimicos prosternere, et in manus tuas vinctos tradere vult, ipse virtutem ac robur militibus, prudentiam, constantiam, animi magnitudinem Ductoribus militarium tuorum ordinum, ac maioribus Ducibus tribuit, et quod in bellis gerendis maximum est, praeclarissimam temporis opportunitatem Maiestati tuae offert: nam quod Polonorum Regum fortasse contigit ante te nemini, habes Magnum Moschoviae Ducem non solum Maiestati tuae addictum, sed singulari etiam amore devinctum, cum quo si consilia, vires et studia coniunxeris, non tantum potes pacatum atque securum reddere Poloniae Regnum a Tartarorum incursionibus, verum etiam, Tartaris ipsis in ordinem redactis, iter aperietur tibi facile et expeditum ad immanem Tyrannum Othomanicum adoriendum, qui cum interea Principum Austriacorum Imperium occupare summa vi adnitatur, Regna quoque tua inexplebili cupiditate imperitandi inhiat, quem, qui sapiunt, una tantum ratione superari posse arbitrantur, si diversa bellandi necessitatc cius vires in plures partes fuerint districtac atque dissipatae. In qua re quia

optime intelligimus, quantum Maiestas tua prodesse possit, praesertim consociatis animis atque armis cum Moscovita, petimus a te etiam atque etiam ac in visceribus Christi rogamus, ut totus in hoc incumbas, id mediteris, id cures, ut quotidie mutuus amor inter vos augeatur, et novis semper officiis charitatis et benevolentiae foveatur. Nihil est quod magis sublevare possit afflictam Rempublicam, quam si vos pro Christiana fide et Catholica Religione, quemadmodum fortissimos Athletas Iesu Christi Domini nostri decet, bellum eius inimicis inferatis, illatasque Christi fidelibus iniurias summa animi virtute vindicetis. Hoc enim pacto, charissime fili, cum magna nominis tui gloria aeternam tibi comparabis foelicitatem, et de nobis, qui te unice diligimus, praeclare mereberis, quibus nulla maior sollicitudo pectus excruciat, quam quae de Turcarum audacia atque temeritate coercenda cordi nostro insidet. Quare iterum te ad huiusmodi tam necessarium, tam splendidum, tam utile consilium suscipiendum hortamur. Nos autem, quo commodius ipsum ad exitum perducere possis, numquam desistimus Deum praecari, quemadmodum hactenus semper fecimus, ut studia, cogitationes et opera tua in beneplacito suo dirigat, ac te praesidio divinae gratiae iugiter custodiat. Sed adhuc multo plura in hoc genere accipies a Venerabili fratre Episcopo Regiensi Nuncio nostro Apostolico, cui mandavimus, ut uberius nostram hac de re tibi sollicitudinem exponeret, quem ut benigne audias et solitam fidem ei praestes, desideramus. Interea nostra tibi Apostolica benedictione cum omni cordis affectu benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum etc. XV. Calendas Aprilis MDCVI. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCXXXIV.

Pontifex eidem regi de concordia et pace in regno instaurata gratulatur. Reg. Brev. An. II. ep. 5.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quae nuper acta sunt postremis Regni Comitiis, utque omnia perturbationum atque discordiarum plena fuerint, et quam praeclara, quam egregia Maiestatis tuae prudentia, constantia, fortitudo tua extiterit cum in compescendis aliorum effervescentibus cupiditatibus, tum in retinenda propria dignitate, et in protegenda Catholicae Religionis integritate, abunde percepimus. In quibus omnibus talem omnino sese nobis exhibuit Maiesatas tua, qualem mirifica de praestanti tua virtute ac pietate opinio nostra sibi pollicebatur. Itaque summas Deo omnipotenti gratias agimus, a quo omne datum optimum, omne donum perfectum descendit, cuius admirabilis benignitatis abundantia in tot ac tam magnis Maiestati tuae largitis virtutibus splendet. Tibi vero ex animo gratulamur, quem quotidie maiori gratia apud Deum, et solidiori laude apud homines proficere videmus. Quod certe summa nos affecit laetitia, quia diligimus te cum omni nostri cordis affectu, et ob id nihil tibi utile vel honorificum accidere potest, quod nobis item non summopere iucundum sit. His additur Christianae Reipublicae utilitas cum hac foelici Regni tui administratione coniuncta, quae pro paterna charitate, qua filios nostros in Domino prosequimur, nobis prae omnibus rebus cordi est. Quo fit, ut etiam si optime sciamus Maiestatem tuam minime egere nostris cohortationibus, nihilominus petamus a te, ut cum hactenus prudentia singulari, qua praeditus es, prohibitus fuerit ignis discordiarum a malorum omnium fabro succensus, ne omnia conflagraret, cures ad Dei gloriam et ad Ecclesiae sanctae praesidium, et ad florentissimi Regni tui Poloniae firmamentum, ut quae supersunt scintillae huius ignis, penitus restinguantur. Renunciatum sane nobis est, quod adhuc dilectus filius Nobilis vir Palatinus Cracoviensis minime quiescit, quae res vehementer nos solicitat: tamen in Divina misericordia atque in animi tui aequitate ac moderatione confisi speramus fore, ut omnia facile componantur; praesertim si, quemadmodum dici solet, ignem cinere suo suffocari permiseris. Ea est, ut optime nosti, natura ardoris humanarum cupiditatum, ut facilius comprimantur pabulo subtracto, quam violentia adversum adhibita. Propterea hortamur te, ut ad communem tranquillitatem constabiliendam laudabili conniventia utare: semper enim honestum atque decorum fuit unicuique pro Reipublicae utilitate, quod molestum est, patienter ferre, praecipue vero Regibus, quorum vera laus tantum in publica salute consistit. Quod cum abunde intelligas, non dubitamus, quin tu egregie etiam efficias. Nos vero interea consilia tua Deo commendare non desistimus, et Venerabili fratri Epo Regiensis Nuncio nostro Apostolico mandamus, ut tibi semper praesto sit, et si aliqua in re auctoritate nostra Maiestati tuae opus erit, mandata tua sedulo curet, tibique operam atque industriam non secus ac nobis diligenter praestet. Cupimus enim, Charissime fili, ut intelligas te a nobis unice diligi, et quae ad tuam tuique Regni tranquillitatem pertinent, maxime nobis corde esse. Dominus te ab omni malo custodiat, et nos tibi Apostolicam

benedictionem nostram peramanter largimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. III. Nonas Iunii MDCVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCXXXV.

Cancellarium Lithuaniae pontifex laudat, quod metropolitam Ruthenorum contra molitiones schismaticorum defendat. Reg. Brev. An. II. ep. 17.

Dilecto filio Nobili viro Cancellario Lithuaniae.

PAULUS PP. V. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Quanta pietate atque animi fortitudine susceperit tuendam Nobilitas tua causam catholicae religionis Comitiis nuper habitis, utque constanter steteris pro muro domus Dei adversum impetum hacreticorum, abunde percepimus. Nam renunciatum nobis est, quicquid non minus generose ac prudenter, quam pie egeris pro Ecclesiasticae dignitatis conservatione, et pro Catholicorum tutela. Praecipue vero laudamus Nobilitatem tuam, quod Venerabilem fratrem Metropolitam Ruthenorum protexeris a Scismaticorum insectatione, et Unionem, quam ipse ac reliqui eiusdem nationis Catholici cum Sancta Romana Ecclesia contraxerunt, religiose ac fortiter defenderis. Neque enim magis pietatis tuae zelum declarare poteras ad Dei gloriam, et ad Ecclesiae Sanctae utilitatem. Propterea noster quoque erga te paternus amor mirifice amplificatus est, quod tibi nunc hisce literis significare voluimus, ut intelligeres, quod quemadmodum summam nos de egregia virtute ac probitate tua iucunditatem caepimus, ita vehementer cupimus, ut aliqua sese nobis offerat occasio, qua tibi declarare possimus, quam ex animo te diligamus, et quanti tua in hanc Sanctam Sedem merita faciamus. Interea cuncta tibi a Domino prospera et secunda precamur, ac simul te Apostolica nostra benedictione impertimus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris V. Idus Iunii M.DC.VI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCXXXVI.

Pontifex regi Poloniae episcopum Fulginatensem episcopo Regiensi in munere nuntii apostolici suffectum commendat. Reg. Brev. An. II. ep. 161

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Revocamus ad nos venerabilem fratrem Episcopum Regiensem, qui iamdiu apud Maiestatem tuam Nuntium Apostolicum gessit: nam labores, quos pro huius Sanctae Sedis servitio tam diuturnos et tam graves sustinuit, promerentur, ut defatigationis eius rationem habeamus, ipsique aliquando permittamus, possit honesta quiete frui. Quod eo magis facere debemus, cum ipse et nobis egregie in suo munere satisfecerit, et Maiestati tuae, sicuti abunde cognoscere potuimus, iucundus et acceptus semper extiterit. Quae res in causa fuit, ut in diligendo eius successore diutius immoraremur, cupiebamus namque talem ei sufficere, qui aeque ac ille Maiestati tuae gratus futurus esset, et negocia huius Sanctae Sedis ac nostra pro dignitate apud te agere posset. Hoc certe assecutos esse facile nobis persuademus in electione venerabilis fratris Francisci Episcopi Fulginatensis, quem modo mittimus ad te nostrum et huius Sanctae Sedis Nuntium Apostolicum, a quo literas has indices praecipui amoris, quo Maiestatem tuam in Dño prosequimur, accipies. Multa quidem ei insunt, quae iure merito nos in hanc sententiam inducere potuerunt: insignis pietas atque religio, integritate vitae ac doctrinae probata; prudentia usu rerum, diuturnaque Urbis frequentia acquisita; dexteritas, humanitas, fides in negociis pertractandis digna homine nobili atque religioso. Quae ornamenta cum ipsius naturae bonitate, tum praestanti disciplina integerrimi viri laudatae memoriae Cardinalis Simonettae eius patrui assecutus est, itaque eum valde diligimus, sicuti reipsa declaravimus, nam superioribus diebus illum Ecclesiae Fulginatensi praefecimus, et inter Praelatos nostros domesticos et assistentes cooptavimus. Plane confidimus adventum huius nostri Apostolici Nuntii Maiestati tuae iucundum fore, ipsumque facile tuam gratiam sibi conciliaturum, et quia benignitatem, qua nostros et huius Sanctae Sedis ministros prosequeris, optime novimus, et quia dabit ipse sedulo operam, ut omni genere officii nostrum in te amorem, et peculiare suum erga Maiestatem tuam obsequium comprobet. Quod cum a nobis habeat praecipue in mandatis, faciet sane perquam diligenter propensione quadam naturali. Est enim e primaria Mediolanensium nobilitate ortus, et consanguinitatis necessitudine coniunctus Sfortianis Ducibus, progenitoribus Bonae Reginae Poloniae Illustris, et propterea Maiestati tuae et rebus Regni Poloniae addictus. Petimus igitur a te, ut tanto libentius ipsum excipias, et maiori fiducia de omnibus

rebus, quas ad nos deferri volueris, cum eo agas, et illius verbis eandem prorsus fidem adhibeas, quam nobis adhiberes, si te coram alloqueremur. Interea nostram Apostolicam benedictioncm ab ipso accipies, qua te cum omni nostri cordis affectu impartimur. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris XVI. Kalendas Octobris MDCVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCXXXVII.

Regi Poloniae pontifex de recsnti victoria ab Tartaris rslata gratulatur. Reg. An. II. ep. 90.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum de omnibus rebus, quae prospere ac feliciter eveniunt Maiestati tuae, gaudemus, tum ex iis potissimum afficimur summo gaudio, in quibus cum Regni tui felicitate utilitas quoque totius Christianae Reipublicae coniuncta est. Itaque mirum in modum laetati sumus nuncio accepto recentis victoriae, quam singulari fortitudine ac virtute tuorum Polonorum reportasti ex Tartaris. Semper enim existimavimus plurimum referre et ad istius Regni securitatem et ad Reipublicae universae salutem, si latrones illi infensissimi intra suos fines a Polonis tuis fortissimis coercerentur. Quare gratulamur tibi vehementer hunc felicem eventum proelii adversus Tartaros, et quemadmodum Deo Omnipotenti summas gratias egimus de tuis secundis rebus, ita quoque eius bonitatem iugiter precamur, ut auxilio dexterae suae tibi ac militibus tuis semper assistat, robur ac virtutem in vobis augeat, atque sanctissimi sui nominis inimicos conterat atque dispergat. Te vero ex altera parte hortamur, ut cum adeo praeclaram occasionem rei bene gerendae nactus sis, acrius insistas: nam, ut optime novit Maiestas tua, temporis opportunitas plerumque magis potest in bello, quam vires, nec ullum tempus opportunius esse potest ad delendos penitus inimicos, quam secuta eorum clade: in qua saepe compertum est, homines alioquin fortes ac prudentes animos despondisse. Haec quidem Maiestati tuae scribimus, non quod arbitremur egere te nostris cohortationibus, sed desiderio tuae gloriae atque communis utilitatis impulsi: minime enim dubitavimus, quin haec omnia prudenter intelligas et cures. Quod ut commodius efficere possis, conatus et consilia tua assidue Deo commendamus. Benedicimus tibi, charissime fili, cum omni nostri cordis affectu. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris XI. Kalendas Augusti MDCVI. Pontificatus nostri Anno Sccundo.

CCXXXVIII.

Regi Polonias significat pontifex, per episcopum Fulginatensem, nuntium apostolicum, rosam auream reginae eius coniugi ss mittsre. Reg. Brev. An. II. ep. 203.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Pro singulari charitate, qua Maiestatem tuam, et Charissimam in Christo filiam nostram Reginam coniugem tuam lectissimam in Domino prosequimur, misticam rosam auream, ex veteri instituto Romanorum Pontificum a nobis hoc anno benedictam, eidem Reginae dono mittimus per venerabilem fratrem Franciscum Episcopum Fulginatensem Nuntium nostrum Apostolicum. Amamus enim vos vehemcnter, et omncm occasionem libenter accipimus, qua paternum amorem nostrum vobis quotidie magis comprobare possimus. Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, et nos Apostolica te benedictione nostra peramanter impertimus. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris VI. Kalendas Octobris MDCVI. Pont. nostri Anno Secundo.

CCXXXIX.

Cardinali Maczieiovio pontifex mandat, ut petitionss regias ds contributionibus a clero solvendis in synodo provinciali mox convocando examinari faciat, dequs eisdem rsferat. Reg. An. II. ep. 470.

Dilecto filio nostro Bernardo tit. S. Ioannis ante Portam Latinam Presbytero Cardinali Maczieiovio nuncupato.

PAULUS PP. V. Dilecte fili noster, salutem etc. Renunciavit nobis diligenter dilectus filius Ioannes Chusborscius Scolasticus Gnesnensis Secrctarius Regius cuncta, quae de istius Reipublicae perturbationibus, deque molestiis, quae Ecclesiasticis inferuntur, nobis ab illo significanda scripsisti. Charissimi filii nostri Sigismundi Regis desiderium publicae quietis, et quid opportunum communi bono existimet, hoc tempore exposuit. Demum supplicavit nobis, vellemus gratificari Regno de nonnullis rebus, quarum duae potissimae sunt, nempe ut dccidatur controversia decimae manipularis, quam laici tenentur

solvere Ecclesiasticis, et certa annua pensio constituatur persolvenda ab omnibus Regni Monasteriis hospitali, quod ad recipiendos veteranos, qui ob aetatem aut aegritudinem amplius militare non possunt, Varsoviae aedificare coeptum est. Profecto perpendimus gravitatem huius negotii, ideoque hisce de rebus in provinciali Synodo serio agendum esse existimamus. Te itaque hortamur, ad quem rationem Archiepiscopatus Gnesnensis Synodi convocatio spectat, des operam, ut quamprimum Conventus Synodalis, in quo rationes ambarum partium sedulo examinentur, habeatur, et quid de illis Synodus sentiat, ad nos referatur, ut commodius statuere possimus, quod magis ex usu sit cum diviuo cultui, tum ipsi Reipublicae. In qua re cupimus etiam, ut tu quoque nobis significes, quid tibi magis expedire videbitur. Postremo quemadmodum de tua, atque venerabilium fratrum Episcoporum istius Regni constantia in retinenda iuris Ecclesiastici libertate certi sumus, ita te coeterosque vestri ordinis existimare volumus, nos vehementer sollicitos esse de comuni vestra tranquillitate, et ad eam omnia nostra consilia, cogitationes atque studia semper dirigere. Quautum vero attinet ad reliqua Chusborscii postulata, intelliges ex venerabili fratre Episcopo Fulginatensi, quid ei responderimus. In tua erga nos filiali observantia confisi nolumus pluribus abs te petere, diligenter cures, quod, ut summa diligentia agas, desideramus. Confirmet te Deus in omni opere bono, et nos tibi peramanter benedicimus. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris octavo Idus Maii MDCVII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCXL.

Regi Poloniae pontifex patres societatis Iesu commendat. Reg. Brev. An. II. ep. 483.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quanto emolumento sint rebus Catholicorum iu isto amplissimo Poloniae Regno tuo filii nostri dilecti Sacerdotes Societatis Iesu, Maiestas tua optime novit, et nos, qui quotidie experimur salutarem eorum operam in procuranda Dei gloria et animarum salute, facile coniicimus. Quamobrem vehementer soliciti sumus, quod, ut accepimus, dubitatur, ne in futuris istius Regni Comitiis aliquid adversus eos moliantur Religionis Catholicae et communis tranquillitatis adversarii. Etsi proculdubio speramus confisi in praestanti virtute atque prudentia Maiestatis tuae, illos fore defensos atque protectos abs te ita, ut malignantium consilia eis nocere ullo pacto non possint: tamen quia haec res maxime nobis cordi est, qui Ecclesiae detrimentum et animarum iacturam in eorum iniuria manifeste videmus, propterea etiam atque etiam hortamur ac efficaciter requirimus Maiestatem tuam, ut patrocinium et tutelam ipsorum, quam sponte tua alacriter suscepisses, tanto acrius rogatus a nobis suscipies, si opus erit in proximis Comitiis, quanto magis existimare potes, nos vehementius hac de causa laborare. Quod maiori fiducia petimus a Maiestate tua, quia non ignoramus, quantum conservatio Societatis Iesu in Regno Poloniae rationibus tuis conducat calamitosissimis hisce temporibus. Sed quia de nostra sollicitudine propter hanc causam aget pluribus cum Maiestate tua venerabilis frater Episcopus Fulginatensis Nuncius noster Apostolicus, non progrediemur ulterius scribendo, tantummodo rogabimus te, ut Nuncio nostro eamdem prorsus fidem adhibeas, quam nobis praestares, si nos ipsi coram te alloqueremur. Dominus te ab omni malo custodiat, et nos tibi peramanter benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris XIIII. Kalendas Iunii MDCVII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCXLI.

Eidem regi pontifex de instaurata animorum concordia et felici regni comitiorum eventu ex animo gratulatur. Reg. Brev. An. III. ep. 120.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Ex literis venerabilis fratris Episcopi Fulginatensis Nuncii nostri Apostolici intelleximus, quod in divina bonitate confisi semper speravimus, nempe evanuisse conatus et studia eorum, qui praeteritis Comitiis Maiestati tuae et Senatus auctoritati adversabantur, et rerum novarum cupidi statum Reipublicae perturbare ac confundere molieban-tur. Plane recreavit nos hic nuncius: nam etsi bona spe nitebamur, tamen pro paterna charitate, qua te in Domino prosequimur, non sine sollicitudine et cura gravi et assidua de tuis laboribus atque molestiis degebamus. Propterea summas Deo Patri misericordiarum gratias egimus cum omni nostri cordis affectu, simul ac de tota re certiores facti fuimus, quemadmodum etiam ex animo gratulamur Maiestati

tuae hunc foelicem Comitiorum eventum. Quod quidem tanto magis facimus, quanto facile nobis persuademus, Maiestatem tuam agnoscere in hoc gratiam illius, qui reprobat iniustas populorum cogitationes, et dissipat malignantium consilia: Reges autem ac Principes timentes eum custodit, et in Regni solio confirmat. Novimus quippe te semper divini cultus studiosum fuisse, et Ecclesiasticorum tutelam, quemadmodum Regem vere pium ac generosum decet, suscepisse, praesertim hisce postremis Comitiis. Quare cum adeo prudens sis, existimare quoque debes, quod si pro Dei atque servorum eius causa laborasti, ipse, qui dives est in misericordia, et iusta ac recta facientibus abundanter retribuit, te super adversarios tuos potentem effecerit. Ut gaudia nostra de tuis secundis rebus quotidie augeantur, hortamur te, perseveres in laudabili proposito, desque operam magis, magisque in dies divini nominis gloria amplificetur, sicuti facturum te omnino confidimus. Nos vero ex altera parte nostris orationibus pro vera foelicitate tua, et pro istius Regni nobis tantopere dilecti pace ac tranquillitate Deum assidue precabimur. Interim Maietati tuae peramanter benedicimus. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris tertio Nonas Augusti MDCVII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCXLII.

Georgio duci in Visniovec pontifex de sua a schismate ad ecclesiam catholicam conversione gratulatur, commendatque patres ord. s. Dominici. Reg. Brev. An. III. ep. 269.

Dilecto filio Nobili viro Georgio Duci in Visniovec.

PAULUS PP. V. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Mirificam in Domino laetitiam caepimus tum ex literis iucundissimis, quas a Nobilitate tua nobis reddidit dilectus filius religiosus vir Georgius Dominicanus confessarius tuus, quem ad nos misisti, tum ex his, quae de tua a schismate ad Catholicam Ecclesiam conversione ipse nobis narravit. Facile enim percipere potuimus egregium pietatis affectum ferventemque zelum, quem excitavit in te per ineffabilem eius misericordiam is, qui ob nimiam erga nos charitatem e sinu Patris aeterni descendit in mundum, ut peccatores ad poenitentiam vocaret, quique, ut veniam dilectorum mereremur accipere, obtulit se hostiam immaculatam Deo viventi, factus pro nobis propitiator, atque propitiatio. Et quidem, dilecte fili, tanto magis gaudemus, quod te ad matrem tuam amantissimam Sanctam Romanam Ecclesiam receperis, quanto evidentius in te signa divinae vocationis agnoscimus, cum tu, quod proprium est Christianae charitatis, non solum de propria, verum etiam de proximorum salute sollicitus sis. Quare libentissime concessimus tibi quicquid pro amplificatione religiosae familiae fratrum Praedicatorum Leopoliensium Ordinis sancti Dominici hac de causa a nobis postulasti, mandavimusque eiusdem Ordinis Praedicatorum Superiori, ut quemadmodum magis expediat, facultatem aedificandae novae Ecclesiae atque Monasterii concedat: sicuti etiam de Altari privilegiato in eadem Ecclesia erigendo ad fidelium animas iuvandas, quae salutaribus flammis purgantur, tibi gratificati sumus. Excepimus te, fili, in visceribus charitatis nostrae, teque summa in Domino benevolentia complexi sumus, quia speramus fore, ut Dei gloriae et cultui Catholicae Religionis inserviens magis semper ac magis animam nostram laetifices, et propterea omni genere officii cupimus paternum amorem nostrum tibi patefacere. Quod Nobilitati tuae significamus, ut fiduciam, quam in nobis habeas volumus, firmam indubitatamque reddamus: plane comperies re ipsa, quoties se nobis occasio obtulerit, quod te inter chariores filios nostros connumeramus. Interim fratres Dominicanos viros pios, filios nostros dilectos, fideles ac vigilantes operarios, quos nobis commendasti, licet satis illos antea semper amaverimus, tua tamen causa commendatiores habebimus, quemadmodum dilectus filius frater Gregorius in se ipso satis abunde experiri potuit, cui, quia vir probus et prudens nobis visus est, et quia tib tantopere charus, omnia amoris signa exhibuimus, ut ex ipso intelliges. Quia etiam nostras has literas, et munusculum indicium paternae in te nostrae charitatis ad te deferet, quod ob benedictiones, quibus repletum est, gratum tibi fore confidimus, sicuti gratissima quoque nobis fuerunt munera, quae ad nos misisti. Benedicimus Nobilitati tuae cum omni charitatis affectu, teque hortamur, ut alacri animo pergas, et in divina confisus bonitate crebro tecum ipse cogites, eos, qui undecima hora vocati fuerunt, eandem mercedem recepisse cum illis, qui prima hora in vineam venerunt: dives est enim in misericordia paterfamilias, qui nos vocavit, dummodo non negligenter opus nostrum faciamus, ipse enim scrutator est cordium. Quem, ut augeat in te donum divinae eius gratiae, ut quotidie in melius progrediaris, teque continua protectione custodiat, oramus. Datum Romae apud S. Petrum etc. VIII. Idus Novembris MDCVII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCXLIII.

Metropolitam Ruthenum pontifex de adversitatibas pro fide perpessis consolatur. Reg. Brev. An. III. ep. 343.

Venerabili fratri Hypatio Metropolitae Chioviensi.

Paulus PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Confirmet Deus Fraternitatem tuam in omni opere bono augeatque quotidie in te donum coelestis gratiae, ut in tantis tribulationibus, quibus te laborare intelligimus, possis constantius atque fortius semper resistere adversus impetum adversariorum Ecclesiae Sanctae Catholicae, quemadmodum hactenus ad Dei gloriam cum summa virtutis tuae commendatione fecisti. Et quidem dum litteras tuas pridie Idus Augusti anni praeteriti ad nos datas legeremus, et quid contra te in Regni Comitiis actum fuerit, ex ipsis cognosceremus, magno animi moerore affecti manus mentemque ad Deum extulimus, enixius bonitatem ipsius implorantes, ut aliquando remitteret iram suam, quam tantopere concitatam videmus adversus filios nostros Polonos, nec permitteret amplius florentissimum Regnum illud civilibus contentionibus distrahi. Quod cum iugiter postulaverimus nostris orationibus, fecimus sane tunc multo ardentius, quia dolebamus officia nostra pro te occasione huius perniciosae discordiae minus valuisse, quam cupiebamus. Ex animo diligimus te, venerabilis frater, novimus enim pietatem et virtutem tuam, et quanta devotione affectus sis huic Sanctae Apostolicae Sedi, et propterea desideramus, quantum cum Domino possumus, sublevare labores tuos, in qua re neque studio, neque diligentiae, neque labori unquam parcemus. Ad haec maxime solliciti sumus de conservatione unitatis, quam cum Sancta Romana Ecclesia matre vestra amantissima profitemini, pro qua, quia te indefessum laborare videmus, studia et conatus tuos adiuvare satagimus. Itaque etsi praesentibus perturbationibus Regni impedientibus non potuerimus praestare tibi omnia auxilia, quae voluissemus; nihilominus nunquam destiterimus afferre Fraternitati tuae maiorem quam poterimus opem. Ob id serio praecipimus Nuncio nostro Apostolico apud charissimum in Christo filium Poloniae Regem, ut causam Unionis acriter tueatur, ac praecipue tibi praesto sit in omnibus, quibus opera, auxilio atque auctoritate sua tibi opus erit. Confide in Domino, venerabilis frater, magno atque erecto animo esto, ac tecum iugiter recogita, Ecclesiam Dei in Sanctorum pressuris atque tribulationibus fundatum esse, immo in ipsius Redemptoris nostri sanctissima passione, et ex huiuscemodi tribulationibus usque ad diem manifestationis gloriae Dei semper incrementum accepturam, et beati illi, qui persecutionem patiuntur propter illam. Nos autem orationibus nostris nunquam cessabimus commendare te Altissimo, ut clemeuter respiciat super te, mittatque tibi auxilium de tribulatione, et de Sion tueatur te. Interim benedictionem nostram Apostolicam, quam tantopere a nobis postulasti, Fraternitati tuae peramanter tribuimus. Datum Romae apud S. Petrum etc. VIII. Idus Ianuarii MDCVIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCXLIV.

Pontifex canonicis Gnesnensibus, sede archiepiscopali vacante, acta synodi provincialis nuper absolutae cum sua approbatione et cohortatione remittit. Reg. Brev. An. III. ep. 464.

Dilectis filiis Capitulo et Canonicis Ecclesiae Gnesnensis, vel eorum Vicario, Sede Archiepiscopali vacante.

Paulus PP. V. Dilecti filii, salutem etc. Remittimus vobis acta Synodi provincialis istius Regni, quae dilectus filius Vincentius de Seve Archidiaconus Metropolitanae Ecclesiae vestrae Gnesnensis ad nos detulit, ut si nobis probarentur, illa auctoritate nostra Apostolica confirmaremus. Cuncta quidem pie ac prudenter constituta fuisse reperimus: diligenter enim Synodi decreta legimus atque consideravimus, et ut Venerabiles fratres nostri Sanctae Romanae Ecclesiae interpretes sacri Tridentini Concilii ea quoque accurate recognoscereut, iussimus: propterea nonnullis mutatis, sicuti videbitis, illa approbavimus. Unum quod maxime refert, et quod de vestra religione nobis pollicemur, remanent, scilicet quae summa pietate atque prudentia sancita fuerunt, pari zelo atque diligentia exequamini ad Dei laudem, et Ordinis Ecclesiastici incrementum, et totius nobilissimi Regni Poloniae utilitatem. Hortamur igitur atque Apostolica auctoritate, quam a Dei benignitate accepimus, iubemus, ut Synodi decreta omnia, quae ad sacrorum Canonum praescriptum omnes istius Regni Episcopos, omnesque eorum Dioecesanos obstringunt, ab omnibus quam diligentissime et inviolate serventur. Labores nostros pastorales adeo graves, nec unquam intermittentes sublevare orationibus vestris curate, filii dilectissimi, et nos vobis benedictionem nostram peramanter tribuimus. Datum Romae apud S. Marcum etc. pridie Idus Aprilis MDCVIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCXLV.

Episcopus Vilnensis unionem Ruthenorum et Petrum Arcudium presbyterum graecum pontifici impense commendat. Litt. Eporum Vol. 2. fol. 261.

Sño ac Bño Patri Paulo V. Dño Dño Clementissimo.

Beatissime Pater. Inter alia ardua Ecclesiae Dei in hoc regno negotia, quae magno conatu ab haereticis et nonnullis policitis annis non paucis impugnantur, est Unio Ruthenorum cum Sancta Romana Ecclesia: in hac non tantum retinenda, sed exornanda et amplificanda a me factum est totum id quicquid fieri temporibus istis difficilibus poterat, et quia magnam accessionem Ecclesiae Dei, haercticorum confusionem et multiplicium in regno hoc haeresum eversionem, vel certe enervationem secum ferre videtur, dignum est, ut paterna viscera, Beatissime Pater, tua moveantur super ipsa. Quid porro a nobis effectum, quae impedimenta fuerint, quaeve praesidia ad promovendam illam esse possunt, fusius Sanctitati Vestrae enarrabit Petrus Arcudius presbyter graecus, cuius opera in gravissimis negotiis usi sumus, quem tanquam mihi bene notum de probitate vitae et doctrina singulari tam in graecis quam latinis literis, deque Ecclesia Dei bene meritum Sanctitati Vestrae plurimum commendo: quam ut Deus Opt. Max. diu incolumem conservare dignetur, omnibus votis exopto. Varsaviae pridie Kal. Martii 1609.

Sanctitatis Vestrae

a pedibus

Benedictus Woyna Episcopus Vilnensis.

CCXLVI.

Episcopus Cracovieneis pontifici eupplicat, ut causam beati Simonis ex ordine FF. Minorum de observantia examinare velit, commendatque ipsi eundem ordinem Minorum in Polonia. Nuntiat. Polon. Vol. 33. fol. 27.

Bño Patri Dño, Dño Paulo Pontifici Maximo, Dño Dño Clementissimo.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Anni fere centum intercesserunt, atque apud nos in Ordine Franciscanorum de observantia Beatus Simon Lipnicius vitam sanctissime exegit, eiusque patrocinio toto eius temporis decursu plerique insignia a Deo beneficia consequi dicuntur, quod etiam frequenter ad aures meas pervenit. Quae quidem caelestis gratiae munera cum in Dioecesi mea, in ipsa nempe Cracoviensi Civitate Deus Omnipotens largiatur, facere non possum, quin precibus meis apud Sanctitatem V. negotium hoc, quod ad honorem Beati istius viri apud Sanct. V. Ordo Franciscanus aggredi instituit, promoveam. Itaque supplico Sanct. V., ut ad asserendam huiusce viri sanctitatem suam Ordini Franciscano atque adeo genti nostrae authoritatem, quantum in Domino sibi visum fuerit, accommodare velit. Qua in re iudicium Sanctitatis V. divinae instar voluntatis habebo. Interim vero pro felicissimo S. V. populorum regimine, vitaque diuturna vota faciendo humillime servitutem meam S. V. commendo. Datum Bodzantini die 14. Augusti 1609.

Sanctitatis Vestrae

servue humillimus

Petrus Episcopus Cracoviensis.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Quo magis perspectam habeo Religiosorum sancti Francisci de observantia in retinendo apud nos vetusto disciplinae rigore diligentiam, tanto fidentius Sanctitati Vestrae in praesentia pro iisdem supplicare institui, ut summa Sanctitatis Vestrae authoritas iis, quae ad invitandam sive novandam apud illos in nostris partibus religiosum disciplinam spectare videntur, tempestive occurratur. Ea per Dei gratiam is Ordo apud nos est pietate, ut praeclare priscam severitatem tuentur, adeo quod in regione ista rigor monasticus amplius sese proferri vix queat. Cum autem de iis reformandis aliquid agi audiam, humillime S. V. supplico, ne reformatione ista res nostrorum Monasteriorum novari permittat. Ii qui pro reformatione laborant, existimo, nihil arctius ad nos, quod ipsi facere possint, inducent, vetera autem instituta perturbabunt. Neque enim aut ratio quaerendae sustentationis, aut coeli temperies aliam praeter eam, quam observant, vivendi severitatem ferre possunt. Sufficere existimo, ut ea, quae iam floret apud nos in hoc Ordine pietas, conservetur. Quod quidem Sanctitatis V. iudicio permitto, humillimeque servitutem meam Sanctitati Vestrae commendo. Datum Bodzantini die 20. Augusti 1609.

Sanctitatis Vestrae

humillimus servus

Petrus Episcopus Cracoviensis.

CCLXVII.

Episcopus Vilnensis pontificem de ducis Sudermaniae in Poloniam molitionibus certiorem reddit, petitque, ut regi subsidium aliquod ad conatus istos reprimendos dare velit. Litt. eōrum Vol. 2. fol. 322.

Sanctissimo ac Beatissimo Patri et Domino Nostro.

Sñe ac Bñe Pater. Post oscula beatorum pedum. Pro cura et ratione officii mei pastoralis ante semestre currentis anni, praemisso osculo pedum Sanctitatis Vestrae, statum Ecclesiae meae literis exposui, non quidem, ut puto ita pro debito quam pro posse a me factum Sua Sanctitas iudicavit, quod et tenuitati meae et in calamitatibus contiuuis Reipublicae nostrae versanti erat tribuendum. Nec tamen his malis finem esse significandum hisce duxi, Carolus enim ille perduellis Dux Sudermaniae, qui Livoniam a decennio infestat, gravis hostis Ecclesiae Dei et regni Poloniae, coacervato milite undequaque copiosissimo, omneque robur militiae et virus totum haereseos in illam provinciam effundere volens, ante tres menses instructus omni apparatu bellico ad occupandam totam illam provinciam accessit; arcemque hoc vere sibi e manibus per nostros ereptam oppugnandam suscepit ante duos menses. Cui Magnificus Dominus Carolus Chotkiewicz Dux exercitus Serñi Regis nostri licet impar copiis contravenit, suosque impetus et conatus usque adhuc sustinet et retardat. Utrinque ergo miles armis strepit in campo Livoniensi, et incertus belli eventus in dies expectatur.

Serñus Rex noster provocatus Moscovitici status turbulenti commoditate in Moscoviam exercitu munitus frequentissimo discessit, cogitans de propaganda ibi fide Romana et recuperandis abreptis provinciis, cuius quidem syncera intentio, candidus affectus ac indubitata semper fides et pietas in Sanctam Sedem Apostolicam haud unquam a Vicariis Christi desiderabatur. Intelligit itaque Sua Sanctitas, in quibus non sine periculo versatur afflicta Respublica nostra, quos apparatus, impensas, onera in assiduis expeditionibus sustineat: hinc est, ut et Ecclesiasticus Ordo contributionibus datus innumeris plane videatur opprimi. Non est tantis malis remedium, nisi assiduo opem Custodis Israel nunquam dormitantis imploremus, et Sua Sanctitas benedictionem Apostolicam Regi nostro dignetur elargiri, qua duce et comite itineris caepti rerum omnium, consiliorum et victoriarum suarum cursum teneat foelicem. Huic non alienum esset, si accedat liberalitas et munificentia Sanctitatis Vestrae, quae aliis semper praesto fuit simili malo periclitantibus. Hac enim ratione putaverim maximum praesidium Serño Regi nostro et suo Regno fore, ut eo nervo adiutus in promovendo fidem Catholicam Deo gratissimus, Ecclesiae sanctae utilissimus, subditis suis iucundissimus, hosti formidabilis existere possit. Horum omnium S. V. non particeps, sed autor ab omnibus profiteretur, ipsisque Haereticis et Schismaticis gratissimus, quibus cum motus et periculum nobiscum commuuia sint, his Dei auxilio liberi effecti mitiores et faciliores invenirentur in fidem Romanam. Fit enim, ut quos charitas non provocat ad bonum, spe commodi alicuius sint invitandi. Deum Omnipotentem oro, ut S. V. salvam et florentem diu Ecclesiae suae conservet. Vilna die 19. Septembris Anno 1609.

Sanctitatis Vestrae

a pedibus

Benedictus Woyna Episcopus Vilnensis.

CCXLVIII.

Episcopus Cracoviensis pontifici nuntiat, quae in negotio visitationis academiae Cracoviensis egerit. Nunt. Pol. Vol. 23. fol. 41.

Sño ac Bño Patri Dño Paulo V. Pont. Max. Dño Dño Clementissimo.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Voluntate et auctoritate Sanctitatis Vestrae, quam peculiari diplomate mihi delegavit, admovi nuper manum visitationi Academiae Cracoviensis. Quae autem difficultates initium huius operosae provinciae interceperint, ad S. V. datis hisce literis referre constitui, ipsiusque auxilium ad negotium hoc perficiendum implorare. A multis annis de reformatione Academiae huius tum statuta provincialia, tum Comitiorum leges sancitae sunt, nuper etiam in Synodo provinciali Rñi Dñi Episcopi Clerusque uniuersus a me requisivit, ut quae anteactis annis reformatio Studii huius intermissa est, ipsam perficiam. Is vero noster Internuncius, quem ex Synodo ad S. V. miseramus, a S. V. peculiare Breve mihi attulit, quo reformationem hanc mihi impouit, ita ut viris idoneis mihi adscitis ipsam faciam. Delegi itaque quinque Doctores e Capitulo meo Cathedralis Ecclesiae, viros maturos, octo autem Professores, quorum ope et opera rem hanc non minus dioecesi meae, quam toti Regno atque etiam vicinis Provinciis salutarem perficiam. Verum Professores Academiae obicem mihi ponunt. Ac

primum quidem dum Cracoviam eius rei causa venirem, duos medicinae Doctores mihi obviam miserunt, per quos egerunt mecum, ut non vigore Brevis seu mandati S. V., sed ordinaria ac Cancellarii Academiae potestate, quod munus Episcopi Cracovienses dudum sibi impositum perpetuo gerunt, eorum visitationem et reformationem instituerem. Hoc idem, posteaquam Cracoviam venissem, exhibito mihi prolixo scripto repetiverunt. Ego vero, accepto S. V. mandato, ab eo ne latum quidem unguem discedendum mihi putavi, ac cum delectis illis e Capitulo quinque Doctoribus ad Collegium Academiae primarium munus iniunctum aggressurus descendi. Ibi Rector ac Professores magis magisque contradicere, ac se opponere mihi coeperunt. Imprimis quidem Breve inordinatum asserentes, quod in eo expressum non sit, ad cuius instantiam esset concessum. Cum illud refutatum a me esset, aliud deinde impedimentum ab illis est illatum: quod non sit mihi ius Praelatos meos ad visitationem hanc assumendi, sed ipsorummet tantum Professorum ministerio uti debeam. Nonnulla praeterea ad elevandam hanc visitationem allata fuerunt. Non ambigo ipsorum exceptiones esse vanas meritoque reiiciendas; tamen ne quid praeter voluntatem S. Vestrae sumpsisse mihi videar, iurisdictione fundata, negotium eius prosequendae ad Quadragesimam distuli: interea vero de tota re ad S. V. referendum putavi. Suplico autem S. V., ut quid ulterius mihi faciendum sit, voluntatem mihi suam aperiat. Facile tam difficili ac oncroso labore carere potero; voluntati tamen S. V. quaecumque illa fuerit, obtemperare illique, quantum vires patientur, satisfacere sum paratus. Verum sine adiumentis necessariis vix efficere aliquid possem; ipsi autem Academiae Professores non multum fortasse ad corrigendos se ipsos studii allaturi essent. Stanislaus Gocanovius, qui meas res in Urbe curat, plenius S. V. vel quibus ab illa negotium hoc demandatum fuerit, informabit. Sanctitatis V. pedes osculatus humillime ipsi servitutem meam commendo. Datum Cracoviae die 9. mensis Octobris 1609.

Sanctitatis Vestrae

Servus humillimus
Petrus Episcopus Cracoviensis.

CCXLIX.

Episcopo Vilnensi pontifex patres Franciscanos commendat. Reg. Brev. An. V. ep. 122.

Venerabili fratri Episcopo Vilnensi.

Paulus PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Plurimum quidem in Domino diligimus filios nostros religiosos fratres ordinis sancti Francisci Regni Poloniae a fraternitate tua tantopere nobis commendatos. Propterea valde nobis cura semper erit eorum quies atque tranquillitas, ut commodius inservire possint divino cultui et animarum saluti. Hac de causa negocium dedimus dilecto filio nostro Pompeo Cardinali Arrigona totius ordinis Franciscani Protectori apud Sanctam hanc Apostolicam Sedem, qui fraternitati tuae cuncta, quae necessaria erunt, significabit. Incrementum divinae gratiae tibi optamus, et benedictionem Apostolicam peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Marcum etc. xii. Kalendas Octobris mdcix. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CCL.

Rex Poloniae et archiepiscopus Gnesnensis nuntio apostolico et pontifici significant, quae cum electore Brandenburgensi pro fide catholica in ducatu Prussiae tuenda acta fuerint, commendantque expeditionem in Moscoviam.
Nuntiat. Poloniae Vol. 33. fol. 135.

Rño in Christo Patri Dño Francisco Simonetta Epo Fulginatensi, Nuncio in Regno nostro Apostolico, amico charissimo.

Sigismundus III. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, necnon Suecorum, Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex. Rñe in Christo Pater, amice noster charissime. Unis nostris litteris ad binas Rñae Paternitatis V. respondemus. Ad priores quidem. Non ignorare Rñam P. V. nos iam ex Senatus nostri consilio Administratoris Ducatus in Prussia munus Electori Brandeburgensi detulisse, idque non solum nostro, verum etiam praedecessoris nostri exemplo. Quem cum in feudi negotio non facile quieturum arbitremur, noverit Rña P. V. in eo tractando praecipuam nos sanctae religionis divinique cultus curam habituros. Quod etiam Sño D. N. hisce adiunctis significamus, nec latet Rñam P. V. nos liberum Catholicae religionis in ea Provincia exercitium per nostros Commissarios nuper cavisse. Alterae Rñae P. V. litterae eximii studii et officii erga nos nostrosque successus plenissimae hoc nobis gratiores fuerunt, quod coelestis thesauri

gazas nobis ditionibusque nostris nostroque exercitui secum attulerint, quas Sua Sanctitas in gratiam nostram, et ad conatus nostros in hac expeditione Moscovitica provehendos, Rña P. V. procurante, liberaliter deprompsit. Agimus igitur Sanctitati Suae et Rñae P. V. quam maximas possumus gratias, speramusque nos his divinae militiae armis instructos hostium Ecclesiae Romanae vires debilitaturos, qui licet Christi nomen profiteantur, nescimus tamen, an religio Catholica infensiores, et potentia certe vix ullis inferiores habeat hostes. Quocirca cuperemus, ut Suae Sanctitati pro paterno erga nos animo et suscepti belli in terris longe lateque patentibus, ac vineae Domini plantandae accommodatissimis necessitate aliquando veniret in mentem, nos humano etiam subsidio contra tales Ecclesiae Dei adversarios iuvare, quod Suae Sanctitatis praedeccssores Principibus Christianis saepe tuleruut, et felicis recordationis Sixtus Quintus praedecessori nostro Poloniae Regi ferre decreverat. De caetero benevolentiae nostrae officia Rñae P. V. diligenter commendamus, omnemque a Deo felicitatem precamur. Datum ex Castris ad Smolenscum die XII. mensis Decembris Anno Domini MDCIX. Regnorum nostrorum Poloniae vigesimo secundo, Sueciae vero decimo sexto.

SIGISMUNDUS REX.

Sanctissimo ac Beatissimo Patri et Domino Nostro, Dño Paulo V. etc.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Osculor pedes Sanctitatis V. et submissa obsequia mea Clementiae illius defero. Debui officio meo, ut in proxime exactis Regni Comitiis Ecclesiae Dei, et Orthodoxae religionis seu propuguandae seu propagandae curam omnem meam et sollicitudinem darem, eoque magis, ut sic benignae S. V. admouitioni atque de me optimae expectationi responderem. Fuerunt nunc ut et alias plures in sponsam Christi insultus, quam machinationibus variis tum perversi haeretici, tum e Catholicis astuti politici impetebant: sed quae Omnipotentis gratia est, frustra omnia molliti. Nihil enim Religioni noxium, nihil Apostolicae Sedi adversum consequuti: quinimo in transigendo Feudi Prussici cum Marchione Brandeburgensi Imperii Electore negocio, primum quam ille ad praestandum Serñο Regi nostro homagium venisset, illud ante omnia summo labore perfectum est, ut Regiomonti, quae Ducalis Prussiae Metropolis est, templum Catholicum ipsius Marchionis impensis extrui, ac presbyteris perpetua provisio isthic assignari, per totamquc illam Provinciam libera Catholicae Religionis exercitia, et in eum usum templa atque oratoria concedi debcant. Bellum Moscoviticum communi omnium Ordinum Regni assensu et publicis aliquot tributis decretis Serñus Rex noster prosequuturus est. Iam quidem ille Smolenscum et Severiensem Ducatum, qui a centum circiter annis a Regno hoc desciverat, recuperavit. Cum tamen ad occupandam ipsam amplissimam Moscoviae Monarchiam maxima adhuc laborum et periculorum moles supersit, impar virium nostrarum ratio fuerit, ne ipse Altissimus, qui solus magna operatur, dcxtram porrigat. Nulla sane maior pro Schismaticis ad gremium Sanctae Matris Ecclesiae reducendis occasio Apostolicae Sauctitatis Vestrac Sedi dari unquam potuit, quam nunc per Serñum Regem nostrum esse possit, ubi paterno illum auxilio Sanctitas Vestra dignari voluerit. At vero abundius haec et alia e Rño Fulginatensi Episcopo suo hic Nuncio S. V. accipiet. Quod superest, Divinam Maiestatcm continuo deprecor, ut S. V. Dñum meum Clementñum longissima dierum incolumitate Universae Ecclesiae suae foelicissime conscrvet. Dat. Varsoviae die 18. Novembris A. D. 1610.

Sanctitatis Vestrae Dñi mei Clementissimi Servus humillimus

ALBERTUS BARANOWSKI ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS.

CCLI.

Regi Poloniae pontifex de victoria in Livonia relata gratulatur. Reg. Brev. An. V. ep. 24.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Semper quidem de secundis rebus Maiestatis tuae gaudemus pro paterna charitate, qua te singulariter in Domino prosequimur, et propterea cum iucunditatc summa nuncium accepimus rccentis victoriae, quam in Livonia adeptus es: significavit nobis cuncta diligenter venerabilis frater Franciscus Episcopus Fulginatensis noster Nuncius Apostolicus. Omnipotenti Deo gratias agimus, quia quantum hoc Catholicae Religionis referat, et Regni tui tranquillitatis, pro quibus indesinenter divinam bonitatem oramus, abunde intelligimus. Gratulamur igitur ex animo Maiestati tuae, et Deum Patrem misericordiarum precamur, ut novis semper gaudiis hanc tuam laetitiam augeat, ac tibi bcuedictionem nostram Apostolicam peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Pctrum sub Annulo Piscatoris IV. Kalendas Decembris MDCIX. Pont. nostri Anno Quinto.

CCLII.

Excerpta ex litteris, quas archidiaconus Cracoviensis de rebus Poloniae ad cardinalem Borghesium dederat. Litt. Episcoporum Vol. 11. fol. 316 et seqq.

Illmo et Rmo Dño meo Colmo Dño Cardinali Borghesio — Romae.

Illme et Rme Dne Colme. Posteaquam Perillustris et Rmus Dominus Nuntius Apostolicus in Regno Poloniae in Lithuaniam pervenit, datis ad me litteris, id oneris mihi imposuit, ut si quid novae rei interim accideret, vel quod referret scire, Illmae et Rmae Dominationi Vestrae perscribcrem. Quare etsi summo viro, quem gravissima distinent negotia, obstrcpere litteris inanibus hominis essc vel inepti vel ambitiosi existimabam: vicit tamen cum authoritas Perillustris et Rmi Dni Nuntii, tum studium declarandac singularis observantiae meae erga Illmam D. V., ut animi mei propensio ad colendam Illmam D. V. vel hoc saltem vulgari et humili offitio pateret. Quod ut Illma D. V. pro sua praestanti et solita humanitate bono animo excipiat, vehementer rogo. De rebus autem nostris sic accipiat. Sermus Rex noster decima octava die Augusti Vilna movit versus Moschoviam, quem plurima pericula Reipublicae et difficultates variae in diversa trahunt. Carolus enim Sudermaniae Dux, patruus Maiestatis Regiae, foedere inito cum Suiscio Magno Duce Moschoviae, acceptisquc in signum foederis et amicitiae perpetuae aliquot insignibus castris in finibus Ducatus Finlandiae, tum non contemnenda summa pecuniae, partem copiarum, duce Comite Mansfelto, traiecit in Livoniam ad vexandam provinciam et ad obviandum conatibus Regiis. Et primum quidem Mansfeltus Dinamentanam obsidionem solvere tentavit, post Pernaviam nuper a nostris recuperatam aviter oppugnavit et oppugnat, eo consilio, ut nostri relicto Dinamento succurrant Pernaviae. Verum generalis Praefectus Lithuaniae valido et fideli praesidio Pernaviensi, tum loco egregie munito confidens, hucusque se abstrahi non est passus ab obsidione Dinamentana. Partem autem aliam exercitus, qui solis peditibus constat, ad succurrendum Suiscio, qui a Demetrianis diuturna obsidione premitur, in Moschoviam dicitur Carolus ablegasse. Verum res Demetiranorum ita constitutae sunt, ut si tempestive ipsis succurreretur, facile debellatum esset. Praeterea Podoliam provinciam Regni proximis diebus Tartari tumultuarie invascrunt et ad multa milliaria vastaverunt. Quamvis enim apud Regiam Maiestatem Principis Tartarorum, qui in Taurica Chersoneso imperat, legati nuper amicitiam deferentes fuerunt, benigneque habiti et honorifice dimissi sunt: nihilominus haec pati necesse fuit. Incursiones enim huiusmodi aegre evitari possunt, partim propter dissimulationem et conniventiam Barbarorum, qui fide data pro libitu decedunt, partim quod genus assueta raptu vivere a suo Principc, praesertim in latissimis campis habitans, difficile in offitio retineri potest. Solo metu exercitus nostri et summa vigilantia reprimitur. Addidit animum Barbaris nunc exercitus veteranus per generalem Praefectum Regni, praesidio provinciae non nisi duodecim vexillis equitum (vulgo appellantur Quartiani) relictis, ad hanc expeditionem Moscoviticam dcductus. Accedit ad superiores difficultates, quae Regiam Maiestatem manent, defectus pecuniae. In proximis enim Comitiis generalibus contributio dccreta et iam exacta ad solvenda stipendia exercitui Livonico, et ad onera Reipublicae supportanda vix iam sufficit. Quare Regia Maiestas ad tollendas has difficultates, et potissimum ut possit alere exercitus, petit a Nobilitate non expectatis Comitiis generalibus extraordinariam deccrni contributionem. Instituto enim maiorum quotannis post festum Nativitatis B. Mariae Virginis in omnibus provinciis Nobilitas ad certa et destinata loca pro eligendis Iudicibus in causis civilibus ultimae instantiae convenire solet: destinavit itaquc Maiestas Regia suos Secretarios ad omnes provincias, ut in hisce conventibus proponant Regni pcricula et difficultates, a Nobilitateque eo nomine subsidium postulent. Scripsit etiam ad omnes Regni Senatores, ut intersint hisce Comitiis et persuadeant Nobilitati ad succurrendum Regi et Reipublicae. Quem finem sortientur hacc Comitia, Illmam D. V. certiorem reddam. De consilio autem Maiestatis Rcgiae in inferendo bello Moschis, et in defendenda Livonia id accepimus. Auxiliares Lithuanos et partem peditatus ad subsidia ferenda Livoniae misit, cum reliquo autem exercitu et auxiliaribus Polonis, qui sine stipendiis honoris causa militant, ipse versus Moschoviam castra movit, et quinta die Septembris in finibus Moschoviae castra ponet, ubi penitiora sua consilia, communicatis rebus cum gencrali Praefecto Poloniae, qui die dicta aderit, aperiet. Occurrit Maiestati Regiae ingredienti Moschoviam, prima civitas dicta Smolenscum, caput totius Ducatus Severiensis, quondam ditionis Lithuaniae, quae tuetur maxime partes Suiscii.

Habet castrum, quod praeterlabitur fluvius Ister, natura loci et arte munitissimum: quod quidem aggredi constituit Maiestas Regia, rem sane difficillimam, sed ad progressus faciendos maximi

ponderis. Caeterum Moschi omnem spem deditionis plane praeciderunt. Comportatis enim rebus suis, civitatem, ne vicinitate sua castro noxae esset, igne iniecto, absumpserunt. Et haec quidem de statu reque Maiestatis Regiae. In Polonia autem Minori et Cracoviae post discessum Regium omnia tranquilla, tuta, quieta. Dñus Palatinus Cracoviensis in castro Lanckorunensi vicino Cracoviae ad praesens cum uxore et liberis moratur, favet rebus Maiestatis Regiae, et ad Comitia Nobilitatis, ut fertur, veniet. Humillime manus Illmae et Rmae D. V. osculor. Cracoviae 4. Septembris 1609.

Illmae ac Rmae Dominationis Vestrae

humillimus servus
Hieronymus Reczaiski Archidiaconus Cracoviensis.

Cracoviae, 19. Septembris 1609.

Con l'ultimo corriero venuto dal Campo con lettere de li 27 di Marzo veugono tuttavia non molto buone nuove di quelle occorrenze. Si conferma l'andata de la Principessa Polacca al finto Demetrio suo marito insieme con molti soldati di quelli de lo scritto Sapieha, et la volta d'esso Sapieha, il quale era giunto al Campo Regio, et la ritirata di quell'altro Campo già Demetriano de l'assedio di Mosqua. Si aggiunge che s'accrescono à la giornata le forze del Suiski et anco quelle di Demetrio: che oltre à quelli del detto Campo già Demetriano, che à giorni passati ritornorno à Demetrio, parte anco ne sia passata al Suiski, al quale si è anco reso di presente il Castello di Mosaisko, che poca fa prestò il giuramento di fedeltà à la M. del Rè. Che havendo alcuni de' nostri saccheggiata una certa Città et Castello chiamato Masalst furono sopragiunti da la gente di Demetrio, et messi in fuga et spogliati de la preda. Che alcuni Cosachi di Sua Maestà venuti à certo luogo detto Staradito de la provincia di Severia (la quale dicono essere affettionatissima à Demetrio), con iuganno sottofinta d'essere Demetriani lo sorpresero, et entrativi dentro ammazzorno tutti gli habitatori. Che per li sudetti andamenti gli Ambasciatori Moscoviti, che à dì passati giuroruo à Sua Maestà, et che non sono ancor partiti dal Campo, consigliano che 'l destinato Potoski Palatino di Bratislavia non vada più à la volta de l'altro Campo: anzi alcuni altri stimavano più tosto, che fosse bisogno d'apparecchiarsi ne l'istesso Campo Regio per haver à venir à le mani con gente ò del Suiski ò de lo Scopino ò di Demetrio. Molti perciò erano di parere che Sua Maestà senza abbaudonar l'assedio, et senza levar l'esercito ritornasse nel Regno à convocar una Dieta, et à procurar danari per levar fauteria: et altri dicevano, che l'Arcivescovo havrebbe egli da fare una convocatione per quest'effetto, seuza che S. M. partisse dal Campo. Scrivono anco che con un tiro d'artigliaria scoppiato dal Castello furono nel loro proprio alloggiamento colti et ammazzati un Capitano et un Alfiero.

Vilna, 16 Aprile 1610.

Mentre non è ancor partito il corriero è giunto l'altro ordinario dal Campo con lettere de li 10 del corrente, cou le quali (per quanto ho potuto haver io et saper da altri iu questo poco tempo) non habbiamo altro, se uon che si pativa qualche difficoltà per mancamento di danari; et che doveudosi à tutti li soldati del Campo la paga d'un quartale decorso à li 6 del corrente, fu trattato con loro che si contentassero d'aspettar per qualche tempo, et che si credeva dovessero fare, purche fossero assicurati del tempo preciso, al qual fossero infallibilmente pagati. Che tuttavia S. M. haveva finalmente risoluto di far sborsare di presente subito à la soldatesca di quell'altro Campo già Demetriano gli scritti centemila fiorini in contanti, et in oltre altrettanto in drappi, onde se ne sperava buon frutto. Che hebbe audienza publica da la Maestà del Rè un Prencipe de' Tartari, il quale fu posto à sedere sopra tutti li Senatori, et si sottomise à S. M. pregandola che volesse liberare la moglie et figliuoli suoi, che disse esser prigioni appresso Demetrio. Non si conferma che il detto Demetrio fosse assediato dal Suiski, come si scrisse con le precedenti veuute dal Campo. Viene anco scritto da alcuni, che uno fuggito dal Castello di Smolensko à li nostri riferiva, che gli assediati pativano dentro certo morbo contagioso, per il quale da Natale in qua fossero morti da circa cinquemila persone. Et che quel Palatino di Smolensko insieme con li Nobili si mostravano inclinati di voler rendersi à Sua Maestà, ma che à ciò si opponevano gagliardamente quel Metropolita et li mercanti principali di quella città. A questi si fatti fuggitivi non si può prestar fede alcuna per l'esperienza, che se n'è havuta di molti per il passato, con tutto ciò non voglio tralasciare di dar parte del tutto à V. S. Illma.

Vilna, 16 Aprile 1610.

Con l'ordinario de la settimana passata venuto dal Campo con lettere de li 3 del corrente fu scritto, ch'era quivi sparsa certa voce, se bene incerta, che 'l Suiski havesse con buona gente assediato Demetrio iu Caluga; il che se fosse vero, non si sa da chi esso Demetrio potrebbe essere soccorso. Ch'era giunto al Campo il Sig. Sborowski mandato dal residuo de l'altro Campo già Demetriano per sollecitare l'ultima risolutione di S. M. intorno à quella soldatesca. Et che col detto Sborowski erano venuti alcuni Moschoviti, i quali hanno presentati à S. M. certi Castelli provisti d'artigliaria, facendo instanza à la M. S. d'essere soccorsi in caso di bisogno contra il Suiski ò contra Demetrio. Era anco nuova, che duravano tuttavia l'emulationi et dispareri tra il Suiski et lo Scopino suo fratello, il che quando fosse vero, non potrebbe se non apportar giovamento à le cose di S. M. (se bene anco si dice che s'intendano insieme). Che alcuni villani del contorno di Smolensko radunatisi insieme hanno ammazzati molti de li servitori de' Polacchi del Campo Regio, mentre andavano vagando per depredare in que' villaggi. Che si diceva che da Starodub venivano al Campo Regio molte migliaia di Cosachi per presentarsi à S. M. di servirla tra la fanteria. Et da alcuni anco viene scritto, che le mura del Castello di Smolensko forse indebolitè per la concavità di tante mine et contramine, che vi son fatte sotto da l'una parte et da l'altra, hanno cominciato à far qualche creppatura in alcuni luoghi, onde si sperava, che fosse per essere più facile la rottura d'esso muro col mezo de l'artigliaria di batteria, quando vi fosse.

Vilna, 16 Aprile 1610.

Si come accenuai à V. S. Illma con le precedenti, che da alcuni s'andava discorrendo, che per lo stato occorrente de le cose del Rè non sarebbe meglio espediente per S. M. come che procurasse di stabilir una buoua pace col Moscovita, ottenendo per conditione il Ducato di Severia; cosi da signore da qualità et che vuole essere bene avvisato mi viene confidentemente et con obligo di silenzio conferito per cosa certa, che S. M. ha secretamente mandato persone à posta à trattar col Suiski per ottener da lui il sudetto Ducato di Severia, di cui è metropoli Smolensko, offerendosi à l'iucontro Sua Maestà di far con lui una pace perpetua, et d'aiutarlo à sgombrare il suo paese di geute nemica, perche possa vivere in quiete et tranquillità: et il sudetto signore va pensando che le medesime persone mandate da la M. S. habbiano anco in commissione, che non potendo effettuar cosa alcuna col sudetto Suiski, vadano à trattare con Demetrio per unirlo con Sua Maestà con buone conditioni; la quale unione, si come sarebbe stata buona sin da principio, avanti che si fosse disciolto et dissipato quell'esercito sotto Mosqua, che serviva ad esso Demetrio, quando andorno quivi gli Ambasciatori Regii, cosi hora, quando si potesse concludere, sarebbe pur anco per giovar non poco à Sua Maestà, non solo per tirar à se la gente soldatesca che segue esso Demetrio, ma anco principalmente per acquistarsi gli animi di molti Moscoviti, et massime di quelli de la provincia di Severia, che quasi tutti si mostrano (per quanto si dice) molto affettionati al medesimo Demetrio.

Vilna, 21 Aprile 1610.

Ne l'udienza ch'io hebbi hieri de la Serma Regina, le ho dato conto de la speditione del Sig. Marescial di Corte, nel modo che ho fatto con la Maestà del Rè con lettere, havendo giudicato ciò espedientissimo, perche non meno con essa Regina che col Rè s'erano qui cominciate à far da alcuni sinistre impressioni in contrario de la verità. La Serenissima ha mostrato di restar molto consolata, che Nostro Signore si degni haver benigno riguardo de la M. del suo Rè: et m'ha soggiunto che se bene si persuade di certo, che Sua Santità per la paterna cura, che ha de le cose di Sua Maestà, si ricorderà da se stessa di mostrar quantoprima gli effetti de la sua buona volontà; con tutto ciò vedendo ella di presente essere il Rè più eshausto, et in maggior bisogno che sia mai stato; tanto più venendogli hora impedita da heretici, scismatici et da altri mal affetti l'esattione di buona parte de le stabilite contributioni, et essendo Sua Maestà debitrice di buona somma di danari al suo Campo per stipendii decorsi; et inoltre dovendo addesso pagare due centomila fiorini (che quasi tutti ha pigliato in prestito con assicuratione) à li soldati de l'altro Campo già Demetriano, cioè cento mila in contanti, et altrettanto in drappi, et essendo hora le cose à tal termine (per il concorso de' Moscoviti, che come ho significato con li precedenti son cominciati à venire à render castelli à S. M., et per quel che si aspetta che faccian altri, et per l'affettione che mostrano à la M. S. non pochi de la città di Mosqua)

che se il Rè havesse di presente bene in pronto danari, sarebbe facilissimamente per far gran progresso in acquisto di tutta la Moscovia, oltre che si spera in breve la resa anco di Smolensko, et per la gran mortalità che tuttavia segue ne gli assediati et per il mancamento, che patiscono del vivere: ella non può far di meno di non pregarmi instantissimamente à volerne scrivere à Vostra Signoria Illma farne efficace officio appresso Nostro Signore. Io ho risposto à la Maestà Sua conforme al solito, che se bene l'animo di Sua Beatitudine è molto grande, et tanto che non può essere maggiore, tuttavia che le forze sono molto deboli, et per le grandi spese fatte già in servitio de la Cristianità, onde s'è eshausto l'erario de la Sede Apostolica, et per le continue instanze di simili aiuti, che vengono fatte per urgenti bisogni de la santa Religione da li Principi Cattolici de la Germania, et particolarmente anco da li Sermi suoi fratelli Ferdinando et Leopoldo, come S. M. havrebbe potuto intender meglio da l'istesso Sig. Marescial, quando fosse giunto qua, onde si contentasse di soprasedere sino à la venuta sua, che non potrebbe tardare. Ella mi replicò l'instanza, ch'io dovessi in questo consolarla con lo scriverne: per il che vedendola tanto premere in ciò, che le apparevano le lagrime à gli occhi, non ho potuto far di meno di uon prometterle, che n'haverei dato parte (come fo con la presente) à V. S. Illma.

Vilna, 23 Aprile 1610.

Oltre à quello che con altra scrivo à V. S. Illma havermi significato per parte de la Serma Regina Monsig. Ref. Firlei de le occorrenze di Moscovia, ho havuto un estratto di due lettere scritte con quest'istesso ordinario à la medesima Serma dal Gran Cancelliere di Lituania et dal Vicecancelliero del Regno, et lo mando qui inserto à V. S. Illma. Tengo poi d'altra parte per i miei soliti avvisi quasi tutto lo stesso in conformità, cioè la resa de le due fortezze Novogrod et Biala, la quale col territorio suo dicono sia di rendita di circa cinquantamila fiorini l'anno: et la nuova della morte del Rosinski Generale de l'altro Campo, il quale col mezo degli già scritti Ambasciatori mandati à S. M. si riservò di restar Generale di quell'esercito. et altre grandi conditioni: et hora si credeva che quella soldatesca si sarebbe contentata d'accettar per loro Generale quegli che lor fosse dato da S. M. che doveva esser lo scritto Potoski Palatino di Bratislavia, che la settimana seguente doveva partire à quella volta. Si scrive in oltre che tre pedoni fuggiti dal Castello di Smolensko al nostro Campo riferivano essersi inteso da un altro fuggitivo, che dentro pativano gli assediati gran caristia, et che ogni giorno vi muoiano più che cento di fame et di peste; et che il popolo col Palatino siano pronti à rendersi, ma che il loro Metropolita con alcuni mercanti contrastano ostinatamente. Per il contrario viene scritto anco che s'erano persi quella settimana più di veuti de le sentinelle del Campo, li quali per negligenza si son lasciati prender da gli assediati. Avvisano di più che da più bande s'aspettavano in breve al Campo circa undicimila Cosachi, col mezo de' quali si disegni di tentar da più bande con le scalate un gagliardo assalto al Castello di Smolensko.

Vilna, 23 Aprile 1610.

È venuto con molta diligenza il corriero ordinario dal Campo Regio con lettere de li 17 del presente, et subito dopo la venuta sua la Serma Regina ha mandato Monsig. Ref. Firlei à darmi parte de le buone nuove scrittele da la M. del Rè di sua mano, cioè che hora si sono rese in potere di Sua Maestà le due principali fortezze del Ducato di Severia, una chiamata Biala con tutto il territorio suo, ch'è assai grande et buono; la qual Biala essendo stata lungo tempo assediata da seimila Cosachi di Sua Maestà, è stata costretta à rendersi per mancamento del vivere, et in essa si è trovata gran quantità d'artigliaria et monitione, et sedicimila anime, oltre à diecimila che sono morti per li patimenti de l'assedio: l'altra fortezza acquistata si chiama Novogrod piccola, che dicono essere stata già metropoli del Ducato di Severia. Hora sono circa venti fortezze, de le quali s'è impadronito il Re in Moscovia, et le vedrà V. S. Illma notate ne l'inserto foglio secondo l'estratto havutone da la nota mandata à la sudetta Regina, le quali fortezze sono quasi tutte del Ducato et Provincia di Severia, che poco meno che tutta è già in potere di S. M. fuor che Smolensko, et circa due altre piazze. M'ha detto anco il medesimo Monsig. Firlei, che s'aspettava al Campo il Patriarca de la Moscovia, al quale S. M. haveva mandato incontro il suo cocchio et alcuni carri per riceverlo honorevolmente, il qual Patriarca è quello che promosse le cose del morto Demetrio, et che perciò è stato perseguitato dal Suiski moderno Principe, il quale ha creato un altro Patriarca in suo luogo, et che hora si ritrova in Mosqua et il detto

vecchio Patriarca ha tenuto anco la parte del nuovo finto Demetrio, et hora è venuto à rendersi devoto à S. M., il che non può essere se non di giovamento et per l'esempio suo et per l'affettione, che gli conservano tuttavia molti de li Moscoviti. Aggiunge di più il sudetto Monsignore, haver il Rè scritto à la Regina ch'era venuta persona à posta à dargli avviso, se bene ancora incerto, che li Moscoviti ch'erano con Demetrio si sono rivolti contra di lui, et l'habbiano preso et lo conducano à S. M. Et inoltre che la M. S. haveva saputo, che gli assediati di Smolensko afflitti da i molti patimenti di cosi lungo assedio havevano cominciato à trattar del rendersi à S. M., del qual particolare, si come anco de l'altro di Demetrio ne havrebbe la Maestà Sua scritto con maggior certezza con le prime lettere seguenti. Et che s'era havuta nuova de la morte del Rosinski Polacco, Generale de l'altro esercito già Demetriano. M' ha poi conferito come da se il sudetto Monsig. Firlei, che S. M. sta risoluta (impadronita che si sarà di Smolensko) di proseguir il restante de l'impresa di tutta la Moscovia, et di trasferirsi per ciò in persona col suo Campo à la volta de la metropoli di Mosqua. Piaccia à Dio nostro Signore, che si come pare che le cose di questa Regia espeditione tornino hora à ripigliar buona piega, cosi vadano continuando di bene in meglio li felici progressi di questo piissimo Rè à gloria et esaltatione del suo santo nome et accrescimento de la Religion Cattolica.

CCLIV.

Otto Schenking episcopus Vendensis nuntium apostolicum in Polonia de luctuosa ecclesiae Livoniae ruina certiorem reddit, ab eoque petit, ut in eam visitatorem apostolicum mittat.
Nuntiat. Polon. Vol. 33. fol. 247.

Illmo et Rmo Dño Dño Francisco Simonetae Comiti, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Epo Fulginatensi, eiusdemque in Regno Poloniae cum facultate Legati de latere Nuncio, Dño observandissimo.

Illme et Rme Dne, Dne observandissime. Postulabat hoc a me debitum meum officium, et ea, quam perpetuo Illmae Dominationi V. deferre studeo, observantia, illaque, quam uberrime semper expertus sum, Illmae Dominationis Vestrae gratia singularis, ut quamprimum meum dioecesim quantacunque ex parte perlustrassem, eius statu Illmae D. V. plene informarem, omnino perspectum habens, quod si quid boni referrem, plurimum Illma D. V. in Domino congauderet, sin secus, pariter paterne compateretur, meamque sublevaret tristitiam et animi dolorem laeniret. Quod autem Illmae D. V. gratum esset intelligere, nil est quod referam, praeterquam quod ego licet tristitia repletus adhuc per Dei gratiam bene valeo. Rerum vero Livonicarum tam lamentabilis est status, et calamitatum magnitudo et multitudo lachrimas omnes superare, et tam aspicientibus quam multo magis considerantibus stuporem inducere videatur. Arces omnes et possessiones olim peramplae, nunc desolatae, virgultis densis enatis, ferarum factae sunt latibula. Ex multis hominibus pauci supersunt vivi, ipsis mortuis tanto miserabiliores: quod hi omni iam soluti sunt metu et anxietate; illi vero ad omnem laevium foliorum strepitum instar leporum sylvas petunt, hominumque conspectum trepidi fugiunt, nil nisi suum interitum tam ab amicis quam ab hostibus pavidi expectantes, qui ab homine, qui inermem se prius eminus ostendat blanda et quidem vernacula lingua, vix tandem eliceri ex sylvis et demulceri possunt. Altaria deiecta, ecclesiae exustae et omnibus suis ornamentis necessariaque supellectili spoliatae, cadaveribus tam Catholicorum quam haereticorum mixtim completae, abhominabilem horrorem incutiunt. Sacerdotes, qui in fide Catholica populum doceant, infantes baptizent et alia Sacramenta administrent, pauci sunt: soli RR. Patres Societatis Iesu magno zelo pondus et aestus diei in hac Christi vinea sustinent: ex meis pauci sunt, qui non lassas a labore debito manus in sinum demiserint ocioque torpeant. Sed haec omnia quantacunque sunt, tolleranda quomodocunque videntur, si non graviora quaedam animi amaritudinem mihi inducerent, quam si non Illma D. V. salutari sua medela et industria sanare fuerit dignata, interimere me posse videtur. Est autem illa huiuscemodi. Pauci mei, qui in Livonia remanserunt, Canonici populum omnem residuum graviter factis suis scandalizarunt, deque eo magis quam de supra enumeratis belli malis homines conqueruntur. Ego ob certas causas in hanc meam epistolam ea inserere nolui, sed seorsim schedulae inscripta aliqua transmitto. Si haec iustitia mediante non emendabuntur in melius, invanum laborabimus, imo converti ab haeresi homines cupientes, etiam iam conversos evertemus, et ipsi veluti sal infatuatum paulo post (quod Deus benigne avertat) foris eiiciemur, et pedibus conculcabimur. Succurrat, succurrat, quaeso, Illma Dom. V. et recens aedificatam domunculam Christi incuria operariorum

labescentem fulciat atque sustinet: quod hoc modo praestare poterit, si Apostolica, quam gerit, potestate et auctoritate Commissarium aliquem hue ad nos, virum pium, gravem et doctum (quo in aula sua non caret), destinare et subdelegare non gravetur, qui omnia eognoseat et diiudieet, iudicataque confestim exequatur, quia morum emendatio moram non patitur. Sed ex me fortassis Illma D. V. seiscitabitur: Nunquid et meae fractae sint vires, quo minus munere in mea Dioeeesi satisfaeere possim? Aeceptet, quaeso, Illma D. V. a me hoc responsum: Plurima negotia eius sunt gencris, in quibus me non iudicem, sed instigatorem esse oportebit: et si iudicium assumerem, perpetuis suspitionibus, quaerelis, contentionibus et litibus omnia implerem, et quae subita medela opus habent, diuturnitate corrupta seram medicinam postea non admitterent respuerentque. Commissarium autem ad partes peto, quia testimonia multa oculis sunt subiecta, plura non nisi hie possunt indagari. Patiatur itaque Illma D. V. a me se exorari, et mittere dignetur suum Apostolicum Commissarium cum publico Notario, qui in melius emendet, quod erratum est, modumque statuat, ne in posterum toto amplius erretur eoelo. Ne vero mea haec supplicatio repulsam patiatur, multa sunt, quae spem firmam et confidentiam meam eorroborant: munus videlicet illud amplissimum, quod Sancta Apostolica Sedes humeris Illmae D. V. imposuit, praeeminens zelus religionis Catholicae et verae pietatis, gratia et benevolentia, quam saepe Illma D. V. polliceri mihi est dignata, amor sincerus et plusquam fraternus, quem ego multoties eum magna animi mei eonsolatione affatim sum expertus, et denique ipsa meae in Livonia praesentiae oeeasio. Confido plane Smo D. N. Papae, eommuni omnium Ecclesiarum parenti, Illmam D. V. facturam esse rem gratam, quod nos pusillos et ultimos nec spreverit, nee neglexerit, sed iuvare et conservare voluerit. Ut ipse, ad euius gloriam omnia tendunt, Christus pro virtute praemium, pro labore mercedem eondignam abunde Illmae D. V. retribuat, ego ardenter deprecabor. Quod superest, pristinae me Illmae D. V. gratiae sedulo commendo. Datum Rigae 1. Ianuarii Anno 1610.

Illmae ac Rmae Dnis Vestrae

Addictissimus et obsequentissimus servitor
Otto Schenking Episcopus Vendensis mpp.

CCLV.

Pontifex regi Poloniae ensem et pileum benedictos mittit. Reg. Brev. An. V. ep. 329.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Sancta Romana Ecclesia omnium aliarum mater ae magistra, Spiritus Sancti lumine illustrata, memoriam redemptionis humanae naturae, quam semel operatus est unigenitus Dei filius, toto reeurrentis anni spatio renovans, id magnis ae diversis mysteriis peragit, ut dum Redemptoris misericordiam debitis laudibus eelebrat, eorum, qui redempti sunt, corda ad tanti beneficii agnitionem excitet, et amorem benefici ae miserentis Dei aecendat. Magnum eerte mysterium continetur in ense, qui singulis annis sacratissima noete Natalis Domini nostri Iesu Christi a Romano Pontifice benedicitur. Recolitur quidem in illa noete temporalis Nativitas filii, qui Patri ingenito est eoaeternus, et in benedietione ensis sacramentum huius admirabilis Nativitatis designatur. Humanam quippe naturam in utero purissimae Virginis assumere voluit Deus, ut in earne vinceret eum, qui per earnem antea vineebat, mysticus David amputaturus eaput superbissimi Goliae proprio ipsius gladio. Hane igitur salutarem vietoriam, qua hominum genus a morte aeterna et ex Diaboli tyrannide ereptum est, figurat ensis, quem de more benedietum a nobis Natalis Domini nocte per dilectum filium Nobilem virum Nieolaum Volschium, Curiae Regni tui Marescallum, nunc Maiestati tuae mittimus, ut per gratiam et virtutem illius, ad euius gloriam ensem benediximus, vietoriam de inimicis huius Sanetae Apostolicae Sedis foeliciter assequaris, adversus quos tanto pietatis zelo, tantaque animi fortitudine expeditionem nuper suscepisti. Et eerte libenter hanc oceasionem mittendum illum ad te ex Maresealli reditu aceepimus, quia gratissimum fore Maiestati tuae speramus reeipere munus nostrum ex manibus viri praestantissimarum virtutum merito, generis nobilitate, fide ac studio erga te, tibi tantoperc dilecti, et quia adventum eius iucundiorem tibi reddituros esse hac de causa credidimus. Aceingere, Rex Potentissime et religiosissime, virtute huius ensis super femur tuum, et in nomine Domine dissipa gentes, quae bella volunt, id est quae paeem cum Ecclesia Sancta Catholica respuunt. Deus, qui David puero suo Goliam superandi largitus est potestatem, et Iudam Machabeum de feritate gentium sanetissimum eius nomen non invocantium triumphare fecit, tribuat tibi usum ensis ad tuendam iustitiam, et

ad coercendam reproborum malitiam. Illustret mentem tuam Spiritus Sancti lumine per columbam in pileo, quem cum ense tibi mittimus, ex margaritis contextam designato; ut praelium Domini praelians intelligas, quae agere debeas, et ad ea, quae agenda sunt, manum tuam contra hostes Sanctae Sedis et Christiani nominis confirmet, dexteramque tuam exaltet, ut post huius mortalis vitae militiam coronam in Regno coelesti incorruptibilis gloriae, coronae, qua te in terris ornavit Deus, addat, et nos cum omni nostri cordis affectu benedictionem nostram Apostolicam Maiestati tuae tribuimus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris VIII. Kalendas Martii MDCX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CCLVI.

Eidem regi pontifex omnia fausta precatur in bello contra Moschos suscepto, doletque, quod propter aerarii angustiam subsidium dare nequeat. Reg. Brsv. An. V. ep. 328.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Literas, quas a Maiestate tua nobis reddidit dilectus filius Nobilis vir Nicolaus Volschius Curiae Regni tui Marescallus, legimus et ex ipso causas, quibus motus expeditionem adversus Moschovitas suscepisti, cognovimus. Laudamus quidem vehementer zelum et fortitudinem tuam dignam Rege fortissimo et religiosissimo, et Deum oramus, ut generosis piisque coeptis tuis benigne faveat. Utinam pari pacto possemus opibus nostris tibi auxilium afferre, libentissime quidem animo fecissimus: sed vires nostrae egregiae in te voluntati minime respondent ob multas difficultates, quibus Apostolicum aerarium implicatum est ante nostrum Pontificatum. Confidimus in tua erga nos filiali pietate te benigne accepturum esse iustam hanc nostram excusationem, eoque magis, quod tibi polliceri potes, nos pro peculiari charitate, qua Maiestatem tuam in visceribus Christi prosequimur, signa nostri paterni amoris, si vires et possibilitas permiserint, tibi daturos. Renunciabit Maiestati tuae alacritatem animi nostri dilectus filius Marescallus, qui eam pro singulari prudentia, qua praeditus est, facile cognoscere potuit. Ipse autem cuncta, quae illi in mandatis dedisti, diligentissime et accuratissime executus est apud nos, ita ut nec maiori studio ac fide erga te, nec ardentiori zelo atque sollicitudine rerum tuarum agere potuerit, quo nomine illum tibi amantissime commendamus. Maiestati tuae cuncta prospera atque secunda optamus, et benedictionem nostram Apostolicam peramenter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris VIII. Kalendas Martii MDCX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CCLVII.

Capitulum Mednicense pontificem de obtu ipsorum episcopo certiorem reddit, petitque, ut eidem episcopus Methonensis Vilnensis suffraganeus sufficiatur. Nuntiat. Polon. Vol. 33. fol. 320.

Sanctissimo Patri et Domino suo, Dño divina providentia Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Capitulum Ecclesiae Mednicensis eius humiles filii et devoti, post pedum oscula beatorum. Ne prae defectu Pastoris gregem Dominicum lupus rapax invadat, aut in spiritualibus vel temporalibus Ecclesia viduata grave dispendium patiatur, conditores canonum deliberatione provida statuerunt, ut ultra tres menses vacare non debeant Ecclesiae Cathedrales. Eapropter piae memoriae Rmo Melchiore Duce Giedroic Episcopo Mednicensi, ut moris est, anno millesimo sexcentesimo nono, die undecimo Maii cum reverentia ecclesiasticae tradito sepulturae, Nos Canonici Mednicensis Ecclesiae, qui tunc praesentes eramus, convenientes in unum ad electionem futuri Episcopi nostri canonice celebrandam, talem terminum cum continuatione dierum sequentium duximus statuendum. Citatis igitur in terminum et tunc praesentibus omnibus, qui debuerunt, potuerunt et voluerunt commode interesse, in Ecclesiam nos recepimus de electione futuri Episcopi tractaturi, et nobis in unum locum congregatis, unus quisque divina inspiratione repente, nulla nominatione nulloque alio tractatu praecedente, in Rmum Nicolaum Pac Epum Methonensem Suffraganeum Vilnensem, virum utique plenae et perfectae aetatis, utpote qui trecesimum suae aetatis annum exegit, de legitimo matrimonio natum, vita et moribus et literarum scientia merito commendandum, consensu unanimi nostro et una voce simul ac unanimiter omnes et singuli in Episcopum elegimus ac pastorem, et pulsatis campanis Te Deum laudamus solenniter cantavimus: consequenter autem conveniente populo ad pulsationem campanarum dictam electionem populo publicavimus. Sanctitati igitur Vestrae duximus unanimiter supplicandum, ut electionem supradictam sic canonice celebratam dignemini confirmare, et Electo nostro praedicto munus confirmationis misericorditer impartiri, quatenus authore Deo nobis et tali Provinciae velut pastor idoneus valeat praeesse

utiliter et prodesse; nosque et alii sibi commissi sub sacro regimine possimus coram Deo salubriter militare. Datum Mednicii VI. Calendas Iulii Anno MDCX. (L. S.)

Humiles servi et exoratores Suae Sanctissimae Paternitatis

NICOLAUS DAVOSZA Canonicus et Administrator Episcopatus Mednicensis mpp.
IOANNES TOYSZEMIERSKY Canonicus et Procurator Capituli Meduiccnsis ppm.
CHRISTOPHORUS DIZWONISKY Canonicus et Officialis Mednicensis mpp.
PETRUS PETROVIUS Canonicus Mednicensis manu propria.
IOANNES KORAHIEWICZ Canonicus Medniccnsis scu Samogiensis mpp.
IOSEPHUS GARDISKI Canonicus Mednicensis mpp.

CCLVIII.

Episcopus Posnaniensis cardinalem Burghesium de iis, quae a nobili quodam haeretico perpessus fuerat, certiorem reddit. Nuntiat. Poloniae Vol. 33. fol. 370.

Illmo et Rmo Dño, Dño meo Colmo, Dño Scipioni Burghesio S. R. E. Cardinali.

Illme et Rme Domine, Dñe et Fautor Colendissime. Credo iam in manus Illmae Celsitudinis Vestrae devenisse litteras, quas una cum aliis ad Smum D. N. medio circiter Octobri miseram, supplex petens absentiae a dioecesi et susceptae peregrinationis a sua Sanctitate licentiam. In iis pro verecundia, quam calamitosissimus quisque fortunae suae habere solet, non nisi angustias patrimonii mei, tot legationibus et publicis muniis, deinde vero continuo triennali bello, quod cum tota familia contra Stanislaum Stadnicky, hominem haereticum et turbulentum totiusque patriae hostem, maximo sumptu sustinere debui, exhausti, descripseram Illmae Celsitudini Vestrae. Nunc, quoniam quo diuturnior, eo gravior mihi expectatio concessionis Sanctitatis suae, minuit verecundiam petitionis iterandae necessitas: nam ut libere Illmae Celsitudini Vestrae fatear, tutius ac praesentius vitae meae conservandae praesidium, quam hunc meum ex patria discessum non habui. Iam enim homo facinorosus, barbarorum copiis in viscera regni accersitis, post expilatas ac funditus eversas plus quam septuaginta domos nobilium, qui sive sanguine sive alio quocunque nomine mecum erant coniuncti, post exusta oppida et pagos plus quam octuaginta fratris mei, et in iis templa more ethnico spoliata ac pene diruta, nihil magis quam necem meam meditabatur. Iamque in id scelus non paucos similes sui sicarios clam subordinaverat: quos in hac, quae nostra aetate scelestis est audacia, peraegre evitassem, nisi me inopinato ex omnium oculis eripuissem, aut continuo inter arma in mediis castris mansissem. Haec pro summa mea in Illmam Celsitudinem V. observantia et singulari, quam erga me expertus sum semper, benevolentia non erubui candide et fidenter scribere, eo quod sciam, quanto diligentius Illma C. V. haec Sanctitati suae explicuerit, tanto eam maiorem commiserationem habituram. Porro iam, tametsi sub finem Augusti in manibus fratris mei germani Deo et patriae suorum facinorum poenas dedit, in tantum tamen factio eius crevit, maxime spe diuturnioris absentiae Screnissimi nostri, ut rursus ad sex millia flagitiosissimorum hominum in meam fratrisque mei perniciem collectorum numerentur. Num vero in ea, quae apud nostros est licentia, tuto mihi domi consistere liceat, Illmac C. V. iudicium esto. Iterum igitur ad pedes Sanctitatis suae prostratus intercessionem Illmae C. V. imploro. Feci certe et deinceps faciam, ne ob absentiam meam in ecclesia cultus divinus iam minutus esse vidcatur. Interim Illmam C. V. bene valere cupio, et me ad omne obsequium paratissimum offero. Augustae 25. Novembre 1610.

Illnstrissimae Celsitudinis Vestrae

Humillimus servitor
ANDREAS OPALINSKI EPISCOPUS POSNANIENSIS mpp.

CCLIX.

Archiepiscopus Gnesnensis petit a cardinali Burghesio, efficiat apud pontificem, ut officium martyrum haeremitarum Camaldulensium in Polonia permittatur. Litt. Episcoporum Vol. 11. fol. 181.

Illmo et Rmo Dño, Dño S. R. E. Cardinali Borghesio, Dño obsermo.

Illme et Rme Dñe. Pro Patronis Regni Poloniae Sanctis quinque Martiribus seu Eremitis, itemque pro duobus aliis Eremitis supplicatur S. Sedi Sermi Regis et meo nomine, ut quos religiosa Patrum vetustas ante sexcentos annos ad nostra usque tempora pro Sanctis coluere, illos etiam nunc S. Rituum Congregatio venerari pro Sanctis in Provincia, festa illorum celebrare, et officia in Breviario Polonico descripta

recitare non prohibeat. Adiuvet isthic preces nostras Illm̃a et Rm̃a Dominatio V. et qua gratia pollet apud Sm̃um D. N. propinquum suum, illam in Sanctorum causam impendat, ut favorem et gratiam Sanctorum in coelis regnantium in omnibus votis suis experiri qucat. Cactera item negotia Ecclesiae meae quandocumque pro illis Agens meus patrocinium Illm̃ae et Rm̃ae D. V. invocabit, oro haberi commendatissima. Vitam denique longaevam et omnem foelicitatem eidem precor. Lovicii die 18. Decembris 1610.

Illm̃ae et Rm̃ae Dom. Vr̃ae

deditissimus servitor

Alb. Archiepiscopus Gnesnensis R. Poloniae Primas.

CCLX.

Excerpta ex litteris, quas Hieronymus Reczaiski archidiaconus Cracoviensis de rebus Poloniae, et de successu armorum Polonicorum in Moscovia ad cardinalem Burghesium dederat. Litt. Episcoporum Vol. 11. et Nunt. Pol. 33.

Cracoviae, 3. Ianuarii 1610.

Exploratores Transylvanum diversis in locis habere in armis viginti millia hominum, magna ex parte agrestium, ad praedas agendas magis quam ad aliquid gravius attentandum idoneos, affirmant: ipsum autem luxu et conviviis deditum otio torpere, nec magnum vel generosum aliquid moliri referunt. Persuasum est nonnullis, scelere magis nostrorum, quam naturali studio ad res magni ponderis suscipiendas excitari. — Palatinus Russiae ad conatus hostium retundendos undique auxilia conquirit: Veteranos per hiberna dispositos iam excivit, et Leopoli, quae civitas est primaria Russiae, subsistere iussit: sive enim per Moldaviam Podolia, sive Russiae pars montibus vicina invaderetur, utrique non incommode succurrere possct. Ex Podolia accepimus, Tartaros iterum ad impetum faciendum in eam provinciam ad Boristhenem magna manu venisse, ibique castra posuisse; flumen traiicere hucusque cum propter ripam fluminis congelatam, tum propter glaciem ipsam minus firmam non potuisse. Quamvis enim nuper minacibus litteris Turcarum Imperator monuit Tartarum, ut ab incursionibus temperaret: Nos tamen propter barbarorum fluxam fidem et spem praedae difficillime eccitantur(sic). Proceres quidem Podoliae ad vim hostium sustinendam et incursiones arcendas auxilia cogunt: caeterum ne celeritate hostium aliquod damnum patiantur, verendum. Obsidio Smolensci teterrima hieme difficilior redditur.

Cracoviae, 10. Ianuarii 1610.

Rm̃us Dn̄us Archiep̄us Gnesnensis, ut de summa Reipublicae ex arbitrio Senatus decernat, machinationes sive conspirationes quorumdam avertat, periculis occurrentibus prospiciat, pacem et tranquillitatem in absentia Serm̃i Regis authoritate et consilio tueatur, venit Cracoviam. Senatores huius provinciae, partim quod in aliis provinciis morantur, partim quod difficultatibus variis detinentur, nondum convenerunt. Caeterum cum intersit Reipublicae, ut inter eos, qui consilio, virtute et authoritate Reipublicae maxime prosunt et praesunt, pax et concordia coalescat, constituit Rm̃us Dn̄us Archiepiscopus agere cum Dn̄o Palatino Cracoviensi, et Dn̄o Marschalco supremo Regni, ut depositis inimicitiis et simultatibus in gratiam redeant. Superiori enim tempestate et secessione non solum de Republica acerrime dissentiebant, verum etiam scriptis in lucem datis dignitatem et honorem mutuo pungebant, insectabantur. Et scripta quidem haec, ut paci publicae consuleretur, lege nuper lata in Comitiis generalibus abrogata sunt: inimicitiae autem privatae et offensiones, quae adhuc in animis vigent, ut penitus tollantur, Senatores et amici communes elaborandum sibi, idque ex re Reipublicae fore, censent. Exercitus Livonicus missis suis legatis ad primarios Senatores Regni stipendia emerita contumatius petit minasque addit, et nisi tempestive providebitur, vastata oeconomia Brescensi in Lithuania, ubi substitit, ulterius haud dubio progredietur.

Cracoviae, 17. Ianuarii 1610.

De confirmanda stabiliendaque Republica, praesertim occurrentibus repentinis periculis, tum in reconciliandis animis duorum Procerum, de quibus superioribus litteris, nihil hucusque plane actum et constitutum est, partim quod frequens Senatus haberi non potuit, partim quod uni inimicitiis maxime exasperati a pace et concordia abhorrere quodammodo videantur. Egit diligenter coram ipse Rm̃us Dn̄us Archiepiscopus, volens quam citissime malis praesentibus mederi, cum Dn̄o Palatino Cracoviensi; ad Dn̄um autem Marschalcum Dn̄um Castellanum Biecensem Senatorem Regni, cui Dn̄us Marschalcus maxime confidit, ablegavit: rogat, obtestatur, ut causa Reipulicae et boni communis inimicitias deponant. Rm̃us

Dñus Episcopus Cracoviensis heri venit Cracoviam, quem Dñus Archiepiscopus summo studio expectabat: authoritas enim ipsius propter varios magistratus, quos summa cum laude in Republica gessit, magna est, et consilio operaque ipsius cum Regia Maiestas, tum plurimi Procerum et Senatorum vehementer nituntur. Legati Demetrianorum arrogantius quam fides eorum et dignitas Regia ferebat, functi sunt legatione. Responsum est nomine Regio, prout legatio resque ipsa postulabat, ostensumque ipsos contra Rempublicam fecisse, quod nimirum, non decreto bello, contra leges patrias, edicta et instituta maiorum violato foedere, praesentibus legatis regiis, provinciam Moschoviae invasissent, bellum gessissent, quod si male cessisset, id totum in detrimentum et perniciem Reipublicae redundasset. Admoniti praeterea modestiae et fidei erga Rempublicam. Deferunt ad nos plurimi, ipsos hanc legationem alia privata et occulta correxisse, Maiestatique Regiae omnia, quae fideles vasallos ac subditos decent, promisisse: legationem autem primam, cum propter nonnullos seditiosos, qui iam ad mentem redeunt, tum propter Moschos, qui sunt a partibus Demetrii, ne datae fidei renunciarent, se potissimum instituisse profitentur. Caeterum legati Regii, qui nuper praesidio duorum millium armatorum ad ipsos missi sunt, de fide et statu rerum brevi plenius referent. Tartaros, qui ad Boristhenem castra metati sunt, accepimus, a Suiscio Magno Duce Moschoviae conductos esse. Nullas enim artes cum domi, tum foris, ut adeptum imperium tueatur, praetermittit. Et primum quidem ut averteret molem belli, et domesticis molestiis nostros detineret, Carolo Sudermano perpetuo hosti Serñi Regis nostri magnam vim auri ad bellum Livonicum donavit; tum Regem Daniae, sed frustra, sollicitavit; ad extremum Tartaros, ut infestarent Regnum, multis millibus aureorum numeratis evocavit. Conspiratores detecta impia machinatione, dimisso milite, privatam vitam agunt, conqueruntur, se a malevolis et obtrectatoribus in suspitionem adductos nihil tale unquam cogitasse.

Cracoviae, 24. Ianuarii 1610.

Summo et incredibili studio Rñus Dñus Archiepiscopus et Senatores in iuvanda Republica, et in reconciliandis Dño Palatino Cracoviensi et Dño Marschalco supremo Regni laborant, maximaque molestia ex illorum contentione se affici ostendunt. Dñus Marschalcus se duriorem praestat: praetendit se ab adversario non mediocriter lacessitum et laesum, gravissimis iniuriis affectum; crimine Maiestatis, quasi consilia in perniciem Reipublicae dedisse, apud Nobilitatem accusatum: quare non esse sibi integrum has inimicitias, nisi praesente Rege et in facie Reipublicae ostensa innocentia, diluto crimine, deponere. His rationibus opponitur, acta, gesta, attentata ultro citroque praeteritis turbulentissimis temporibus consensu Reipublicae lege publica abrogata, et communis concordiae causa voluntaria quadam oblivione contrita: proinde nec cuipiam fraudi esse possunt. Appellare Regem, contestari Ordines Regni, ostendere innocentiam esse potius voluntariam, quam necessariam contentionem, et vulnera Reipublicae nondum obductis fere cicatricibus refricare, quae cum molestia quadam recrudescere viderentur. Satius itaque intra domesticos parietes haec componere, et perpetuo silentio involvere, quam novae contentioni et discordiae occasionem praebere. Nihil tamen certi hucusque definitum est. De Republica autem ex Senatusconsulto sic constitutum. Rñus Dñus Archiepiscopus publico edicto monet, hortatur universam Nobilitatem, ut ad omnia pericula impendentia parata sit, et si quis contra Rempublicam et liberam Electionem aliquid attentare voluerit, viritim arma cupiat, eoque potissimum, quo ingruens tempestas minaretur, se conferat. Hoc remedium opportunum visum est ad subitaneos incursus retundendos, et ad incutiendum terrorem artesque disiiciendas adversariorum, ostendendumque falso sibi persuaderi, quisquis ille sit, Nobilitatem novitatibus publicaeve calamitati studere, cui tantum confidit Respublica, ut illam tanquam vindicem publicae libertatis ad defendendam patriam evocet, maximamque partem illi in tuenda Republica tribuat. Ex Moschovia nihil plane habemus.

Cracoviae, 30. Ianuarii 1610.

Reconciliatio duorum nostrorum Procerum non dui, sed acriter torsit Senatum: inciderat enim in animos offensos utrinque summis iniuriis, et in difficilem modum et rationem tractandi inter praesentem Dñum Palatinum et absentem Dominum Marschalcum. Vicit tamen obstinatos animos authoritas Senatus et amor patriae, conclusa pax et concordia iustis et aequis conditionibus de communi amicorum sententia riteque promissis stabilita, quam firmam et ratam fore existimamus. Dñus Palatinus nulla ratione adduci potuit, ut necessitatem sibi imponeret veniendi ad futura Comitia: quare quo die et loco

convenient, dextrisque datis coram in gratiam redibunt, adhuc ex arbitrio amicorum pendet. Cautum tamen est, si interea repentina pericula Rempublicam invaderent, utrumque communibus viribus et consiliis, etiamsi in acie cum hoste decertandum foret, bona fide, depositis simultatibus, Rempublicam defensurum. Rñus Dñus Archiepiscopus et Senatores, datis litteris ad universam Nobilitatem, ut parata sit ad imminentia pericula, demandata cura huius provinciae Dño Palatino Cracoviensi, circumspectis omnibus rebus subductisque rationibus Reipublicae, discesserunt. Cracoviae, antequam tamen Senatus dimitteretur, placuit scribere Transylvano nomine Senatus de coniuratione quorumdam sibi patefacta, eiusque ex relatione quorumdam quasi faveret coniuratis nefariaeque coniurationi alieno animo erga Rempublicam, quod etsi in ipsum cadere minime posse existimat, expectantibus et vigentibus recentibus beneficiis Reipublicae erga familiam suam: tamen ne diutius haec animos multorum suspensos teneant, omnesque suspitiones evellantur, visum est rogandum monendumque, ut memor avi, viri clarissimi, Illñaeque familiae suae meritis et studiis certet cum Republica quam vanis suspitionibus et simultatibus. Praeterea non deesse Reipublicae nec vires nec animum ad propulsandum vim et conatum adversariorum quamtumvis potentissimorum, nec unquam bene et impune cessisse iis, qui aliquando Rempublicam, maxime ex illis provinciis, sive aperta vi, sive occulta machinatione vexare tentaverunt: quod revocatis in memoriam praeteritis temporibus facile intelliget. Authoribus autem seditionis et coniurationis, qui litteris ad Senatum datis crimen varie diluere conabantur, responsum est satis acerbe, admonitique et fidei erga Rempublicam et beneficii nuper a Serño Rege ipsis praestiti, qui cum in ipsos animadverteret posset, vere regio et excelso animo omnia condonavit: datumque in mandatis Palatino Russiae et Castellano Calisensi, ut diligenter provideant, ne ex illa parte Russiae a coniuratis aliquid detrimenti Respublica capiat. Smolenscum acerrime defenditur, et omnes in dies difficiliora redduntur.

Cracoviae, 6. Februarii 1610.

Fluctuatio praeterita Reipublicae, quae mota civili tempestate interitum Reipublicae minabatur, quid in summa libertate multitudo ius suffragii habens possit, et quam facillimum rerum novandarum cupidis, coacta multitudine in concionibus, seditionem excitare, facile docuit. Quare a plurimis absentibus Senatoribus Rñus Dñus Archiepiscopus praemonitus, ut in cogenda Nobilitate sit cautus, temperamentumque tale aliquod admittat, quod et Reipublicae salutare sit, et paci tranquillitatique publicae serviat. Consideratis itaque bene rationibus omnibus, dedit quidem litteras confectas et conscriptas ad evocandam et cogendam Nobilitatem Dño Palatino Cracoviensi, caeterum non publicabantur nisi summa necessitate Reipublicae hosteve imminente: quod non aliter se facturum Dominus Palatinus bona fide promisit. Antequam civilis dissensio Rempublicam invasisset, orta fuit quaedam controversia de domo, quam Dñus Palatinus Cracoviensis inhabitabat in arce Cracoviensi. Petebat Serñus Rex iure suo domum ad excipiendos hospites, qui cum Serña Regina ad nuptias veniebant, sibi concedi: allegabat Dñus Palatinus se non posse cogi, nec possessione privari, nisi ex praescripto iuris, instante tamen Rege cessit domo, quod ad exacerbandum eius animum plurimum valuisse dicitur. Secuta pacificatione et concordia nunquam haec domus illi fuit restituta. Nunc Rñus Dñus Archiepiscopus, praesente magno Procuratore Cracoviensi et protestante, acceptis clavibus a quodam officiali, praetendens non posse Dñum Palatinum commodi in arce manere, domum quondam controversam sine consensu, ut fertur, Regio Dño Palatino datis clavibus ad habitandum concessit. Quo animo id fert Maiestas Regia, et an dissimulabit, difficillimum iudicare. Ex Moschovia renuntiatum est, Demetrianos et plurimos Moschorum cum legatis Regiis transegisse et in potestate Regis se fore sacrosancte promisisse: Demetrium fictum nusquam apparere, vulgo creditur fuga sibi consuluisse: Uxorem interfecti Demetrii arbitrio et gratiae Regiae se permisisse et dedisse: Smolenscum ad extremam necessitatem redactum adhuc resistere. Et haec quidem prout Magno Thesaurario Regni ex penitioribus Moschoviae scripta sunt, expectamus tamen in dies certiora.

Cracoviae, 13. Februarii 1610.

Fuga Demetrii, qui vano timore, ut dicitur, perterritus, ne legatis nostris ab exercitu dederetur, vel supplicio afficeretur, profugit, ad res bene et prospere gerendas in Moscovia viam plane Serño Regi nostro aperuit. Moschi enim, qui a Demetrianis partibus, metu Suiscii, cui nullam fidem adhibendam esse censent, ne in ipsos tanquam in perduellionis reos saeviat, deditionem parant, legatisque missis hoc unum petunt, ut Religio ipsorum sarta tecta remaneat: Cives vero nostri illarum partium, salvis

moderatis stipendiis emeritis in castris Demetrii, arbitrio Regio uti fideles vasalli et subditi se permittunt, et in castris Regiis ad debellaudam et subiugandam Moschoviam se militaturos pollicentur. Quare dedit in mandatis Maiestas Regia Magno Thesaurario Regni, ut pecuniam mutuo a mercatoribus ad retinendos Demetrianos sumat, vel saltim ad depellenda frigora pannos varios, quos maxime petunt Demetriani, conquirat et quam primum transmittat. Hoc nuntio accepto, qui rebus Maiestatis Regiae belloque Moschovitico non favebant et omnia adversa evenire cupiebant, plane animis conciderunt. Vident enim, cum ad res novandas impediendumque hoc bellum varias ob causas, tum ad accusandum male administratae et procuratae Reipublicae sibi quodammodo viam praeclusam esse; Nobilitatemque spe tantae accessionis valde laetari, nec ullo modo rationeve ad turbanda consilia Maiestatis Regiae posse adduci. Tartari, qui ad Boristhenem castra posuerant, traiecto flumine in Podoliam irruerunt et magnam partem, praesertim autem castella et villas filii olim Magni Cancellarii, ferro et flamma vastaverunt.

Cracovine, 20. Februarii 1610.

Post multas variasque altercationes, et amicorum communium pacificationis studiosissimorum moderationes in eam sententiam tandem itum est, ut reconciliationi, quae inter Dñum Palatinum Cracoviensem et Dñum Marschalcum supremum Regni ultro citroque diu tractata et conclusa, post festa paschatis in Coenobio Czestochoviensi ultima manus imponatur. Is locus decemseptem leucis distat Cracovia, insignis religione et clarus miraculis. Ad diem itaque dictam cum Rmo Dño Archiepiscopo Gnesnensi tum partes aderunt, et simultatibus inimicitiisque depositis coram in gratiam redibunt. Reperiuntur tamen plurimi, ut fertur, qui considerantes, utrumque et animo et potentia paratum magnasque non secuta pacificatione impendere discordias, partim malitia impellente, ut spectaculo patriae acerbo, ipsis iucundo frui possint, partim quod nutante Republica ex alienis periculis et incommodis, privatorumque inimicitiis res fortunasque suas augeri velint, hanc reconciliationem improbant, variisque iniectis difficultatibus privatim et occulte impediunt. Caeterum confidimus, quod Senatorum et Illustrium virorum consilium et prudentia, quorum authoritas effecit, ut hi Proceres insignibus iniuriis utriuque lacessiti arbitrio eorum se permiserint, et malevolorum artes disiiciet et animos reconciliatos in officio retinebit. Ex Moschovia, postquam se in fugam coniecit Demetrius, nuntiatum est exercitum eius, legatis Regiis egregie operam navantibus, certis conditionibus in partes Regias discessisse, iamque legatos plane rebus confectis, demandata cuidam fidelissimo praefectura exercitus Demetriani, redire, primariosque Moschorum, inter quos Archiepiscopum quendam et Principem Cassauensem secum adducere, ipsosque suo et aliorum nomine, qui partes Demetrii sequebantur, fidelitatem et obedientiam Maiestati Regiae deferre. Demetrius Kalugam castrum munitissimum post fugam cum quingentis Kosakis Duensibus et nonnullis nostrorum se recepit, aeger animo indies mutat consilia, incertus et dubius, quo potissimum se vertat. Missae nonnullae cohortes ad obsidendum castrum, praecipue autem ne possit effugere. Adfertur praeterea Suiscium a suis esse interfectum, et quendam Galicinum uomine Magnum Ducem appellatum: sed de nece Suiscii certiora expectamus. Smolenscum fortiter hucusque defensum, creditur, quod adventu legatorum visoque Archiepiscopo et Principe Cassanensi deditionem faciet. Hoc successu magnam spem concepimus de foelici exitu huius belli Moschovitici: incutit tamen nobis nescio quid timoris, exhaustum penitus aerarium publicum, ingensque difficultas pecuniae. Si enim contumatius peteret stipendia post tot labores et durissimam hiemem exercitus Demetrii et Regius, moram aliquam periculosam haud dubio iniiceret, et consilia optima et salutaria perturbaret. Existimamus nihilominus, quod spes praedae et ingentia praemia, quae capta Moschovia ostentantur, modestiores illos reddet.

Cracoviae, 28. Februarii 1610.

Decreverat Rmus Dñus Archiepus Gnesnensis et Senatus maxime Minoris Poloniae, qui haberi potuit, ut Dñus Palatinus Cracoviensis propter suspitiones quae pullulabant, et tumultus quos suspicabantur, in Arce Cracoviensi maneret. Secutus itaque authoritatem Senatus nudius tertius eo animo, ut satisfiat Senatusconsulto, venit Cracoviam, et ad domum quondam controversam in arce sumptu suo reparatam divertit, praefectumque, qui ducentis peditibus praeerat in arce, dimissis militibus, statim exauctoravit, asserens sumptibus minus necessariis in tanta difficultate Rempublicam vexari minime debere, sufficiensque esse suum praesidium ad repentinos motus, trecenti pedites et ducenti equites Reipublicae stipendiis in arce alendi, ex Senatusconsulto conscripti; et si opus fuerit, maiorem apparatum Reipu-

blicae cura et studio suo non defuturum. Quare rebus sic constitutis et dispositis, et arx et civitas eius imperio parent, animosque Nobilium huius provinciac, prout coniicere possumus, cum propter clientelas et beneficia, tum quod iuri dicundo praeest, authoritateque cum humanitate coniuncta plurimum valet, coniunctissimos habet. Ius Nobilitati Cracoviensi tamquam Capitaneus hisce diebus dixit, edictisque propositis temeritatem et insolentiam nonnullorum egregie cohercuit. De domo vero, cum quadam die praesente magno Procuratore Cracoviensi sermo iniectus esset, fertur animum suum declarasse, nullum se ius praetendere et ad mandatum Regium illam liberrime demittere velle. Machinationes coniuratorum, partim quod patefactae et cohortes veteranorum quasi in cervicibus illorum collocatae sunt, partim quod successibus rerum Moschoviticarum deterrentur, videntur resedisse. Ex Moschovia nuntiatum est, praesidium Smolensci cum nostris quodammodo mollius agere, tractatus admittere spemque deditionis ostendere. Demetriani vehementer cupiunt, ut Serñus Rex quam primum suas copias cum illorum coniungat, et de summa rei, si hostes copiam pugnae facient, decernat, vel Regiam ipsam Moschoviae praemium maximum victoriae aggrediatur. Sed ulterius progredi non expugnato Smolensco nihil aliud esset quam hostibus addere animum, et contra morem militarem arce munitissima a tergo relicta tot periculis et difficultatibus se involvere.

Cracoviae, 7. Martii 1610.

Rerum Transylvanicarum suspitio scelere quorumdam aucta, quae plus incommodi et perturbationis quam periculi adferre poterat, multum duique in animis hominum haeserat. Temeritas enim et audacia eorum, qui salva Republica nullum locum sibi esse existimant, facile animos plurimorum ad novitatem impellere, et spetiosis nominibus propositis in maxima libertate a recto tramite averterc potest. Verum haec suspitio videtur iam plane evanuisse, cum et Transylvanum difficultate rei permotum, vana spe deposita, nihil asperum durumve cogitare certis authoribus cognovimus, et domestica pessima consilia summa diligentia et incredibili studio optimorum civium disiecta et repressa videmus. Quare suspitionibus sublatis et domesticis fluctibus compositis, si bellum susceptum bene et ex animo succederet, insignis amor et benevolentia subditorum faelicissimae gubernationi accederet, pristinoque decori et splendori Respublica restituta, imperii nomen gratissimum posteritati relinqueret. Fausta sane omnia hisce diebus nuntiata sunt, de deditione nonnullorum Procerum Moschoviae, de viribus plane fractis hostium, de accessione exercitus Demetriani, in quibus magna illa quidem spes, sed anceps cura, propter incertos exitus praeliorum et difficultatem ingentem plane omnium rerum ad rem bellicam spectantium, praecipue autem propter fluxam fidem quorumdam in illis partibus, quos sive invidia sive malitia stimulante vacillare hostibusque arcana prodere satis constanti rumore accepimus.

Cracoviae, 14. Martii 1610.

Ad tot tantasque difficultates aerarii publici, de quibus superioribus litteris, accessit obitus Magni Thesaurarii, qui hisce diebus Cracoviae de vita decessit, cuius mors Serño Regi et Reipublicae immature accidisse videtur. Deficientibus enim plane sumptibus ad expeditionem bellicam, et ad onera Reipublicae supportanda vel nomen Magistratus plurimum valebat, fidesque ipsius interposita mercatores in emporiis et civitatibus maritimis ad subministranda necessaria exercitui alacriores, et ad mutuandam promptiores reddebat. Veremur nunc, ne accepto nuntio de obitu ipsius maiores et firmiores cautiones exigant, praefectosque aerarii, quos vivens Thesaurarius ablegaverat, re prorsus infecta dimittant, vel saltim ne longe deteriorem conditionem aerarii faciant. Interea vero, dum Serñus Rex de hisce certior redditur, et aliquis ad inspiciendas rationes aerarii mittitur, omnia fere negligentur, vel certe non eo studio et diligentia, quae requiritur, administrabuntur. Id totum, praesertim autem tarditas in expediendis aerarii negotiis et spectantibus ad rem bellicam conatus Regios, et occasionem rei bene foeliciterque gerendae quodammodo disturbare et impedire posset: in bellis enim eiusmodi, cum omnis mora nociva, tum in hoc praesenti periculosa existimatur. In Moschovia res dubio et vario marte, resistente fortiter Smolensco, geruntur. Accepimus rumore Demetrium novum colligere exercitum, et iam nostrorum mille, Moschorum quindecim millia habere in castris; provinciam autem ad Volgam fluvium, quae parebat Demetrianis, defecisse ad Suiscium, qui sanus et incolumis viribus, ut fertur, non prostratis regnat. Principis Tartarorum legatos Podoliam provinciam Regni attigisse certis authoribus cognovimus: iactant se habere in mandatis, ob idque potissimum venire, ut perpetuam pacem firment et stabiliant. Cum

illis obiectum esset de praedis nuper actis, et violato foedere, culpam reiecerunt partim in quosdam rebelles, partim in Tartaros, qui in vastissimis campis nullius parent imperio, eosque brevi poenas daturos Turcorum Imperatoris et sui Principis iussu affirmarunt. Sed haec omnia fide barbara aguntur: plurimi enim sive ad explorandas vires nostras successumque Regium, sive more et instituto suo ad petendum aliquot honorarium eos venire arbitrantur, quo accepto nihilominus ad rapinas et latrocinia exercenda redituros suspicantur.

Cracoviae, 28. Martii 1610.

Bellum Moschoviticum magna spe et animo, ingentibusque promissis caeptum et iniquo anni tempore gestum multorum animos fregit, domumque redire sive ad maiorem apparatum faciendum, sive ad commodius anni tempus expectandum coegit. Invictus animus Regius tot tantisque difficultatibus, laboribus, periculis pressus a firmo et stabili proposito dimoveri non potest: Smolenscum summa pertinatia obsidet, ignominosum existimans non capta urbe discedere: pecuniam magna difficultate cogit: auxilia unde conquirit, et si aliquo motu vel seditione militari non abstrahetur, obsidionem procul dubio non deseret. Verum omnes milites ad hanc expeditionem veterani conscripti et educti, non minus quam obsessi castrorum pertaesi esse dicuntur. Praelium enim committere, cominus congredi fortiter in acie dimicare assueti: Arces expugnare, propugnacula extruere, in castris sine pugna consistere, et quodammodo tabescere, res ipsis insolita et iniucunda artesque ignotae. Stipendium praeterea per trimestre non numeratum, et exigua spes, quae a praefectis aerarii de pecunia publica adfertur, ne aliquid turbarum excitet, et a pulcherrimo cursu victoriae retrahat, verendum. Intelleximus Serm̃um Regem a quibusdam provinciis, praesertim vero Voliniae petiisse iterum subsidium ad hoc bellum, idque libenti animo prout alias promissum esse.

Cracoviae, 3. Aprilis 1610.

Subsidium summo studio et diligentia a quibusdam provintiis ad bellum Moschoviticum conficiendum flagitatum et concessum non ea alacritate et promptitudine, quam sperabatur, praestatur. Plurima enim nuper acta et gesta Cracoviae frequenti Senatu a Nobilitate non adeo probantur. Et litteras quidem, non communicato consilio aliorum Senatorum pari dignitate et authoritate, conscriptas et decretas, ut omnes viritim arma capiant, in casu aliquo Reipublicae repentino publicandas, vehementer miratur; cum domestica concordia stabilita, pericula Reipublicae exigua immincre sentit, vel certe de industria ad terrendos homines conficta suspicatur. Praeterea modus et ratio administrandae Reipublicae contra leges et instituta non mediocriter illam offendit. Arma enim pro Republica viritim capere et subsidium sive contributionem decerne non modo oncrosum, sed et periculosum Republicae existimat. Ea enim ratione sumptibus immensis Nobilitas vexaretur, prorsusque viribus enervaretur, et spetioso nomine libertatis relicto tributaria sensim efficeretur. Proinde plurimi in illis provinciis, in quibus subsidium decretum, hoc pretextu se non teneri ad contributionem iactant, contrariamque voluntatem osteudunt, et patriae potius in periculo versanti, veteri iustituto, omnibus viribus et fortunis succurendum esse dicunt, quam aliorum cupiditatibus in acquirendis provinciis indulgere. Et haec quidem in tanta diversitate animorum vulgo feruntur, et novae difficultates difficultatibus adiunguntur. Res Moschoviticae vario successu geruntur: Smolenscum fortissime defenditur: Pseudo-Demetrius castris profugus iam non contemnendum exercitum partim ex nostris, partim ex Moschis conflatum habet, munitionibus se maxime tenet, nacta tamen occasione pabulatores et milites quondam suos invadit, caedit, praemiis promissis sollicitat, corrumpit. Quare exercitus in castris ad Moscham, qui in partes Regias discessit, a duobus exercitibus diversis, et sibi inimicissimis, Suiscii et Pseudo-Demetrii, simul vexatur, iste ut dissertorem, ille ut invasorem imperii persequitur: et ne aliquid detrimenti accipiat, missus subsidio Palatinus Braclaviensis ex castris Regiis cum duobus millibus equitum gravioris armaturae et tribus millibus Kosakorum. Uxor Demetrii de spe imperii quodammodo deiecta sequi Pseudo-Demetrium constituerat, et virili veste sumpta, relictis litteris, quibus exprobat quorumdam perfidiam, ex castris profugerat, sed ex fuga retracta honorifice in castra sine tumultu et occulte reducta.

Cracoviae, 10. Aprilis 1610.

Turbata Moschovia, coustitutae et pacatae quodammodo Reipublicae nostrae cicatricibus, deductis aliunde superfluis humoribus, lenimentum adferre videbatur, et institutum Regium propagaudi imperii salutare Reipublicae a multis existimabatur. Nunc variante successu in Moschovia, simultates et

odia, quae resederant, pullulant, et conatum Regium magno et forti animo susceptum plurimi non probant. Ita enim saepenumcro evenit, ut optima consilia pro salute et incolumitate Reipublicae habita non prius laudantur, quam eventus, qui non semper humano consilio regitur, id recte ac probe factum comprobaverit. Ex re id fuit Reipublicae providere, ne colluvies hominum effusa, et tanquam procelloso mari agitata in sinum Rcipublicae effunderetur: dignitas id postulabat, ut provincia quondam a corpore Reipublicae vi et iniuste avulsa recuperaretur: securitas requirebat, ut hostis vires, qui ad vexandam Rempublicam Principem Sudermaniae et Barbaros propriis sumptibus armabat, frangerentur. Sed si ea, quae a sapientissimo Principe, quantum humanum ingenium assequi potest, perspecta et expensa, non succedunt, divino numini, a cuius voluntate et providentia omnia pendent, potius haec ascribcnda, quam aliena consilia prudenter suscepta accusanda sunt. Cacterum dum in hisce haereo, de foelici successu Serñi Regis minime dubito: propensissimam enim voluntatem, promptissima studia multorum in iuvandis conatibus Regiis videmus. Perturbavit tamen non mediocriter nostros fuga uxoris Demetrii, quae iterum profugit ad Pseudodimetrium, et quadam munitione, dicta Kaluga, se tenent. Non contemnendum iam exercitum habent, plurimos sollicitant, ita ut in castris ad Moscham pene ad seditionem ventum est, Praefectusque illius exercitus insidiis petitus, et seditiosi nonnulli praetendentes iusiurandum, omnesque rapinis et latrociniis assueti eo se conferunt: verendum, ne distractis viribus Suiscium fortiorem raddant.

Cracoviae, 17. Aprilis 1610.

Rebus Moschoviticis in dubio positis, ita quod nostris, nec laeti ncc adversi quidquam hisce diebus evenerit. Militcs Livonici, qui in Lithuania stipendia emerita expectabant, ingcutem difficultatem Reipublicae et privatis facere incipiunt. In provinciis enim vicinis, agris taxatis, bona fisci et spiritualium contributionibus onerant, pecuniam exigunt, colonos pessime tractant; et si stipendia ipsis ex publico non numerabuntur, quod ante Comitia generalia futura vix credibile, praesertim exhausto aerario, opulentissimas quasque oeconomias Regias occupabunt, bonisque spiritualium, quibus maxime inhiant, solito non parcent. Quare occasio nonnullis praebetur accusandi Serñum Regem male administratae Reipublicae: dicunt enim, quod pecuniam ex decreta contributionc collectam ad stipendia solvenda militi Livonico, in bellum Moschoviticum sine scitu et consensu Ordinum susceptum expendit. Et bello quidem Moscovitico non succedente, Livonico autem milite stipendia contumatius efflagitante, duobus potissimum malis Rempublicam involuit et exposuit.

Cracoviae, 5. Maii 1610.

Ablegaverat nuper ex Senatusconsulto ad explorandum animum Transylvani cum litteris quendam ex suis Rñus Dñus Archicpiscopus Gnesnensis, qui vacillante Transylvano et differente responsum tardius, quam expectabatur, rediit. Excusat per litteras factum Transylvanus, malevolis id totum tribuit, commemorat iura vicinitatis, pacta et focdera, tum merita maiorum suorum erga Rempublicam, ad extremum amicum et bonum vicinum se forc profitetur. Verum intelleximus causam ipsius tergiversationis et morae in remittendo nuntio. Constituerat invaderc Moldaviam, cui praees Constantinus filius Hieremiae defuncti, tributarius quidem Turcae, sed vassallus Regius, donatus olim cum tota familia iure regni. Is, patre decedente, evocato exercitu nostro, qui ad fines Podoliae ad evitanda incursiones Tartarorum, substiterat, pulso fratre patrueli, qui invaserat Moldaviam, et caesis Turcis et Tartaris, qui auxilio venerant, Principatu petitus est, favore tandem et intercessione Regia confirmatus ab Imperatore Turcarum non quidem libenter, cum de Moldavia antiqua cum nostris ipsi controversia: Respublica enim praetendit se habere ius nominandi Principem, Imperator Turcarum confirmandi, sed bellis implicitus et caedem suorum dissimulare, et res Moldavicas minus curare visus est. Nunc quamvis amicitiam per nuntios Serño Regi detulit, fide tamen barbara cupiditati Transylvani satisfacere volens, et memor iniuriarum a Kosakis imperio illatarum, dederat in mandatis Principi Tartarorum, ut Transylvano Moldaviam invadenti auxilium ferret. Verum dum tempus commodum anni et belli expectat Transylvanus, et cupiditate cogitationeque occupata Moldavia altiora meditatur, Imperator Turcarum mandat Principi Tartarorum, ut quam validissimas copias mittat sibi subsidio ad bellum Persicum; Transylvano autem significat, ut supersedeat ad praesens a bello, nec interturbet quietem Moldaviae et Regni nostri, ne Kosakis detur occasio invadendi confinia Traciae et Bosphori. Proinde non sua sponte Transylvanus destitit a proposito, sed iussu Turcae et auxiliatoribus Tartaris destitutus. In Moscovia omnia dura, aspera, nec hostibus quidem laeta,

qui summa pertinatia nostris undique resistunt, nec vitae et sanguini parcunt, coniuges, liberos trucidant, in ignem coniiciunt, ne in nostrorum potestatem deveniant, ut in quibusdam castellis expugnatis per nostros fecerunt. Compertum est, Scopinum fratrem Suiscii praeter ingentem numerum suorum et Tartarorum habere in exercitu viginti sex vexilla missa a Carolo Sudermano, patruo Serñi Regis, militum mercenariorum ex Angelis et Scotis: qui partim nostros pabulatores et milites in praesidiis collocatos, partim Pseudodemetrianos invadit, et ab utrisque vexatur, quamvis Regii et Pseudodemetriani data occasione invicem acerrime concurrunt, ita quod Moschovia tres exercitus sibi inimicissimos et inter se pugnantes in propriis visceribus alit.

Cracoviae, 22. Maii 1610.

Constitutum fuerat a Rño Dño Archiepo Gnesnensi, consentientibus partibus, ut simultatibus et inimicitiis inter Dñum Palatinum Cracoviensem et Dñum Marschalcum supremum Regni post festa paschatis ultima manus imponeretur. Et quidem incredibili studio et summa diligentia plurimorum Senatorum Regni haec tractata et conclusa, assiduo desiderio et optima voluntate ab omnibus, qui Rempublicam salvam et integram esse volunt, expectabuntur. Verum vel malitia quorundam, vel propter leviuscula quaedam verba, quae scripta dictave intercesserunt hisce diebus, hoc negotium infectum remanet. Non desistit tamen Rñus Dñus Archiepiscopus per litteras instare obtestari partes, rationesque cum Reipublicae, tum privatas ob oculos ponere, ut tandem non verbis, sed factis, quae promissa sunt, stabiliant et confirment. Sed hucusque nihil profecit, certique quidquam decretum. In Regno nostro omnia pacata et quieta, praeterquam quod milites Livonici ingentes contributiones exigunt, maioraque moliuntur.

Cracoviae, 29. Maii 1610.

Hisce diebus Cracoviae pene ad seditionem tumultumque ingentem ventum, sed cura authoritateque insigni Magistratus principiis quamprimum obviam itum est. Res ita se habet. Pullulantibus haeresibus in Regno fuit et haec civitas primaria et Regia ipsa obnoxia vel maxime huic malo, praesertim Palatino et Capitaneo quondam haeretico, qui pro libitu homines suae fidei praefecturis civitatis donabat, exercitium religionis depravatae permittebat, omnique studio fovebat. Iudicio divino brevi magistratibus partim vita functis, partim postliminio plurimis ad fidem veram redeuntibus fides Catholica in pristinum statum restitui visa est, remanentibus tamen duobus locis in ipsa civitate, ubi exercitium damnatae religionis peragebatur, quae successu temporis a nobili iuventute, quae in Universitate litteris dabat operam, pulsis et eiectis perversi dogmatis ministris, ferro igneque deleta: ad extremum et ante triennium locus ipsorum sepulturae dicatus, extra civitatem muro ciuctus, facto tumultu dirutus et disiectus est. E civitate itaque funditus sublata religione prava, in proximis tantum villis nobilium haeretici virus suum disseminabant et disseminant: quod quidem iis, qui in civitate manent, eiusdem sectae satis incommodum visum est, quare in suburbio in domo privata occulte, remotis plane arbitris, pauci conveniebant conventiculaque sua faciebant. Quod posteaquam rescivit iuventus Academica, adscitis sibi plurimis ex plebe et aliunde collectis, seditione facta, domum illam vi et armis invaserunt et expugnaverunt, suppellectilique direpta, libros varios damnatos, et alia ad ritum impium pertinentia igni tradiderunt. Caeterum dum popularis seditio augetur armisque omnia complentur, et domui ignis iniicitur, ex arce ad seditionem comprimendam milites missi supervenerunt, qui disiecta turba et flamma restincta, comprehensis nonnullis in arcem redierunt. Et seditio haud dubio uberius processisset, armati enim conglobati resistere et milites invadere parabant, nisi praefectus militum, ne caedis daretur occasio, id enim habuit in mandatis, cum suis tempestive se recepisset. Interea et civitas contra seditiosos arma expediebat, et proinde metu undique pressi arma deposuerunt. Sequenti die haeretici nobiles certiores redditi de factis et gestis Dominum Palatinum convenerunt, et de vi religioni suae contra iura Regn illata conquaesti, ut de authoribus tumultus supplicium sumeretur, postulabant. Responsum ipsis, quod homines plebei diversae religionis, qui minime gaudent iure nobilitatis, contra institutum civitatis conventicula faciendo occasionem tumultus praebuerunt: et se quidem pro offitio suo seditionem cohercuisse, ipsos vero, qui nihil iuris habent in civitatibus Regiis, minus legittime iniuriam alienam prosequi. Praeterea cum nulla caedes facta sit, Rectori Academiae vinctos, de cuius iurisdictione sunt, se tradidisse, si quis ratione iniuriarum cum ipsis experiri voluerit, in suo foro ipsos conveniat. Quod responsum non aequo animo acceptum. Ad liberandam hanc civitatem ab haeresibus nullum salubrius et opportunius

remedium inveniri potest, quam si penitus tollatur exercitium religionis damnatae, quod et Magistratus videmus cordi esse, et Iuventus Academica assueta contra falsa dogmata et loca cultui ipsorum dicata turbas ciere talia nunquam patietur, et hoc factum praesens multos ab incaepto deterruit.

Cracoviae, 5. Iunii 1610.

Accepi aliquot litteras Illmae Dominationis V. quibus studium meum et diligentiam in scribendo Illma D. V. probat, benevolentiamque suam ac gratiam mihi abunde contestatur. Quod quidem quantum voluptatis mihi attulit, haud facile dixerim: Principum enim favor et gratia eum adfirmandas et stabiliendas fortunas privatorum plurimum valeat, tum humanitas et benevolentia, inter actus humanos longe iucundissima, ad conciliandos et retinendos animos non minus ponderis adferre videatur. Utrumque Illma D. V. mihi praestat, et gratiam pollicetur et humanitatem, quae non nisi excellentis animi est, ita defert, ut ab ipsius benevolentia omnia non sperare, omnia non pollicori nefas esse ducam. Retineat Illma D. V. hoc studium gratiae et benevolentiae suae erga me resque meas, illasque patrocinio ac favore foveat ac tueatur, maiorem in modum rogo: Ego vero humile officium meum, quantum in me est, desiderari non patiar. De rebus nostris sic accipiat. Proceres Lithuaniae militem Livonicum, qui contributionem in multis provinciis ex bonis Regiis et spiritualium vi et minis extorsit, maioraque in dies et peiora expectabantur, promissis et pollicitationibus ab incaepto retraxerunt. Die enim constituta ipsum ad calculum faciendum cum omnibus Praefectis aerarii et Magistratu bellico evocaverunt, qui et spem concepit de stipendiis sibi numerandis. Verum subductis omnibus rationibus Reipublicae nullum prorsus modum videmus dari extra Comitia generalia pecuniae cogendae, nisi ipsi Proceres ex privato, quod magis optandum quam sperandum, Reipublicae subveniant. Duo potissimum sunt agenda Proceribus cum Livonicis militibus, primum de emeritis stipendiis, alterum ut redeant in Livoniam ad defendendam provinciam. Existimamus enim Sudermaniae Principem, patruum Maiestatis Regiae, non quieturum, nec Suiscium ex pacto foederis, cum etiam id maxime sibi rebusque suis expediat, deserturum.

Utrumque ad tractandum et peragendum praesertim cum milite confoederato et armato difficillimum, cum et Generalis Lithuaniae invitus confoederationi in ipsa acie subscripserit, nulla enim ratione adduci potuit miles, nec minis nec promissis, ut signa inferret, et collato pede cum hoste portis Dinamenti vicino dimicaret, nisi prius Generalis nomen suum daret, diplomate caverit, seditionemque ipsius quasi approbaret. Nunquam hoc vitio versum viro fortissimo et optime de Republica merito, circumventus enim plane fuit a suis militibus in acie, temeritatique, cum de salute totius Livoniae et dignitate Reipublicae ageretur, cessit. Nec exercitus adeo culpae obnoxius censendus, aestu enim, frigore, inedia, laboribus confectus, tot stipendiis non numeratis, nihil plane praeter arma et vitam habebat, et hanc pro patria iam iam hoste urgente profundere paratus in acie constiterat. Debellato autem hoste, liberata provincia nulla spes ostendebatur stipendii, nisi armatus decedendo de provincia in castris stipendia expectaret. Et profecto non ignarus rerum nostrarum caute rebus suis consuluit: bello enim Moschovitico instante, et aliis difficultatibus et necessitatibus Reipublicae impendentibus, non ita cito ipsi satisfactum fuisset, cum praesentia magis, quam praeterita curamus. Caeterum quod ad defensionem Livoniae attinet, existimamus militem Livonicum, si emerita stipendia ipsi numerabuntur, et fides nomine Reipublicae de futuris stipendiis solvendis interponetur, quod stationem pro patria non deseret, et sub signis in Livoniam redibit. Ex Moschovia intelleximus, Suiscium auxiliis undique contractis in dies fortiorem reddi, iamque in Mosaisko quinquaginta milliaribus Germanicis a castris Regiis sedem belli fixisse, pabulatoresque Regiarum partium cohercuisse: Regionem autem Moschoviae eam, quae a tergo, liberam ab incursionibus reddidisse, et provincias, quae olim ad Pseudodemetrium defecere, recepisse. Praesidium Smolensci, quod caput rei est, hucusque fortiter et constanter resistit.

Cracoviae, 12. Iunii 1610.

Etsi ab annis iam plurimis Christi perduelles in Regno nostro in omnibus Comitiis tam ordinariis, quam extraordinariis perversa dogmata confoederationemque suam, sive potius conspirationem contra fidem orthodoxam approbari contendunt, eoque nomine tot Comitia rebus infectis soluta, tot seditiones excitatae, et nuper in secessione civili hoc idem vi et armis tentatum, a virisque Catholicis et et piis constanter disiectum: tamen animum non deponunt, nullamque occasionem praetermittendam sibi esse existimant in promovendis et stabiliendis suis erroribus, ut lege promulgata firmataque sua reli-

gione clcrum fidelesque ministros verbi Dei sensim tollant et evertant. Arrepta enim occasione ex tumultu et seditione nuper in Cracoviensi suburbio excitata, de quibus superioribns litteris, conventicula occulta in nonnullis provinciis fecerant, in quibus de modo propagandae suae religionis, utque exercitium ipsius undique liberum sit, tractaverunt; et qua ratione in futuris Comitiis hoc negotium proponendum et ad effectum deducendum sit, consilium iniverunt. Vident enim tempora difficillima, Rempublicam debitis oneratum, aerarium cxhaustum, res Moschoviticas in dubio positas, favorem Nobilitatis in lubrico situm, et quod non postremum est, multos ex cventu foclici sive adverso omnia metiri autumant. Quo fit, ut et ipsi consuetudine et artibus solitis difficillimis temporibus Reipublicae contra leges, decreta futura Comitialia, nisi satisfiat ipsorum postulationibus, interccssionem parant. Suffragantur ipsis Schismatici et politici Catholici, qui impia consilia et decreta quandoque fine diverso suo calculo probant. Sed confidimus in Domino, quod consilia ipsorum perdet, et progressus, quem iam spe devoraverunt, exitum uon habcbit.

Cracoviae, 31. Iulii 1610.

Dum in rebus dubiis et afflictis, quod nos a cura et sollicitudine liberaret, expcctamus, tristi nuntio accepimus, Vilnam Rcgiam ipsam Lithuaniae ingcnti incendio conflagrasse. Arx et palatium regium maiori ex parte absumptum: Ecclesia Cathedralis, vasaque sacra in cineres redacta: aedes plurimae sacrae et prophauae fortunaeque privatorum flamma pene consumptae. Sunt qui affirmant per fraudem et dolum id accidisse, nonnullosque huius sceleris deprehensos: verisimilius tamen est, casu sive potius per incuriam evenisse. Illatum est sane ingens damnum rebus privatorum: multi enim Procerum et Nobilium Lithuaniae, cum eo tempore iura redderentur Nobilitati illarum provinciarum, ibi commorabantur. Mercatores praetcrea variarum nationum propter distrahendas merces confluxerant, cum nulla sit urbium vicinior et commodior in illis regionibus, quae necessaria exercitui obsidenti Smolenscum, quamvis multis miliaribus distanti, subministrare possit. Ex suppellectili Rcgia, quam in bellum profecturus Serm̃us Rex deposucrat, pauca desidcrantur, cum summo labore et diligentia Praefectorum coepto incendio partim exportata, partim ab igne defeusa sit. Ex Moschovia nihil eiusmodi intelleximus, quod dolorem nostrum levaret.

Cracoviae, 7. Augusti 1610.

Instituto et antiquo more Reipublicae in omnibus provintiis decedcntibus certis officialibus, qui iuri dicundo praesunt, quorum potissimum iurisdictio circa fundos et limites versatur, Nobilitas Palatino provinciae praesidente quatuor candidatos liberis suffragüs eligit, et Regiae Maj. praesentat, quorum unum pro arbitrio suo Maj. Regia approbat offitialemque constituit. Functus est offitio suo hac in parte diebus praeteritis D. Palatinus Cracoviensis, e vivis excedente uno officialium. Indixerat Comitia Nobilitati Cracovicnsi, frequentissima adfuit: nihil de Republica, nihil de bello Moschovitico actum tractatumve, non voces contumatiores, non expostulatoriae auditae, ita ut plurimi paci tranquillitatique publicae gratularentur, et fausta omnia Regiae Maiestati precarcntur. D. Palatinus scptingentis militibus armatus venerat, praetcr ingentem numerum Nobilium suorum partium propter suspitionem inimicitiarum cum D. Marschalco supremo Regni, quae etsi per communes amicos ultra citroque fide data diremptae sunt, hucusque tamen nondum mutua reconciliatione sopitae et extinctae. Comitia generalia forse expectantur, vel Scuatorum authoritas, quae locum partibus ad conveniendum designarct, requiritur. Ex Moschovia accepimus, quod nostri ex hostibus insignem victoriam reportarunt: quae sic se habet. Palatinus Kyoviae Praefectus generalis partem exercitus Suiscii, recusantem siguis collatis pugnarc, vallo et fossa, excitatisque aliquot castellis circumsederat, cui Demetrius Suiscius frater Principis Moschoviae summa celeritate auxilium ferre dccreverat, quo per exploratores cognito Palatinus nihilominus in castris se tenebat, verum audito vicino hostium advcntu, relicta parte exercitus exigua in castris et castellis, noctu ut hostem fallcret, cum toto robore excrcitus iter faciens, summo mane triginta millibus hostium paratis in acie et ad pugnam expcditis occurrit. Summa utrinque animi et virium contentione, proelium initum, ferturque aliquot horis dubio marte durasse, peues nostros tandem gratia divina victoria stetit. Ad decem millia hostium in acie caesa, captorum ingens numerus, inter quos quidam Pontus Praefectus exercitus Caroli Sudermani in Moschovia. Anglorum et Scotorum aliquot millia in deditionem accepta: Castra tormentaque omnia venerunt in nostrorum potestatem. Demetrii Suiscii equus, arma omniaque insignia capta, ipsum effugisse affirmant.

Cracoviae, 14. Augusti 1610.

Ex Moschovia accepimus, post partam victoriam Legatos Palatini Kyoviae et exercitus in castra Regia pervenisse, Maiestati Regiae de re bene facliciterque ipsius auspiciis gesta gratulasse; multa insignia militaria hostium in praelio capta tradidisse; de suisque commodis coram egisse. Militari enim antiquissimo instituto apud nos, equitibus non nisi trimestre stipendium solvitur, quod si primo mense, vel quocunque die, accepto stipendio, praelium iniverint, et iusta acie pugnaverint victoriamque reportaverint, residuum trium mensium ipsis accrescit, ita ut statim post victoriam necesse sit nova stipendia numerare, vel ipsos a militia liberare. Haud dubio a Regia Maiestate egregiam voluntatem, ingentia promissa, et omnia quae ab optimo Principe desiderari possunt, reportabunt: caeterum in tanta difficultate omnium rerum nihil ipsis nisi forte honorarium equitibus Demetrianis olim promissum numerabitur. Intelleximus praeterea, Palatinum Kyoviae castra movisse versus Moscham, Regiam ipsam Moschoviae, et nonnulla Castella et oppida in deditionem accepisse.

Cracoviae, 29. Augusti 1610.

In summa tranquillitate Reipublicae, quod non sine divino numine in absentia Regia accidisse arbitramur, ne Provinciam Russiae privatorum quorundam capitales inimicitiae vehementer perturbent, veremur. Duo enim Nobiles cum familiae dignitate, tum potentia insignes, quorum alter Haereticus, insimulatus fuerat diebus praeteritis, absente Rege, de conspiratione Transylvanica, dum armis utrinque iniurias suas prosequantur, et aliquoties iusto quasi exercitu equitum et peditum, variante fortuna, pugnant: ad extremum Haereticus profligatus, amissa uxore et liberis, qui pervenerunt vivi in manus inimici, ad Principem Transylvaniae auxilium petiturus profugit. Is dicitur cum non contemnenda manu finibus Russiae imminere, Palatinus Russiae Praeses Provinciae et Praefectus militum Quartianorum, praemonitus quidem de hisce omnibus, sed difficillime providere poterit, cum militem dispositum in finibus Tartarorum habeat. Adversarius Haeretici Catholicus, adiunctis sibi quibusdam Senatoribus Regni, iustum exercitum castraque more militari fossa et vallo munita dicitur habere. Princeps ipse Transylvaniae missa insigni legatione ad primarios Proceres Regni protestatur, se amicum esse et fore Reipublicae, quod nostri coniecturis facile assequuntur: domi enim et foris hostes qui vitae ipsius insidiantur habet plurimos, ita ut semper exercitum habere teneatur. Existimant tamen nonnulli, quod amico non deerit, non quidem aperte, sed occulte submissis quibusdam, qui partes eius tuebuntur. Quare ne provincia praedae et rapinis exponatur, hocque malum ulterius serpat, plurimi metuunt. Ex Moschovia adfertur, quod Pseudodemetrius, dum Suiscii exercitus collatis signis cum nostris pugnat, Moscham ipsam Regiam aggressus est, sed desertus a suis, profligatus a Moschis, vix ipse effugit. Intelleximus praeterea, quod Suiscius accepto nuntio de clade suorum Monasterium quoddam animo religionem profitendi ingressus: Proceres vero desperatis rebus suis, conspirationeque facta, uxorem et fratrem ipsius custodiae tradiderunt, legatosque ad Palatinum Kyoviae deditionem promittentes miserunt, rogantes, ut quamprimum ad ipsam Regiam Moschoviae veniat, fidelitatis iuramentum ab ipsis recepturus. Verissima haec esse viri nobilissimi, qui dispositis equis ad nos venerunt, affirmarunt; sed firmiora expectamus. Fluxa enim fides Moschorum, et cum nostris plus quam fide Punica agere solent.

Cracoviae, 8. Septembris 1610.

Significaveram superioribus litteris Illmae et Rmae Dom. Vestrae de metu quodam nostro, ne nimirum capitales inimicitiae duorum nobilium, accitis auxiliis externis, pacem et tranquillitatem provintiae Russiae perturbarent. Sed iam per Dei gratiam hoc metu liberati sumus. Dum enim ad radices montium Haereticus, nobilissima familia Stadniciana progenitus, propter mores vero vitamque profligatam cognominatus Daemon, relictis suis, cum exiguo numero militum res provintiae explorat, incidit in quandam manum speculatorum adversariorum, qui cum videret se aegre evasarum, fortiter pugnavit, sed ad extremum circumventus occubuit. Iusto Dei iuditio id evenisse existimamus, ut qui in omnibus Comitiis generalibus Antesignanus Hacreticorum et privatim et publice acerrime fidem Catholicam oppugnaret, seditionibus omnibus fere se immisceret, potentia fretus multis insignes iniurias inferret, ita misere trucidarctur.

Ex Moschovia in dies nobis laetiora nuntiantur, et rerum quidem bene et foeliciter gerendarum magnam spem concepimus, quae tamen nondum conatibus nostrorum respondent.

Cracoviae, 25. Septembris 1610.

Rumore quodam nec satis constanti aceepimus, Mosehos in ipsa fere Moscha Regia urbe iterum cum Pseudodemetrio, qui igne dcletis suburbiis vi ipsam urbem ingredi tentavit, armis deeertasse, Ducem Mseislaviensem partium Regiarum accitis auxiliis a Palatino Kyoviae vicisse, et tandem de imperio cum nostris, ut uimirum Serñus Vladislaus Infans in Priueipem eligatur, transegisse. Haec omnia an se ita prorsus habeant, ecrto affirmare non ausim. Caeterum dum prostratas vires hostium eonsideramus, imperium sine lcgitimo principe videmus: exercitum nostrum satis numerosum et bellieosum armatum plane cervicibus hostium eonspieiamus, non nisi omnia fausta ex illa parte a Palatino Kyoviae expectamus. Rumore hoc sparso, qui sensus nostrorum quorumdam de Republiea, quidquid sperandum sit, facile viderc lieuit, et quod iamdiu coneeptum nec dum eoneoetum in animo gerunt, effuderunt. Rebus Maiestatis Regiae prosperis se plurimum laetari dicunt, gratularique aeeessionem Reipublieae; cum id totum iure belli quaesitum, ipsa Regia Maieståte, dum proficiseeretur ad hoe bellum, promittente et consentiente, Reipublieae cedere debeat. Si quid vero adversi, quod Deus avertat, aceederet, se quidem iniquo animo laturos, verum ad ferenda auxilia minime teneri, cum sine eonsensu totius Reipublieae id bellum susccptum sit. Quare ncc eontributionem iuste et legitime ad numeranda stipcndia militibus, et aes alienum contraetum persolvendum peti posse, cum quod sine seitu Reipublicae haec omnia faeta, libertatique publieae adversari affirmant, tum quod provintiis aequisitis id onus potius subeundum eontendunt.

Cracoviae, 2. Octobris 1610.

Suspieio et metus, quem semper ex Transylvania verebamur, tandem nobis evenit. Constituerat Princeps Transylvaniae cuidam eivi nostro, suo amico, quem interfectum esse significavi praeteritis diebus Illñae et Rñae Dominationi V., ferre auxilium; dederatque in mandatis parti exereitus, ut quamprimum montes transirct. Qui dum ad radiees montium in finibus nostris substitit, et qua ratione potissimum hostis invadeudus sit, consilium capit; amieus Principis, cui subsidio missus fuerat, summa celeritate oppressus interiit. Quo sublato uihilominus iussu refertur Priueipis exereitus Russiam provinciam Regni, nostris nihil talc expectantibus, invasit ad centum villas et castella vastavit, praedisque aetis in Transylvaniam rediit. Excusat hoc factum Prineeps, idque totum quibusdam latronibus, quos dieit non esse in sua potestatc, tribuit, amieitiam dcfert, pollicetur. Verum ne in absentia Regia Regnum magis turbetur, et ineonsulta Republiea bellum suseipiatur, dissimulandum et expostulationibus agendum potius nostri, quam armis prosequendam iniuriam censent. Interea vero ut neeessitatem imponant Principi in offitio se contineudi, exciverunt quosdam viros primarios Trausylvaniae Catholieos, religionis eausa proscriptos, ut rebus suis consulaut, Transylvaniamque invadant: qui quidem iam non eontemnendam manum habent ex uostris et Huugaris, qui non ferentes erudelitatem Principis, cum et uxorem propriam hisce diebus innocentem fecit interfiei, profugerunt. Ferunt plurimos provinciales Russiae nomiue privato ipsis se adiunxisse, cum propter vindicandas iniurias a suo milite sibi illatas, tum quod exules addunt animum imperiumque Priucipis haud diuturuum fore promittunt. Ex Mosehovia certo nuntio accepimus, Ducem Mscislavicnsem eaeterosque Proeeros Moschoviae de conseusu Patriarchae urbe ipsa Moscha egressos, evoeato ad locum destinatum Palatino Kyoviae, Serño Vladislao Infanti, suisque haeredibus publice fidclitatem tanquam vassallos, more suo oseulata eruce, iurasse: primarios vero viros esse designatos, qui a reliquis eivibus simile iusiurandum reeipiaut. Palatinum Kyoviae vieissim omnesque Tribunos militum ritu solemni et iureiurando promisisse, quod pacta et conventa a Maiestate Regia subscripta sarta tceta couscrvabuntur. Pseudodemetrius iterum eollecto exercitu et reparato in castris se tenet: sed compositis rebus in ipsa urbe Moscha eaeterae diffieultates faeilius fortasse superabuntur.

Cracoviae, 23. Octobris 1610.

Nondum paeatis et stabilitis rebus Mosehoviticis, quae nonnisi ad Smolenseum in eastris Regiis adventu legatorum Moschoviae, qui in dies expectantur, plenum sortientur effeetum, omnia negotia Regni, quasi in hoc unico negotio salus et incolumitas Reipublicae vesaretur, suspensa remanent, et eventu sive prospero sive adverso metiuntur. De imperio, quod Mosehi Serño Vladislao deferunt, varii varia disserant, et prout in Republica diversi sensus et animi, ita non aequaliter hoe aeeipiunt. Qui perieulosa tempora Interregni et electionis praeteritae in memoriam sibi revocant, et quibus bellum civile deploratusque status Reipublieae, dum extranei prineipes designati de iure Regni armis eertabant, ob oculos

versatur, potius hanc accessionem Regiae Maiestati et Reipublicae, quam Serñus Vladislao optant. Omnes enim boni et amantes patriae, ut iure liberae electionis Maiestati Regiae, quem Deus Opt. Max. quam diutissime servet salvum et incolumem, succedat et Reipublicae praesit, maxime desiderant. Quod si imperaret Moschoviae, ne id ad libera suffragia Nobilitatis maximo impedimento et obstaculo sit, et Respublica divisa imposterum turbaretur, verentur. Ut enim imperium Moschoviticum propter magnitudinem provinciarum, et ingenia hominum praesentiam Principis requirit, ita Respublica nostra absentiam nulla ratione pati potest: cum nec per Praefectos, nec per quempiam alium Magistratum Regnum administrare, Comitia Nobilitati indicere, iura reddere, aliaque, quae iure Maiestatis competunt, facere potest, nisi per se, cui potissimum Respublica id totum commisit et pleno iure demandavit. Verum, qui praesentem statum potius Reipublicae considerant, et felicissimum esse cupiunt, haec minime metuunt. Duo enim augustissima et longe potentissima in Septemtrione imperia, amore naturali inter patrem et filium coniuncta, et pacem domesticam firmius stabilirent, et terrorem hosti nominis Christiani maiorem incuterent. Nec de futura electione quidquam dubitant, cum et propter auctionem imperii facilius Nobilitas potentiori suffragaretur, et interea haec duo imperia foederibus et amicitiis mutuis coniuncta in unum corpus coalescere possent. In tanta diversitate sententiarum rumore accepimus, quod Maiestas Regia hanc electionem Serñi Vladislai factam a Moschis non adeo probavit, et cum legatis eorum de hisce plenius se acturum promisit. Commotus sive amore paterno, ne tot periculis ea aetate maximae et vere Regiae indolis filium exponeret conspectuque eius privaretur, sive propter occultas rationes status, quas non est nostrum discutere et examinare. Deditio Smolensci ex adventu legatorum et transactione cum ipsis firma pendet.

Cracoviae, 30. Octobris 1610.

Splendidissima et nobilissima legatio Moschovitica, quae Serñus Vladislao defert imperium, quod hucusque variis difficultatibus detenta in castra regia nondum pervenit, diversi diversa suspicantur. Mores enim et ingenia hominum qui norunt, et quod iureiurandi Moschis fallere nulla fere religio, coniiciunt optime gnaros rerum nostrarum moras nectendo non aliud quaerere, quam ut Regios milites pertaesos castrorum in hiberna retrahant, solitis artibus, machinationibus, coniurationibus petant, opprimant: quosdam nostrorum egenos, ex patria proscriptos, spe stipendii largioris corrumpant, in suas partes pertrahant, prout saepe numero olim tentarunt: vel ut tempus extrahendo auxilia externorum conquirant. Intelleximus enim ipsos a Rege Angliae subsidium petiisse, Emporium S. Nicolai, quod totius Moschoviae maximum et praecipuum, illi obtulisse, hac ratione ut submisso peditatu, cui stipendia numerare promittebant, ipsos iuvare: sed anceps et incertum responsum acceperunt, sive propter tumultus noviter in Germania excitatos, sive quod firmam ac constantem amicitiam a maioribus suis sacrosancte conservatam, et Maiestati Regiae Regnoque saepius delatam tueri velit. Sunt etiam, qui affirmant Moschos aut instructos et edoctos, aut proprio consilio satis bene in re ardua rebus suis consuluisse, quod a duobus exercitibus Palatini Kyoviae et Pseudodemetrii in ipsa Regia plane viribus prostratis clausi, potius Serñus Vladislao quam Regiae Maiestati imperium detulerunt: sciebant enim Maiestatem Regiam, dum ad bellum profiscceretur, publice plurimis Senatoribus animum suum aperuisse, quod recuperata provincia regni olim intercaepta, si quid imperturbato statu Moschovitico amplius requireret, id totum Reipublicae cedere debebat, quare iurati hostes patriae nostrae, ne venirent quodammodo in potestatem nostram extrema necessitate adacti, satius duxerunt Principi libere a iure regni ea aetate imperium tradere, quem vel in suos mores patrios facilius sensim inducere, vel instituto suo crudeli et barbaro aliquando circumvenire possent. Praeterea animadvertebant propter rationes ipsis non ignotas, rem difficillimam petere, filium nimirum a patre, et ea ratione sperabant tempus posse extrahere, vim belli avertere, vires colligere et postea negotium totum infectum reddere: verum haec brevi quorsum tendunt, emergent, frigora enim imminentia et miles, qui plurima stipendia sibi debita iam flagitare incipit, non patietur ulteriorem deliberationem, et Maiestas Regia ut tot difficultatibus se liberet, solidum aliquod consilium capiet.

Cracoviae, 6. Novembris 1610.

Summo et incredibili studio nostrorum exitus belli Moschovitici expectatur, partim propter securitatem, quietem et tranquillitatem Regni, partim propter reditum celerem Maiestatis Regiae, quem Reipublicae necessarium, privatis vero salutarem fore plurimi existimant. Necessitati enim et periculis Reipublicae generalibus Comitiis facilius provideretur, et privatorum commodis, iuribus redditis, quae a

biennio silent, plane satisfieret. Ut enim Comitia generalia authoritate Regia indicuntur, ipsoque praesente et praesideute ab Ordinibus celebrantur; ita et quaedam causae a uullo alio Magistratu nisi ab ipsa Maiestate Regia et Senatoribus iudicantur et terminantur. Caeterum hoc studium et ingens desiderium totius Reipublicae cum multa impediunt et retinent, tum potissimum quaedam tractata et stabilita inter Moschos sub ipsa Regia et Palatinum Kyoviae Praefectum generalem, non adeo ex animo Maiestatis Regiae, praesertim de imperio filio demandando. Quare adhuc omnia infecta plane remanent, eo magis quod Smolenscum adduci non potest, ut deditiouem faciat et pareat imperio Maiestatis Regiae, redigaturque in provinciam Regni, sed prout aliae provinciae Moschoviae Serñio Vladislao iusiurandum se facturum offert. Verum cum antiquitus Ducatus Severiensis, interceptus olim fraude et dolo Moschorum, cuius caput Smolenscum, pertineat ad Regnum, a iure Vassallatii Maiestas Regia ipsum nulla ratione immunem reddere potest, cum potissimum ob eam causam bellum Moschoviae intulit, ut iniuste a Regno alienata recuparet. Sed haec difficultas facilius forse tolleretur, si Maiestas Regia imperio ultro oblato Serñum Vladislaum frui pateretur, et studio Procerum Moschoviae annueret.

Cracoviae, 20. Novembris 1610.

In dies laetiora ex Moschovia, et quae potissimum ad finem belli suscepti vergunt, nuntiantur. Proceres et Nobiles Moschoviae metuentes factionem Suiscinam, quae quodammodo concitata plebe vires resumere videbatur, omnes Suiscios et ipsummet quondam Magnum Ducem, nunc autem Religiosum, Praefectis Regiis dedidcrunt. Et religiosus quidem in Arcem dictam Osipof, cui praeest Capitaneus vir notae fortitudiuis Regiarum partium, ablegatus: alii vero ad Maiestatem Regiam deducuntur. Caeterum ne plebs uacta occasione in ipsa Regia fide decederet, visum est Proceribus et factioni Serñi Vladislai, ut Palatinus Kyoviae in civitatem ipsam Moscham exercitum duceret, rebusque suis quam optime consuleret. Quod posteaquam plebs rescivit, tumultuatum est quidem et res ad seditionem plane deveuit: sed tandem Palatinus, sedato tumultu, Procerum et Nobilitatis auxilio, nullo resistente, Arcem praecipuam ipsius urbis armatus occupavit, ibique maiorem partem exercitus reliquit, et per opportuna urbis loca disposuit: alteram vero partem exercitus ad persequendum Pseudo-Demetrium, ne vires colligat, misit. Kosaki enim Dunenses suarum partium et omnes transfugae proscripti, et quibus vita ipsa taedio, si tempus daretur, et tuto in loco aliquo castra figeret, facile in unum coirent, et speciem exeruitus iterum efficerent bellumque repararent. Legati Moschorum expectati iam in castra Regia pervenerunt, agiturque de deditione Smolensci, quod hucusque conatus omnes nostrorum elusit, victoriae moram iniecit rebusque nostris publicis maximum detrimentum iutulit, et nisi in uostrorum potestatem hoc vel altero mense pervenerit, in maximas difficultates omuia coniiciet, et res feliciter gestae in Moschovia haud stabiles et diuturnae.

Cracoviae, 27. Novembris 1610.

Antequam pervencrunt in castra Regia legati Moschoviae, de arce occupata per Palatinum Kyoviae in ipsa urbe Moscha, firmoque praesidio imposito intellexcrunt, quod adeo iniquo animo tulcrunt, ut parum abfuit, quin princeps legatiouis manus sibi inferret, uisi amicorum consilia et praesidia obstitissent, saepiusque repetebat, frustra se fungi legatione, cum potius ab ipso, qui capta urbe et arce superior armis, vita petenda, et lex quaecunque imponetur ferenda. Recollectis tamen viribus et animo, quamprimum in conspectum uostrorum venit, dissimulatis omnibus more suo, visus est probare factum Palatini Kyoviae, potissimum eam ob causam, quod ad cohercendam plebem, quae facile tumultus exercitare solet, possessionem nomine Serñi Vladislai, cui omnes iureiurando se obstriuxerunt, accepit. Caeterum die constituta cum legati magnusque numerus Moschorum in castra venissent, morequc patrio Maiestatem Regiam salutassent, muneribus oblatis postulaverunt Serñum Vladislaum sibi in Principem dari. Habiti honorifice, benevolentia et gratia Regia prolixe ipsius oblata, et laudati, quod satius duxerunt bello finem imponere, sanguinique Christiauo parcere, quam ultimam calamitatem patriae expectare, quae populis Septentrionalibus adeo funesta foret, ut nihil laetius et iucundius hosti Christiani nominis unquam accidere posset. Ad legationem autem ipsorum, communicato consilio Senatus Regni, se responsurum Regia Maiestas promisit. Interea vero cum ipsis agitur privatim, ut potius Maiestatem Regiam in principem accipiant; et proponuntur varia, praecipue aetas nondum fere pubertatem egressa Serñi Vladislai, et non adeo firma; res Moschoviae inquietae, quae non tantum armis pacandae, praesertim Pseudo-Dimetrio adhuc in visceribus imperii bellum machinante, verum etiam et consilio regeudae, tum vires couiuuctae ob oculos ponuntur, quibus freta Maiestas Regia facilius res Moschoviae componeret pacemque et tranquillitatem restitueret. Commoda praeterea plurima publica et privata enu-

merantur. Ad persuasionem duo potissimum, ut fertur, valebunt, constans ac firmus animus Regius, et Arx occupata compedeque iniectae quodammodo urbi Regiae. Quod si legati transigent cum ipsa Maiestate Regia, ipsique imperium deferent, sunt qui affirmant non prius Maiestatem Regiam in Regnum nostrum venturam, quam Diadema et fasces imperii in urbe Regia Moscha suscipiet. Smolenscum obfirmato animo resistit, deditionem quidem offert prout legati, verum ut in provinciam Regni redigatur, nulla ratione addnci potest.

Cracoviue, 18. Decembris 1610.

Ex Moschovia adhuc res ambiguae, incertae. Smolensci praesidium Regium militem, qui deiecto muro et propugnaculis aliquoties iam conatus est vi moenia transire, reiecit, desideranturque plurimi viri fortes et egregii. Inter Palatinum Kyoviae et Moschos sub Regia ipsa Moschoviae ultro citroque varii tractatus habiti, sed nihil hucusque transactum et stabilitum. Dura quaedam proponunt Moschi et impossibilia, quod arguit, illos cum nostris mala fide agere. Sermum Vladislaum Infantem non recusant eligere in Principem, sed ut prius renunciaret fidei Catholicae Romanae, schismatique adhaereret, tum ut ablegatis nostris vel certe paucis electis imperaret, aliaque ad arbitrium ipsorum faceret. Quae cum sint partim foeda et minus tuta, partim aliena a Republica nostra, nisi ad longe aequiores conditiones descenderint, omnia irrita fore existimamus.

CCLXI.

Regi Poloniae pontifex de laeto rerum in Moscovia euccossu gratulatur. Reg. Brev. An. VI. ep. 294.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Magnus Dominus et laudabilis nimis, qui preces nostras pro Maiestate tua clementer exaudivit, mirabiliter faciens te potentem super inimicos tuos. Indicibili sane gaudio repleverunt cor nostrum literae tuae, quibus rationes primum expeditionis Moschoviticae ab exordio repetens, progressum eius postea nobis diligenter exposuisti, quanta videlicet cum facilitate adversarios superaveris, quam prudenter coetera disposueris, et quod caput est omnium, quam pie et quam religiose in bonorum omuium auctorem Deum Patrem misericordiarum hanc tuam tantam foelicitatem retuleris. Nihil certe nobis iucundius accidere poterat: itaque divinae bonitati gratias toto nostri cordis affectu egimus, sicuti ex altera parte nunc Maiestati tuae ex animo gratulamur. Speramus autem in Dei clementia confisi, et in tua praestanti virtute, cuncta quotidie foelicius progressura, idque precibus nostris assiduc ab eo petimus, a quo bona cuncta procedunt. Maiestatem vero tuam summopere laudamus de prudentia, consilio, vigilantia atque sollicitudine, quibus fructum victoriae sapienter tueri niteris, nihil remittens studii atque laboris, quemadmodum fortem ac prudentem bellatorem decet, qui cum imperatoris artes optime calleat, in secundis et in adversis rebus sibi constans, nec periculis in bello terretur, nec foelicitate in victoria decipitur. Quantum autem ad Venerabilem fratrem Claudium Episcopum Regiensem, quae nobis officiosissime commendasti, Venerabilis frater Franciscus Episcopus Fulginatensis abunde respondebit Maiestati tuae nostro nomine. Illud plane tibi persuasum esse cupimus, nos diligere Maiestatem tuam summo charitatis affectu. Omnipotens ac misericors Dominus dextera virtutis suae te iugiter protegat, et nos Maiestati tuao nostram benedictionem Apostolicam peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. quarto Calendas Februarii MDCXI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CCLXII.

Archidiaconus Cracoviensis cardinalem Burghesium de turbis in Moscovia exortas certiorem reddit.
Litt. Episcoporum Vol. II. fol. 209.

Illmo et Rmo Dño meo Colmo, Dño Cardinali Borghesio.

Illme et Revme Dne Colme. Pseudodemetrius, dum res suas inclinatas restituere parat viresque colligit, domesticis insidiis petitus occubuit. Tartarus quidam, vassallus imperii Moschovitici, inter suos primarius et nobilissimus, abiurata fide Mahometi, more Schismaticorum baptizatus, in partes Pseudodemetrii discesserat, satisque fidus et vir militaris habebatur. Is variante fortuna, suspectus Pseudodemetrio cum quodam suo populari viro primario, qui postea innocens interfectus esse dicitur, in vincula coniectus, et quaestionibus subiectus satis turpiter detinebatur. Verum cum obiecti criminis immunis

prorsus videretur, dimissus honorifice loco restituitur. Dissimulavit tam insignem iniuriam mortemque amici et popularis sui, laetoque et hilari animo profitebatnr nihil sibi iucundius, quam quod insidiae adversariorum suorum detcctae sint. Ut autem suspicionem omnem tolleret fidemque et virtutem probaret, nostras quasdam cohortes pabulatum egressas ex improviso adortas fortiter pugnare disiecit, et egregiam operam suis praestitit. Quare posteaquam Kalugam in castra pervenit humanissime receptus, mensa adhibitus a suo Principe collaudatur. Finito convivio pro more gentis satis hilari placuit egredi castra et urbem cum paucis familiaribus, inter quos Tartaris et quinquaginta equitibus, animi et venationis gratia. Tartarus non immemor iniuriae, et tempus commodum vindictae advenisse ratus, trecentos equites suos quasi praesidii causa evocat, quibus animum suum aperit, signoque dato, dum Pseudodemetrius nihil tale metuens canes venaticos lepores insectentes spectat, equites familiares ipsumque Pseudodemetrium invadit, et multis ictibus cum praecipuis familiaribus trucidat, tantaque celeritate versus civitatem Moscham ad nostros se recepit, ut famam ipsam anteverteret. Cognita morte in castris Pseudodemetrii tumultuatum est, exercitusque quasi solutus militia agebat, proinde nostri in stationibus et praesidiis dispositi, ne occasionem rei bene gerendae amitterent, quam primum accepto nuntio versus Kalugam castra moverunt. Uxor Pseudodemetrii fertur sibi mortem conscivisse, sed certiora expectamus, affirmant enim nonnulli adhuc illam supervivere. Humillime manus Illmae et Rmae D. V. osculor. Cracoviae 2. Februarii 1611.

Illmae et Rmae Dom. Vrae

Humillimus servus
Hieronymus Reczaiski Archidiaconus Cracoviensis.

CCLXIII.

Episcopus Vendensis significat card. Burghesio suum in dioecesim reditum, et quae ibi pro provehenda fide catholica acta sint. Litt. Episcoporum Vol. 11. fol. 223.

Illmo et Rmo Dno, Dno Scipioni S. R. E. Cardinali Burghesio Archiepo Bononiensi, Domino Colendissimo.

Illme et Rme Cardinalis et Dne, Dne observandissime. Bellum Sveticum quod per duodecem integros annos durans (cuius in Lyvonia Patria et Dioeccsi mea hactenus sedes fixa est) totidem fere annis exulem ab Ecclesia mea Vendensi longo admodum locorum intervallo absentem me tenuit. Hiuc cum aliarum rerum omnium confusione et calamitate imprimis Ecclesiarum et disciplinae Ecclesiasticae, atque adeo fidei Catholicae magna subsecuta est desolatio et ruina. Postquam recollecto ex curis et rerum angustia animo, praeterito anno ad Dioecesiu redii, pernecessarium perspexi fore, tantis quod infirmitatibus tempestive afferatur medela. Mearum virium imbecillitatem suo modulo metiens, ad Sanctae Apostolicae Sedis auxilium mihi confugiendum esse duxi, atque ideo Illmo in Regno Poloniae Apostolico Nuncio Dno Fraucisco Simonettae Episcopo Fulginatensi humiliter supplicavi, ut laboranti ac periclitanti mihi succurrcret, quod sua Illma Dominatio pro munere quod gerit, et pro eximia sua pietate, proque amorc singulari, quo me prosequitur, fecit libenter, atque non obstantibus bellorum strepitu, hostium excursionibus, itinerum et omnium rerum necessariarum difficultatibus, Revmum suum Auditorem Dnum Ioannem Mariam Bellettum Prothonotarium Apostolicum cum multis facultatibus iu Livoniam misit, qui cum magno (quem in Deo speramus) animarum et rerum Ecclesiasticarum fructu, et praeter multorum expectationem inter arma et haereticorum turbas, maxima cum tranquillitate et omnium satisfactione atque aedificatione suo functus egregie est munere. Expleta enim accurata visitatione, Synodum Rigae in primaria Lyvoniae civitatc indixit et foeliciter celebravit: Constitutiones salutares (quibus novella ista plantatio hactenus caruerat) dedit et publicavit: Sancti Concilii Tridentini receptionem et observationem introduxit, mores depravatos salubriter correxit et in spem futurae emendationis erexit: Bona Capituli Vendensis alienata ut elibcrarentur, perficit. Quae ego omnia sigillatim recensere supervacaneum essc opinior, quandoquidem ex relatione ipsiusmet Domini Auditoris praedicti illa Illmae Dominationi Vestrae patcbunt. Et quia in mea dioecesi (quae longissimis circumscripta est finibus) collegia dumtaxat duo patrum Societatis Iesu ab invicem longc dissita hactenus fucrunt, pro tertio in ipso Lyvoniae meditullio Vendae, ubi Cathedra mca est, ecclesiam unam cum aedibus et fundis, certaque pecuniae summula pro mea tenuitate assignavi, ut tanto fortius in hac Domiui vinea coniunctis viribus laborare possimus. Totum hoc bonum, quod ex praefata visitationc et synodo celebrata provenit, hac-

tenus, et proventurum speratur secundum Deum, imprimis Sanctae Apostolicae Sedi et Sño Domino nostro foeliciter moderno acceptum referimus, et pro eo humillime gratias agimus. Illmae vero D. V. qua possum maxima observantia supplico, ut hanc quondam celebrem, nunc vero afflictam, desolatam novellam Livoniae Ecclesiam et me eius humilem pastorem commendatum habere, et apud Sñum D. N. perpetuo promovere dignetur. Dominus Deus tantam Illmae D. V. pietatem praemiis maximis remunerabit, et ego cum clero meo pusillo nunquam cessabo pro Illmae D. V. diuturna foelicitate et incolumitate Dominum Deum deprecari. Datum Rigae 12. Martii Anno 1611.

Illmae Dominationis Vestrae

Obsequentissimus servitor
Otto Schenking Episcopus Vendensis Livoniaeque.

CCLXIV.

Magistro hospitalis s. Ioannis Hierosolymitani pontifex iuvenem Radivilium Melitam proficiscentem commendat.
Reg. Brev. An. VI. ep. 336.

Dilecto filio Alofio Wignacourtio Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Magno Magistro.

Paulus PP. V. Dilecte fili, salutem etc. Reddet tibi nostras has literas dilectus filius Nobilis adolescens Sigismundus Carolus Ratzvilius, Nicolai Christophori Ducis Olicae filius. Is Melitam venit, ut dixit, religiosum habitum istius ordinis sumpturus, quo spiritualiter ac corporaliter Deo militans, Christiano nomini commodo, praeclarae familiae suae ornamento propriaeque animi utilitati sit. Etsi eum tibi satis fore commendatum ex propriis ipsius atque genitoris maiorumque suorum meritis existimemus: non enim dubitamus, quin optime noscas Ratzvilii generis claritudinem, quam strenuis quamque fortibus viris domus illa abundaverit, et quanta sit peculiariter Ducis Olicae virtus, animi magnitudo in protegendo Catholica Religione, quibus de causis libentissimo animo excepturum fuisse te procul dubio credimus hunc generosum adolescentem, praesertim quia eius indoles satis aperte polliceri videtur, quae digna sunt filio talibus patre ac progenitoribus procreato: nihilominus illum tibi efficacissime commendare decrevimus pro peculiari amore, quo ipsum et genitorem eius in Domino prosequimur. Volumus itaque sic eum tractes, ut tibi persuadeas, quo significationes tui in eum amoris magis patebunt, eo gratiora praestiturum esse te nobis officia tuae filialis observantiae, ac nobis fore gratissimum, si Olicae Dux experimento tuae ergo filium minime vulgaris humanitatis intellexerit, hanc nostram commendationem fuisse parem fiduciae, quam in nostra erga illum paterna charitate merito habere potest. Benedicat tibi Dominus. Datum Romae apud S. Petrum etc. xi. Calendas Aprilis mdcxi. P. n. Anno Sexto.

CCLXV.

Episcopo Vilnensi pontifex Abraham Woynam episcopum Methonensem coadiutorem concedit. Reg. Brev. An. VII. ep. 8.

Venerabili fratri Benedicto Episcopo Vilnensi.

Paulus PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Approbavimus iam in secreto Consistorio nostro de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio nominationem factam a Fraternitate tua de dilecto filio Abrahamo Woyna, tuo nepote, in suffraganeum Vilnensem cum titulo Episcopatus Methonensis. Idque perlibenti animo fecimus, quia non solum tua commendatione, cui plurimum tribuimus, sed aliorum piorum ac prudentum virorum testimonio certiores facti de praeclaris virtutibus nepotis tui speramus, electionem hanc fore non minori utilitati isti Ecclesiae, quam tibi adiumento et solatio. Faxit Deus per suam ineffabilem misericordiam, ut desiderio ac spei nostrae coetera respondeant, quemadmodum eius immensam bonitatem precamur. Fraternitati tuae cuncta prospera atque secunda in homine utroque optamus, et benedictionem nostram Apostolicam peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Marcum etc. vii. Calendas Iulii mdcxi. Pontificatus nostri Anno Septimo.

CCLXVI.

Episcopi Vladislaviensis et Plocensis card. Burghesium de Smolensco expugnato certiorem reddunt.
Litt. Episcoporum Vol. II. fol. 264 et 275.

Illmo et Rmo Dño, Dño S. R. E. Cardinali Scipioni Borghesio etc.

Illme et Rme Domine. Cum hesterna die exoptatos nuncios accepissem, Smolenscum acri nocturno impetu a militibus Serñi Regis nostri captam et expugnatam esse, Moschovitica itidem agmina,

quae populariter ad nostrorum, qui arces Metropolitanae Urbis tenebant, excidium convenerant, ab iisdem praesidiariis foelici irruptione fusa magnaque caede profligata esse, sine mora id Illmae ac Rmae Dominationi V. significandum esse putavi. Etsi enim non dubitem Illmum Dnum Nuncium Apostolicum de re tota accurate Illmae et Rmae D. V. esse perscripturum, tamen officii quoque mei et observantiae in Illmam et Rmam D. V. fuit, id per meas literas ad illum deferre, quod et ipsam et Smum D. N. magno desiderio exoptavisse non dubito. Diuturnus labor Sermi Regis nostri felicem exitum Dei benignitate est consecutus, ad publicam non modo Regni nostri, verum etiam Christianitatis totius utilitatem. Domitis enim gentibus illis multitudine innumerabilibus, feritate et superstitione barbaris, ac ad cultiorem vitam et Ecclesiae Sanctae Maiestatem venerandam adductis, plurimum Christianae Reipublicae praesidii accesserit. Agimus igitur gratias divinae bonitati, quae pro illius gloriae incremento laborantem pium Regem nostrum clementer adiuvit, et vota nostra benigne suscepit. Res quomodo gesta sit, Illmum D. Nuncium primo quoque tempore Illmae D. V. significaturum non dubito, qui uti Smum D. N. summa fide colit, ita ipsam quoque Illmam D. V. praecipua observantia veneratur, ac nostrorum hominum voluntates virtute, suavitate morum, dexteritate tractandarum rerum mirifice sibi devinxit. Dignus certe vir et Smi D. N. benignitate et Rmae D. V. patrocinio. Cui ego quoque me diligentissime commendo, ac Illmam Dominationem Vestram diu felicissime valere exopto. Datum Paciazii die 27. Iunii Anno Domini 1611.

Illmae ac Rmae Dom. Vrae

addictissimus servus
Laurentius Ep. Vladislav. et Pom. R. P. Cancellarius.

Illme et Rme Domine, Dne et Patrone Colmc. Quod Sixto V. Pontifici Maximo, Principi aeterna memoria dignissimo in optatis aliquando fuit, quod et coeteri complures Smi D. N. Antecessores non mediocri desiderio saepius exoptarunt, ut Polonica Natio amplissimas Moscorum Sedes Religionis Sacrosanctae propagandae gratia subigere aliquando posset, id hisce Dei benignitate temporibus, quibus Smus D. N. in hoc augustissimo et Summo Pontificatus apice constitutus Ecclesiam Dei sanctissime administrat, ipsa re evenisse, illius Sanctitatis benedictione et Sermi Regis Poloniae strenua opera et armis laeti conspicimus. Vastissimas enim illas ditionis Moschoviticae regiones prope universas, quae ad sexcenta circiter Germanica miliaria extenduntur, et bonam orbis terrarum partem sunt complexae, Sermus Rex noster in suam Reiquepublicae potestatem fere iam redegit. Siquidem Mosquam gentis Regiam occupavit, Smolenscum, Arcem natura et munitione inexpugnabilem hactenus creditam, arctissima biennii obsidione conquassatam, arte et Marte penetravit et caepit, multisque cum levioribus ac subitariis, consertis praeliis, tum iusti exercitus certaminibus, Moscorum aciebus prostratis et fusis, innumerisque arcibus et oppidis in potestatem redactis, caeteros ita perterruit, ut brevi eos in fidem et potestatem Regiae Maiestatis venturos minime dubitemus. Itaque unum iam illud superest, in quo quidem Regia Maiestas, uti religiosissimus et proferendorum Catholicae Religionis terminorum sane quam studiosus Princeps, omnes suas cogitationes defigit, ut illis in partibus fidei orthodoxae semina Smi D. N. benedictione conserat, utque Crucis gloriosissimae hostes, Divino auxiliante numine, viribus et fortunis adauctus strenue adoriatur. Iure igitur aequissimo ad Smum D. N. potior primariaque gratulatio videtur hoc nomine pertinere, quod vere aureis illius gubernationis temporibus amplissima huius Monarchiae tam insignis ad nostrum Catholicum orbem, Deo volente, brevi fiet accessio. Haec Illmae Celsitudini V. pro mea in eam summa observantia et eximio cultu significanda duxi, cuius Amplitudini, omnia studia et obsequia mea accuratissime commendo. Viscoviae 1. Iulii 1611.

Illmae et Rmae Cels Vrae

deditisssimus servus
Martinus Sischovschi Episcopus Plocensis mpp.

CCLXVII.

Regi Poloniae pontifex de Smolensco recuperato gratulatur. Reg. Brev. An. VII. ep. 28.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quanto gaudio repleverit cor nostrum foelix ac iucundus nuncius, quo accepimus Maiestatem tuam post diuturnam obsidionem tanta virtute, tanta prudentia ac rei militaris disciplina administratam potitam fuisse Smolenchio, propagatio Catholicae Religionis, quam ex amplificatione Regni tui nobis pollicemur, utilitas Reipublicae Polonae

nobis tantopere dilectae, decus, gloria, laus immensa, quae iure optimo tibi debetur ac tribuitur ob tam egregium facinus, abunde tibi declarare possunt. Verum id nobis satis non erat, quamquam enim optime sciamus nostrum paternum amorem ita tibi perspectum esse, ut facile intelligas felicitates tuas omnes nostrum animum sic afficere ac si propriae nostrae sint: nihilominus magnitudo laetitiae, quam accepimus, impulit nos, ut tibi nostris literis eam significaremus. Gavisi maxime sumus in Domino, Charissime fili, ob tantam talemque victoriam, et cum omni nostri cordis affectu gratias Altissimo egimus, qui nostras preces clementer exaudierit, et virtutem tuam felicitati parem non solum laudamus, sed admiramur, quod munitissimum oppidum, ut ad nos scripsit Venerabilis frater Franciscus Episcopus Fulginatensis noster Apostolicus Nuncius, vi atque contentione militum caeperis, et quod plane admirabile est, in maxima inimicorum strage sine tuorum fere detrimento. Iudicium quidem manifestissimum praestantis consilii tui in prosequenda hac expeditione. Quare Maiestati tuae non modo felicem successum huius belli, verum etiam incrementum existimationis, quod ex eo tibi provenit ob praeclarum specimen Imperatoriae virtutis editum a te gratulamur, quemadmodum eum omni nostri cordis affectu te hortamur, ut sicuti de ingenita pietate ac religione tua nobis pollicemur, gratum ac memorem tanti beneficii te exhibeas Patri misericordiarum, qui dextera virtutis suae te protexit et inimicos subvertit, et consilia et opera tua Spiritus Sancti lumine direxit. Quem nos quoque in sacrificiis et orationibus nostris indesinenter precamur, ut ad sanctissimi eius nominis gloriam et Catholicae Religionis ampliationem felicitates tuas novis prosperitatibus semper adaugeat, nostramque laetitiam ex secundis tuarum rerum eventibus iugiter amplificet, et Maiestati tuae benedictionem nostram Apostolicam ex intimis nostri cordis visceribus impartimur. Datum Romae apud S. Marcum etc. x. Calendas Augusti MDCXI. Pontificatus nostri Anno Septimo.

CCLXVIII.

Regem Poloniae pontifex hortatur, ut in proximis comitiis rei catholicae et unioni Ruthenorum provehendis incumbere, atque apud Moscos catholicam fidem fovere velit. Reg. Brev. An. VII. ep. 52.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Indictum a Maiestate tua generalem conventum ordinum istius amplissimi Regni tui Poloniae ad XXVII. diem futuri mensis Septembris accepimus. Pergratus fuit nobis hic nuncius, non enim dubitamus, quin inter alias deliberationes suscipiendas potissima futura sit, quae Dei honorem et Religionis Catholicae amplificationem respicit, eoque maxime, quod summo Dei beneficio victoriis, triumphis, Imperio auctus nulla alia ratione melius te gratum memoremque exhibere illi potes, a quo cuncta es assecutus, quam studio cultus gloriae eius, ut ad pietatis ac religionis tuae laudem appareat, velle te, quantum humanis viribus datur, respondere peculiari protectioni, qui visus est favisse generosissimis ac fortissimis consiliis caeptisque tuis. Et vero zelus tuus innatus et prudentia singularis, qua praeditus es, id nobis pollicentur, immo ipse quoque pluribus tuis literis, quibus de felicibus ac prosperis progressibus Moschoviticae expeditionis nos certiores faciebas, ineensissimum te ostendisti semper desiderio propagationis Catholicae Religionis: ita ut superfluum omnino existimemus omnem laborem, ut acrius te inflammemus ad opus tam pium, tam salutare et tam necessarium. Utique scimus minime te egere nostris cohortationibus, verum Pastoralis officii nostri ratio non tantum exigit, sed impellit, ut hac opportunissima occasione Comitiorum, qua omnes ordines laeti alacres convenient, gratulaturi Maiesti tuae gloriam bellicae fortitudinis atque prudentiae, et Regni securitatem virtute tua comparatam, et ob id voluntati tuae obsequentiores fore speramus, eum omni nostri cordis affectu postulemus a te, ut reparationi antiquae pietatis et synccrae Orthodoxae Religioni sedulo serioque, sicuti confidimus, studeas: praecipue vero des operam, ut in Ducatu Severiae et generatim apud Moschos fides, quam Sancta Romana Ecclesia omnium aliarum Mater et Magistra docet, pie sancteque colatur ab omnibus. Et quoniam plurimum contulerit, si dilecti filii nostri Rutheni Catholici protecti et adiuti fuerint, ut communionem eum hac Sancta Apostolica Sede conservare quiete ac pacifice possint, eos Maiestati tuae summopere commendamus. Nec ipsos Ruthenos tantum, sed universum ordinem Ecclesiasticum quam commendatissimum tibi esse cupimus, ut commodius vacare valeant sacerdotes, ac reliqui Ministri altaris sacrificiis atque orationibus ad Dei laudem, ac magis magisque semper propitiam reddere tibi ac subiectis tibi populis divinam clementiam. Mandavimus venerabili fratri Francisco Epo Fulginatensi, ut nonnulla in hoc genere Maiestati tuae significaret, cui consuetam fidem abs te adhiberi

cupimus. Omnipotens ac misericor Deus continua te protectione custodiat, et nos Maiestati tuae peramanter benedicimus. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris sexto Kalend. Septembris MDCXI. Pontificatus nostri Anno Septimo.

CCLXIX.

Episcopus Cracoviensis nuntium apostolicum impedimentum, quod Carmelitis in Cracoviam introducendis obstabat, edocet. Nuntiat. Polon. Vol. 33. fol. 342.

Illmo et Rmo Dño, Dño Fr. Epo Fulginatensi Nuntio Apostolico etc.

Illme et Rme Domine, Domine colendissime. Dederat ad me litteras Illma et Rma Dominatio Vestra, quibus ut Carmelitas discalceatos, quo intra moenia Cracoviensis Civitatis monasterium excitare possint, promoveam, mihi iniunxit. Quod quidem hactenus pro meo erga ipsos studio libenter feci, nunc vero authoritate Illmae D. V. accedente promptius faciam. Quod autem Illma D. V. a me requirit, quid impedimenti a Franciscano ordine illis obiiciatur, ita illud se habet. Carmelitae dum ad extruendum in Civitate monasterium animum adiecissent, Franciscani me appellarunt, causando ipsos iuxta privilegia ordinis Franciscani adeo vicino sibi loco erigere templum et monasterium non posse. Ego id non tantopere curandum duxi, cum praesertim uterque is ordo exemptionibus gaudeat: idcirco iudicium hoc ad me non spectabat. Itaque partem areae ad usum novi monasterii Carmelitis donavi, praeterea Illustris Comes de Jeczyn aulam suam eodem nomine illis addixit. Adiacebat hinc aulae Altaristae unius balneum, ex quo annuus census illi pendebatur, quo nisi potiti fuerint, aedificando monasterio nequaquam manum apponere potuissent. Dedi itaque Altaristae decimas, ut proprietatem eius balnei in Carmelitas transferret. Nunc litteris ab Illma D. V. acceptis, cum remotiore loco a Civitate Cracoviensi agerem, a Franciscanis, misso illuc Auditore meo, requisivi, quid sit quod Carmelitarum aedificandi monasterii instituto opponant. Aiunt illi ad se proprietatem arearum, in quibus et aula Comitis a Jeczyn et balneum Altaristae consistit, spectare, de eaque proprietate litem iudiciariam cum Carmelitis se ad Urbem retulisse. Ego cum id audiam, id tanto minus, quam hactenus ad me spectare animadverto. Scio ab immemorabili tempore et Comitem et Altaristam areas suas pacifice, verum eius, cui Smus D. N. iudicium hoc commiserit, sententiae relinquendum est. Postquam Comitiis regni exactis, ad quae iam proficiscor, Cracoviam redicro, ipsemet utriusque ordinis patribus accitis de ea re cum illis agam, quid ex illis cognovero, rursus perscribam ad Illmam et Rmam D. V., cui servitia mea paratissima defero, eamque Ecclesiae Dei decori diutissime incolumem vivere cupio. Datum Ilzae 18. Septembris 1611.

Illmae et Rmae Dominationis Vestrae

Servitor deditissimus
Petrus Episcopus Cracoviensis mpp.

CCLXX.

Regi Poloniae et castellano Cracovieusi pontifex grates reddit, quod in comitiis tutelam Ruthenorum viriliter susceperint, petitque, efficiant, ut eorum metropolita saltem in senatum cooptetur. Reg. Brev. An. VII. ep. 242 et 244.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Succiae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Significavit nobis venerabilis frater Hipatius Metropolita Chioviensis, quanta benignitate quantoque pietatis zelo ipse coeteriquc Rutheni Catholici fuerint protecti a Maiestate tua in praeteritis Comitiis adversus adversarios suos eiusdem nationis schismaticos. Agimus itaque Maiestati tuae summas gratias: nam tuum in Ruthenos Catholicos beneficium singulare officium in Sanctam Romanam Ecclesiam, cum qua coniuncti sunt, existimamus. Verum quia ipse quoque nobis scripsit, maxime conducturum ad sanctae Unionis tutelam, si unus saltem ex Praelatis Ruthenis locum haberet in Senatu, quia sic facilius machinationibus adversariorum obsistere possent. Privilegiis autem eorum nationi a Regibus Maiestatis tuae praedecessoribus concessis, illis aditum ad huiusmodi dignitatem capessendam concessum esse affirmat. Ideo nos zelo confirmandi ac stabiliendi magis ac magis hanc sanctam Unionem a Maiestate tua efficaciter petimus, ut praesentem ac pro tempore existentem Metropolitam Chioviensem, donec in communione Sanctae Romanae Ecclesiae permanserit, velis cooptare, ac respective cooptandum decernent in Senatorum numerum istius florentissimi Regni tui Poloniae. Quia vero venerabilis frater Franciscus Episcopus Fulginatensis uberius adhuc cum Maiestate tua de hoc negocio aget, pluraque brevitatis causa nunc omissa, vel potius, ut enuclea-

tius tibi essent exposita, renunciabit: ei fidem a Maiestate tua adhiberi eamdem, quam praestares nobis, desideramus. Unum addemus, paternam uostram charitatem maxime tibi devincturum esse hoc tuo in Ruthenos beneficio, et Maiestati tuae ex intimis nostri cordis visceribus Apostolicam benedictionem nostram impartimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris VII. Idus Ianuarii MDCXII. Pontificatus nostri Anuo Septimo.

Dilecto filio Nobili viro Castellano Cracoviensi.

PAULUS PP. V. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Quamquam satis abunde significavimus aliis nostris literis Nobilitati tuae, quantopere cupiamus adiuvari ac protegi a te venerabilem fratrem Hipatium Metropolitam Chioviensem coeterosque Praelatos Ruthenos, qui cum Sancta hac Apostolica Sede communionem habent, tuque nobis, quemadmodum filialem pietatem et observantiam tuam decebat, respondisti promptum paratumque te exhibuisti in omnibus, quae a te postulavcramus: molestiae tamen, quas patiuntur hi venerabiles nostri fratres a schismaticis eiusdem nationis Ruthenae, nos cogunt, ut iterum petamus a te, ut pro tua erga Sanctam Romanam Ecclesiam pietate ac devotione Ruthenis sanctae Uuionis efficaciter favcas, eosque a schismaticorum iniuriis, perturbationibus atque molestiis a nobis hortatus ac requisitus defendas ac tuearis. Quod praeterquam, quod facies rem religione, nobilitate ac prudentia tua dignam, praestabis nobis officium filialis observantiae tuae gratissimum, qui hoc a te etiam atque etiam postulamus, et Nobilitati tuae peramanter benedicimus. Datum ut supra.

CCLXXI.

Pontifex metropolitae et episcopis Ruthenis significat, regi de favore in comitiis sanctae unioni praestito se gratulasse, et cum eo ad obtinendum ipsis locum in senatu tractasse. Reg. Brev. An VII. ep. 243.

Venerabili fratri Hipatio Archiepiscopo Chioviensi Metropolitae Ruthenorum.

PAULUS PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Quod postremis hisce Comitiis Fraternitas tua coeteriquc dilecti filii Rutheni sanctae Communionis perpessi fueritis non leves molestias, ut scribis, a schismaticis vestrae nationis, non sane parum nobis displicuit, qui, ut commodius servire possitis Altissimo, pacem ac tranquillitatem vestrarum animarum summopere desideramus. Sed nou mediocrem consolationcm attulit uobis intellexisse Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Regem pro consueto pictatis suae zelo, praesidio et gratia sua vobis favisse, et Venerabilem fratrem Franciscum Episcopum Fulginatensem nostrum Nuncium Apostolicum sedulo diligenterque, ut habet a nobis in mandatis, vobis opera et auxilio adfuisse. Quod et in posterum, quoties res ipsa postulabit, utique faciet. Pergratum nobis fuit, quod scripsisti de studio atque charitate dilecti filii Nobilis viri Leonis Cancellarii Magni Ducatus Lithuaniae in vestra protectione. Est quidem vir ut praeclari genecris, ita et praestantis virtutis, et nos illum non vulgaritcr in Domino diligimus. Nuncio nostro Apostolico maudavimus, ut serio cum Charissimo in Christo filio nostro Sigismuudo Rege agat de loco in Senatu concedendo Ruthenis Catholicis pro maiori tutela atque firmiori sanctae communionis, sicut oportere nobis dixisti: nec dubitamus, quin mandatum nostrum pro consueta fide ac diligentia sua opportunc sit executurus. Scripsimus quoquc Regi satis efficaciter, Senatorem illum, de quo apud nos conquestus es, quod secus ac nobis promiserat, causam Catholicorum detrectet, Schismaticis autem faveat, ad promissa nobis praestanda hortati sumus. Nihil praetermisimus eorum, quae a nobis postulasti, nec quantum cum Domino poterimus, praetermissuri sumus, ut ad Dei gloriam unioncm initam a vobis cum hac Sancta Apostolica Sede magis confirmemus. Fraternitati tuae divinae gratiae incrementum a Domino optamus, et benedictioncm nostram Apostolicam peramanter impartimur. Datum Romae apud Sauctum Petrum sub Annulo Piscatoris VII. Id. Ianuarii MDCLXII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Eodem modo reliquis Episcopis Ruthenis.

CCLXXII.

Magistri academiae Cracoviensis pontifici et card. Burghesio eamdem commendant, petuntque una cum eorum episcopo, ut ipsius iura et privilegia sarta tecta manuteneant. Litt. Episcoporum Vol. II. fol. 34 et 105.

Sanctissimo Domino D. Paulo Quinto Summo Pontifici etc.

Beatissime Pater, Post oscula pedum. Universitas studii generalis Cracoviensis a ducentis et amplius annis condita et a Sede Apostolica confirmata, toto hoc tempore omnium doctrinarum laude

floruit, ita ut in omnes Septentrionis partes uberrimos fructus diffuderit. Illa in Lithuania caliginem infidelitatis dispulit: in Polonia, Ungaria Hussi, Lutheri, Arii aliorumque Haereticorum furores repressit, ac Poloniam a ferociori vivendi ratione ad mitiorem animi cultum traduxit. Semper fuit Sacrosanctae Sedis Apostolicae observantissima, ac vicissim ab ea multis benevolentiae argumentis cohonestata: ac religionem Catholicam non modo voce et stilo, sed et vita et sanguine defendit. Quare miramur, cum Clerici Societatis Iesu, qui magna ex parte hic apud nos litterarum tirocinia posuerint, in proximis Comitiis Privilegium uovae Academiae in Civitate Posnaniensi erigendae a Serño Rege Dño nostro impetrare praesumpserint. Quae res in damnum Scholae nostrae plurimam vergit, et Privilegia antiqua tum Sedis Apostolicae, tum Regum nostrorum infringit, ac perturbationem disciplinae studiorumque confusionem importat. Quas et alias ob causas animosus Pontifex Iulius Secundus ante centum et amplius annos Wratislaviensem Academiam erigere vetuit, ut Academia Cracoviensis suum decus et libertatem tueretur. Provoluti ergo ad pedes Sanctitatis V. supplices rogamus, ut hanc novae Scholae erectionem aut auctoritate sua prohibeat, aut clementia innata inhibeat, donec de nostris Privilegiis Serenissimum Regem et Ordines Regni plenius informaverimus. Deus Imortalis S. V. diu incolumem et felicem conservet, cui nos causam nostram pedes eius exosculati humillime commendamus. Cracoviae ex Maiori Collegio 2. Martii Anno 1612.

Beatitudinis Vestrae

Ad oscula pedum devoti servuli
Andreas Schoncus Rector cum tota Universitate Cracoviensi.

Illmo ac Rño Dño Dño Scipioni Burghesio S. R. E. Cardinali.

Illme et Rme Dne, Dne et Proñe Clementissime. Impetraverunt nuper a Serenissimo Rege Poloniae nostro religiosi Societatis Iesu in Comitiis quidem generalibus Regni, sed clandestine tamen, Privilegium quoddam erectionis Academiae novae in suo Posnaniensi Collegio. Haec res acta est clam iis, qui ibi praesentes adscribuntur. Comitiis quidem intereraut, sed Privilegium illud, quod per viam secretam obtentum est, neque viderant, neque audierant. Quo quia evertitur antiqua et bene in hoc regno merita Cracoviensis nostra Academia, estque contra Privilegia Universitatis nostrae publicis literarum et legum Polonicarum libris contenta, et toties Regum Poloniae sacrosancto iureiurando confirmata: Iccirco supplicamus humiliter Illustrissimae Celsitudini Vestrae omnes Academiae Cracoviensis omnium facultatum Profcssores, ne desit causae nostrae, sed nos in veteri honorum Academicorum distribuendorum possessione dignetur auxilio et authoritate sua conservare. Agat nimirum interim apud Sanctissimum Dominum Nostrum, si forsan Clerici isti Societatis confirmationem eius Privilegii urgeant, ut Sanctissimus Dominus Noster eam tantisper inhibeat, dum nos de toto negotio Sanctitatem Suam, quod tam brevi tempore, quo in notitiam huius rei pervenimus, facere non potuimus, informamus, ac rationes, quare nova Academia erigi non debeat, perscribimus. Commendamus autem nos, et studia officiaque nostra gratiae et protectioni Illmae et Rmae C. V. Cracoviae in Collegio Maiori Iagelloniano Anno Dñi 1612. Martii die 2.

Illmae Celsitudinis Vestrae

Humillimi servi
And. Schoncus Rector cum tota Universitate Cracoviensi.

Illmo et Rmo Dño Cardinali Burghesio.

Illme et Rme Dne, Dne Colendissime. Dum ad Smum D. N. retulissem conatum Rdorum Patrum Societatis Iesu quo ad praerogativam decernendi in Collegio suo Posnauiensi honores Academicos, feruntur ad enervanda iura Academiae Cracoviensis spectare, Illma et Rma Dominatio Vestra ad me scripsit placere Smo D. N., ut Academia Cracoviensis apud S. Sedem Apostolicam hoc ipsorum studium sua iura afficere doceat: Itaque Professoribus Academiae Rdum Dum Iacobum Ianidlovium I. U. Doctorem et Professorem, Canonicum Sandecensem, ad Urbem mittentibus, Illmam et Rmam Dom. Vestram oro, ut in promovendo Academiae negotio authoritatem illi suam accommodet. Nuper in Conventu Municipali Cracoviensi Prossoviciis habito Seuatores et Equites me appellarunt, ut Academiae istius optime apud nos de Ecclesia et Republica meritae apud S. Sedem Apostolicam negotium promovcam. Proinde meo et Municipii Cracoviensis nomine rogo, efficiat Illma et Rma D. Vestra, ut vetusta, quae egregie consistunt, instituta novitate non perturbentur. Latius hoc exponet Illmae Dom. Vestrae idem Iacobus Ianidlovius, cui in eo, quod ad testificandam meam erga Illmam Dom. Vestram observantiam

iuraque Academiae asserenda fidem habeat Illña et Rña Dominatio V: cui foelicissima omnia precatus servitia mea paratissima defero. Datum Cracoviae 20. Septembris 1612.

Illñae et Rñae Dominationis Vestrae

deditissimus servitor
Petrus Episcopus Cracoviensis mpp.

CCLXXIII.

Regi Poloniae pontifex grates reddit, quod episcopum Posnaniensem in arcendis haereticis adiuverit.
Reg. Brev. An. VII. ep. 352.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Venerabilis frater Episcopus Posnaniensis significavit nobis, quanto pictatis zelo quantaque benignitate Maiestas tua ei annuerit in his, quae pro pastorali officio ac tuendae Catholicae Religionis studio postulavit, ne haereticorum numerus atque auctoritas augeretur in Civitate Posnaniensi: Maiestatem tuam tanto magis laudamus, quanto minus novum hoc accidit nobis hoc tuum praeclarum facinus. Plurimum tibi debere profitemur, Charissime fili, quia his tuae vere Regiae pictatis et prudentiae officiis mirifice sublevas nostram pastoralem sollicitudinem. Hortamur autem Maiestatem tuam, ut laudabiliter perseveres hac ratione cultum divinum integrum ac illibatum tueri, ut Deus, per quem Reges regnant, dextera potentiae suae Regnum tuum custodiat, et ad gloriam sanctissimi sui nominis magis semper amplificet. Commendamus autem plurimum tibi Venerabilem fratrem Episcopum Posnaniensem, et ut commodius ad animarum salutem ministerium suum adimplere valeat, petimus a te, ut quod singularis pietatis beneficio obtinuit, Regiae auctoritatis tuae patrocinio tueri possit, et Apostolicam benedictionem nostram Maiestati tuae peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. xviii. Kal. Maii mdcxii. Pont. nostri Anno Septimo.

CCLXXIV.

Episcopus Plocensis pontificem et cardinalem Burghesium de perturbato rerum publicarum statu in Polonia certiores reddit. Litt. Episcoporum Vol. 11. fol. 85 et 86.

Sanctissimo ac Beatño Patri Paulo V. Dño Dño Clementissimo.

Sñe ac Bñe Pater. Quo in statu res Reipublicae Polonae hoc tempore versentur, et quae post illa Serñi Regis de Mosco nuper relata trophea rerum deinceps discrimina (fortuna alternante vices) velut conspiratione ad nos opprimendos facta sint consequuta, intelliget Sanctitas V. ex Illño Cardinale Burghesio suo dignissimo Nepote. Equidem si unquam in hac Republica aliquae graviores aerumnae, clades et pericula extiterunt, hoc sane tempore maxima gravissimaque obversantur. Aeque enim externa ac intestina mala Rempublicam exagitant: Turca (in) Valachia per hos dies nostrorum caede ferocior extremam Regno perniciem minatur; Tartarus Turcico obsecundans imperio ad depopulandos (id quod ratio suspicari iubet) Regni fines ingentem apparat exercitum; Moscus Polonici praesidii infirmitate erectus aegre tenetur. Quae porro Rempublicam premant, interius ea ferme sunt, exhaustum aerarium, multa facta publice nomina et contracta ingentia debita, quae dissolvi stipendiariis nullo modo possunt: et potissimum quidem duo nostri exercitus, qui operae sine stipendio diutius navatae taedio ex Moscovia decesserunt, seditiosaque confoederatione inita, Reipublicae et Ecclesiasticis occupatis in bona iam parte possessionibus quasi solutionem praestolantes, in iis agere statuerunt, atque hi quidem hostium ad instar nobis sunt: Nimirum non dubia civilium armorum initia, quae Ecclesiastici status exitium, haereticis promoventibus, videtur portendere. Sed ex Illño Cardinali, cui paulo haec uberius perscripsi, Sanctitas V. caetera intelliget. Cuius beatos pedes summa cum reverentia et subiectione deosculor. Poltoviae 7. Augusti 1612.

Ad beatissimos pedes Sanctitatis Vestrae prostratus

indignus servus
Martinus Sischovschi Episcopus Plocensis mpp.

Illñe ac Rñe Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Sub id tempus Nuncii Apostolici in Poloniae Regno absentiae pro mea in Sñum D. N. observantia et fide facere non potui, quin quae istic intrea gererentur, quemque rerum ac successuum

vicissitudines cursum teneant, Illm̃am Celsitudinem V. ac per eam Sm̃um D. N. facerem literis certiorem. Magna atque adeo repentina rerum Polonicarum facta fortunae est conversio. Post illos enim tot fluentes ex sententia insignium victoriarum per Scrm̃um Regem in Moscovia partarum prosperitates, succedentibus plurium simul calamitatum procellis, Respublica ita demum laborare coepit, ut in extremum et maximum discrimen prope adducta esse videatur. Turcarum Imperator, quem Serm̃i Regis nostri fausti in Moscovia armorum successus, et crebrae populorum in ditiones Reipublicae concessiones non mediocriter perculerant: inter alias praecidendi huius prosperitatis fili, quas moliebatur machinas et artes, Valachorum Ducem Regis nostri ex vetere maiorum pactione, et antiquis foederibus feudatarium principatu movit, alio quopiam ad provinciae gubernacula cum praesidio suffecto. Dux regimine et sedibus per iniuriam pulsus, dum quorumdam ex Nobilitate Polona, quos arctiori cognationis iure devinctos sibi habeat, subitanea adiutus ope et validis uostrorum copiis auctus amissi Principatus possessionem repeteret, ingens hostilis exercitus, quem ex Tartaris, Valachis et Turcis conflatum ferunt, flumen tranantes nostros ex insidiis aggressus, summa vi immemorabili clade ita oppressit, ut e quindecim nostrorum millibus, in quibus praecipuum ordinariae Polonorum militiae robur fuit, vix dum pauci evaserint. Alter exercitus noster, qui in Moschòvitica expeditione hactenus merebat, cum emerita multorum mensium stipendia saepius urgeret, nec aerarium bellicorum sumptuum onere exhaustum in summa rei nummariae inopia solvendo esset, pernitiosa confoederatione inita, Ecclesiasticorum iuxta ac Reipublicae bonorum possessiones invadendas immaniter decrevit, iamque nos, qui viciniores sumus, teterrimae huius aerumnae gravissimo nostro incommodo experimur initia, quae in eum modum se se dant, ut res ad arma civilia plane spectare videatur, et singularem Ecclesiastici Status perniciem (quam nobis haeretici hòmines exquisitis machinationibus perpetuo intendunt) accersere. Moschoviticum imperium singulari S. R. Maiestatis foelicitate et opera prope partum aegre iam videtur posse retineri, scil. pecuniae, quam belli nervum non inepte appellarunt, penuria: id enim conspicati forte barbari ad excutiendum recens impositum sibi iugum animos erigunt, simul et vicini quidam Principes, veteres Polonorum atque adeo nominis Catholici hostes, potiundae amplissimae Moscoviae Provinciae, aut saltim nostros inde deturbandi occasionibus inhiantes, pro sese laborant. Turcae ne infesta arma ex Valachica nostrorum caede ad finitimas Regni ditiones transferant, in primis formidamus. A Scytarum incursionibus, quos iugentem collegisse exercitum constans fama est, tuti haud quaquam sumus, praesidiario milite, qui finitimis tuendis oris ex instituto excubabat, Valachica clade amisso. Hisce Rempublicam adversitatibus pressam qua ratione Sacra Regia Maiestas servare, et ab imminenti discrimine vindicare possit, non dispicio: quam enim se primum in partem in tanto urgentium malorum confluxu dare, qua ratione tam multiplicis periculi tela vel declinare vel reflectere simul omnia possit, humana non suppetit ratio, nisi ipsa Maiestas Divina pro sua immensa bonitate praesenti affuerit auxilio. Haec Illm̃am Celsitudinem V. a parte mea latere nolui, ut et ipsa intelligat, et Sm̃um D. N. edoceat de florentissimo nuper Polonicarum rerum statu, in tam praecipites velut momento angustias devoluto. Quod reliquum est, observantiam meam singulari Illm̃ae Celsitudinis V. clementiae etiam atque etiam commendo. Poltoviae 7. Augusti 1612.

Illm̃ae et Rm̃ae Celsitudinis Vr̃ae

deditissimus et humilis servus
Martinus Sischovshi Episcopus Plocensis mpp.

CCLXXV.

Pontifex regi Poloniae magistrum Laelium Ruinum novum nuntium apostolicum episcopo Fulginatensi demortuo suffectum commendat. Brev. An. VIII. ep. 106.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Succiae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Serius, quam optabamus, venit ad Maiestatem tuam novus Nuncius noster Apostolicus: voluissemus quidem, simul ac e vita migravit venerabilis frater Franciscus Episcopus Fulginateusis, sicuti successorem illi statim decrevimus, sic quoque potuisse eum illico mittere, ne istic deesset, qui officiis studiisque suis nostrum paternum amorem tibi repraesentaret. Verum iis virtutibus atque moribus praeditus est dilectus filius Magister Laelius Ruinus, utriusque Signaturae nostrae Referendarius ac noster Praelatus domesticus, quem modo ad Maiestatem tuam mittimus, ut quicquid involuntaria hac dilatione fuerit omissum, electione ipsius compensandum omnino speremus. Est enim ut genere nobilis, ita eruditione, doctrina atque pietate valde laudatus.

Nam Bononiae honestissima familia ortus, in praeclaro illo disciplinarum domicilio eruditus, deinde diu in hac alma Urbe nostra versatus scientiam usu rerum facile confirmare potuit. Quare confidimus ipsum Maiestati tuae gratum fore, et officio suo nostroque desiderio cumulate satisfacturum. Itaque fidem indubitatam in omnibus, quae nostro nomine tibi renunciabit, ac vicissim cuncta quae nobis significare volueris, ei credere, non secus ac si nobiscum ageres, nulla animi suspensione poteris. Quem benigne excipi a te cupimus, non tantum muneris ratione, quod illi demandavimus, sed quia virtutum suarum merito eum valde diligimus. Interea ipse Maiestati tuae Apostolicam benedictioncm nostram, quam cum omni cordis affectu tibi mittimus, impartitur. Datum Romae apud S. Marcum etc. Idibus Septembris DMCXII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCLXXVI.

Rectori et magistris academiae Cracovisnsis pontifex significat, iuria et privilegia huius academiae sibi semper cordi fore, eaque ss tuiturum. Reg. Brev. An. VIII. ep. 176, 242 et 244.

Dilectis filiis Rectori ac Magistris Academiae Cracoviensis.

PAULUS PP. V. Dilecti filii, salutem etc. Accuratc considerabuntur, quae ad controversiam inter vos et Academiam Posnanicnsem Societatis Iesu pertinent, ut quid deceat, rite decerni possit, et dilectus filius Iacobus Ianidlovius a vobis hac de causa missus erit nobis commendatus, ut petitis. Vos a nobis paterne diligi pictatis, rcligionis, doctrinae ac filialis crga nos obscrvantiae vestrac merito, cunctaquc ad vcstram utilitatcm et beneficentiam pertinentia nobis cordi esse ac forc, ut omnino existimetis, volumus, et Apostolicam benedictionem nostram vobis peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Pctrum etc. XV. Kalendas Decembris MDCXII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCLXXVII.

Pontifex regem et proceres ecclesiasticos et saeculares regni Polouiae ad rem catholicam et unionem Ruthenorum in proximis comitiis tuendam impeuse hortatur. Reg. Brev. An. VIII. ep. 148—223.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissimc in Christo fili noster, salutem etc. Appropinquare iam tempus Comitiorum Regni accepimus. Expcrti totics pictatem ac zelum, quibus Maiestas tua in simili, aliisque omnibus occasionibus Catholicam Religionem tutata scmper est, supervacaneum prorsus existimamus nisi modo hortari te nostris verbis ad id, quod re ipsa ostendisti promptum paratumque semper esse, in quo ncgocio magnitudine ac multiplicitate tuorum officiorum nostram paternam charitatem arctissimo obligationis vinculo hactenus te devinxisti. Verum quod nostra solicitudo pastoralis a nobis exigit, praetermittere non possumus: itaque Maiestati tuae Rcligionis Catholicae causam et ordinis Ecclesiastici immunitatem in Comitiis adversus orthodoxae fidei, et communis boni adversarios efficacissime commendamus. Praecipue vero petimus, ut perquam commendatos habcas Vcnerabilem fratrem Metropolitam, ac dilectos filios Ruthenos Sanctae Unionis, eosque rogatus a nobis Regio tuo patrocinio potentissimo tueare ad Dei gloriam et Sanctae Romanae Ecclcsiae matris tuae amantissimae cxaltationem, sicut etiam uberius nostrum hoc desidcrium tibi significabit Vcnerabilis fratcr Laclius Epus Balneorcgiensis noster Nuncius Apostolicus, cui integram fidem adhiberi abs te cupimus: et Maiestati tuae nostram Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. XIII. Kalendas Ianuarii MDCXII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Eodem modo Archicpiscopis et Episcopis et Ordinibus Senatorio et Equestri Regni Poloniae.

CCLXXVIII.

Rex Poloniae cardinali Burghesio Ioannem Sapieham Romam proficiscentem commendat. Litt. Principum Vol. 56. fol. 2.

Illmo et Rcvmo in Christo Patri, Dño Scipioni S. Rom. E. Cardinali Burghesio, Amico nostro charissimo.

SIGISMUNDUS III. Dei gratia Rcx Poloniae M. D. Lithuaniae etc. Illmo et Revmo in Christo Patri, Dño Scipioni S. R. E. Cardinali Burghesio, Amico nostro charissimo, salutem et omnem felicitatem. Illme et Rme in Christo Pater, Amice noster charme. Singularis Illmae et Rmae Paternitatis V. erga nos voluntas multis ct insignibus argumcntis semper contcstata facit, ut in quos gratia nostra eximie propendemus, eos quoque Illmae et Rmae P. V. commendatos csse cupiamus. Rcddet hasce nostras

Illñae et Rñae Pat. V. litteras Generosus Ioannes Sapieha Capitaneus Slonimensis, Camerae nostrae intimus Cubicularius, antiqui generis sui Illustri Nobilitate et sua suique genitoris Magnifici Lconis M. D. Lithuaniae Cancellarii excelsa virtute ac in nos et patriam suam meritis clarus: quem ut Illña et Rña P. V. benevole accipiat, eidemque propensi animi sui nostro etiam intuitu officia praestet ab eadem amanter postulamus. Gratum sc ille contestatae sibi benevolentiae praestabit, et nos ipsi quotiescunque occasio dabitur, parem gratiam Illñae et Rcvñae P. V. alacri animo refercmus. Quam diu et feliciter bene valere cupimus. Datum in arce Smolensko die v. Mensis Ianuarii Anno Domini MDCXIII. Regnorum nostrorum Poloniae XXVI. Sueciae XVIII.

SIGISMUNDUS REX.

CCLXXIX.

Episcopo Cracoviensi et magistris academiae Cracoviensis pontifex significat, eorum oratorem se libenter de privilegiis academiae disserentem audivisse. Reg. Brev. An. VIII. ep. 242.

Vcnerabili fratri Petro Episcopo Cracoviensi.

PAULUS PP. V. Venerabilis frater, salutem etc. Literas, quibus a Fraternitate tua nobis commendatur Academia Cracoviensis, eiusque iurium ac praerogativarum conservatio, accepimus a dilecto filio Iacobo Ianidlovio Canonico Sandecensi, in eadem Academia Professore, qui hac de causa a Rectore atque Doctoribus missus ad Urbem fuit. Sane scholam illam bonarum disciplinarum et conservationis Catholicae Religionis, ut accepimus, adeo opportunam peculiari charitate prosequimur, eritque nobis cordi semper, et in his, quae cum Domino illi gratificari poterimus, libentissima signa nostrae paternae benevolentiae illi dabimus. Sed quod ad controversiam, quam cum dilectis filiis religiosis viris Societatis Iesu habet, nihil in praesentia decernendum esse existimavimus iis de causis, quas uberius Fraternitati tuae significabit Venerabilis frater Laelius Episcopus Balneoregiensis Nuncius noster Apostolicus. Omnipotens ac misericors Dominus laboribus tuis pastoralibus benigne faveat, et nos Fraternitati tuae peramanter benedicimus. Datum Romae etc. pridie Idus Ianuarii MCDXIII. P. n. Anno Octavo.

Dilectis filiis Rectori, Doctoribus ac Magistris Academiae Cracoviensis.

PAULUS PP. V. Dilecti filii, salutem etc. Conciliavit adeo vobis nostrum paternum amorem fama, quae ad aures nostras pervenit singularis zeli, quo studia vestra ad Dei gloriam et Catholicae Religionis tutelam dirigitis, ut non modo istius vestrae Academiae dignitas et existimatio valde nobis cordi sit, sed cupiamus etiam vos ab omni perturbatione atque molestia animi immunes esse, ut Ecclesia Sancta Dei quotidie uberiores fructus ex laudabilibus vestris laboribus accipiat. Hanc nostram peramantem voluntatem significavimus dilecto filio Iacobo Ianidlovio Canonico Sandecensi, vestro Collegae et Oratori, quem ad nos misistis, et nos libenter vidimus et benigne audivimus. In negocio autem, quod vobis est cum dilectis filiis presbyteris Societatis Iesu, nihil innovandum modo existimavimus, sed Venerabili fratri Laelio Episcopo Balneoregiensi praescripsimus, quid expedire arbitramur. Ex ipso animi nostri sententiam audietis, cui non secus ac nobis loquentibus fidem adhibebitis, et benedictionem nostram Apostolicam vobis peramanter impartimur. Datum ut supra.

CCLXXX.

Regi Poloniae pontifex commendat episcopum Luceoriensem oratorem suum in patriam redeuntem. Reg. Brev. An. VIII. ep. 299.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Revertitur cum benedictione nostra ad Maiestatem tuam Venerabilis frater Paulus Episcopus Luceoriensis egregie perfunctus legatione, quam illi demandasti. Quod munus ita egit, ut nihil desiderandum reliquerit, quo evidentius appareret singularis tua pietas atque eximia devotio erga Sanctam hanc Apostolicam Sedem. Dici plane non potest, quanta cum Maiestatis tuae laude auditae fuerunt tuae literae publice lectae, et oratio habita in publico Consistorio in Aula Regum de more congregato, quod sane frequentissimum fuit, tum quia Venerabiles fratres nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, qui in Urbe erant, omnes aderant, tum quia magnus concursus factus est Praelatorum atque Nobilium. Qui omnes pariter fortitudinem, prudentiam, generositatem caeterasque vere Regias tuas virtutes merito laudatas tanto magis admira-

bantur, quanto eas illustriores reddebat eximius ille pietatis affectus, qui in omnibus tuis consiliis atque operibus semper elucet, et hac potissimum legatione mirifice se patefecit. Qua de re sicuti magnam excepturum esse te iucunditatem existimamus, sic Maiestati tuae ex animo gratulamur. Quod autem ad nos attinet, persuasum Maiestati tuae esse cupimus, nihil a nobis ardentius desiderari, quam novis semper atque evidentioribus officiis paternae nostrae charitatis confirmare, et si fieri potest augere zelum, quo Sanctam Beati Petri Sedem veneraris, et filialem pietatem, qua nos prosequeris, sicuti uberius declaravimus Venerabili fratri Episcopo Luceoriensi oratori tuo, cui multa insuper de magno et praestanti nostro in te amore diximus, a quo benedictionem nostram Apostolicam, quam ex intimis nostri cordis visceribus tibi mittimus, accipies. Omnipotens ac misericors Deus Maiestatem tuam cum tua Regia prole ad Ecclesiae suae sanctae praesidium, et Christianae Reipublicae firmamentum continua protectione custodiat. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. XVII. Calendas Aprilis MDCXIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCLXXXI.

Episcopus Cracoviensis cardinali Burghesio res academiae Cracoviensis denuo commendat.
Litt. Episcoporum Vol. 10. fol. 197.

Illmo et Rmo Dño, Dño Scipioni S. R. E. Cardinali Burghesio etc.

Illme et Rme Domine, Dñe Colendissime. Anno superiore misit Academia Cracoviensis ad Sanctam Sedem Apostolicam Reverendum Iacobum Ianidlovium I. U. D. Canonicum Sandecensem, ut Smi D. N. authoritatem ad res Studii istius conservaudas meo et Academiae nomine imploraret. Perscripsit mihi idem Rūdus Iacobus Ianidlovius, Illmam et Rmam Dominationem V. singulare patrocinium sibi impendisse, quo nomine aeque ego sicuti et Academia Cracoviensis plurimum me debere Illmae D. V. recognosco, ut qui ob egregia in Ecclesiam Dei apud nos et Rempublicam merita florentem Scholam hanc esse cupio. Ut porro Smus D. N. manu (quod aiunt) Regia negotium istud, quod Patres Societatis Iesu Academiae facessunt, definiat, supplico Illmae D. V. sua id authoritate promoveat. Idem mecum hac in parte Ordiues Regni sentiuut, qui hanc multiplicationem Universalium Scholarum ferre nolunt, legemque in Comitiis tulerunt, ut Praerogativae Academiae Cracoviensis illaesae permaneaut, sicuti per complures aetates permanserunt. Rem hanc exponet latius Illmae D. V. is, quem memoravi, Rūdus Iacobus Ianidlovius, cui in eo sermonis genere fidem Illma D. V. habeat gratiaque sua me complectatur. Ego vero pro felicissima Illmae et Rmae D. V. valetudine vota faciens servitia mea illi paratissima defero. Cracoviao ultima Maii 1613.

Illmae et Rmae D. Vrae

deditissimus servitor
Petrus Episcopus Cracoviensis mpp.

CCLXXXII.

Rex Poloniae cardinali Burghesio de subsidio 40000 scutatorum eius intercessione a pontifice accepto grates reddit.
Litt. Principum Vol. 56. fol. 17.

Illmo et Rmo in Christo Patri Dño Scipioni S. R. E. Card. Burghesio etc.

Sigismundus III. Dei gratia Rex Poloniae, M. D. Lithuaniae etc. Illmo et Rmo in Christo Patri Dño Scipioni S. R. E. Card. Burghesio, Amico nostro charmo, salutem et benevolentiac nostrae significationem. Illme et Rme in Christo Pater, Amice charissime et honorande. Etsi satis iam ante perspectam haberemus singularem Paternitatis V. erga nos resque nostras propensionem, eam tamen tanto magis agnoscimus, quo plura de eximio ipsius erga nos animo intelleximus ex sermone relationeque Rev. in Christo Patris Dñi Epi Luceoriensis, nostri uuper apud Smum D. N. Oratoris. Qui sane tantopere Paternitatis V. studium in nos praedicat, ut non solum caeteris in rebus negotiisque nostris Paternitatis V. favorem auxiliumque recoguoscat, verum id etiam propria Paternitatis V. authoritate curaque factum esse confitetur, ut Sua Sanctitas pro commuuis Christianae Reipublicae parentis pietate, difficultatum quoque Regni nostri nostrarumque non ignarus, quadraginta scutatorum millia per commemoratum Oratorem nostrum, suumque Apostolicum apud nos Nuncium ultro nobis obtulerit promiseritque. Quam quidem Smi D. N. liberalitatem cum post Suam Sanctitatem Paternitati V. in primis acceptam referimus, tum vere magnas cidem eo nomine habemus gratias, daturosque nos operam pollicemur, ut Sua Sanctitas et Pateruitas Vestra univcrsaque Suae Sanctitatis et Paternitatis V. familia

nostram vicissim erga se grati animi significationem agnoscat. Neque vero dubitamus, eadem quoque Paternitatis V. opera authoritateque perfectum iam esse, ut haec ipsa pecunia ad praestitutum a Sua Sanctitate tempus, quintum decimum nimirum proximi Iunii diem, prout idem Orator noster cum Paternitate V. constituerat, Illmo Dño Card. a Montalto Regni nostri Protectori numerata redditaque iam sit: ut quemadmodum haec ipsa Smi D. N. liberalitas a Paternitate V. ortum habuit, ita quoque perfecta sit studio eiusdem Paternitatis Vestrae. Cui nos quoque prolixe benevolentiam nostram deferimus, ipsamque bene et foeliciter valere cupimus. Datum Varsaviae die III. mensis Iulii Anno Dni MDCXIII. Regnorum nostrorum Polonia XXVI. Sueciae Anno XX.

SIGISMUNDUS REX.

CCLXXXIII.

Episcopus Premisliensis pontificem de misera suae dioecesis conditione ac de laeto unionis Ruthenorum in eadem progressu certiorem reddit. Litt. Episcoporum Vol. 10. fol. 217.

Smo ac Bmo in Christo Patri Dño Dño Paulo PP. V. etc.

Sanctissime ac Beatme in Christo Pater, Dne Dne clementissime. Post oscula beatissimorum pedum Sanctitatis V. humiles orationes et obsequia mea fidelissima deffero. Quadriennium vertitur, quo Dei nutu, Sedis eius Apostolicae Sanctitatis Vestrae authoritate et favore ad Episcopatus Praemisliensis Ecclesias administrandas licet immeritus et indignus vocatus sum, pro debito et officii mei onere pedibus Sanctitatis V. procumbendi facultate interclusa, statum Ecclesiarum mearum per aliquem nuncium libenter ad Urbem destinatum exponerem. Verum res Episcopatus mei maleficio et iniuriis militum confoederatorum adeo fractae et debilitatae sunt, ut non modo Episcopalem et Senatoriam dignitatem, verum etiam unde cum Clero meo vivam, et quo nos sustentemur, vix habeamus. Dabit itaque veniam S. V. si litteris id quam brevissime perstringitur. Ante sexiennium, dissidio animorum inter duos viciuos equites Lucam Opalinium Catholicum, et Stanislaum Stadnicium, haereticae labis inter primos quosque assertorem acerrimum, illo superiorem, isto parem non ferente, extorto, depopulatione Civitatum et villarum hinc inde interveniente, Ecclesiarum Parochialium tredicim prophanatarum hostilem depredationem bellum intestinum regni confirmaverat, pacatis et sedatis motibus, caedeque postmodum Stadnicii subsecuta, initio Episcopatus restaurandis illis Ecclesiis vires animumque intendi, queis e voto cedentibus visitationem Cleri ac gregis institui, quaeque digna animadversione et correctione censui, in Ecclesia mea Cathedrali synodaliter aliquoties perscripsi. Post decessum Copistinski Epi Schismatici seu Vladicae Praemisliensis cum literis ad Sacram Regiam Maj. et Regni proceres, tum praehensationibus inferiorum negotium Sacrae Unionis confirmandi et Schismatis eliminandi promovere coepi, ac post diuturnas molestias nonnullorum auri sacra fame clanculum impedientium superatas, Venerabilem Athanasium Crupecium Unionis Sacrae addictissimum in locum demortui Epi Schismatici surrogari perfeci, et si fides ac pietas in his esset, in quibus summa esse deberet, plebs tota terrae istius ritus Graeci huic Sacrae Unioni minime adversata dudum fuisset: spem tamen concipio maximam, laborem eo in negotio a me susceptum, qualis ille est, Divini numinis ope haud inanem futurum, nec me fallit expectatio. Etenim Nobilissimus Hungarorum Georgius de Humennagi, non ita pridem ex haeretico conversus et factus Catholicus, pro suo erga fidem Catholicam zelo, ac eiusdem Unionis promovendae studio populorum suorum, qui in eius comitatibus vivunt, ritus eiusdem Graeci a me aliquoties literis contendit, ut eundem Crupecium ad confirmandos in Unione suos subditos ablegarem: quod equidem ante aliquot dies re ipsa iam praestiti: qui hinc in Hungariam discedens petiit a me, ut hanc petitionem suam perscriberem Sanctitati Vestrae. Supplicat S. V., ut in Ecclesia Sancti Salvatoris prope Samboriam in Dioecesi mea pro festo Transfigurationis Domini indulgentiam plenariam et perpetuam obtinere possit: existimat enim id incentivum fore maximum ad amplectendam Unionem iis, qui eidem adhuc adversantur. Idem Georgius Hungarus et Patres Societatis Iesu, quos Cracovia evocavit, a me petierunt, ut Hungaros, quos ad me destinaverit, ad Sacros Ordines promoverem idque extra tempora, quod facere cum nequaquam per leges Canonicas sit integrum, id mihi concedi a S. V. adeo supplex peto, quanti S. V. salutem animarum Christi sanguine redemptarum desiderare compertum habeo. Haeresiarchas duos Bolestrasicium et Lisacovium ante biennium opera Patrum Soc. Iesu, quos in Cathedrali Civitate pro tenuitate fortunarum mearum sustento, ad gremium S. Matris Ecclesiae, aliis a fide alienis factum demirantibus, reduxi. Claustrum Monialium S. Scholasticae divi Benedicti, recens a S. V. confirmati claustri Culmensis in terram Praemisliensem primum Iaroslaviae, liberalitate et munificentia Illmae Dnae Annae de Stem-

berk Ducissae in Ostrog viduae pientissimae consilio et suasu meo aductae, extructum et dotatum, Dominica in Albis anno proxime praeterito seravi: quarum innocentiam sanctissimam multum futuram spero ad detinendos animos filiorum dictae Ducissae in fide Catholica, quam ab ineunte aetate a patre Schismatico enutriti aspernabantur, ante triennium a me confirmati mirifice amplectuntur, et in studiis apud Patres Societatis Iesu ibidem manendo instituuntur, quorum maiorem natu eadem Ducissa mater ad exteras nationes brevi ablegandum et mittendum studiorum causa destinavit. Ecclesias prophanatas et recens extructas plurimas tum dedicavi, tum reconciliari feci, et supersunt aliae complures, quas brevi me etiam consecraturum cogito. Et quoniam magna iniquitate temporum fit, quod ob retentionem decimarum et aliarum obventionum Ecclesiasticarum concernentium summa est raritas Sacerdotum bonorum, et nonnulli eorum plura beneficia curata obtinere cogantur, occasione recuperandi bona alienata Ecclesiarum, dignetur S. V. licentiam cum eisdem dispensandi rationibus animum meum impellentibus, et conscientiae meae concedere atque indulgere. Quod vero superioribus meis a S. V. supplicavi, dignetur intercedere S. V. ad Serm̃um Regem Dñum meum clementissimum, ut rebus meis accisis et tenuibus admodum beneficio aliquo subvenire velit, et fundationem Societatis Iesu apud Cathedralem meam eo celerius proficere, ac functionem Episcopalem et Senatoriam cum dignitate facile tueri, et comitiis, quae Episcoporum praesentia indigent, semper interesse queam. Gratiae et clementiae S. V. me meisque omnibus commendatis, pedes S. V. exosculor, atque divinam maiestatem summopere et suppliciter exoro, ut S. V. quam diutissime Ecclesiae suae et nobis salvam et incolumem servet. Praemisliae die 25. Septembris Anno 1613.

Sanctitatis Vestrae

Humillima creatura et servus devotissimus
Stanislaus Episcopus Praemisliensis.

CCLXXXIV.

Regi Poloniae pontifex Franciscum ep̃um S. Angeli novum nuntium apostolicum commendat. Reg. Brev. An. X. ep. 103.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Venit ad Maiestatem tuam noster et huius Sanctae Sedis Apostolicus Nuncius venerabilis frater Franciscus Episcopus Sancti Angeli, unus ex Praelatis nostris domesticis et Assistentibus, quem successorem venerabili fratri Laelio Episcopo Balneoregiensi decrevimus, confisi fore, ut eius praesentia et tibi sit gratia, et nobis opportuna ad exprimendam repraesentandamque singularem benevolentiam, qua te in visceribus Christi prosequimur. Nihil enim vehementius desideramus, quam reddere te quotidie magis certum de paterno amore nostro. Praestiturum autem hoc nobis speravimus Sancti Angeli Episcopum, cuius virtutem ac probitatem non modo generis honestas, pia ac liberalis educatio, non vulgaris doctrina ab experientia Curiae minime disiuncta comprobavit, sed communis apprime commendavit. Is habet a nobis in mandatis, ut omni genere obsequii atque officii curet, quantum cum Domino poterit, hoc nostrum desiderium, sicuti sedulo diligenterque facturum esse confidimus. Petimus igitur a Maiestate tua, Nuncium nostrum pro tua consueta humanitate, proque zelo pietatis, qua Sanctam Beati Petri Sedem veneraris, benigne humaniterque excipias, ipsumque audias, cunctaque cum eo agas et tractes, ac si nos ipsos coram alloquereris: quem praeterea Maiestati tuae peramanter commendamus, non solum ut adeo insignem ac praecipuum nostrum et huius Sanctae Apostolicae Sedis Ministrum, verum ut Praelatum virtutum suarum merito nobis summopere charum et acceptum; quamvis facile nobis persuadeamus, ipsum sibi satis tuam gratiam atque benevolentiam conciliaturum, cum eius religionem, prudentiam, eruditionem et in rebus gerendis dexteritatem expertus fueris. Omnipotens ac misericors Deus Maiestati tuae cuncta prospera atque foelicia concedat, et nos ex intimis nostri cordis visceribus nostram Apostolicam benedictionem tibi per eundem nostrum Apostolicum Nuncium impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. pridie Nonas Septembris MDCXIIII. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCLXXXV.

Eidem regi pontifex castellanum Ravensem se amanter excepisse significat. Reg. Brev. An. X. ep. 303.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Paulus PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Summa animi iucunditate vidimus dilectum filium Nobilem virum Radziciowium Castellanum Ravensem, Regni tui nobilissimi

Senatorem, tanta significatione amoris atque existimationis a Maiestate tua nobis commendatum. Illum sane excepimus ita, ut facile credamus, satis ei innotuisse, quanti fecerimus testimonium, quod eius pietati, generis splendori, fortitudini, prudentiae, fidei suae in te, praeclarisque in Regnum tuum meritis tam honorifice perhibuisti, et commendationem, qua ipsum apud nos prosecutus es, ut ex eo intelligere poteris. Maiestati tuae incrementum omnium bonorum cum accessione divinae gratiae optamus, ac peramanter benedicimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. III. Nonas Martii MDCXV. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCLXXXVI.

Eidem regi pontifex significat, haud se eius precibus de episcopo Regiensi in sacrum cardinalium collegium cooptandum annuere posse. Brev. An. XI. ep. 55.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Nobis ipsis conscii sumus, idque scrutator cordium Deus, quem iugiter pro Maiestatis tuae continua foelicitate ac prosperitate precati sumus, atque precamur, novit, quam singulari paternae charitatis affectu te semper amaverimus, et quanti semper fecerimus tuam eximiam verequc Regiam virtutem atque fortitudinem. Sicuti ex altera parte neque latere etiam existimamus, quam laudaverimus semper tuam Christianam pietatem ac tuum praestantem zelum. Et quidem pace ac bello, domi forisque, publicis privatisque consiliis ita Religionis Catholicae tutelam fortiter constanterque semper suscepisti, et huius Sanctae Apostolicae Sedis studiosum te ostendisti, et hoc adeo frequenter, adeo praeclare, ut cum incideret hac de causa crebro noster de te honorificus sermo, neque obscurus, neque occultus esse potuerit. Sed nihilominus exortam videri accepimus hoc tempore in te quasi nebulam quandam suspicionis de nostro in te paterno amore, deque existimatione illa Maiestatis tuae apud nos, quae vere nunc est ac merito semper fuit magna: hoc autem, quia nolumus promovere ad dignitatem Cardinalatus venerabilem fratrem Episcopum Regiensem. Verum, charissime fili, si ut confidimus et optamus, propriam tuam egregiam prudentiam tantummodo consiliariam adhibere volueris, minime dubitamus, quin si hac de causa animus tuus aliquo pacto commotus sit, facile in pristinum statum redeat, nostraeque voluntati potius, quam alienae cupiditati satisfacere cupiat, potissimum cum intelligere potueris, Nos matura consideratione et ex causis multi momenti, ut saepius Maiestati tuae significandum curavimus, existimare minime expedire, ut praedictus Episcopus ad Cardinalatum promoveatur, et ex altera parte promptos paratosque esse, sicuti denuo promptos paratosque nos Maiestati tuae offerimus ad assumendum in sacrum Collegium aliquem delectum a te, ac nobis commendatum ex tam multis Provinciis amplissimi Regni tui, et in quo maiorem fiduciam habeas. Iam vero ex tam liberali, et tam ampla oblatione patere satis aperte potest, quam cupiamus tibi gratificari, et quam grave impedimentum sit, quo prohibemus satisfacere postulationi tuae. Petimus itaque etiam atque etiam a te, ac si quoque pateris, Maiestatem tuam enixe rogamus, ut tamquam filius huic Sanctae Apostolicae Sedi obsequens velis summo paternae charitatis affectu a nobis requisitus acquiescere nostrae voluntati, certus, quod sublevabis animum nostrum a gravissima sollicitudine. Patrem tui amantissimum nos profitemur, ac plane sumus, talem haberi a te maxime cupimus, ardentissimo desiderio comprobandi huuc nostrum paternum affectum evidentioribus, quibus possumus, significationibus nostrae in te Regnumque tuum peramantis voluntatis. Venerabilis frater Franciscus Episcopus Sancti Angeli noster Apostolicus Nuncius latius adhuc idipsum Maiestati tuae declarabit, cui eandem prorsus fidem adhiberi abs te, quam si nos ipsi te alloqueremur, valde cupimus: et ex intimis nostri cordis visceribus tibi Apostolicam benedictionem nostram impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. VIII. Calendas Septembris MDCXV. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCLXXXVII.

Constitutio qua pontifex ordinat, ut perpetuis futuris temporibus quatuor adolescentes nationis Ruthenae, ex iis videlicet, qui ad unitatem sanctae matris ecclesiae redierunt, in collegio Graeco de urbe recipi valeant.

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem eos, qui pravis schismatum erroribus relictis ad Sanctae Matris Ecclesiae Catholicae Romanae unitatem et communionem redierunt, specialibus favoribus et gratiis prosequi, ut illi in eiusdem Ecclesiae fide et obedientia eo constantius perseverent, quo cumulatioribus beneficiis se affectos esse perspexerint.

Quapropter, ut Natio Rutheua seu Russa fide catholica ac sana et orthodoxa doctrina melius et commodius imbuatur, providere volentes, supplicationibus etiam Venerabilis fratris Iosephi Archiep̃i Kioviensis et Haliciensis totius Russiae Metropolitae nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Quod de caetero perpetuis futuris temporibus quatuor dictae Nationis, ex iis scilicet, qui ad praedictam unitatem redierunt, adolescentes in Collegio Graeco de Urbe praedictam ob causam recipi et admitti, ibique ad instar aliorum dicti Collegii Alumnorum ali et teneri, ac in discedentium loca alii eiusdem Nationis substitui debeant, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Iniungentes propterea Venerabili fratri nostro Benedicto Ep̃o Sabinensi, Cardinali Iustiniano nuncupato, et pro tempore existenti dicti Collegii Protectori, eiusdem vero Collegii Rectori caeterisque, ad quos spectat, in virtute sanctae obedientiae, ac sub arbitrii nostri poenis mandantes, ut quatuor adolescentes huiusmodi in dictum Collegium iuxta tenorem praesentium admitti faciant, et respective admittant, illisque ac in discedentium loca usque ad praedictum numerum ex dicta Natione pro tempore substituendis faveant et assistant, ac instar aliorum Alumnorum sine aliqua prorsus differentia tractent.

Decernentes praesentes literas validas, firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere, ac irritum et inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Collegii, etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die II. Decembris MDCXV. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCLXXXVIII.

Declaratio pontificis circa ritus et caeremonias ab episcopis et clero Ruthenis observandos. Ex Secret. Brev.

Paulus episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Solet circumspecta Romani Pontificis providentia, si quae aliquando super literis ab Apostolica Sede emanatis dubia oriuntur, suae declarationis oraculo tollere, et alias providere, prout temporum et personarum qualitatibus debite pensatis conspicit salubriter in Domino expedire.

Alias siquidem felicis recordationis Clemens Papa VIII. praedecessor noster, bonae memoriae Michaelem Archiepiscopum et Metropolitanum Kiovicnsem et Haliciensem ac totius Russiae, et cum eo plerosque eius Comprovinciales Episcopos, ac alios tunc expressos, una cum omni eorum Clero et Populo Nationis Ruthenae seu Russae, quae cum Romana Ecclesia non communicabat, sed Graecorum schisma sequebatur, intra gremium Ecclesiae Catholicae et unitatem S. R. E. uti membra sua in Christo sub certis modo et forma recepit, univit, adiunxit, annexuit et incorporavit, prout in dicti Clementis praedecessoris sub plumbo desuper sub Dat. Romae apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae 1595. decimo Kal. Ianuarii, Pontificatus sui anno quarto, expeditis literis plenius continetur.

Cum autem, sicut Venerabilis fratris Iosephi Archiepiscopi moderni Kioviensis et Haliciensis nomine nobis nuper expositum fuit, non desint, qui veritatis ignari, aut ab aliis in errorem adducti sibi persuadeant, Romanam Ecclesiam per Unionem praemissam eorum Ritus et Caeremonias in divinis officiis et Sacramentorum administratione tollere et extinguere voluisse, unde scandalum multorum provenire dignoscitur.

Quapropter nos ex pastoralis officii debito, inimico homini bono semini superseminandi zizania occasionem auferre, et errores huiusmodi ex mentibus hominum evellere, ac scandalis occurrere volentes, necnon literarum praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes, supplicationibus dicti Iosephi Archiepiscopi nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Omnes sacros Ritus et Caeremonias, quibus Rutheni Episcopi et Clerus iuxta ss. Patrum Graecorum instituta in divinis officiis et sacrosancto Missae sacrificio, caeterorumque Sacramentorum administratione aliisve sacris functionibus utuntur, dummodo veritati et doctrinae fidei Catholicae non adversentur, et Communionem cum Romana Ecclesia non excludant, per Unionem praemissam tollere aut extinguere Ecclesiae Romanae intentionem, mentem et voluntatem non fuisse, nec esse, neque id dici vel censeri potuisse, nec posse, quinimmo dictus Ritus eisdem Ruthenis Episcopis et Clero ex Apostolica benignitate permissos, concessos et

indultos esse, sicut ex literis praedictis et Concilio Florentino apparet, et ex instituto Collegii Graecorum Urbis nostrae, necnon aliorum de ritu huiusmodi servando, sicut accepimus, iuramentum praestant, apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus et declaramus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die x. Decembris MDCXV. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCLXXXIX.

Statutum super susceptione muneris consecrationis pro episcopis Ruthenis. Reg. An. XI. fol. 199.

PAULUS EPISCOPUS etc. Ad perpetuam rei memoriam. In supremo Apostolatus solio divina dispositione, meritis licet imparibus, praesidentes, ad ea libenter intendimus, per quae Ecclesiarum Praesulum, praesertim in partibus remotis agentium, commoditati et conscientiae securitati opportune consulitur.

Sane Venerabilis fratris Iosephi Archiepiscopi Kioviensis et Haliciensis totius nationis Ruthenae seu Russae Metropolitae nomine Nobis nuper expositum fuit, quod nonnulli, de quorum personis Cathedralibus Ecclesiis in partibus Russiae hactenus provisum fuit, licet iuxta ritum Graecum post Unionem eiusdem Nationis cum Ecclesia Romana ab Apostolica Sede permissum vivant, tamen ob magnam Ecclesiarum huiusmodi distantiam munus consecrationis in defectum Episcoporum eiusdem Ritus, assistentibus Episcopis Ritus Latini, gratiam tamen et communionem Apostolicae Sedis habentibus, et alias canonice susceperunt. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, id inconsulta Sede Apostolica fieri posse quidam dubitent, Nobis propterea dictus Iosephus Archiepiscopus humiliter supplicari fecit, ut desuper providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur pro nostri pastoralis officii debito, omnem circa praemissa dubitandi causam tollere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus et declaramus, promotis ad Cathedrales Ecclesias in dictis partibus existentibus, et ritu Graeco a Sede Apostolica permisso in Unione praedicta viventibus, consecrationis munus assistentibus duobus vel tribus Episcopis ritus Latini, gratiam tamen et communionem Sedis praedictae habentibus; et e contra promotis ad Cathedrales Ecclesias ibidem existentes, qui ritu Latino vivunt, assistentibus duobus vel tribus Episcopis ritus Graeci, in Unione tamen praedicta viventibus et gratiam et communionem eiusdem Sedis habentibus, munus consecrationis impendi, et ab illis suscipi, dummodo alias canonice impendatur, libere et licite posse, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die x. Decembris MDCXV. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCXC.

Reginae Poloniae depictam imaginem sñi vultus Redemptoris in Veronicae velo impressi pontifex mittit.
Reg. Brev. An. XII. ep. 137.

Charissimae in Christo filiae nostrae Constantiae Poloniae et Sueciae Reginae Illustri

PAULUS PP. V. Charissima in Christo filia nostra, salutem etc. Depictam maiori diligentia, quo fieri potuit, mittimus Maiestati tuae similitudinem Sanctissimi vultus Redemptoris nostri in Veronicae velo impressi, quod tanta cum veneratione custoditur in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, sicuti te vehementer cupere nobis significare fecisti, quam accipies a venerabili fratre Francisco Episcopo Sancti Angeli nostro Apostolico Nuncio. Distulimus autem consolari te, quia diu ambigui fuimus quomodo satisfacere huic pio desiderio tuo possimus: nam artificis opera uti non poteramus, cum tantum Canonicis illius venerabilis Basilicae pateat aditus ad eum locum, in quo preciosus thesaurus asservatur: sed ut nihil intentatum relinquerемus, quia forte inter familiares nostros, qui Canonici sunt sancti Petri, unus reperitur non omnino ignarus sciographiae, illi mandavimus, ut sedulo curaret imaginem illam sanctissimam, quoad fieri posset, delineare, quod ei admodum foeliciter divina gratia cooperante successit, ut videre poteris. Hanc autem argentea theca inclusam illi quoque in omnibus simillima qua sanctissimum Veronicae velum continetur, ut ex rudi ac simplici eius structura facile est coniicere, tibi nunc mittimus: quae ut tuto ac celeriter ad te deferretur, eam tradi iussimus religioso ac pio viro dilecto filio Damiano a Fonseca ordinis fratrum Predicatorum, venienti modo in Polonia a superioribus suis, ut renunciatum est nobis, misso, quem occasione hac Maiestati tuae amanter commendamus. Cum iucunditate audiemus munus hoc nostrum attulisse tibi solaticum, quod ex ipso tibi polliceri te intelleximus, sicuti plane confidimus. Interim ut nostrorum Pastoralium laborum memor sis in orationibus, quos Deo

ante hanc sanctam imaginem fundes, optamus, et Maiestati tuae cum omni charitatis affectu benedictionem nostram Apostolicam impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris VII. Idus Septembris MDCXVI. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CCXCI.

Pontifex regis Poloniae consilium ordinem Cappucinorum in Poloniam introducendi laudat. Reg. Brev. An. XII. ep. 300.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Succiae Regi Illustri.

PAULUS PP. V. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. De pio tuo desiderio introducendi in Regnum tuum ordinem dilectorum filiorum fratruum Cappuccinorum certiores facti a Maiestate tua literis, quas nobis reddidit dilectus filius pius ac Religiosus Sacerdos Valerianus Magnus eiusdem religionis frater, et ex ipsius sermone magnum sane solatium in Domino caepimus. Ut eidem Valeriano respondimus: agetur serio de hoc negocio in generali Capitulo anno sequenti celebrando, et quanti fieri poterit, curabitur, ut tibi satisfiat. Pietatem ac prudeutiam, qua simul Dei cultum et subiectorum tibi populorum salutem quaeris, summopere laudamus, et Maiestati tuae retributionem a Domino pro religiosi tui zeli merito ex animo precamur, et benedictionem nostram Apostolicam peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris VI. Kalendas Iunii MDCXVII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

PONTIFICATUS GREGORII PP. XV.

CCXCII.

Pontifex Cosmum de Torres archiepiscopum Adrianopolitanum novum in Polonia nuntium apostolicum regi commendat. Reg. Brev. An. 1. ep. 15.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Succiae Regi.

GREGORIUS PP. XV. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quoties paternae nostrae sollicitudinis oculos per vastissimas terrarum regiones Christo Deo subiectas circumferimus, lachrymas ex iis haud sane difficulter exprimunt afflictae Religionis pericula, vitiorum foelicium turba, ac oppressae virtutis calamitas deploranda. Verum non ita male agitur cum rebus humanis, ut certissimis etiam non perfruamur Divinae misericordiae argumentis. Consolamur plane non mediocriter, cum ex feracissimo tuo Poloniae Regno tam uberem virtutis proventum colligere possimus. Id enim belli artibus, literarum studiis, et pietatis gloria florere, benedicentis Dei beneficium est, et Maiestatis tuae decus, quae tot viros pietate insignes isthic aut foeliciter aut humaniter tuetur. Quin etiam misericordiarum patri gratias agimus, cum te idoneum delegerit, quem Religionis patronum atque haeresis domitorem in extremis istis Christiani Orbis provinciis constitueret, ne Ecclesiasticae vineae sepes contra bestiarum populationes et impiorum latrociuia deesset, ut domum Israel murus aeneus contra hostium irruptiones firmissime communiret. Proinde si Maiestas tua Nos Catholicae Religionis, cui miserente Deo licet immerentes in Apostolica Sede praesumus, amatores arbitratur, facile coniicere potest, qua te, Charissime fili, paterna charitate complectamur. Huius quidem indicii ac benevolentiae testem nostrumque negotiorum interpretem istuc legamus Venerabilem fratrem Cosmum Archiepiscopum Adrianopolitanum, Praelatum nostrum domesticum et assistentem, ut Apostolici Nuntii munere apud Maiestatem tuam perfungatur. Eius fidem tanti facimus ut non secus, ac Nobis ipsis loquentibus ei credi postulemus, atque obnixe te rogatum volumus, ut praesulem hunc generis nobilitate et virtutis splendore clarissimum patrocinio tuo humaniter tuearis. Virum enim Regiae tuae Domui addictissimum benevolentiae tuae gloria illustraveris, atque ille, te suffragante, facilius publicam causam agere et Sedis Apostolicae iura

propugnare poterit, quibus aut per secordiam neglectis, aut per iniuriam oppressis, Regnorum quoque fundamenta cadem pene labefacta manu concidant, necesse est. Id certe te probe intellgere declarasti, cum Regalem istam coronam non tam gemmarum splendoribus ornaveris, quam Religionis studiis desiderabilibus super aurum et lapidem pretiosum. Ut gloria ista quam diutissime perfruaris, Christianae Reipublicae interest, et votum Catholicorum est. Nos quidem eam tibi faelicitatem exoptantes Apostolicam nostram benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Iulii MDCXXI. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCXCIII.

Caesari de foedere inter Imperium et regnum Poloniae ad debellandos Turcas sanciendo pontifex gratulatur.
Reg. Brev An. I. ep. 103.

Charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Hungariae et Bohemiae Regi Illustri, in Romanorum Imperatorem Electo.

GREGORIUS PP. XV. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Sustulimus manus, ac Deo totius consolationis gratias egimus plane ex animo, ubi postremas Maiestatis tuae literas accepimus, quibus de foedere inter Romanum Imperium ac Polonicum Regnum sanciendo Nos certiores facis. Nam quantam Nobis eo nuncio laetitiam conflaveris, vel ex hoc intelligere potes. Vix in excelsam hanc Apostolicae dignitatis stationem perveneramus, cum paternae nostrae sollicitudinis oculis populos Christo servientes per universum terrarum Orbem longe lateque dispersos circumspeximus. Ingenue fatendum est, quod oblectationem afferre debuit subiectarum provinciarum spectaculum, idipsum Nos in moerorem coniecit, atque animis fere cecidimus. Heu quas bellorum minas, quas seditionum faces, quae discordiarum semina vidimus! desertores haeretici pluribus in locis nefaria arma sumpserunt, quae in Catholicae Religionis iugulo defigant, Christiani Orbis raptores Turcae finitimis Regnis captivitatem, totique Ecclesiae excidium meditantur. Cernebamus Italiam non bene quiescentem, Gallias depraeliantes, dubiam Ungariam, Polonos armatos, Germaniam sibi dissidentem, ac diversorum bellorum aut furiis agitatam aut formidine suspensam: prorsus omnes infernorum cohortes per Europam impotenter debacchari, ac publicae tranquillitatis firmamenta funditus excindere velle videbantur. Cum autem eo Nos loci pervenisse sentiremus, ut nulla arma in Catholicos Principes stringantur, quin eadem paternae nostrae charitatis viscera vulnerent, facile coniicere potest Maiestas tua, quo dolore in ea cogitatione defixi cruciaremur. Neque enim ita confidentes sumus, ut tam graviter aegrotanti Christianae Reipublicae corpori humanis consiliis mederi Nos posse existimemus. Meminimus tamen Nos licet meritis impares eius Dei vicem gerere, qui verbi unius vi procellarum furentes impetus aliquando repente compescuit, et perduelles impiorum mortalium copias tam facile profligare potest, quam celeriter arentes stipulae a ventorum flabris immitibus rapiuntur. Ad hanc igitur invictae fortitudinis turrim confugimus, eoque causam nostram propugnante, neque hostes insultantes perhorrescimus, et tandem de Catholica Republica non desperamus. Assiduis autem precibus Divinae mentis imperium exploravimus, ut in eo Nobis itinere praeluceret, quod esset maxime opportunum expediendae saluti; atque demum re diutius pensitata Christianorum Principum concordiam unum ac praesens esse imminentibus malis remedium intelleximus. Proinde eos pro nostra pastorali authoritate cohortati decreveramus, ut privatis rationibus posthabitis omnes consociatis consiliis viribusque in unam tandem verae Religionis defendendae sententiam conspirarent, Maiestatem vero tuam primum, ut par est, allocuturi eramus, cuius pictati et virtuti Orbis imperium permissum esse existimamus, ut in praesenti tot difficultatum discrimine currus Israel et auriga eius habearis. Haec Nos saepissime meditantes existima, quo gaudio perfunderit dilectus filius Nobilis vir Albani Princeps, cum Maiestatis tuae literas reddidit, quibus te nullum hortationi nostrae locum reliquisse perspeximus. Plane in hac tam opportuna voluntatum nostrarum conspiratione eximium miserentis Dei beneficium agnoscimus, qui gementis Ecclesiae luctuosis vocibus motus ab ea in barbaros aeternae veritatis hostes flagella iracundiae suae agere velle videtur. Nos igitur consilium tuum summopere laudantes, Charissimos in Christo filios nostros Europae Reges coeterosque Principes cohortabimur, ut tibi publicae salutis et dignitatis vindici opitulentur, et profecto quam Nobis Deus mentem indidit, eamdem ipsis non defuturam speramus, cum haec aetas satis quidem hoc nomine gloriosa Catholicos Principes tulerit, qui Deo docente probe intelligant, Regnorum suorum fundamenta confirmari, dum Apostolicae Sedis aut iura propagant, aut monitis obsequuntur. A Nobis autem tamquam

a patre amantissimo omuia officia, studia, operam industriamquc expecta, et confortare in Dño. Omnino enim sperandum est, Charissimc fili, Christo duce, Pontifice cohortante, postulante Imperatore et tota Christiana Republica suffragante, veniet tandcm dies ultionis, et qui Domini indulgentis mansuetudinem scelere furentes despexerunt, eius indignatiouem in populorum fidelium victoriis pavorc consternati formidabunt. Maiestati tuae Apostolica authoritate itcrum bcnedicimus, qui gloriae tuae faventes Nos commuui Catholicorum dignati consulere arbitramur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die ultima Iulii MDCXXI. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCXCIV.

Pontifex regi Poloniae de bello contra Turcas suscepto gratulatur, eique subsidium pecuniarium ad hoc pollicetur. Reg. Brev. An. I. ep. 124.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Gregorius PP. XV. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Duplici uomine eum Maiestas tua Nobis Pontificatum Maximum gratuletur, quod eum forc speret et Regiae domui peropportunum et toti Christianae Reipublicae salutarem, illud facile praestabimus, ne umquam tui amantiorem Pontificem desiderare queas, alterum polliceri non audemus, cum ad propulsanda tot afflictae Religionis pericula non voluntas tantummodo requiratur, sed maximarum virtutum vis, potentiae robur, iisque quaedam divinitus adiuncta foelicitas. Quod de Nobis promittere possumus, paterna nostra sollicitudo atque industria publicis rationibus uon dcerit: coeterum miserentis Dei auxilio freti cam assiduis precibus periclitanti Ecclesiae conciliarc conabimur, qui ad comprimendam Aegyptii Pharaonis temeritatem non cruoris sitientes tygres, non leones dentibus metuendos, sed inermia locustarum agmina aliquando coegit. Sane quocumque mentis nostrae oculi incidunt, uberrimam moeroris segetem inveniunt. Nam aut latentia discordiarum semina pullulare comperimus, aut haereticos nefariis armis Catholico nomini bellum inferentes, aut Turcas immanitate barbaros Christiano Orbi excidium meditantes. Vivit tamcn ultionum Deus, quo minante columnae coeli contremiscunt, et montium fundamenta prae formidiue concutiuntur. Is autem Ecclesiasticam uaviculam agitari quidem procellis aliquando patitur, sed numquam demergi sinit: neque huic aetati Principes desunt pictatis studio insignes, armorumque robore formidolosi, qui tantae se tempestati obiicere non timeaut. Quod cum dicimus, nccesse plane est, Maiestati tuae reminiscamur, quam militari gloria clarissimam Deus cxercituum in ista statione hostibus proxima constituit, ut ibi praestantior virtus pro salutc publica excubaret, ubi graviora pericula metuerentur. Angimur profecto cum provinciis tuis tantam Turcici belli molem impendere meditamur: te enim omni foelicitate florentem viderc cupimus: tamen dolori nostro, qui tua causa augetur, tu idcm solatium affers. Speramus enim Deo duce ac Rcgia virtute tua dimicante barbaros hostes nihil aliud forc, quam cxercitationem fortitudinis tuae et insignium triumphorum matcriam. Sane tum Regnorum tuorum causam a nostris rationibus non csse seiunctam intelligamus, decrcvimus tibi pecuniariis subsidiis opitulari, quae etsi minora videbuntur, quam vellemus, largiora tamen erunt, quam per Apostolici aerarii angustias vix his temporibus possumus. Quod uberius coram declaravimus dilecto filio Achacio Nuntio tuo, quem testem paternae nostrae in Maiestatem Domumque tuam benevolentiae csse volumus. Eum quidem tamquam tuae voluntatis interpretem libcntissime audivimus, atquc illc morum clegantia ct rcrum agendarum peritia ita amorem nostrum promeritus est, ut eum Apostolicarum literarum testimonio commendandum duxerimus Maiestati tuac, cui nostram benedictionem iterum amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die septima Augusti MDCXXI. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCXCV.

Pontifex regis studium instaurandae monasteriorum disciplinae laudat. Reg. Brev. An. I. ep. 209.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Gregorius PP. XV. Charissimc iu Christo fili noster, salutem etc. Ad profligandos humani generis hostes, qui perpetuum contra animos nostros bellum implacabili odio gerunt, non aggeres exstruendi, non legiones conscribendae, sed arma salutis capienda sunt, quibus corum impetum eludamus, nec antc deponenda, quam spei nostrae finem coelestibus Regnis comparatis imposuerimus. Quod cum viri sanctitate praecipui iampridem iutellexerint, arces quasdam religioni extruxerunt, ubi arma haec dies noctesque cudcrentur, et homines uni se pietati devovcntes vigilanter prorsus pro communi Chri-

stianae Reipublicae salute excubias agerent. Has quidem, nemo est, qui non intelligat, Monasteria esse, quae sanctimoniae domicilia et Religionis propugnacula haberi par est. Quare eximiis laudibus Maiestatem tuam prosequimur, cum te ad eorum aedificia iustauranda et severiorem disciplinam restituendam animum serio adiecisse acccperimus. Quod cum per eos praestiteris, quibus ea de re ius erat, non miramur, consiliis tuis misericordiarum Patrem adeo favere, ut nunc Regiae pietatis tuae oculos vigens in claustris religio plurimis sanctitatis exemplis oblectare possit. Pergc, Charissime fili, et qui in pace et in bello tot eximiis beneficiis Rempublicam Christianam afficis, Divinae bencvolentiae munimentis Regna, quibus volentibus imperas, tibi natisque tuis confirma. Nos quidem Maiestati tuae Apostolica semper authoritate suffragabimur, atque quantum per Nos licuerit, operam dabimus, ut in Poloniae Regno felices habeantur, quos in Regiam tuam clientelam receptos esse testaris. Interim Maiestatis tuae petitioni annuentes Nuntio nostro mandavimus, curet diligenter, ne Monasteria illa, quae Episcoporum ditioni Apostolica authoritas exemit, sua privilegia negligi conquerantur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die VIII. Septembris MDLXXI. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCXCVI.

Regi Poloniae de victoria a Turcis ac Tartaris relata pontifex gratulatur, eumque ad bellum contra Sudermaniae principem fortiter gerendum hortatur. Reg. Brev. An. II. ep. 1.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

GREGORIUS PP. XV. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Fortitudo Maiestatis tuae, et laus tua Dominus, et factus est tibi in salutem. Docuistis plane Poloni victores pro iis exercituum Deum propugnare, qui Regnorum fundamenta Christianae Religionis veritati communiunt. Quo abiere Thracii illius Pharaonis voces gloriosae, qui tamquam testamento legatum sibi a Maiestatibus suis universum terrarum orbem obtineret, sacrilegis armis eius se possessionem adicturum esse clamitabat? Qui cathenatos Reges, templa fumantia, vastitatem provinciarum iuvanili temeritate ebrius somniabat, nunc ipsa calamitate doctus copias suas profligatas ab exigua Poloni exercitus parte, gloriamque Turcici terroris in pulverem istic conversam lamentari cogitur. Regna terrae cantate Deo, Dominus exercituum nomen illi, cui dum stipendia facitis, nolite Turcarum Tartarorumque ferociam, neque universam sedibus suis excitam Asiam pertimescere. Quid est tibi Mare, quod fugisti? abierunt in sicco flumina, et incondita illa barbararum nationum colluvies, quae patentibus Poloniae campis diluviem meditabatur, nunc suo se alveo continet, turpemque pacem honestae morti antetulit. Defendit plane dilectissimus filius noster Vladislaus in una Valachia Christianum orbem: eique Nos ex hac Sede Coelo proxima benedicimus, et universa Europa beneficium debet, de quo nulla unquam aetas conticescat. Sed profecto quanti sit in Christiana Republica Maiestatis tuae et Poloni exercitus virtus, satis pax ista declarat invitis fere omnium Principum auribus animisque accepta. Omnino si Turcarum copias ex innumeris regionibus collectas, eiusque Tyrannidis vim expendamus Regnorum direptione, atque Orientalis Imperii excidio commemorabilem, Polouiam vero contemplemur nullis ferc arcibus muuitam, finitimorumque haercticorum aut armis aut insidiis assiduc conflictatam, fatendum est, insignem vos de barbarorum fortitudine triumphum egisse: expressa enim confessio est a potentissimo hoste se victum esse, cum eum ad pacem petendam vestrae virtutis terror adegit, tamen eam spem in Maj. tuae, Regnorumque tuorum in Christiani Principes constitueramus, ut pace ista arbitremur victoriarum tuarum cursum fuisse retardatum. Si enim opima barbari hostis spolia, Deo auxiliante, in Regnum tuum reportasses, et tibi omnes Christiani Orbis provincias memorablli beneficio obligasses, et coelestibus ipsis iucundissimum spectaculum, genere humano plaudentc, praebuisses. Sed divinitatis arcana non semper hominibus in hac mortis caligine caecutientibus patefiunt. Id omnino exploratum est, Catholicam Ecclesiam Deo esse charissimam, et Christiani nominis gloriam dc barbarorum omnium impietate triumphaturam. Si enim ascenderit Babylon in Coelum, et firmaverit in excelso robur suum, a me vènient vastatores eius, ait Dominus. Tanta gloria ut virtutem Maiestati tuae ac Principis Vladislai illustrare his temporibus velit, ab eo assiduis precibus contendemus. Aequum enim est Romanos Pontifices tantorum Principum laudibus favere, in quorum pietate firmissimum Catholicae Religioni praesidium est in Aquilone, ubi tenebrarum Princeps solium suum constituere iamdiu conatur haereticorum auxiliaribus armis communitus. Quam vobis contra Turcas victoriam virtus vestra peperit, eamdem, ut speramus, contra perduellem Sudermaniae Tyrannum propediem comparabit. Perge, Charissime fili noster, de Christiana Republica bene mereri, atque cum

Regnorum propugnacula Dei benevolentia et Sanctorum patrocinio melius custodiri intelligas, quam legionum robore, existima, te maius a misericordiarum Patre beneficium accepisse, cum animum istum tibi dedit omni imperio maiorem, quam cum te nobilissimis istis provinciis Regem praefecit. Coeterum eum ob pecuniarum subsidium Nobis gratias agit Maiestas tua, dignum charissimo filio animum agnoscimus, qui Nos etiam ultro vocet in suae gloriae societatem. Exiguum est id, quod praestitimus, tamen nostri aerarii angustiae faciunt illud non leve argumentum Pontificiae charitatis. Angimur profecto, ubi aera militaria aut parce dependere, aut negare omnino cogimur Maiestati tuae, sed necessitati cum inviti pareamus, debes semper pro tua in Nos pietate paternam voluntatem nostram aequi bonique consulere. Quantum autem doleamus iis nos opibus modo destitutos esse, quibus cum Maiestate tua possimus contra perduelles in Livonia militare, uberius intelliges a Venerabili fratre Cosmo Archiepiscopo Adrianopolitano Nuntio nostro Apostolico. Ei autem perinde ac Nobis ipsis credere poterit Maiestas tua, cui Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XIX. Februarii MDCXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCCXVII.

Pontifex archiepo Gnesnensi patres Franciscanos Bernardinos dictos commendat. Reg. Brev. An. II. ep. 3.

Venerabili fratri Laurentio Archiepiscopo Gnesnensi.

GREGORIUS PP. XV. Venerabilis frater, salutem etc. Ea multorum sermone de Fraternitatis tuae ingenio atque pietate ad Nos quotidie perferuntur, ut qui in claustris commorantes benevolentiam tuam promeriti sunt, illos omnino ad Coelum pietatis via grassari existimemus. Neque enim Praesul, cuius virtutem Ecclesiastici ordinis ornamentum esse Polonia testatur, id umquam committeres, ut aliena peccata tibi exprobrari possent. Quare gaudemus tantam in Polonia Bernardinorum fratrum sanctitatem efflorescere, ut in iis omnino vivere testeris Seraphicum illum Franciscum Italiae decus, et Christianae Reipublicae praesidium. Sane patronum illi te nacti sunt, cuius suffragatio apud Nos semper erit et potens et gratiosa. Te enim non solum diligimus Apostolicae dignitati diligenter inservientem, sed magni etiam facimus insigni eruditionis laude ac pietatis studio commendatum. Quid autem in ea Franciscanae familiae causa faciendum censeamus, cognoscet Fraternitas tua ex Nuntio Apostolico, cui sententiam nostram uberius explicavimus. Caeterum scito, tunc Nos gaudio maximo cumulari, cum Religiosorum hominum Conventus in istis Regnis Christianae poenitentiae gymnasia, et Catholicae Religionis arces esse accipimus. Cuius solatii ut pastorali nostrae sollicitudini copiam Polonia diu praebere possit, vehementer optamus, ac Fraternitati tuae Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XIX. Februarii MDCXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCXCVIII.

Regi Poloniae pontifex, ut unionem Ruthenorum contra molitiones Schismaticorum tueatur. Reg. Brev. An. II. ep. 43.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

GREGORIUS PP. XV. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Russia Schismaticorum Graecorum portenta nutriens, et venenata variarum haeresum monstra progignens, etsi Apostolicae auctoritatis Deique Omnipotentis indignationem commerita saepius est, nostrae tamen charitatis viscera flectit ad misericordiam. Neque enim cor lapideum Nobis est, ut tot filios quamvis desertores in aeternae mortis voraginem ibi quotidie corruentes siccis oculis prospicere possimus. Quare pereuntium animarum gemitus et debacchantium Daemonum clamores dum tanta locorum longinquitate disiuncti audimus, non sane possumus tanquam sopiti gubernatores furente Oceano dormire, neque dicere: Verberaverunt nos, sed non doluimus, triverunt nos, sed plane non sensimus. At enim quamvis ea Nos Dominici gregis iactura, supra quam dici potest, excruciet, non ideo tamen adhibemus in consilium cogitationum nostrarum desperationem. Deo enim servimus, qui non solum errantes in viam salutis reducere, sed tumulos quoque aperire potest, et de sepulchris educere populum suum, et inducere illum in terram Israel. Tum autem Catholicam Ecclesiam non mediocriter Maiestatis tuae pictas solatur, cui non minorem cloquia Domini, quam opima profligatorum hostium spolia laetitiam pariunt. Cum enim ea provincia ad Poloni Regis ditionem pertineat, speramus Maiestatis tuae auctoritate adnitente haud difficulter ibi aditum patefieri posse B. Petro sacrum imperium suum in eas regiones propagare cupienti. Neque etiam desunt in iis haeresum syrtibus aliquae tanti naufragii tabulae, quae nostros et Coelestium oculos delectent:

reliquiae scilicet Catholicorum, quorum a dextris Dñus est, ne de sententia dimoveantur, quibusque potior est animarum salus, quam divitiarum gloria. In his nomen suum profitetur Venerabilis frater Iosephus Archiepiscopus Chioviensis, eiusque dicto audientes Rutheni Monachi, qui sancto Basilio nomen dederunt. Scimus quot periculis assidue in Russia ii conflictentur: sed in medio umbrae mortis ambulantes, mala tamen non timent, quippe cum quibus Dominus exercituum est: quin vitam pro divini cultus incremento et Apostolicae Sedis authoritate devoventes, sibi amplissimas in Orbe terrarum dignitates tum videntur assequi, cum digni habentur, qui contumeliam pro Iesu Christo patiantur. Tanta autem vis charitatis est, ut non sibi unis consulant, sed gladium illum ancipitem, quod est verbum Dñi distringentes furentium luporum rabiem non formidant, ut ex eorum faucibus Christi oviculas eripiant, easque ad Catholici gregis caulas reducant. Iam pridem novimus, quo Christianae pietatis studio curet Maiestas tua negotium id, et Regio uomini gloriosum et animarum saluti necessarium: nempe ut aliquando Rutheni Graecam impietatem abnegantes Sacramentum dicant Romanae Ecclesiae, apud quam est fons vitae, cuiusque lumine gentium tenebrae divinitus illustrantur. Proin laudare potius, quam hortari debemus Maiestatem tuam. Sed enim Schismatici vetus Reipublicae Christianae pestis, et opprobrium generis humani implacabili odio Catholicum nomen prosequentes, arcus suos semper parare dicuntur, ut sagittent in occultis immaculatos. Ut igitur aliquod Ruthenis Catholicis beneficium Pontificatus noster afferat, his litteris Maiestatem tuam rogamus, ut Regali patrocinio magis magisque communias Venerabilem fratrem Archiepiscopum Chioviensem Ruthenosque Monachos sancti Basilii, velisque ea in re praecipuum euitere charitatem Regiae authoritatis tuae, quam Religionis praesidium, et bonorum perfugium in Septentrione esse Romana Ecclesia arbitratur. Regnorum suorum fundamenta Apostolicae ditionis propagatione firmabit, ac Pontificiam sibi benevolentiam obligans singularem a Deo Coelitibusque omnibus gratiam inibit Maiestas tua, cui Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXVIII. Martii MDCXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCXCIX.

Metropolitae Ruthenorum pontifex significat procuratores suos ad visitanda limina apostolorum a se exceptos fuisse, condoletque de insidiis a Schismaticis sibi structis. Reg. Brev. An II. ep. 44 et 45.

Venerabili fratri Iosepho Archiepiscopo Chioviensi.

GREGORIUS PP. XV. Venerabilis frater, salutem etc. Interest Catholicae Religionis Fraternitatem tuam ex ista statione in praesentia non decedere: gregis enim tibi concrediti pericula non sinunt Pastorem suum in longinquas regiones abire. Quare libenter passi sumus, te ad sacra Apostolorum limina de more visitanda accessisse per procuratores tuos dilectos filios Nicephorum presbyterum, et Cyprianum diaconum Religiosos Monachos ordinis sancti Basilii. Eos cum satis amplo virtutum commeatu in Russiam redeuntes Apostolica benevolentia prosequimur, ac testes esse volumus Fraternitati tuae, quantum Nos Ruthenae Ecclesiae pericula sollicitent. Sed tamen Deo totius consolationis gratias agimus, qui afflictae in istis provinciis orthodoxae Religioni satis firmum praesidium constituit in pietate atque constantia Fraternitatis tuae, cui Apostolicam benedictionem permanter impartimur, coelestia tibi auxilia assiduis precibus comparantes. Datum Romae apud S. Petrum etc. die II. Aprilis MDCXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Venerabili fratri Iosepho Archiepiscopo Chioviensi.

GREGORIUS PP. XV. Venerabilis frater, salutem etc. Quod Nobis ad summum Apostolatus fastigium evectis debitae obedientiae obsequium defert Fraternitas tua proprio et sex Episcoporum Ruthenorum nomine, id libenter equidem excipimus: sed enim vero Pontificatus nostri memoriam cupimus in istis regionibus insigni publicae tranquillitatis accessione, et divini cultus incremento commendari. Ne existimet Fraternitas tua unius urbis moenibus animum nostrum concludi sollicitae charitatis stimulis assidue percussum. Neque eo solum modo cogitationes nostrae advolant, ubi Nos christianae Reipublicae foelicitas oblectet, sed in Russiam fuitimasque provincias frequentissime divertimus, paternae sollicitudinis excubiis eum gregem diligentius lustrantes, quem gravioribus odiis concilium malignantium obsedit. Scimus quibus insidiis ac miseriis non ita pridem conflictata fuerit vita Fraternitatis tuae: sed Nobis earum calamitatum cogitatione moerentibus solatium aliquod affert pietatis tuae constantia, animusque ille tuus mundi contemptor, qui se opesque omnes pro Catholicae Religionis diguitate devovit.

Gaude, Venerabilis frater, tuo isto tam excellenti bono, fruere tam praeclaro divinae benevolentiae argumento, quae te dignum existimavit, qui contumeliam pro Iesu Christo patereris. Te enim quasi ducem nullis periculis deterritum in ea statione locavit, ubi perpetuae hostium insidiae praebeant fortitudini tuae materiam triumphorum. Pateris quidem iniuste, quae Schismatici contra salutem tuam quotidie moliuntur. Neque enim solummodo venenum aspidum in labiis eorum delitescit, sed arcum sacrilegis manibus paraverunt, ut gladiis ac vi earum impietatum portenta defendant, quae disputationibus ac veritate tueri non possunt. Verum ut B. Petri, cuius vices gerimus, verbis utamur, quae tandem gratia foret, si peccantes et colaphizati sufferetis? sed si benefacientes patienter sustinetis, haec est gratia apud Deum. Eiusmodi cogitatione Fraternitas tua coeterique sex Episcopi Rutheni armentur, atque assidue mementote, quae vos acternae beatitudinis praemia maneant, stipendia exercituum Deo constanter facientes. Apostolicam benedictionem Fraternitati tuae aliisque Episcopis peramanter impartimur, ac Patrem misericordiarum oramus accuratissime, ut eximat frameam suam e manibus inimicorum suorum, dilectosque filios Ruthenos scuto bonae voluntatis coronatos coelestibus beneficiis ornet, Schismaticos vero sub Romanae Ecclesiae ditionem redigat, atque inferorum Tyrannorum servitio liberatos in libertatem asserat filiorum Dei. Coeterum Pontificium vobis patrocinium nunquam deerit, quibus ut Regia authoritate Charissimus filius noster Poloniae Rex diligentissime suffragetur, ab eo Apostolicis litteris nuper petiimus, ut hoc saltem charitatis nostrae argumento Fraternitatem tuam in praesentia consolemur. Datum ut supra.

CCC.

Pontifex Ant. F. M. Ceriolum ad comitia Poloniae nuntium apostolicum missum regi commendat. Ibidem ep. 225.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Gregorius PP. XV. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Corona perfecti decoris eorum Principum capiti foeliciter haeret, qui sibi genus humanum illustribus beneficiis obligare possunt. Neque enim tantum habent aut voluptatis aut gloriae invidiosa illa cognomenta, possessor provinciarum et divitiarum Dominus, quantum ea, parens Reipublicae et communis foelicitatis author. Verum si id beatissimum est in Regno de mortalium incolumitate gloriari, quanto praestabilius erit coelites ipsos studiis pietatis demererc? Sanc Regnum Coelorum, quo nomine Catholica Ecclesia censetur, tueri et propagare ii Principes dicuntur, qui sacerdotis iura et Religionis ditionem amplificant. In tanta gloriae possessiouem iampridem pervenisse Maicstatem tuam, plaudentis Europae vox et historiarum fides testatur. Quid autem in postcrum acturus sis potentissimus Orthodoxae veritatis propugnator, haud difficulter Catholicorum vota vaticinantur: Tui enim se semper consimilem fore sperant. Nos autem publicam expectationem secuti, et perspecta religione freti Maiestatis tuae, omnia fausta ac foelicia in proximis Regnorum istorum Comitiis audemus Ecclesiastico Ordine polliceri: neque te regnante aut malignantium concilia, aut Sathanae insidias pertimescemus. Scimus quidem fremere gentes, et populos aliquos inania istic meditari, qui in illo Polonorum Principum conventu sacerdotes templi, et Christos Domini veteribus ornamentis atque haereditate sancta spoliare conabuntur. Sed domui Israel non dcerit clypeus fortitudinis et turris David, dum Maiestas tua rerum potietur, ne hanc Romanae Ecclesiae spem fallas, scimus a te operam datum iri diligentissime. Porro autem quam anxiis curis pectus nostrum impleverit tanti negotii gravitas, uberius Maiestati tuae testabitur dilectus filius Antonius Franciscus Maria Ceriolus, qui tibi has litteras reddet, et mandato nostro Apostolicae authoritatis causam diebus illis Comitialibus aget. Ei ergo, quem Nobis litterarum studia et rerum usus tantis negotiis parem probarunt, eamdem quam Nobis fidem habere poterit Maiestas tua, cui Apostolicam benedictioncm peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die III. Decembris MDCXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCCI.

Eundem regem et ordines regni Poloniae pontifex adhortatur, ut Ruthenos catholicos contra atroces Schismaticorum et Cosaccorum persecutiones tueantur. Reg. Brev. An. II. ep. 349.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Gregorius PP. XV. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Genimina viperarum in Russia non delitescere modo, sed crudeliter etiam saevire moerentes accipimus. Quare etsi ibi de Catholica Religione desperare non debemus freti exercituum Deo, qui dentes peccatorum conteret in ore

ipsorum: tamen non possumus iniquissimam Ruthenorum Catholicorum conditionem non lamentari. Intelleximus, quo Cosaccorum furentium sacrilega temeritas processerit, quae barbarae inhumanitatis vestigia in templorum direptione et caede Sacerdotum reliquerint. Nunc autem tantam inesse impietati audaciam accipimus, ut perfidiam saevitiamque suam authoritate Regia armare conentur, ac se iure facere posse contendant, quod per summum nefas machinantur, facientes fortitudinem suam legem iniustitiae. Scimus quidem, quam constanter Maiestas tua Ruthenae Unionis causam propugnaverit, quantumque sit Catholicae fidei in tua pietate praesidium, gratiasque tibi ob id agendas potius esse, quam cohortationes scribendas a Vicario Dei Omnipotentis censemus: tamen quo toti Septentrioni exploratum sit, Ruthenum illum gregem, quem ex Schismaticorum luporum faucibus ipse Pastor bonus eripuit, pastorali nostra sollicitudine custodiri et Pontificio patrocinio protegi, hortamur Maiestatem tuam, ut quoad fieri poterit, temerarios impiorum conatus infringas Regia potestate, et Christiana constantia conculcans leones et dracones. Nil certe in iis regionibus Rutheni Praesules Uniti desperabunt, duce et patrono tanto Rege, cui coniurata nuper Tartarorum Turcharumque colluvies exercitatio fortitudiuis fuit, et materia triunphorum. Tuam vero opem praccipue implorat Venerabilis frater Iosephus Archiepiscopus Chioviensis, quem certe si pro Ruthenarum ovium incolumitate in medio luporum excubantem favore tuo armaveris, aggeres salutis et fortitudinis turrim in iis provinciis extruere videberis, cuius praesidio se a Schismaticorum rabie Catholici defendant. Quod cum certissime speremus a Maiestate tua, non desistemus coelestia tibi auxilia accuratissimis precibus parare. Negotium hoc gravissimum Venerabilis frater Ioannes Baptista Episcopus Nolanus, Nuntius Apostolicus, uberius nostro nomine tecum disseret. Ei ergo fidem habere poterit Maiestas tua, cui Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXVIII. Ianuarii MDCXXIII. Pontificatus nostri Anuo Secundo.

Venerabili fratri Archiepiscopo Gnesnensi.

Gregorius PP. XV. Venerabilis frater, salutem etc. Sacerdotum caede et templorum direptionibus accepimus non ita pridem in Russia Schismaticorum Cosaccorum nobilitatam esse crudelitatem, qui non solum armis et terrore salutaria Ruthenae Unionis vincula dirimere, sed disceptationibus etiam et iudicio dissuere cupiunt. Scimus, Poloni Regis pietatem clypeum Religionis et Catholicorum propugnaculum semper fore: neque Romanam Ecclesiam latent illa Regalis constantiae trophaea, quae certe in Septentrione clarissima illa erexit, dum nullis periculorum minis exterritus, nihil se Schismaticis auxilia pollicentibus concessurum esse nuper professus est, quod Dei gloriam et fidei dignitatem imminuat. Tanto Principi praeclare semper de Christiano nomine merenti cupimus adesse consilia fraternitatis tuae, iisque securitatem et salutem a Ruthenis Unitis deberi. Quare pro tua pietate enitere, ut authoritas tua iis sit murus aheneus, et columna fortitudinis, qua labentes illorum res fulciantur. Nos certe plurimum demerueris, si conatibus suffragaberis Venerabilis fratris Iosephi Archiepiscopi Chioviensis, quem pro immensi illius gregis incolumitate laborantem Pontificio patrocinio et Regio favore communiri cupimus. Negotium hoc gravissimum nostro nomine tecum aget Venerabilis frater Ioannes Baptista Episcopus Nolanus Nuntius Apostolicus. Ei ergo fidem habere poterit fraternitas tua, cui benedictionem nostram peramanter impartimur. Datum Romae etc. ut supra.

CCCII.

Pontifex gratulatur regi Poloniae de victoria a Turcis et Tartaris relata, promittitque diem 10. Octobris anni elapsi memorialem huius triumphi diem solemnibus orationibus celebrari facere, quod etiam peculiare diplomate episcopis Poloniae faciendum iniungit. Reg. Brev. An. III. ep. 126 et 127.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Gregorius PP. XV. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Victoriarum gloria claritudinis suae splendore ita aliquando triumphantium occaecavit, ut nonnulli reperti sint Imperatores, qui profligatis hostibus se ex hominum numero exemerint, atque humanae conditionis oblitos Deorum conciliis temere inseruerint. Quare non minorem palmam ii Principes adipiscuntur, qui de suis cupiditatibus, quam qui de hostilibus legionibus triumphant. In tanta laudis possessionem omnium nationum voces et pontificiae authoritatis testimonium deducere debet in praesentia Maiestatem tuam, quae a clarissimis victoriis, atque trophaeis sui ipsius contemptum et christianae humilitatis sapientiam dedicit. Immanissimum Tyrannum, qui ex Orientis et Septentrionis latibulis universam pene barbariem in Regnorum tuorum exitium exciverat, fugere docuisti foedas pacis conditiones petentem, liberasti Christianam orbem sacvissimi

belli formidine, Te Polonia foelicitatis suae statorem, Te Germania securitatis suae propugnatorem appellat. Tu tamen scientiam salutis edoctus et fortitudinis tuae oblitus Deum exercituum, Sanctosque Regnorum istorum tutelares tam insiguis victoriae auctores agnoscis. Digna est pietas haec Maiestatis tuae, quam bellator ipse omnipotens, qui dives est in misericordia, novorum semper triumphorum foelicitate remuneretur, et Christiana Respublica universa posteritati commendet ad memoriam Regalis moderationis et Polonae Religionis sempiternam. Quare literas tuas, quibus petis, ut populis istis per Apostolicam authoritatem liceat diem decimum Octobris, qui iufensissimos minantium Turcarum Scytharumque spiritus infregit, publica Religione colere, legimus, ut par erat, libentissime. Non solum autem hoc Maiestati tuae solatium et illi diei decus addi permittimus, sed eximüs laudibus pietatem tanti Regis extollimus, qui profecto dignus est, ubi ad Suetiae Regnum recuperandum victrices legiones adduxerit, ut consimile beneficium a Vicario Dei Omnipotentis quamprimum petat. Hoc autem Regio tuo nomine decus et paternae charitati nostrae gaudium non solum cupimus, sed etiam speramus, freti iis virtutibus, quibus aeterni Regis providentia generi humano commendavit Maiestatem tuam, cui Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXIII. Iunii MDCXXIII. P. n. Anno Tertio.

Venerabilibus fratribus Laurentio Archiepiscopo Gnesnensi, coeterisque Archiepiscopis et Episcopis Regni Poloniae.

GREGORIUS PP. XV. Venerabiles fratres, salutem etc. Draco ille saevissimus, qui regnorum cadaveribus et Orientis sanguine sagiuatus, non ita pridem in patentes Polouiae campos excitam pene omnem e sedibus suis barbariem immittebat, non istis solum provinciis meditabatur excidium, sed Germaniam universam et Occidentale Imperium audaci spe devorabat. Contremuit terra, timuerunt et turbabatae sunt abyssi, quocunque ille Christiani sanguinis sitiens, tantisque stipatus Turcarum ac Tartarorum viribus gradiebatur. Neque Italia quamvis mari Alpibusque septa, cum ad vestrorum periculorum caput erexisset, formidine curavit. Intelligebat scilicet semel effractis Poloniae repugnaculis, posse a tam immani barbarorum calluvie haud difficulter eius quoque campos inundari. Iu tanta paterna charitatis nostrae sollicitudiue, et Christianarum gentium timore exurrexerit tandem Deus exercituum, iudicans causam suam, ac Polouarum legionum pectora tantis viribus armavit, ut insolentissimos saevientis hostis spiritus contuderint, eumque ad focdas pacis conditiones petendas adegerint. Mirata est Europa universa fortissimi Regis Sigismundi et Principis Vladislai virtutem dignam profecto, quae in omnium nationum animis aeternum triumphet, Polonosque exercitus liberatores orbis terrarum ac profligatores hostium immanissimorum Christiana Respublica nuncupavit. Nunc autem vix dici potest, quibus laudibus in coelum efferatur pietas nationis istius, cum victoriam adeo illustrem non sui militis fortitudini, sed bellatoris Omnipotentis auxilio acceptam referat. Nos autem, qui in Pontificatus nostri foelicitate ponimus trophacum adeo commemorabile, amantissime benedicimus Fraternitatibus vestris istisque provinciis, Deum orantes, qui potens est in praelio, ut tam gratos Principes populosque novarum semper victoriarum prosperitate soletur. Coeterum ut flumen Tyra perpetuum erit Turcicae ignominiae monumentum, ita Polono nomini sempiterna gloria fluet. Dies autem ille decimus Octobris, qui vos calamitate, nos fortitudine liberavit, Vobis in maximo honore esse debet, atque ad aeternam divinae clementiae et Polonae virtutis memoriam propagari. Merito ergo in ea die, quam fecit Dominus, exultare et laetari Polonia cupit, eamque Sanctis Regnorum istorum patronis solemni celebritate dicare. Cum autem consilium hoc pietatis vestrae Apostolicae authoritati, ut par est, subiiciatis, non patiemur pium hoc a Nobis gaudium frustra tam religiosos victores flagitasse. Accipietis igitur Pontificium diploma, quo diem illum vobis rite celebrare permittitur. Nec vero minorem laudem promeremini, dum sacrificiis et litaniis Sanctos colere, non ludis et visceratiouibus plebem delenire decrevistis ad laetitiam vestram significandam, Fraternitates vestras singulari in Domino charitate complectimur, quarum piis precibus in iis furentium bellorum procellis Angelicas legioues e coelo evocatas credimus, quae Regui istius ditionem, et Christiani Orbis fines feliciter tutatae sunt. Cum autem furentes Turcarum Scytharumque copias istarum regionum aditu armata virtus Polonae militiae prohibuerit, operam dare debent Fraternitates vestrae, ut istorum populorum animos contra Daemonum insidias et vitiorum arma pari foelicitate propugnetis: ita enim non minus in pace, quam in bello, et perinde in templis atque in castris Poloni nominis gloria triumphabit. Quod solatium Fraternitatibus vestris ab eo precamur, quis vos selegit sacerdotes sibi, et generi humano coelestium Regnorum haereditatem Divinae bonitatis testimonio legavit. Datum Romae etc. ut supra.

PONTIFICATUS URBANI PP. VIII.

CCCIII.

Pontifex regem et proceres tam ecclesiasticos quam saeculares monet, ut in proximis comitiis iura ecclesiae et integritatem fidei viriliter tueantur. Reg. Brev. An. 1. ep. 178.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Fundamenta Orbis Terrarum Divinae legis praeccpta et Sacerdotii Iura sunt. Ea vero cum sempiternus ille Architectus iecerit, cuius digitis haec rerum universitas sustinctur, propterea sibi ruinae periculum ea Regna struere creduntur, quae Ecclesiastici Ordinis authoritatem, id est coeli ipsius ditionem impugnant. Id autem probe intelligens Maiestas tua perfecit in Septentrione, ut Poloni Regis potentia habeatur Religionis tutela et impietatis formido. Proinde eximiis laudibus Maiestatis tuae pietatem in coelum fert consentiens Romanae Ecclesiae vox, ac te, ubi Dei causa agatur, admonitore minime indigere existimat. Tamen ut exploratum sit, te iis consiliis, quibus ingenio tuo morem geris, posse etiam arctissime tibi Pontificiam voluntatem obstringere, cum tempus Comitiorum isthic adventare acceperimus, noluimus Maiestatem tuam Apostolicarum literarum cohortationibus carere. Utinam quae vota religiose nuncupas, ea solvere foeliciter semper posses: exterminaretur e regiouibus tibi subiectis machinatrix scelerum, et seditionum artifex haeresis, atque in omnibus Poloniae Regnis custos generis humani Apostolica authoritas iustissimum Regnum gereret. Nos quidem Deum accuratissime orabimus, ut Regales curas Maiestatis tuae tam exoptata istorum populorum foelicitate consoletur. Tu vero da operam, ut Ecclesiastici Ordinis iura in proximis Comitiis defensa contra politicae callidatis iusidias eam nomini tuo gloriam comparent, quam sempiternae beatitudinis triumphis Dominantium Dominus remuneratur. Agenti eiusmodi negotium Venerabili fratri Ioanni Baptistae Episcopo Nolano Nuntio nostro eamdem, quam Nobis fidem haberi cupimus a Maiestate tua, cui Apostolicam benedictionem amantissimc impartimur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die secunda Decembris MDCXXIII. Pontificatus nostri Anno Primo.

Eodem modo Archiepis, Episcopis, Senatoribus et ordini Equestri Regni Poloniae.

CCCIV.

Eundem regem Poloniae et proceres ecclesiasticos et saeculares pontifex hortatur, ut molitiones Schismaticorum et Cosachorum contra Ruthenorum unionem reprimant. Reg. Brev. An. 1. ep. 325.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Inimici nostri non dormiunt, et discordiarum pater zizania serit, ut in Ecclesiastica vinea pro frumento oriantur tribuli, et pro hordeo spinae. Par est, Nos non minore diligentia venenatos stirpes evellere et inutiles ramos amputare: sylvescerent alioquin omnes regiones, et quae Paradisus Domini esse debent, fierent paulatim seminaria venenorum et pascua draconum. Id autem quam facile in Russia contingere possit, praesentes miseriae docent. Inde enim infensa Catholicae Religionis hostis Schismatica haereesis impiorum dogmatorum monstra in finitimas provincias immittit, et nuper in Cosaccorum concilia subdole irrepens, fortissimorum militum viribus armata propugnare audet causam Satanae, et orthodoxae veritati excidium minitari. Exsurge Rex, Turcarum cladibus et impiorum odiis clarissima apprehende arma et scutum, et si publica salus id exigat, serpentem huius pestilentiae contagionem ferro etiam atque igne coerce. Quae vero a Spiritu Sancto profecta, a Romano Pontifice comprobata Uuio Ruthenorum tum insidiis, tum viribus oppugnatur, extollat tandem te defendente caput coelo gratum, sentiatque in Septentrione potentissimum Regem constitutum a Deo piae causae defensorem. Schismaticorum sodalitia illic institui, novas leges identidem contra Unitos sanciri acccpimus. Regia authoritas, quae fidei praesidium esse debet, sacrile-

gam hanc temeritatem infringat: et quoniam minas non nisi poenas armatas negligere solet impietas, quae coeli fulmina et inferorum cruciatus non timet, cura, ut Pseudoepiscopi Rutheni, qui turbas movere, et in Cosaccorum Comitiis dominari conantur, dignum tam audaci facinore supplicium ferant. Tum ille seditionum fax et facinorosorum dux Pseudopatriarcha Hierosolimitanus Regalis irae vim experiatur, suaque calamitate coeterorum exterreat audaciam. Quod etsi difficile factu videtur, quid tandem non expugnabit pictas, quam coelum tueatur et Regia authoritas armat? Certe Nicephorus ille Graecus, qui factus armiger diaboli et signifer seditionum, tot contra Ruthenos Unitos procellas in istis provinciis non ita pridem sedente Clemente VIII. excitavit, tandem deformatus aerumnis et perpetuis vinculis mancipatus docuit, non modo quam atrox, sed etiam quam misera res scelus sit. Eiusmodi exempla si crebro schismatica temeritas intueatur, non ita animos tollet, et ultionum Dominum formidare discet. Proin rogamus Maiestatem tuam, ut causam hanc omni, quo potest, studio atque potentia tueatur. Id autem facile inciperc potest, si regali patrocinio Unitos Episcopos munierit, iisque faciles aditus ad aulam et consilia patere iusserit, curabitque, ne Episcopalis sacerdotii dignitas in iis minore cultu, quam in coeteris Praesulibus colatur. Disserenti tam grave negotium Venerabili fratri Ioanni Baptistae Epō Nolano Nuntio nostro perinde ac Nobis credere poterit Maiestas tua, cuius perspecta pietas hoc Ruthenis periclitantibus praesidium, Nobisque moerentibus solatium pollicetur, eique Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die x. Februarii MDCXXIIII. Pontificatus nostri Anno Primo.

Eod. modo Archiepiscopo Gnesnensi et Epīs Vilnensi, Luceoriensi, Praemislaviensi, Chelmensi, Camenecensi et Chioviensi, Castellano Cracoviensi, Regis stabuli Praefecto, Poloniae et Lithuaniae Cancellariis aliisque quam pluribus.

CCCV.

Pontifex laudat regis Poloniae prudens consilium, quo Polocensis archiepiscopi interfectores multati sunt, ipsique unionem Ruthenorum commendat. Reg. Brev. An. I. ep. 525.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Mallemus equidem rationibus quam vulneribus medicabilia esse haereticorum ingenia: charitatem enim nostram delectaret magis gladius vagina tectus, quam infectus sanguine: tamen insanabilia membra ferro indigent, ne pestilentium partium contagione universum corpus contabescat. Hinc par est Curatores publicae salutis non semper clementiae reminisci, sed etiam aliquando severitatis. Impiorum enim supplicia exterrent eorum audaciam, qui iniquitatem sicut aquam bibunt, nec tantum praeda, quantum scelere declarantur. In eiusmodi verbis agnoscere potes laudes Maiestatis tuae, cuius iram ac iustitiam experti nuper sunt immanes Polocensis Archiepiscopi interfectores. Vitebescum enim, quod facinoris tam execrandi exemplum praebuit, dicitur nunc documentum esse Divinae ultionis et Regiae pietatis. Qui enim Civitatis illius scelus commemorabit, conqueri certe non poterit impunitate nutritam fuisse sacrilegam Schismaticorum saevientium crudelitatem. Propugnaculum in iis regionibus videris extruxisse, quod Ruthenae Unionis causam tuebitur, et eorum compescet audaciam, quos Catholicae Religionis miseriae delectant. Consilium Maiestatis tuae cum gratissimum coelo fuisse arbitremur, merito Apostolicarum literarum voce laudatur. Nos vero orabimus Patrem misericordiarum, ne Regem iuvandis subditis natum ad acerbam hanc necessitatem adduci sinat, sed potius eam mentem det Polonis provinciis, ut Regalem potius beneficentiam, quam indignationem promereantur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XI. Maii MDCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCCVI.

Regi Poloniae pontifex Polonos potius quam exteros purpura condecorandos proponere suadet. Reg. Brev. An. I. ep. 526.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Polouiae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Principum precibus in prima Cardinalium electione gratificari non possumus: neque tanta in re par est ullis sponsionis vinculis Pontificiam fidem alicui mortalium obligari: imperantis enim Numinis mandata capessere debemus, qui in Apostolicae Maiestatis solio vicariam Deo operam praestamus. Cupimus tamen aliquando (quantum Dño favente poterimus) hac etiam in re benevolentiam nostram testari Maiestati tuae, cuius potentiam esse

arbitramur non modo Septentrionis decus, sed etiam Christianae Reipublicae propugnaculum. At enim cum Romana Ecclesia nationes omnes complectatur, ex iis etiam eligi par est eos, qui suffragatione Principum in Apostolicum Senatum vocandi sunt. Ferax habetur virtutum parens Polonia: iniuriam ferme Regale indicium Regnis suis inferret, si tam saepe in alienis provinciis quaereret, quos Ecclesiastica purpura dignos censeret: quare gratum Nobis erit, te indigenis potius, quam exteris suffragari. Id autem dilectus filius noster Cosmus Cardinalis de Torres fuse declarabit Maiestati tuae, cui Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae etc. die XI. Maii MDCXXIIII. Anno Primo.

CCCVII.

Pontifex metropolitam Ruthenorum de persecutionibus a Schismaticis passis solatur, ipsique uti et reliquis epīs Ruthenis patrocinium apud regem promittit. Reg. Brev. An. I. ep. 541.

Venerabili fratri Iosepho Episcopo Chiovicnsi Metropolitae totius Russiae.

URBANUS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Monstra barbaricum scelus anhelantia et diabolicum venenum evomentia, quae per Ruthenas provincias debacchantur, non sinunt in Apostolicae Maiestatis solio conquiescere. Ad ea portenta eliminanda opus est splendore fulgurantis illius hastae, qua Princeps coelestis exercitus armatus perduelles Angelos a coelo deiectos in tenebrarum carcerem detrusit. Hominum consiliis aut viribus tanta vis non inest, ut possint de inferni legionibus et impietatis audacia triumphare. Quare ubi Nos ad hanc Sedem coelo proximam nuper Spiritus Sanctus deduxit, infausto illo gratulantium populorum plausu morentes adivimus thronum omnipotentis clementiae, flagitantes arma lucis, quibus et filios tueri et hostes coercere possimus. In Deo spes nostra collocatur, ubi ad Russiae miserias anxie charitatis oculos adiicimus. Ille enim si favens ac propitius conatibus nostris aderit, cognoscatis Rutheni Epī Romanae Ecclesiae obsequentes frustra vos Pontificatu nostro gavisos non esse: Unionis enim vestrae authoritas nostra propugnaculum erit. Porro autem euitemur, ut Schismaticos, quos iustitiae lex pacare non potest, poenae formido ab iniuria deterreat. Sollicitudinis nostrae testes et voluntatis obsides Apostolicae litterae sunt, quibus in ipso nostri Pontificatus exordio Poloni Regis ac Senatus patrocinium vobis conciliare conati sumus. Vos coelestia auxilia accuratissimis precibus parate imbellicilitati nostrae. Si enim in Ruthenis Ecclesiis Catholicam fidem de perduellium viribus atque animis triumphare audiemus, tunc merito poterit Nobis Pontificatum gratulari Fraternitas tua, cui ac coeteris Ruthenis Episcopis Catholicis Apostolicam benedictionem impartimur et Pontificium patrocinium pollicemur. Coeterum qua te benevolentia complectamur, ipsi, qui tuas litteras reddiderunt, poterunt luculenter testari. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die XVIII. Maii MDCXXIIII. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCCVIII.

Regis Poloniae sententiam de immaculata B. Mariae conceptione pontifex laudat, doletque, quod et hocce symbolum pontificio decreto nondum sancire possit. Reg. Brev. An. I. ep. 679.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Christiani Regis exemplar summa cum iucunditate perpeximus in postremis literis Maiestatis tuae, quae se foelicem longe magis putat religione populorum, quam victoriarum gloria. Domitores hostium ita aliquando potentiae reminiscuntur, ut naturae obliviscantur, et cum se nonnulli ex hominum numero exemerint, maiestate sua inferius putarunt timere Deum et coelites venerari. Superbos hosce spiritus infregit non raro ipsa foelicitas repente in miseriam versa, docuitque, quam fragili fundamento humana vis nitatur, nisi eam omnipotens dextera confirmet. At enim triumphorum gloria et tributorum copia docuit Maiestatem tuam eo religiosius exercituum Dominum colere, quo illustrioribus victoriis regiam ille fortitudinem laetificavit. Plaudimus tam piis optimi Regis consiliis, quorum testes sunt non modo res gestae, sed literae etiam scriptae a Maiestate tua. Nunc certo coelum demereris, et Regiam pietatem patefacis, cum Virgineae Conceptionis gloriam Pontificio decreto sanciri postulas. In eius clientela cum Regiam Domum et Polonos populos esse testeris, mirum non est, si illa, quae terribilis est ut castrorum acies ordinata, patrocinium suum vobis internicione hostium et foelicitatis incremento idemtidem declaret. At enim quae causae impedimento hactenus fuere, ne eiusmodi controversia dirimeretur, eaedem Nos dehortantur, ne precibus tuis annuamus in praesentia. Nondum enim Spiritus Sancti dux Pontificiae menti affulget

coeleste hoc arcanum hominibus detegens. Quare lucem hanc inaccessibilem eminus Maiestas tua veneretur, tam piae vero petitionis uberrimos fructus expectet. Quod gaudium Maiestati tuae exoptantes Apostolicam benedictionem tibi amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XIII. Iulii MDCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCCIX.

Eidem regi pontifex suadet ordinem militiae christianae a duce Nivernensi in honorem conceptionis B. Mariae ad extirpandum Turcarum imperium institutum fovere, atque apud Polonos propagare. Reg. Brev. An. I. ep. 708.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quam temeraria spe universum prope Orbem devoret Turcarum saevientium barbaries, non raro Mahometanis armis turbatus Septemtrio experitur. Gratias tamen agimus exercituum Domino, cum in Maiestatem tuam mentis oculos convertimus, sacrilega illa barbarorum colluvies, quae non ita pridem Polonis Regnis diluviem minitabatur, in exercitibus tuis sensit iram Numinis ulcisccntis, et turpi pactione vitam ab infcusis legionum victricium gladiis redemit. Tanta tamen est eorum multitudo et audacia, ut nulla Nobis quamvis firmissima praesidia satis videantur ad tyrannidis illius potentiam infringendam. Quare favemus eorum conatibus, qui vitam Religioni devovcntes Traciae temeritati excidium moliuntur. Plaudere autem debet Christiana Respublica consiliis Nobilis viri Nivernensis Ducis, in cuius sententiam si Christiani Principes irent, Othomanorum Imperio suorum procerum dissidiis laboranti ruinam praenunciare hac aetate possemus. Desperandum tamen nihil est duce Christo, qui exercituum Dominus est et concordiam mirabiliter operatur in sublimibus suis. Nunc autem ordinem Christianae militiae institutum in honorem Virgineae Conceptionis Apostolica authoritate confirmavimus et Pontificio patrocinio armamus. Plurimi autem Catholicae Religionis interesse arbitramur, si equitibus illis Regum Principumque favorem atque opem conciliaverimus. Quare Maicst. tuam, quae Septemtrionis decus et Ecclesiae propugnaculum est, rogamus, ut aliquem ex proceribus tuis pollentem authoritate et virtute seligat, qui Christianae militiae Institutor in Regnis istis sit. Res est, quam potentissimi Reges negligere hac aetate non debetis: nam quo tempore propriis viribus divellitur barbara tyrannis, existimamus non sine Divinitatis afflatu consilium eiusmodi a Nivernensi Duce captum esse. Propterea Nos mirifice Maiestas tua demerebitur, si ille ordinis huius fautorem ac patronum Polonum Regem victoriis inclytum ac religione venerandum nuncupare poterit. Disserenti negotium hoc Nuntio nostro perinde ac Nobis ipsis credere poterit Maiestas tua, cui Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die III. Augusti MDCXXIIII. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCCX.

Pontifex Vladislao regio Poloniae principi de consilio Romam veniendi capto gratulatur, mittitque ipsi Carolum Magalottum, qui eum comitetur. Reg. Brev. An. II. ep. 47.

Dilectissimo in Christo filio nostro Vladislao Sigismundo Poloniae et Succiae Principi.

URBANUS PP. VIII. Dilectissime in Christo fili noster, salutem etc. Haec patria generis humani, quae non semel armatos terrarum triumphatores vidit ad Piscatoris sepulchrum procumbentes, cum iamdiu anxiis votis te vocet, propinqua nunc adventus tui spe summopere laetatur. Cum enim indicta pridem Anni sancti et Christiani Iubilaei solemnitas credentes populos ad hoc Religionis sanctuarium convocet, iucundum coelo hominibusque spectaculum fies, Poloniae Princeps, qui Regiam iuventutem illustribus victoriis Catholicae Ecclesiae commendasti. Excitam illam ex Aquilonis Orientisque latebris colluviem Turcarum atque Tartarorum, quae toti Europae non ita pridem videbatur diluviem minitari, Romae scit Poloni Principis virtute compressam, coactamque fuisse salutem meticulosa pactione et turpi fuga redimere. Proin cogitare potes te hic Urbis amore et populorum plausu colendum, ubi fortitudinis tuae trophaea, quae Christianitatis propugnacula fuerunt, consentientibus nationum tam diversarum vocibus celebrantur. Nos vero, qui iamdiu triumphalibus nominis tui laudibus favemus, Apostolici amoris brachiis te complectemur decus Septemtrionis et fidei praesidium. Scito ergo te maxima adventu tuo Pontificiae charitati solatia allaturum, qui certe praesens cognosces, quanti apud Nos ii Principes sint, qui barbaricam impietatem profligantes coeleste Regnum in terris propagant. Mentem nostram uberius

declarabit dilectus filius Carolus Magalottus custodiarum nostrarum generalis locumtenens, Cardinalis Barberini nepotis nostri avunculus et Cardinalis Magalotti frater, quem Nobis gratissimum ad te allegamus, ut Apostolicas litteras afferens paternum desiderium nostrum tibi significet. Is autem se Nobis morem gessisse tum arbitrabitur, cum omni officii atque obsequii genere demerere poterit patrocinium tanti Principis, cui ad Nos profiscenti foelix iter precamur et Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die XXVIII. Novembris MDCXXIIII. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCCXI.

Descriptio receptionis Vladislao principi regio Poloniae ab Urbano PP. VIII. Romae factae. Ex Diario Caeremoniarum.

Vladislao Primogenito del Rè di Polonia venendo in Roma fù allogiato à spese della Camera per lo Stato Ecclesiastico, havendovi il Papa mandato incontro il Sig. D. Carlo Magalotti Luogotenente Generale dell' una e l' altra guardia di S. Santità. Arrivato in Roma incognito la sera delli 20 Decembre 1524 fù ammesso dal Papa al bacio del piede, della mano et all' amplesso, e sedette coperto. Fù incontrato da Monsig. Maestro di Camera con li Camerieri alla porta della sala, dove parimente fù accompagnato. Fù alloggiato à spese del Papa nel palazzo de' Capponi vicino alla piazza del Popolo, perchè S. A. volle star incognito. Nella 4. Domenica dell' Avvento nel choro di Cantori con alcuni della sua comitiva vidde le cerimonie della Cappella, et incognito assistette all' aperitione della Porta Santa. Alli 30 Decembre fù creato con Breve Apostolico Canonico sopranumerario di S. Pietro, e mostrò le S. Reliquie con l' assistenza di due altri Canonici. Alli 2 Gennaro partì da Roma verso Napoli: donde ritornò alli 17 del detto mese, e fù allogiato in Palazzo parimente stando incognito. Nella 2. Domenica doppo l' Epifania, 19 Gennaro, il Papa, detta messa nella sua Cappella privata, nella Camera d' udienza publica diede à S. Altezza lo stocco e capello con le solite cerimonie, essendo presenti li Signori Cardinali Torres, S. Onofrio, Magallotta e Barberino. Nè fù fatta vernna ceremonia di portar lo stocco avanti il Prencipe, perchè S. Altezza stava incognita. Doppo S. A. mangiò con Sua Santità in tavola diversa nella sala, ove sogliono farsi i Concistori secreti. Sempre che S. A. fù con il Papa tanto à sedere quanto à passeggiare, stette col capo coperto. Non fù il Prencipe visitato da Cardinali, nè egli li visitò, perchè stette sempre incognito. Il giorno seguente 20 Gennaro partì da Roma verso Fiorenza. E fù ricevuto et honorato in questa forma dice Paolo Alaleona come Prencipe Primogenito figliuolo del Rè di Svezzia, e se bene il Regno gl' era stato occupato, nondimeno con l' animo non l' haveva mai lasciato.

Die Sabbathi 21. Novembris 1624. habita fuit Congregatio de ordine Sñi D. N. cui interfuere Cardinales. In hac Congregatione fuit de ordine Sñi D. N. disceptatum de modo receptionis ad Urbem Serñi Ladislai Poloniae ac Succiae Principis, et post varias super hac re disputationes remissum fuit ad aliam Congregationem.

Die Veneris 6. Decembris 1624. habita fuit haec Congregatio de ordine Sñi D. N. ut ea, quae de receptione Serñi Poloniae ac Sueciae Principis Illñi PP. sentirent, decernerent. Ea autem fuere: 1. Serño Principi in Cappella Pontificia interesse volenti assignandum esse locum post primum Presbyterum Cardinalem, qui locus a Caeremoniali Romano Primogenitis Regum destinatur. 2. Expedire, ut Serñus Princeps omnino Cappellae intersit. 3. Debere Illños PP. illum prius visitare, Principem e contra dum visitatur, cedere debere Illñis Cardinalibus locum dexterum, obviare illis per duas stantias, comitari in discessu per totum appartamentum sibi in Palatio assignatum. 4. Eosdem Cardinales, dum ab eo visitantur, Principi locum dexterum cedere debere, obviare usque ad scalas, comitari discedentem usque ad vehiculum. 5. Cardinales, qui forte Serño Principi per Urbem occurrant, post moram salutationibus debitam una cum Principe discedant, Illño Decano excepto, qui non eodem tempore, sed in praeeminentiae signum prior discedere debet. 6. Vitetur quantum fieri potest in aliis locis Serñi Principis et Cardinalium occursus. 7. De omnibus expediri debere decretum, in quo latius esse, si pro causa exprimatur Serñum Principem tanquam veri Regis filium fuisse in omnibus habitum. 8. Illñum de Torres, si obviam Principi iturus sit, curare debere, ut haec omnia suaviter eidem innotescant, ac de omnibus, quae circa hoc cum eo sibi contigerint, certiorare debere Sñum D. N.

Die 20. Decembris 1624. Venit Romam de sero Serñus Wladislaus Sigismundus Princeps Poloniae et Sueciae, filius Serñi Regis Poloniae et Sueciae Primogenitus ex prima uxore natus, et venit ignotus sine pompa: fuit ad Papam et osculatus est pedem eius, manum, et receptus ad osculum, deinde

sedit operto capite. Magister Camerae Papae cum aliis Camerariis Papae ivit obviam Serño Principi usque ad caput appartamenti Papae in porta Aulae Magnae, et pariter illuc associavit in discedendo: hospitatus est expensis Papae in domo de Capponibus apud plateam de Populo in via recta Ripettae, quia ignotus cum suis familiaribus sic voluit stare; fuit etiam expensis Camerae Apostolicae in statu Ecclesiastico hospitatus. Papa misit illi obviam Illñum Carolum Magalotum Locumtenentem Generalem utriusque Custodiae S. S. et eius consanguineum. Quando Scrñus D. Princeps fuit ad Papam non interfui, sed bene per aliquas dies prius dixi quid agendum erat in suo adventu: a Papa et Magistro suo Camerae fuit receptus uti filius Primogenitus, et ut Princeps Sueciae, et filius Regis Sueciae, quod Regnum non est electivum, sed proprium, et quamvis Regnum fuit occupatum a patruo Regis Poloniae, animo non dimisit possessionem, et pro hoc capite fuit honoratus.

Die 2. Ianuarii 1625. Serñus D. Vladislaus Sigismundus Princeps Poloniae et Succiae discessit Roma iturus Neapolim versus, et inde Romam reversurus. Hic Romae mansit ignotus, et habitavit in domo de Capponibus apud plateam de Populo in via recta Ripettae. Pransus est cum Illño Rño Cardinali de Torres, qui fuit creatus Cardinalis contemplatione et nomine Serñi Regis Poloniae et Sueciae sui patris: non fuit visitatus ab aliquo, quia ignotus voluit remanere.

Die 18. Ianuarii 1625. Papa post dictam Missam lectam in sua privata Cappella hora 13. indutus stola supra mozzettam in Camera publicae audientiae dedit ensem cum galero, benedictum ab ipso in nocte Nativitatis D. N. Iesu Christi de morc, Serño D. Vladislao Sigismundo Principi Poloniae et Sueciae, Primogenito Serñi Regis Poloniae et Sueciae, genuflexo ante Sanctitatem Suam, praesentibus, assistentibus et stantibus ante Papam Illñis et Rñis DD. Cardinalibus Torres, S. Onofrii, Magalotto Presbyteris, et Barberino Diacono mantellectis, rocchettis et mozzettis indutis, et non sedentibus, his Caeremoniis versibus, orationibus infrascriptis etc. Papa cum Illñis DD. Cardinalibus subscriptis, qui interfuerunt Caeremoniae traditionis ensis et pilei, et cum Sermo Principe sederunt in retro Camerae Papae in sede supra tapetum, Illñi DD. Cardinales in scamnis depictis a dextris Papae, et Serñus Princeps in scamno depicto contra Papam. Non fuit visitatus ab Illñis DD. Cardinalibus, nec ipse illos visitavit, quia dum fuit Romae stetit ignotus.

CCCXII.

Pontifex eidem Vladislao Sigismundo regio principi Poloniae significat, se votis suis obsecundantem capitulo Vratislaviensi insinuasse, ut Ferdinandum Carolum eius fratrem in episcopum non titulo coadiutoris, sed iure electionis sibi adsciscat. Reg. Brev. An. II. ep. 272.

Dilectissimo in Christo filio nostro Vladislao Sigismundo Poloniae et Sueciae Principi.

Urbanus PP. VIII. Dilectissime in Christo fili noster, salutem etc. Qui christiani Orbis fines clarissimis victoriis propugnasti, et moerentem Ecclesiam novorum triumphorum spe consolaris, dignus es, cui Pontificia charitas illustribus beneficiis declaretur: Nobis quidem non mediocre accedet solatium, cum precibus tuis annuere poterimus, tantoque Principi benevolentiam testabimur beneficentia. Hinc coniicere potes, qua afficiamur molestia, cum aliquid tibi flagitanti negare cogimur. Scimus tamen, te ita ingenio comparatum esse, ut iustitiae leges et Religionis iura privatis omnibus rationibus cupiditatibusque anteferas. Quare boni consules, si omnino non gratificamur ei petitioni, quam nuper Nobis tuo nomine declararunt dilecti filii nostri Cardinales Torres et Magalottus. Cupimus equidem ad Episcopale Vratislaviensis Ecclesiae sacerdotium vocari a Canonicis Electoribus Principem Ferdinandum Carolum fratrem tuum. At enim eum Coadiutoris titulo illuc pervenire, decere prorsus non videtur: quomodo enim ulli Episcopo dabitur adolescens Coadiutor, qui ob aetatem Episcopalia Munera obire, et omnino coadiuvare non potest? Praeterquam quod ipsi Capitulo offerre videremur argumentum negandi, et excusationem repulsae: respondere enim posset in praesentia, se non intelligere, quomodo Episcopo iam demortuo adiungendus sit non successor et haeres, sed coadiutor et socius: quia tamen arbitramur Orthodoxae Religionis interesse in ea Ecclesia praeclaram Poloni Regis sobolem excubare, decrevimus Apostolicis literis hortari Canonicos, ut consentientibus suffragiis fratrem tuum vocent ad Episcopalem illius urbis stationem. Agnoscere poteris in hoc officio Pontificiam charitatem, quam tibi prolixius testabuntur non solum crebrae Cardinalis Protectoris literae, sed illustria etiam voluntatis nostrae documenta, tibique Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die II. Maii MDCXXV. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCCXIII.

Regi Poloniae unionem Ruthenorum pontifex commendat, insinuatque quamprimum nominare coadiutorem metropolitae Kioviensi senectute oppresso. Reg. Brev. An. II. ep. 290.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Religionis ac foelicitatis interest validissimis praesidiis sacram Ruthenorum Unionem in Septentrione confirmari. Id autem scimus exploratum esse Maiestati tuae, quae suam potentiam schismaticae haeresis terrorem, et fidei orthodoxae propugnaculum haberi gloriatur. Cum autem Venerabilis frater Metropolita Kioviensis sub annorum pondere laborans videatur socio indigere ad Episcopalis Sacerdotii onus sustinendum, hortamur Maiestatem tuam, ut ei quamprimum nominare velit coadiutorem Apostolica auctoritate confirmandum. Pluribus enim munimentis Ruthenae Unionis stabilitas insistet, neque ei ullum ea sede vacante periculum imminebit. Consimilem ob rationem vivens Archiepiscopus viventi praedecessori suo Coadiutor adiunctus fuit, et res ipsa docuit non potuisse prudentius prospici Ruthenorum incolumitati. Videremur obliti esse pietatis ac prudentiae tuae, si hoc beneficium a te accuratioribus precibus extorquere conaremur, praeterquam quod ipsemet Nuntius Apostolicus mentem nostram fuse declarabit. Ei ergo fidem habere poterit Maiestas tua, cui benedictionem nostram amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die x. Maii MDCXXV. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCCXIV.

Ruthenorum metropolitam pontifex hortatur, ne episcopis, et praesertim monachis a veteri ecclesiae graecae disciplina circa esum carnium resilire permittat. Reg. Brev. An. II. ep. 319.

Venerabili fratri Metropolitae Russiae.

Urbanus PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Sacra Omnipotentis sponsa Catholica Ecclesia, cum ubique terrarum unam colat fidem orthodoxam, coelestium tamen oculos oblectat circumdata varietate rituum et virtutum. Quare ab ea consuetudiue recedere populi temere non debent, quam sibi salutarem fuisse maiorum exempla et longi temporis experimenta probarunt. Ob id angimur non mediocriter, ubi accipimus Ruthenos Episcopos, quibus vetus Graecae Ecclesiae disciplina prohibet carnibus vesci, blandientes sensui morem maiorum insuetis epulis corrumpere. Atque perniciosa eiusmodi indulgentia videtur infecisse etiam quasi pestilenti contagione Monachorum animos, qui s. Basilii leges obliti dicuntur anxie curare, ut in Episcoporum familias recipiantur, lethiferis insidiantis gulae blanditiis ducti. Cave, Venerabilis frater, ne sub eiusmodi esca hamus Satanae et laqueus inferni delitescat. Paulum si veteris disciplinae saveritas langueat, irrumpet licentia, et diabolicas vitiorum cohortes in animos sacerdotum introducet. Quare monemus Fraternitatem tuam, ne tam foecundam malorum sementem in ista Ecclesiastica vinea patiaris sylvescere. Uterc authoritate ad peccatorum incitamenta profliganda. Servato moderamine pietatis erga aegrotos, occlude aures Episcopis vetiti cibi usum a Metropolitae authoritate postulantibus. Quod si qua unquam causa poterit severitatem illam inflectere, temporaria illis detur licentia non perpetua, atque ea Monachi Episcopis servientes ne perfruantur. Paternam hanc Apostolicae charitatis cohortationem speramus gratam forc non solum Fraternitati tuae, sed Episcopis etiam Monachisque Ruthenis. Ea enim nil aliud quaerimus, quam salutem animarum vestrarum, et Ecclesiae istius dignitatem, vobisque Apostolicam benedictionem impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die VII. Iunii MDCXXV. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCCXV.

Pontifex precibus regis Poloniae de Ioanne Duchla inter Beatos collocando respondet. Reg. Brev. An. III. ep. 39.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismuudo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime iu Christo fili noster, salutem etc. Saginata venenis Inferni monstra haeresum in Christianis provinciis saevitia nihil tam foeliciter potest debellare, quam sanctimonia. Etenim cum illa non raro pugnat Orbis terrarum adversus insensatos, et armamentaria Regni coelestis piis Sanctorum precibus patefiunt. Quare mirum non est, si gladio ancipiti peccatores exterret et diabolos profligat. Nunc autem non immerito Russia sperat sibi salutarem fore publica Principum ac populorum plausa, cultam sanctitatem religiosi viri Ioannis de Duchla. Cum enim pie arbitretur eum

suffragari te pietate adeptum esse principatus sempiternos, plus ille arma lucis distringens iuvare e coelo potest in Schismatica haeresi illic expugnanda regios conatus, quam omnes ex avitis sedibus exciti Septemtrionis exercitus. Proinde Nos libentissime audivimus eas preces, quibus tam insigni religioso coelestes in Catholica Ecclesia triumphos regalis pietas postulat. At enim non praeterit Maiest. tuam, quibus momentis tam grave negotium pendi debeat. Rationem habentes commendationis tuae, iussimus eius res gestas rite cognosci. Porro autem orabimus Deum, qui Sanctorum principatum tenet, ut in tanta deliberatione id Pontificiae sollicitudini consilium suggerat, quod afferre possit Ecclesiae gloriam, Regnis istis salutem, et gaudium Maiestati tuae, cui Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die VI. Decembris MDCXXV. Pont. nostri Anno Tertio.

CCCXVI.

Eidem regi pontifex significat, eius filium a canonicis Vratislaviensibus in episcopum electum a se confirmatum esse. Reg. Brev. An. III. ep. 23.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Silesia, ubi haeresum monstra non levis potentiae viribus formidanda bacchantur, eo videbatur Antistite egere, quem non modo pietas coelo commendaret, sed authoritas etiam metuendum redderet temeritati. Has laudes cum in lectissima Maiestatis tuae sobole aguoscereinus, Vratislaviensium Canonicorum electionem Pontificia authoritate confirmavimus. Quam enim aetatem in Episcopali sacerdotio Canones requirunt, eam pro praesenti istarum rerum opportunitate foeliciter supplere videntur in filio tuo indoles Christianarum virtutum, et Regii splendoris maiestas. Quare speramus, dilectum filium Secretarium Tobiam Malochowski, quem huc allegasti, testem fore, Nos maximam spem in novi Episcopi ingenio constituisse, et non mediocri solatio perfrui, cum paternae charitatis magnitudinem illustri aliquo beneficio declarare possumus Maiestati tuae, cui ille sententiam nostram aperiet, Nos vero Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XV. Novembris MDCXXV. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCCXVII.

Eidem regi de victoria a Tartaris ad Niestri flumen relata pontifex gratulatur. Reg. Brev. An. III. ep. 210.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Non temere in bellorum discrimine vaticinatur victorias, qui omen captat ex patrocinio Omnipotentis et fortitudine regnantium. Nos certe vix exercituum tuorum pericula conquesti sumus, cum lamentationes in plausus convertit tam properus sperati triumphi nuncius. Audiit Roma, quantum fusum sit Tartarici sanguinis, et doloris sui lacrimas abstersit. Magnus ille Cham, horribile illud Orientis atque Septemtrionis monstrum, cui tot capita inesse videntur, quot stipatur militibus, didicit Poloni Regis brachium formidare. Qui sacrilega spe Christianas provincias devorabat, vidit gladium tuum devorantem carnes exercitus profligati, et quae fuerunt vexilla Tartarici terroris et instrumenta barbaricae gazae, ea nunc, his infaustis nominibus amissis, vocantur spolia Maiestatis tuae et ornamenta Ecclesiarum. Discat litoribus Niestri audaciam coercere, ubi os suum dilatavit Infernus, et fugientium corpora tum iratis vorticibus absorbuit, tum fragminibus asperis contrivit lapidescentis gelu. Quid? putabatne barbarus hostis solius Erithraei decus, aut Israeliticae tantum antiquitatis beneficium esse ultionem inimicorum nostrorum? En in aquis illius fluminis invenit Dominum dimicantem pro populo fideli, et naufragiis pereuntium exterrentem vota impietatis. Gaudium, quod Nobis totique Romae partum est tua foelicitate testari Apostolicis literis voluimus. Fluat sicut ros eloquium nostrum in cor tanti Regis, ibique afflante aura Sancti Spiritus germinent fructus mansurae laetitiae, et flores appareant beatae spei. Ut haec vota optatos ad exitus producat Bellator Omnipotens, ab eo anxiis atque assiduis precibus flagitabimus. Mirifice autem augebitur solatium nostrum, si qui nuper tibi exercitus victores dedit, idem Senatum obsequentem et obedientes provincias audire iubeat mandata Maiestatis tuae. Tu autem cape tubam coeli et sanctifica bellum, quod in barbarorum arcibus extollat Crucis trophaeum, et coniuratis Germaniae haeresis defensoribus formidolosum praebeat auspicium consimilis infoelicitatis. Interea vero fruere fructu virtutis et plauso Christianitatis, dum Regiis conatibus suffragant Angeli, et Nos Apostolica authoritate benedicimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XI. Aprilis MDCXXVI. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCCXVIII.

Pontifex metropolitam et episcopos Ruthenos de constantia in fide laudat et invitat, ut seminarium Ruthenicum a se in Polonia instituendo adiuvent. Reg. Brev. An. III. ep. 375.

Venerabili fratri Archiepiscopo Chioviensi Metropolitae Russiae.

Urbanus PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Columna illa ignea dux peregrinantis Israelis videtur in praesentia esse Rutheuis Catholicis constans Fraternitatis tuae pietas, eo firmior, quo magis opprimitur. Non enim solum concussam et labantem isthic Religionem firmissime fulcire diceris, sed etiam tamquam sanctimoniae et fortitudinis exemplar fidelibus praelucere ambulantibus per deserta variis haeresum monstris obsessa. Tantum decus Fraternitati tuae gratulari voluimus, quae dum contumeliam pro Iesu Christo patitur, in animis Christianorum gloriosissime triumphat. Fruere, Venerabilis frater, in isto calamitatum theatro plausibus universae Ecclesiae et Pontificiae laudationis testimonio. Nos autem dum virtutis tuae fama consolatur, haud sane invenit sollicitudinum illarum expertes, quibus immensi istius gregis salus curetur. Quocirca in Septentrione, ubi solium ponere conatur impietas, arcem condi decrevimus ad diabolicos conatus infringendos. Proinde Seminarium in Poloniae Regno institui iussimus, quod Ruthenae iuventutis gymnasium et laborantis Religionis domicilium habeatur. Huius sanctissimi operis auspicia intelligimus haud caruisse munificentiae tuae argumentis. Nec novum id Nobis accidit, qui te Catholicae Religionis dignitati vitam opesque omnes iampridem devovisse cognovimus. Is sane haud potest esse opum avarus, qui virtutum dives est, quique divitias ob unam rem non aversatur, ut prosit. Nos autem, ne Apostolicae charitatis fructibus careatis, mille scuta ad eius Seminarii commoda erogari iussimus, exiguum munus ingentis voluntatis. Tibi autem duplex beneficium debebit fides orthodoxa, si pecunia et exemplo eam iuvare non desistes. Quare voca in tanti decoris societatem caeteros Ruthenos Episcopos. Vos istius Ecclesiae septena candelabra curate, ut non tantum lucem veritatis, sed etiam beneficiorum foecunditatem in vestris radiis populi agnoscant. Sic Catholicae Unionis vincula et firmabitis et producetis, illisque adducentes in gremium Ecclesiae filios desertores, uostram quoque voluntatem arctissime vobis obstringetis. Has equidem litteras haud voluimus conscribere, ut vos laudis et salutis avaros ad sanctam munificentiam hortaremur, sed ut de consiliis vestris gloriari possitis, quorum laudatorem et comitem habebitis parentem Christianae Reipublicae, et Urbem nationum matrem. Caeterum patrocinium nostrum nunquam deesse patiemur Fraternitati tuae, cui Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die vigesimo secundo Augusti Millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Venerabilis fratribus Episcopis Ruthenis.

Urbanus PP. VIII. Venerabiles fratres, salutem etc. Cum regiones istas rorem coeli sitientes foecundare studeatis sanctorum operum proventu, non temere per vos foelicem divini cultus propagationem isthic sperat Religio, quamvis tam multis haeresum monstris obsessa. Nos quidem de Rutheni gregis salute, et Fraternitatum vestrarum gloria sollicitos longinquitas locorum periculo liberat, non cura. Prospicimus ex hac Apostolici fastigii specula, quam vasta isthic germinet miseriarum sylva, ubi nidificans Draco inferualis venenatos frutices nutrire conatur sanguine innocentium. Modo clandestina praedonum latrocinia, modo furentem sacrilegae temeritatis impetum horremus. Idcirco turrim fortitudinis ad vincae istius praesidium aedificere decrevimus. Id autem praestamus in Poloniae Regno Seminarium instituentes, ubi Catholica Ruthenorum iuventus Christianae militiae disciplina imbuatur. Proin mille scuta ad illius commoda erogari iussimus, ut huius piae institutionis non modo authorem, sed etiam comitem Pontificem habeatis. Eia, Venerabiles fratres, vestris stipendiis novam arcem communite. Sic enim vestrae munificentiae acceptum posteritas referat maximum fidei incrementum, et fidelium alumnorum sapientia vestram pietatem apud omnes nationes assidue loquetur. Tum eius pecuniae debitorem vobis Regem Regum allegamus, cui terreni omnes principatus vectigales sunt, quique fidelium tributa ut mutua beneficia expendit. Floreant igitur, Spiritu Sancto afflante, innata in animis vestris munificae pietatis semina, ne quam in vobis fidei propagandae spem Ecclesia posuit, Nos unquam damuare possimus, qui Apostolicae benedictionis thesauros super sanctam Ruthenorum Unionem liberaliter effundimus. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxii. Augusti mdcxxvi. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCCXIX.

Pontifex regi Poloniae et eius filio in castra contra Turcas proficiscentibus felicem armorum successum precatur. Reg. Brev. An. III. ep. 421.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Nubes coelesti indignatione tonantes horribilem fulgurarunt coruscationem, et super haereticorum capita sagittas suas emiserunt. His beneficiis Polonum exercitum illustrat Deus exercituum, dum potentissimus Rex, itaque invictus filius se gloriosissimo itineri accingunt. Pergite, Principes fortissimi, sub triumphorum auspiciis in ea castra, in quibus pro Religione et vobis pugnat coelestis militia, et recentis foelicitatis gaudia Regios adspectus augete. Vos illuc victoriarum plausus vocant, quo illius aeternae sapientiae consilia deducunt, qui iudicium suum Regibus dat. Gratulamur Maiestati tuae foelicissima ista belli exordia, nec temere insignis tibi victorias augurari possumus, qui victoria duce in castra proficisceris. Tum ingentes Nobis animos facit Caesaris et Maiestatis tuae conspiratio non Germaniae et Poloniae solum, sed etiam toti Reipublicae Christianae salutaris. Eia, Charissimi in Christo filii nostri, gloriam atque potentiam communicate. Fateantur omnes nationes vestrae benevolentiae atque affinitatis vincula esse flagella impietatis. Tam glorioso consilio coelestia auxilia adiunget Deus exercituum, propriam causam in vestris armis propugnans. Nos autem Catholica castra votis et sollicitudine assidue prosequimur, atque Apostolicae benedictionis thesauris communimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xxvi. Septembris mdcxxvi. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCCXX.

Regem Poloniae pontifex monet, ut Ruthenorum praesulum privilegia illaesa conservet. Reg. Brev. An. IV. ep. 165.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quanti in Polonis regnis rei Catholicae intersit Ruthenorum fidelium concordiam firmari minime latere scimus religiosam Maiestatis tuae sollicitudinem. Nos autem anxie invigilamus, ut ea impedimenta praecaveantur, qua tam salutaria animorum vincula solvere possint aut laxare. In nupera Epi Chelmensis electione intelleximus regia authoritate id esse decretum, quod cum vetera quaedam Ruthenorum Episcoporum privilegia deleat, facile etiam potest eorumdem concordiam dirimere. Nos certe tantum tuae pietati et iustitiae tribuimus, ut te satis accurate excitatum esse existimemus ad Praesulum Ruthenorum dignitatem propugnandam, cum antiquae consuetudinis iura commemoravimus, et religionis damna praemonuimus. Iam grave negotium apud Maiestatem tuam fusius disseret Nuntius noster, cui poteris perinde ac Nobis ipsis loquentibus fidem habere, tibique Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die septima Novembris mdcxxvi. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CCCXXI.

Pontifex eidem regi Antonium Sanctacrucium archiepiscopum Seleuciae in Poloniam nuntium apostolicum missum commendat. Reg. Brev. An. IV. ep. 94.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Facile est Ecclesiasticis Magistratibus iura sacerdotii in Polonia tueri, ubi Regis potentia habetur propugnaculum Religionis et flagellum impietatis. Quare qui isthuc ab Apostolica Sede Antistites allegantur, eos non tantum longi itineris incommoda exterrent, quantum allicit fama Regiae pietatis. Mirum ergo non est, si ad Maiestatem tuam alacer proficiscitur in praesentia Venerabilis frater Antonius Archiepus Seleuciae, Praelatus noster domesticus et Assistens, Nuntii Apostolici munus isthic obiturus. Intererit enim spectaculo laudum tuarum, quas aetatibus ac tua nationibus universis fama ostentat, dum triumphalem religiosi Regis imaginem vult suis coloribus hoc tempore in Christianitate describere. Porro autem experietur Regali authoritate in Polonia semper exarmari, qui pestilenti calliditate nutriunt discordias Regni ac Sacerdotii. Certe ille muneris sui foelicitatem constituit in curanda salute animarum et tuenda ditione coeli. Id autem dum conabitur, morem geret ingenio Maiestatis tuae, cuius voluntas facile iisdem artibus demeretur, quibus quaeritur patrocinium Divinitatis. Pollet vero Praesul hic Nobis charissimus iis opibus, quibus foeliciter possit optima mentis cogitata optatos ad exitus perducere. Nobili eius ingenio ad bene de

Ecclesia merendum faces praeferunt novem Cardinales, quas Sanctacrucia gens Senatui Apostolico educavit. Familia enim, quae ipso Sanctae Crucis titulo decorata gloriatur, se inde a Constantini atque Helenae temporibus ad hanc aetatem tanti cognomenti gloriam protulisse, ferax esse solet eorum virorum, quos intra domesticos parietes delitescere Pontificia sollicitudo non patiatur. Hic vero Archiepus pollens ingenio et literis excultus, modestissimae iuventutis tyrocinium in Urbanis utriusque Signaturae, et Apostolici Prothonotariatus Magistratibus eximia cum laude posuit: mox duabus Ecclesiasticis provinciis cum Gubernatoris et Prolegati imperio praepositus ostendit, senectutem non annorum numero computandam esse, dum cani sunt sensus hominis. Nuper autem Cardinalem Barberinum legatum in Hispanias itinere secutus, ea edidit pietatis ac prudentiae exempla, ut eum suffragante virtute dignum iudicaverimus, qui Pontificiae mentis interpres apud Regem Christiani Orbis defensorem commoretur. Dum has Nuntii huius laudes commemoravimus, accuratissime commendatus is est Maiestati tuae, Apostolicam benedictionem tibi deferet et paterni amoris nostri magnitudinem testabitur. Cupimus autem ei negotia nostra curanti eamdem plane, quam Nobis loquentibus fidem haberi a Maiestate tua, cuius ille dum benevolentia florebit, uberes se collegisse arbitrabitur fructus laborum ac virtutum. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XVI. Aprilis MDCXXVII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CCCXXII.

Pontifex regi Poloniae Gabrielem Fredro infula Baccoviensi decoratum significat. Reg. Brev. An. IV. ep. 383.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Episcopale Sacerdotium cum publicae tranquillitatis praesidium esse sciat Maiestas tua, existimamus fieri nunquam posse, ut aliis tantam dignitatem petas, quam illis quibus non minori ornamento futurae sint virtutes, quam infulae. Hinc facile coniicimus, quibus artibus Regiae epistolae commendationem promeritus sit religiosus vir Gabriel Fredro, quem ad Baccoviensis Ecclesiae Episcopatum provehi cupis. Quid illi propria virtus, tuumque suffragium in hoc negotio profuerit, ex Pontificio Diplomate idem cognoscet, atque Apostolicam benedictionem Maiestati tuae amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die VII. Augusti MDCXXVII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CCCXXIII.

Eidem regi pontifex concedit, ut Poloni cleri subsidio uti liceat. Reg. Brev. An. V. ep. 95.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. In Christiani Orbis finibus tamquam murus aeneus Sigismundus Rex a Deo constitutus, dum coniuratis barbaricae et haereticae impietatis furoribus ne quidquam pulsatur, nationem omnium oculos et plausus in se convertit. Invictae Maiestatis tuae fortitudini assidue benedicit Romana Ecclesia velut firmissimo propugnaculo Christiani nominis in Septemtrione. Nos autem Nobis ipsis solatia conficere videmur, cum tanto Regi petenti gratificari possumus, qui se ac potentiam suam Religionis Catholicae defensioni iampridem devovit. Quare libenter patimur, aliquo Poloni Cleri subsidio in hac rerum tempestate perfrui Maiestatem tuam. Apostolicum diploma tibi reddet Nuntius noster, cui Pontificiam mentem fusius declaranti fidem non secus ac Nobis ipsis haberi a te exoptamus. Dat. Romae apud S. Petrum etc. die XXVI. Febr. MDCXXVIII. An. V.

CCCXXIV.

Pontifex archiepo Polocensi de suo ex schismate ad ecclesiam catholicam reditu gratulatur. Reg. Brev. An. VI. ep. 66.

Venerabili fratri Miletio Archiepiscopo Polocensi nuncupato.

URBANUS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Non vulgare est Pontificiae sollicitudinis solatium doctrina Fraternitatis tuae, quam hostilis impietas tanquam veritatis fulmen formidavit, nunc isthic factam esse firmissimum propugnaculum coelestis Hierusalem. Gratulamur Catholicae Ecclesiae novum hoc beneficium, et Fraternitati tuae tam ingens decus. Singularis enim tua pietas esse in Septemtrione praedicatur tanquam columna illa ignis dux peregrinantis populi, quae non solum oppugnatam Religionem fulcit, sed etiam velut praeclarum ardentis zeli exemplum coeteris praelucet ambulantibus per deserta ista variis haeresum monstris obsessa. Eia, Venerabilis frater, perfice tam gloriosos conatus. Quae damna olim Religio Orthodoxa ingenii tui viribus imputabat, nunc foelicius potes redimere tuae pietatis

constantia. Multiplici autem solatio sollicitudines nostras cumulabis, si coeteros Schismaticos tecum attrahere conaberis in gremium Romanae Ecclesiae. Nos aeternam sapientiam enixe oramus, ut in Chioviensi synodo eloquentiam Fraternitatis tuae ea consilia edoceat, quae veram iudicent divinorum mandatorum semitam. Speramus fore, ut tanti viri resipiscentis gloria, sequacis plebis salute augeatur, atque communi Ruthenorum reconciliatione illustretur dignitas Fraternitatis tuae, cui Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die VII. Octobris MDCXXVIII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CCCXXV.

Pontifex archiepiscopo Gnesnensi Ruthenos catholicos valde commendat. Reg. Brev. An. VI. ep. 69.

Venerabili fratri Archiepiscopo Gnesnensi.

URBANUS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Christianae patientiae elogia sunt minores illae contumeliae, quas in Ruthenos Catholicos iacere solet Schismaticorum superbia. Nostrae certe paternae charitati eo accuratius constans illius nationis pietas commendatur, quo acrius a desertorum impietate illam audimus lacerari. At eas prorsus iniurias cogimur lamentari, quibus apud Catholicos ipsos fidelis illa Unio afficitur. Sane cum illos maledictis lacessiri, eorumque templa infami Synagogarum nomine isthic appellari intelligimus, dolemus miserrimam illius gentis sortem, cum qua iniuriose ubique agitur, dum hostilis odii opprobria apud amicos etiam patitur. Hoc est aberrantes arcere a veritatis via, nisi officiosius excipiantur in gremio Ecclesiae Orthodoxae, qui eo confugiunt. Audivimus gemitum et cognovimus vocem Rutheni gregis, qui a populis Fraternitatis tuae subiectis se contumeliose haberi conqueritur. His igitur Apostolicis literis te, Venerabilis frater, intimo cordis affectu hortamur, ut recentia ista Dominicae vineae germina contra iniuriosam quorundam audaciam protegas. Ut autem Conciliorum oracula religiose, ut par est, colantur, cavere etiam debes, ne quisquam eorum consuetudine utatur, quibus censoria Rutheni Metropolitae authoritas sacrorum et fidelium communione interdixit. Coeterum non vulgaria solatia Pontificiae sollicitudini conficies, et non mediocriter de Romanae Ecclesiae dignitate benemereberis, si Ruthenos Unitos eorumque rationes potenti authoritatis tuae patrocinio complecteris. Cupimus ingens hoc decus accedere coeteris laudibus Fraternitati tuae, cui Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XIV. Octobris MDCXXVIII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CCCXXVI.

Regi Poloniae et episcopo Posnaniensi pontifex mentem suam de Vladislao Gielnovio inter Beatos collocando aperit. Reg. Brev. An. VII. ep. 98.

Venerabili fratri Episcopo Posnaniensi.

URBANUS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Coelestis misericordiae gloriam, et Posnaniensis Sacerdotii decora enarrare videtur consentiens Polonae nationis pietas, quae in templo Dñi triumphare cupit Angelicas Vladislai Gielnovii virtutes. Quare Nos hanc Coeli causam maxime Nobis curae fore pollicemur. Ubi igitur Acta Pontificio iussu confecta ad Romana Sacrorum Magistratuum Tribunalia pervenerint, ibique de more rite fuerit testimoniorum fides examinata, Deum orabimus, qui Sanctorum principatum tenet, ut id statui velit, quod Polonis Regnis sit et gloriosum et salutare. Interim Fraternitatis tuae peramanter benedicimus, quae virtutes illas creditur imitari, quibus adeo sollicite quaerit sacros fidelium plausus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die IX. Decembris MDCXXVIII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Eodem modo Constantiae Reginae et Wladislao Sigismundo Principi Poloniae et Sueciae.

CCCXXVII.

Regi Poloniae pontifex controversiam Cracoviensis academiae per auditores Rotae decretum iri promittit. Ibidem ep. 128.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Cracoviensis Academiae negotium non immerito graves Maiestati Tuae conficit sollicitudines: ibi enim patere debent sitientibus vitam aeternam fontes Salvatoris. Quare curandum est, ut viri scientiam salutis edocti in tam illustri statione commorentur frangentes Poloniae populis panem Angelorum. Solatia, quae in ea controversia

hactenus percepit Maiestas Tua, fuere plane oracula iustitiae rationem authoritate munientis. Curabimus, ut Romanae Rotae Auditores id quam primum decernant, quod discordiam eliminare possit ex eo Gymnasio, ubi sapientia edere debet oracula veritatis: ac Maiestati Tuae Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXVI. Ianuarii MDCXXX. Pontificatus nostri Anno Septimo.

CCCXXVIII.

Meletii Smotricii Rutheni archiepiscopi Polocensis epistola ad S. D. N. Urbanum PP. VIII. de sua ad catholicam fidem conversione et de mediis, quibus in Russiis Rutheni schismatici ad unionem cum S. R. E. reduci possunt. Ex decreto eiusdem S. D. N. in sacra de Propaganda Fide congregatione edito die 5. Augusti 1630. in Castro S. Angeli una cum eiusdem Meletii vita collocanda. Ex originali.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Interroganti Petro, Domine, quoties peccabit in me frater meus et dimittam ei? usque septies? respondit Iesus, non dico tibi usque septies? sed usque septuagies septies. Quid est, quod cum ego multo plus, quam septuagies septies peccaverim in te fratrem meum: sed quid frivolus effutio: fratrem, imo in Patrem, ut in eum Patrem, cui in omnes Patres a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum regimen, cura, potestas est concessa, commissa, demandata ab eo, cui obaudire est in corde suo dicere non est Deus.

In te itaque Patrem meum pientissimum, et non in te solum, verum etiam in Matrem meam, Christi Iesu Domini mei sponsam castissimam, nec solum in te talem ac tantum Patrem, et in illam talem ac tantam Matrem, sed in ipsum (proh scelus) Deum, in ipsum meum unicum Creatorem, Redemptorem, Consolatorem, cum ego ut impudentissimus et blasphemus, schismaticus simul et haereticus, multo plus quam septuagies septies gravissime peccaverim, tu, qui es mihi plus quam frater (etiamsi me in tuo ad me indignum tuum filium, immo servum tuum inutilem dato mihi vel maxime gratissimo Brevi fratrem eumque venenerabilem dixeris), omne quod peccaverim, mihi dimiseris, nec modo paterne dimiseris, verum etiam Apostolicam tuam benedictionem largiter impertiveris. Quid inquam est hoc? Numquid tu maior es patre nostro Iacob? Numquid maior es tu Petro, cui, ut septuagies septies peccanti dimittat, est concessum? Tu dimisisti plus quam septingenties septuagies septies ἡμαρτήσαντι? Maior sane, et in tantum es maior, in quantum ego omnes peccatores, quibus singulis, ne dicam una omnibus Petrus peccata dimisit, meis peccatis superavi. Maior es, et in tantum maior, in quantum mea peccata latius et altius se exteuderant, quam eorum, quibus dimittere iussus est Petrus. Illi si peccassent in Petrum, Petro tum concessa est potestas dimittere septuagies septies: ast cum ego non solum in innumeros plane fratres et Patres meos, in te summorum Patrum summum Patrem, qui mihi et iis omnibus es Petrus, in matrem meam, sed, uti dixi, et in ipsum Deum meum plus quam septingenties septuagies septies peccaveram, tu dimisisti. Quotquot enim in meis schismaticis scriptis verba, quae sunt pene innumera, tot horrenda peccata, quae utinam nullus unquam oculus vidisset, nulla unquam auris audisset: immo utinam nunquam etiam intra pectus meum concepta extitissent, tolerabilius sane esset mihi schismatico in die iudicii, quam terrae Sodomorum et Gomorhaeorum: nunc autem cum ea tot aures audiverint et audiant, tot oculi viderint et videant, tolerabilius sane fuisset in die iudicii terrae Sodomorum et Gomorrhacorum, quam mihi schismatico et haeretico nisi tu mihi subvenisses, et me talem et tantum peccatorem ab intolerabili isto malo auctoritate tua plus quam humana conservasses. Quare mei ratione te ipso maior extitisti, dum plus quam in Petro tibi concessum est dimittere, dimisisti.

Quamobrem quid vice versa tali beneficio dignum opponam? Quid tibi tanto meo benefactori rependam? Hoc, plus quam alii te diligam, necessum est: siquidem plus mihi, quam aliis donasti. Et si eorum, quae iutra hominem aguntur, conscientia est testis, hanc sub illo ipso teste, qui corda et renes scrutatur, produco, quod te diligo, quod in dilectione tui nemini cedo. Pro honore tuo, pro auctoritate tua, quam ut Christi Domini mei summus Vicarius in Ecclesia eius tenes, moriar. Maiorem autem hanc dilectionem, ipso Christo Domino mentiri nescio teste, nemo habet, ut animam suam ponat pro eo, quem diligit.

Agendum, Pater Sanctissime, et me sic tui amantem inter studiosissimos tibi habe, et ita me per te ipsum disposito, ad quicquid tibi secundum Deum et vires meas libet et placet, utere. Iam enim Deo propitio, et privatam totius meae antcactae vitae rationem illi, cui iuxta Catholicae Ecclesiae praescripta et normam debui, exhibui. Et publicorum omnium conceptorum, expressorum, dictorum, scriptorum,

actorum et factorum in causa Sanctae Unionis omni conatu, velis (ut aiunt) remisque contra eam male, perverse, scandalose, impie, blaspheme, sacrilege eundo, commissorum peccatorum meorum, et istius impetus, cui non vitae amore, nec mortis timore, sed maioris in animabus Schismaticis Ecclesiae Dei acquirendis lucri spe et desiderio ad tempus cessi, abiurato Schismate, damnatis haeresibus, publicam in aurem totius Christi Ecclesiae, quae illi in hoc populosissimo Poloniae Regno est, confessionem, fidei orthodoxae professionem, et corpori Christi, quod est Ecclesiae eius, incorporationem fideliter, plene, intime peregi, perfeci, consumavi. Et blasphemis Schismaticorum in meam orthodoxam Apologiam editis noviter duobus scriptis mea duo Catholica scripta opposui: et dogmatum, in quibus Orientalis Ecclesia ab Occidentali differre visa est, pium sensum exposui. Nunc quod deesse mihi visum est (ne etiam hac in parte vel mihi ipsi, vel genti meae, fratribus inquam meis desim), per hanc meam Sanctitatis tuae manibus non dignam Epistolam studiose adimpleo. Et in primis audaciae meae, si non sit temeritas, quod tantum in suggestione rei arduae apud tuam Sanctitatem praesumam, veniam quam humillime exoro: quod enim est supra me, nil spectare deberet ad me, nil spectare deberet ad me. Deinde debitas tuae Sanctitati gratias ago, quod me Brevi tuo summe mihi venerando praeter expectationem meam cohonestare, et in eo benedictionem tuam mihi impertiri sis dignatus. Quod etsi tuae honorandae manus subscriptionem (prouti forsan mos fert) non habet, nomen tamen tuum unice mihi reverendum ad osculandum mihi exhibet. Tum submisse tuam Sanctitatem rogo, ut me noviter sub tuo mihi foelicissimo Pontificatu in gremium S. Matris Ecclesiae aggregatum et receptum filium in sinu tuo pastorali paterne foveas et diligas, et salutaribus monitis consoleris. Deinceps quod supra me esse dixi, quod ratione iuvandorum Schismate irretitorum fratrum adimplendum esse censui, tuae Sanctitati, cui hoc vel maxime interest, quam diligentissime suggero, et tarditatis ac duritiei hominum istorum ad ineundam S. Unionem (quamvis in erroribus suis ab unitis Catholicis iam diu evidenter convicti sint) causam quam fidelissime operio. In quo enim passus sum ipse et tentatus, potens sum et eorum, qui tentantur, passiones et tentationes manifestare.

Non videtur mirum esse, Pater Sanctissime, quod gens ista (ut et aliae omnes ab Occidentalis Ecclesiae Unione avulsae, et Orientalis Ecclesiae nomine tumentes) crassa rerum divinarum ignorantia praeoccupata, ipsa per se nec nosse quicquam divinum possit, nec intelligere. Ubi enim liberalium scientiarum lucis semper occasus, et nunquam oriens, tenebrae ibi sint, necessum est. Tenebris autem occupatus si palpitet, non est mirum. Nec hoc mirum, si quis visu privatus luce serena vel frontem ad parietes allidat, vel pedes suos ad lapides offendat, caespitet, cadat, et quo se vertat, non sciat. Sed hoc mirum, si quis talium tot miserias, tot vitae pericula in horas in momenta subire malit, quam tuta via et recta a vidente manuduci. Quales certe sunt omnes homines nefando Schismate occaecati, qui libere, non secus atque mente destituti in suam perniciem ruunt. Ipsi in rebus salutaribus, in fidei inquam dogmatibus nil prorsus vident, manuduci tamen non patiuntur. Quid itaque cum talibus? Equidem ipsa experientia magistra edoctus, praeter unicum a Salvatore praemonstratum efficacissimum medium, quod innuo, alterum non invenio. Ubi enim rationi datur ratio, nec dissensio ibi obstinax, nec assensus tardus: sed ubi itur opinione, frustra ibi obviatur ratiocinatione. Quid enim aliud est «Compelle intrare» quam, noli permittere opiniosos et obstinatos perire. Si itaque occidere praesumitur, qui dum iuvare potest, despicit: iuvare eos omnino tenemur, ne homicidarum a nobis ob voluntariam despicientiam incurratur crimen. Iuvare autem non ut sanos, sed ut insanos: siquidem obstinatus non multum differt ab insano, quia ut insanus malefacere non desistit, nisi convinctus, ita et obstinatus quicquam boni facit, nisi coactus. Quare uterque uno eodemque modo ad saniorem mentem, velit nolit, est reducendus, ita ut insanus ligetur, ne mala faciat, et obstinatus cogatur, ut bona faciat: arbitrio eorum concedendum plane nil, cum sit plane caecum. Quid enim desideratur, quod in Rossia nostra pro ad saniorem mentem revocandis Schismaticis uniti Catholici plus quam per triginta continuos annos non tentarint, non egerint? praedicationibus, disputationibus, colloquiis quotidianis, admonitionibus, scriptis privatim et publice, et secundum Apostolum, opportune importune arguendo, observando, increpando in omni patientia et doctrina: non plus tamen per haec omnia apud obstinatos istos homines effecerunt, quam si surdis (ut est in proverbio) fabulam narrarent. Illud vero a me praenotatum a Christo Domino Ecclesiae suae pro invitandis ad coenam eiusmodi immorigeris hospitalibus insinuatum medium, a quibusdam fidelibus Domini sui servis in ditionibus suis adhibitum, multos ex viis et sepibus in domum Domini intrare brevi tempore fecit. Quod si ab omnibus Catholicis adhiberetur, profecto opinione celerius domus Domini impleretur. Non remansisset utique extra domum, nisi filius perditionis, vagus homo et perfidus, vita communi non dignus.

Sed quid? Taliter se negotio isto gerente, Schismaticorum apud tuam Sanctitatem culpem inflexibilem obstinationem, an quorundam in hoc Regno Catholicorum socordiam supinam? Haud scio: quaeram tamen. Dicit Dominus: Servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, et non praeparavit, et non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Schismaticus est servus et Catholicus: sed Schismaticus voluntatem Domini sui non cognovit, Catholicus vero cognovit. Cum itaque uterque servus iste voluntatem Domini sui non fecerit, uterque vapulabit: sed hic plus, ille minus. Isti itaque servi sunt merito culpandi, qui vapulabunt multis: qui voluntatem Domini sui cognoverunt, et non praepararunt, nec secundum voluntatem eius fecerunt. Catholici sunt iure culpandi, qui hanc Domini sui voluntatem cognoverunt, quod ille omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire: tamen nec praepararunt, nec secundum voluntatem eius fecerunt. Non praepararunt, quia permiserunt subditos suos faedo schismate teneri et haereseon caeno obrui. Non fecerunt secundum voluntatem eius, quia non compulerunt subditos suos in domum Domini sui intrare. Isti tales servi sunt culpandi. Isti servi, mea exili sententia, pastoribus illis apud Ezechielem Prophetam sunt non dissimiles. Nam quemadmodum illi lana, lacte et carne ovium suarum cooperti et pinguefacti oves non pascebant, ita et hi in laboribus subditorum suorum quotidianis positi ex censibus et tributis eorum ditantur, purpura et bysso induuntur, et quotidie splendide epulantur, de salute autem animarum eorum nullam prorsus habent curam. Quod execrabilius, plerique eorum (proh Deum immortalem) toti sedulo in id incumbunt, ne subditi eorum ad agnitionem veritatis perveniant et salventur, dum eos in Schismate blasphemis haereticis erroribus scatente non modo permanere patiantur, verum etiam ut maneant, (pertinaciam istam illorum constantiam vocitantes) hortentur: invasoribus Episcopis Popones suos inaugurare permittant, et obedientiam iis praestare adigant. Unitos autem Episcopos, legitimos eorum Pastores, verbis quidem magnificare praeseferant, reipsa tamen nimium contemnant, dum eos in istos suos Popones iure debitam iurisdictionem exercere non sinant, et rogati recusent. O multis vapulaturos istos servos! O malos Dominos, non bonos Catholicos! Isti isti sunt, Pater Sanctissime, quos apud tuam Sanctitatem culpem. Isti frigidi Catholici sunt in causa, cur haec salutaris S. Unionis in patria nostra multorum sagaci industria diu agitata (quae etiam nunc incessanter agitatur) scintilla, optatum non excitarit, nec excitet incendium, quam isti sua detestabili frigiditate in ignitissimis Unitorum fomitibus restinguunt, et ne altum iuflammetur supprimunt. Isti tales Catholici Schisma in Rossia nostra fovent, tenent et promovent. Isti invasoribus Epis monasteria sui patronatus ad commorandum suppeditant: isti eos alunt, isti eos alunt, isti defendunt. Quorum illi patrocinio freti, huc illuc per totam Rossiam cursitantes, Popones suos homines crassae ignorantiae simonizant, Schisma ecclesiant, haereses orthodoxizant: et sic sibi, sequacibus suis et istis Patronis cum magno parvulorum scandalo, et S. Unionis cum multo detrimento thesaurizant iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei. Cui malo occurrere tuum est, Pater Sanctissime, et efficere, ut in uno eodemque corpore membra omnia id officium exerceant, quod illis iudicio capitis inhibetur, et non quod illis ipsis lubet: ne hoc illorum vitium iure vergatur in ipsum caput, cuius imperio illa regi tenentur. Tu caput te ipsum ob pereuntium animarum salutem quotidiana sollicitudine paene evisceras hac, ut gentem nostram Rossiacam ad Sanctam tecum Unionem, sine qua illi est perditio, piis modis allicias, adducas, attrahas, membra autem aliud multa diversum, imo tuae voluntati contrarium exercere cernuntur.

Sic itaque rebus maledicti Schismatis stantibus, vis, Pater Beatissime (qui Domini tui voluntatem imitatus praeter salutem animarum, uti res clamat, nil aliud vis), diu a plerisque Antecessoribus tuis desideratam et promotam Unionem Sanctam in Rossia nostra integre ab omnibus Rossis initam videre? En modum tuae Beatitudini suggero, eumque planum et pium, faeillimum et efficacissimum. Pro auctoritate tua, qua ex Dei instituto polles, nil cunctando, dic Caput brachiis tuis, quae tibi in hoc praeclarissimo Poloniae Regno sunt, alteri spirituali, alteri saeculari, fiat in Regno Poloniae Unio: et verbo ocyus facta conspicietur. Quid enim tu non potes, qui cooperatorem tuum Omnipotentem habes? Qui cum sis fidelis eius servus et prudens dispensator super familiam eius constitutus, ut des illis cibum in tempore, in unum omnes colligere studeas. Brachia ista, si tuum illud Fiat unanimi consensu receperint, unanimiter et exequuta fuerint, brevi, Domino Deo opitulante, quod in Rossia nostra fieri desideras, videbis, et optato sollicitudinis tuae fine superstes faelicissime gaudebis. Si vero brachia ista ad invicem dissona sibi fuerint, ut quod alterum eorum attollat, alterum sublatum deprimat, frustra laboratur, frustra speratur, frustra expectatur. Imo certamen istud erit plus quam puerile ludibrium, ut quod hodie alterum extruxit, alterum cras destruat. Uti pene nunc apud nos agi videtur.

Habes, Pater Sanctissime, filium tuum in Dño dilectum, Serñum Regem nostrum (quem Dñus Deus servet nobis salvum, sanum et incolumem in multos annos), brachium seculare in exequendo hoc salutari munere ferventissimum et vigilantissimum: cuius in retinenda et promovenda sancta Unione candor omnibus Catholicis simul et Schismaticis optime innotuit. Habes et brachium tuum spirituale ad obeundam hanc provinciam non minus idoneum, Illmos ac Rmos Archiepiscopos et Episcopos, Regni huius Senatores primarios, insuper et Illmum ac Rmum a latere tuo Nuncium. Quid iam desideratur? Dua haec. Unum, si ex commissione et mandato brachii spiritualis sacerdotes tum seculares tum regulares, qui per singulas Rossiae Provincias Paroecias, Conventus et Collegia habent, praecipue vero Societatis Iesu Patres, si, inquam, hi dictum hoc tuum Fiat ad exequendum fideliter susceperint, fideliter et exequuti fuerint, dictum fiet illico factum, hac ratione. Demandetur sub conscientia s. obedientiae singulis, qui sunt a confessione, neminem istorum absolvant et ad ss. Altaris sacramenti communionem admittant, qui vel verbo vel opere Unionem opprimit, Schisma vero promovet. Quales sunt isti Schismaticorum intrusorum ultronei Patroni, nutritores, defensores ac perinde Schismatis maledicti fautores, et quantum in illis est, promotores. Isti enim hoc suo auxiliari maleficio ecclesiasticam censuram promerentur non minus, quam isti ipsi iniquitatis huius operarii. Insuper poenitentialis satisfactionis loco omnibus talibus iniungatur, ut Schisma opprimant, Unionem vero promoveant. Schismaticos Episcopos ex nunc monasteriis suis extrudant, alimoniam eis subtrahant, favorem detrectent, patrocinium denegent, sacerdotes pro subditis suis nisi Unitos non ferant, monasteria, salvo Patronatus sui iure, iurisdictioni Episcoporum Unitorum subesse permittant: et fiet illico tuae Sanctitatis dictum factum. Amotis enim columnis, rui necessum erit totum aedificium illis superaedificatum. Illico videbimus Schismaticos istos invasores, qui nunc solis Catholicorum ulnis gestantur, vel extra fines Regni evagaturos, vel Unionem sanctam sponte quaesituros, postquam se diutioris istorum suorum Patronorum favoris et patrocinii spe frustratos esse re ipsa fuerint experti. Isti enim, qui quaerebant animam pueri, defuncti sunt: persequutores, inquam, sanctae Unionis Magnates, viri Principes, qui advenas Episcopos, et istos Ἐπιβάζας pro se suisque subditis tenebant, alebant et defendebant, evanuere. Nec potest amplius Schisma tales protectores et nutritores eis suppeditare. Et hoc est unum, quod desideratur.

Suggero alterum. Iuventus illa gentis Rossiacae, nobilis et plebeia, Schismati addicta, quae in Collegiis Societatis Iesu Patrum literis operam navat, ritum mutare ne cogatur, imo etiam volens non admittatur: sed ad Uuionem sanctam piis monitis allecta in suo ritu ut persistat, stabiliatur. Hinc enim operarii ad messem istam Domini, ad urgendam, inquam, et permovendam s. Unionem suppeditabuntur. Et est Praeceptoribus hisce pro persuadendis in id discipulis suis, praeter scxcutas alias, et haec ratio in promptu evidentissima et firmissima Apostoli dicentis: Si quis suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior. Nam etsi refragari vellent, constringi facile possunt. Non enim possunt vere affirmare, se pari ratione afflictam Matrem, Orientalem Ecclesiam, mutato ritu iuvare posse, quam si persistant in ritu: nam fortius iste de vita periclitantem iuvat, qui eum viva voce admota manu iuvat, quam qui e longinquo solo clamore iuvat. Priori modo iuvare censentur Matrem suam Orientalem Ecclesiam, qui in ritu suo Graeco permanent: posteriori, qui ritum mutant. Et quanto fortius, tanto efficacius, dum quod matri et fratribus commendant, idem ipsi ut bonum et salutare retinent et sequuntur: quam illi, dum quod matri et fratribus commendant, id ipsi ut malum, vel ut minus bonum sprevisse praesumuntur.

Haec duo, Pater Beatissime, si tu vivida tua pastorali in omnes auctoritate reipsa effeceris, En optatam Unionem in Rossia nostra ad manus habes: qua potitus, suppone te per tuos Rossos brevi temporis successu in omnibus nationibus Orientalis Ecclesiae nomine in Schismate sese iactitantibus eam obtinuisse. Libertas Schismati supercilium attollit, servitus deprimit. Ubi ex libera nostra gente infernalis iste καποδαίμων exul factus fuerit, ex gentibus tyrannide oppressis opinione celerius propulsabitur. Modos Deus ipse providebit. Quare huic meae suggestioni, si est aequa, Pater Beatissime, favorem opere exhibe, nec mora: occasio enim est anticipanda, cum hoc tempore apud nos etiam rigidissimi Schismatici assidua Unitorum opera succensi incallescunt et mollescunt: et taedio Schismatis sibimetipsis quodammodo exosi facti pro Unione ad invicem decertant, et pro perspecto eius bono passim contendunt. Hodie (eras enim erit minus apte) Rossos tuos loco strenui Davidis pro prosternendo robusto isto populo Dei insultante Philistino obtinere omnem curam adhibe, persuasus, brevi se gratia Dei per eos desiderii tui optato effectu in Universo Orientali Schismatica Ecclesia potiturum.

Interim me inutilem tuum servum ad pedes tuae Sanctitatis perquam humillime prosterno, et eos reverenter osculor, peccatis meis veniam exposco et benedictione Sanctitatis tuae pastorali consolari cupio. Dominus Deus Sanctitatem tuam ad regimen Ecclesiae suae Sanctae pro pace universi Christiani Orbis per gratiam suam diviuam conservet in multos annos.

Data in Volhynia, Provincia Ducatus Rossiae, Regni Poloniae incorporata, In Monasterio Derman dicto, Patronatus Illm̃orum Principum in Ostrog, Anno Domini 1630. mense Februario 16. die.

Beatitudinis Tuae

indignus filius et quotidianus apud Deum exorator

Meletius Smotrziski Archiepiscopus dictus Polocensis, Archimandrita Wiluensis et Dermanensis mpp.

CCCXXIX.

Regi Poloniae Honoratum ex Vicecomitibus archiepiscopum Larissenum novum nuntium apostolicum pontifex commendat. Reg. Brev. An. VII. ep. 317.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Coronata scuto bonae voluntatis, et extollens gladium salutis excubat Maiestas Tua in finibus Christiani Orbis, Deum exercituum colens triumphis. Roma, quae iamdiu tibi tantum decus gratulatur, et multiplici plausu testata est charitatis suae magnitudinem, existimat non minus Regali patrocinio armari in Polonia Curatores ecclesiasticae ditionis, quam Regali fortitudine profligari solent hostes christianae veritatis. Quare alacres istuc proficisci solent Praesules ordinarium Apostolici Nuncii munus obituri apud eum Regem, qui se in regno servire Religioni profitetur. Mirum ergo non est, si optato beneficio perfrui se gloriatur in praesentia, quem in Santacrucii Cardinalis magistratum subrogamus, Venerabilis frater Honoratus Archiepiscopus Larissenus. Longi enim itineris et sollicitae operae pretium satis grande ille arbitratur alloqui Maiestatem Tuam non minus gloria Principem quam potentia. Speramus autem fore, ut foeliciter quaerat benevolentiam Sigismundi Regis Praesul eclebri Vicccomitis generis nobilitate clarus, in patrui Cardinalis disciplina educatus, et Mediolanensis gloriae patrimonium augens opulentia Christianarum virtutum. Qui Romana omuium ordinum benevolentia semper floruit, facile progignet in Polonia fructus populis salutares ac iucundos Maiestati Tuae. Dignus plane est, quem sibi charissimum esse Rex virtutum patronus profiteatur. Eius verbis perinde ac nostris credi cupimus a Maiestate Tua, cui ille novum Pontificii amoris testimonium defert, et Apostolicam benedictionem nostro nomine impartietur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem die xv. Iunii MDCXXX. Pontificatus nostri Auno Septimo.

CCCXXX.

Pontifex per cardinalem Barberinum nuntio apostolico in Polonia relationem, quam cardinalis Sanctacrucius de iis, quae in novis comitiis electoralibus tam in negotio electionis regis, quam in rebus fidei et ecclesiae a nuntio apostolico curanda sunt, composuerat, transmittit. Nuntiat. Polon. Vol. 41.

A Monsig. Arcivescovo di Larissa Nuntio in Polonia.

Roma, 19 Ottobre 1630.

La relatione data qui dal Signor Cardinal Sauta Croce in proposito dell' elettione del successore à cotesto Re, dovrà servire à lei per notizia di quel che passa circa affare cosi importante, e veramente S. B. desidera molto, che non solamente cotesto Regno, dopo la morte del presente Re, cada in persona cosi Cattolica e Religiosa come è il Sig. Prencipe Vladislao, atto anco à sostenerlo in credito per il suo sperimentato valore nell' armi: ma anco, che questa partita potesse assicurarsi in vita della Maestà sua, massimamente vedendosi, che per i peccati nostri e per le discordie che tuttavia durano tra Prencipi Cattolici, Gostavo acquista sempre nuovi dominii e nuova riputatione, onde conseguentemente s' avvautaggierà costi la sua prattica e la sua fatione, la quale si consideri quanto s' ingrandirebbe se egli occupasse la Silesia, come avvisano che vi ha la mira, il che Dio non voglia. Con tutto ciò perche il tentarsi questo assicuramento della successione in vita del Re può haver quelle difficoltà e gelosie che accenna il Sig. Cardinal Santa Croce nella sua scrittura, però V. S. si valerà de ricordi et avvertimenti che insieme dà sua Eminenza, e stia avvertita se nella Dieta, che hormai dicono sia per tenersi, se si fa motivo alcuno di questo particolare.

Relazione del Cardinale di Santa Croce intorno all'elezione del futuro Re di Polonia, mandata dal Cardinal Segretario di Stato a Monsig. Nunzio di Polonia.

Trovasi il Re di Polonia in età di 64 anni, indebolito sicome delle forze del corpo, cosi del vigor dell'anima, lento et irresoluto, cosa non solo contraria allo stato presente di quel Regno, ma anco al genio et al desiderio de Polacchi. Patisce inoltre di flussioni di humori nelle gambe e nelle braccia, che lo rendono gran parte del tempo inhabile alle publiche funtioni, etiamdio al sottoscrivere, e talvolta lo aggravano in modo che ne va in dubbio della vita, sicome è accaduto due fiate in tempo mio, che fu tenuto e publicato per morto. Per questo e per essere i Polacchi particolarmente molto mal sodisfatti di lui, e generalmente tutti stracchi della diuturnità del suo regnare di 43 anni, disgustati, perche pretendono che habbia violati alla Nobiltà molti privilegi, et insospettiti che con l'aderenza di Casa d'Austria, con cui si professa il Re congiuntissimo, li privi della loro libertà, vorrebbono e vedrebbono volentieri mutatione di Re.

Pochi giorni dopo il mio arrivo in Roma il Principe Vladislao m'ha scritto, che aggravandosi giornalmente l'indispositione nel Re suo padre, la Regina gli haveva fatto intendere, che il Re si contenta, che si tratti l'elettione sua alla Corona, mà che S. A. medesima se la procuri dal Regno, e che la Regina mostra di volerla anche essa promovere, Contrario à quel che si teneva publicamente per tutto, e che mi fu dimandato ancora nella Corte Cesarea, cioè che la Regina s'opponesse al figliastro per incamminare, escluso lui, all'acquisto del Regno Casimiro suo figliolo primogenito, il che non fu però mai creduto da me, perche sapevo esser notissimo alla Regina istessa, che i Polacchi per la grande avversione loro al Principe Casimiro, havriano eletto più tosto che lui qualsivoglia altra persona. A tal risolutione intendo che il Re e la Regina sieno stati indotti dall'Imperatore, il quale si sarà mosso à persuaderli à ciò, forse per la relatione che io feci nel ritorno à S. M. Cesarea, et al Principe d'Echembergh dello stato di quel Regno e di quella Casa.

Supposta tal dispositione del Re e Regina, nella quale consiste se non la maggiore, almeno la prima difficoltà, si apre maggior campo al procurare, come si dovrebbe fare con ogni studio l'eletione del Principe Vladislao, non solo come utile e necessaria al Regno, ma importantissima alla Religione Cattolica. Conciosiacosa che se il Re venisse à morte prima di essersi stabilito nel trono il successore, e tanto facile che Gustavo pseudo Re di Svetia e principal braccio de gli Eretici in Settentrione, acquisti quella corona, che nulla più.

1°. Perche egli si trova già potente dentro il Regno non solo di fortezze e città recuperate, e che tuttavia tiene in Prussia e di tutta la Livonia, mà anco di gente d'artigliaria e di monitione. E poiche non ostante la tregua fatta di sei anni col Regno di Polonia, egli ha tuttavia in ordine, e sù i confini della Moscovia istessa un esercito di dieci in dodici mila huomini, niuno sà ò può attribuir ciò ad altro fine che all'aspirare, ch'egli fa à quel Regno, essendo benissimo informato del poco che si spera di vita nel Re.

2°. Perche come capo e direttore, ch'egli è de gli Eretici nel Settentrione, è bastante à tener sempre pronto sotto varii pretesti, come sarebbe per opporsi alle forze di Cesare, e mantener la libertà loro, un numero di 25 ò trentamila huomini nelle provincie bagnate dal mar Baltico, e di questi valersi all'occasione dell'Interregno di Polonia per i proprii fini, utili e grati alli medesimi Eretici.

3°. Per esser cognato dell'Elettore di Brandemburgh anche egli heretico, possessore della Prussia Ducale, infedele al Regno di Polonia, da cui la tiene in feudo, sapendosi benissimo, ch'egli ha dato gran commodità à Gostavo, anzi come vogliono alcuni l'ha chiamato et introdotto à gli acquisti, che ha fatti, et ancorche si sia poi intimorito della potenza di lui divenuta maggiore che ei non credeva, et ha in apparenza mostrato di tenersela co' Polacchi, si è però scoperta più volte la secreta intelligenza, che teneva con Gostavo, e credo anco che egli sappia che i Polacchi lo dissimulino, hora non potendo à meno, et aspettino tempi più felici per loro à vendicarsene.

4°. Perche haverebbe senza dubbio il favore del Turco, del quale si sà che à Polacchi è convenuto in alcuno de i passati interregni haver riguardo per la sua potenza.

5°. Per haver esso molti parte d'Heretici, parte Politici assai potenti e di gran seguito nel Regno, specialmente in Lituania suoi fautori et adherenti, e che tengono di continuo con lui segrete prattiche.

6°. Perche nel suo esercito trattiene molti Polacchi e Lituani principali ò banditi ò mal contenti, e li tratta con ogni sorte di cortesia rendendosegli ben affetti.

Gli riuscirebbe anco facile l'acquisto per la parte de Polacchi stessi, i quali vi potrebbono condescendere.

1°. Perche eleggendo all'hora Vladislao Principe povero di gente e di danaro, che non potrà cosi disporre di ainti stranieri, e non competitore al Regno di Polonia, mà pretensore et avido di ricuperar quello di Svetia et il perduto in Prussia, si eleggerebbono in conseguenza una dura ò disvantaggiosa guerra con Gostavo, che si opporrebbe con ogni suo sforzo al Prencipe, trattandosi di triplicato interesse di Polonia, di Svetia e di Prussia, la qual guerra sarebbe da loro grandemente aborrita per la temenza c'hanno del valore e della fortuna di Gostavo, e per gli estremi danni, che ne hanno sentito in questa di Prussia, in modo che accelerarono l'anno passato, non potendo la pace, una tregua poco utile et honorata per loro.

2°. Per rihavere con tal eletione quella parte di Prussia e Livonia tanto importante al Regno, che Gostavo ha tolto loro in quest'ultima guerra con grandissimo loro dolore.

3°. Acciò si restituisse in pristino la navigazione e libertà del mar Baltico e del porto di Dansica, nel quale è incredibile quanto premino i Polacchi, attesoche per l'oppositione, che esso Gostavo ha fatto prima con la sua armata, poi con le gabelle et aggravii posti parte di consenso di essi Polacchi, parte di propria autorità e forza, disviandosi i commercii, e specialmente non potendo i Polacchi estrahere i loro grani e robbe, onde cavano le propric entrate, sono ridotti à tal penuria di danaro, che affermano haver loro nocinto in generale et in particolare questo impedimento più di qualsivoglia passato infortunio e calamità..

4°. Vi s'indurrebbono per la speranza ò per la promessa che egli farebbe di unire al Regno di Svetia con quello di Polonia, si come fu già nell'eletione del Re presente, e cosi formarne una potenza formidabile à tutti i Potentati vicini.

5°. Per haver conforme al genio loro un Re riputato valoroso e fortunato nell'armi, sotto il quale sperarebbono di poter far grand'imprese, di assicurarsi de i Tartari e Moscoviti, i primi de'quali sono continuamente infesti, et hora di nuovo imminenti al Regno, i secondi fanno gran preparamenti e mostrano di voler ricuperare Smolensko e la Svetia. Sperarebbono di far progressi contro l'Imperio à loro esoso, e di ripetere l'antico possesso della Slesia, qual sogliono spesso mentovare con aperta invidia e rammarico.

Nè ostarebbe per mio parere à Gostavo l'esser heretico, poiche per maggiormente indurre i Polacchi non sarebbe lento à far un'apparente reconciliatione con la Chiesa Romana, ò vero à prometter di farla, e già si sà, che una volta stando in simil proposito egli hebbe scherzando à dire, che per esser Re di Polonia non solamente haverebbe udita la messa, ma si sarebbe fatto anco Giesuita. Ogn'uno poi vede à quanto pericolo n'andrebbono le cose de Cattolici non solo in Polonia, ma nella Germania tutta, se si unisse tanta potenza in un Principe ò aperto Eretico ò simulato Cattolico.

Per evitar dunque si pernicioso successo par necessario il sollecitar l'eletione di Vladislao, al che fare potrebbe prima Monsig. Nuntio investigare e toccar con mano, se sia vero che la Regina concorra à tal eletione, poiche in tal caso sarà più sicuro il negotiare, e più facile l'effetto, si perche il Re differisce assaissimo nella volontà della Regina, come perche vi concorrebbono ancora i partiali di essa, che sono molti e di consideratione.

Assicurato ciò potrà notificare alle Maestà il gusto che N. S. sente di questa risolutione loro, e che S. M. ponga alle sue gravi fatiche fine si glorioso et utile alla Christianità et al Regno, cioè in quanto è diretto à schifare i pericoli dell'Interregno e l'intrusione d'altro Principe, e dirà di tener ordine da Sua Santità d'impiegarvi ogn'opera sua in conformità de i sensi delle Maestà loro.

Si volgerà poi à trattare coll'Arcivescovo come Primate del Regno, col Vescovo di Cuiavia, hora nominato di Cracovia, huomo d'autorità e di risolutione, divotissimo à S. B. et affetto al Principe, co' Grancancellari e Vicecancellari, col Duca di Sbarask Castellano di Cracovia, primo fra Senatori secolari di gran seguito e potere, e che se bene si potrebbe tener alieno per esser capo de i disgustati del Re, spero nondimeno che essendo huomo di discorso et avido di riputatione preporrà la giustitia della causa, e la benignità e bontà del Prencipe Vladislao alla memoria de i disgusti, che pretende haver ricevuti dal Re, et insomma ne trattarà con tutti quelli che giudicherà necessarii et opportuni, e che gli saranno additati dallo stesso Prencipe, col quale dovrà prima intendersi e passar di concerto, potendo egli, più che ogn'altro come informato delle passioni et interessi, mostrar la via più diritta e sicura.

Mà sopra tutto grandissimo momento sarà, che l'Imperatore seguiti à promovere caldamente il negotio col Re e con la Regina (però senza saputa de Polacchi), professando quelle Maestà grandissima dependenza da lui, e di riconoscere in certo modo dalla sua adherenza maggior riputatione e sicurezza à se medesime nel Regno loro.

Mà se veramente la Regina havesse diversa volontà, converrà negotiare per diversa via e più riguardato, pigliando da lungi mezzi opportuni per guadagnare la sua volontà, al che non si può dare miglior instrutione, che il governarsi totalmente conforme à quanto mostrarà il medesimo Prencipe, il quale oltre alla prattica sudetta, ha prudenza sofficiente à dirigere ogni importante negozio.

CCCXXXI.

Professio fidei archiepiscopi Armenorum Leopoliensis eiusque cleri, reponenda in archivo Castri S. Angeli ex decreto sacrae congregationis de Propaganda Fide coram sanctissimo etc. die 28. martii 1631. Ex originali.

✠ In Nomine Domini Nostri Amen.

Per hoc praesens publicum Instrumentum cunctis pateat et evidenter sit notum, Quomodo Anno Domini Millesimo sexcentesimo trigesimo, Indictione Romana decima tertia, quae fuit feria quinta post festum sanctarum Ursulae et sociarum Virginum martyrum, die vero vigesima quarta mensis Octobris, Pontificatus Sñi Dñi nostri Dñi Urbani divina providentia Papae VIII. anno ipsius octavo, hora circiter vigesima pomeridiana in integro viginti quatuor horarum horologio, in Ecclesia S. Michaelis Archangeli Reverendorum Patrum Discalceatorum Carmelitarum extra moenia civitatis Leopoliensis, ad ianuam eiusdem civitatis sita, personaliter constitutus Rñus Dñus Nicolaus Toroszowicz Ritus Armenici Archiepiscopus Leopoliensis, et Venerabilis Antonius Serepkowicz, Honophrius Haceresz owicz Presbyteri, Sozymus Diaconus ordinis S. Antonii et Stephanus Iakobowicz sacrorum ordinum Clericus eiusdem ritus, mentis et rationis compotes, necnon et corporibus sani, omnibus melioribus via, iure, stylo, forma et ordine, quibus potuit ac debuit, potuerunt ac debuerunt, Ac in primis dictus Revñus Dñus Nicolaus Toroszowicz ritus Armenici Archiepiscopus Leopoliensis, non immemor suae submissionis et obedientiae Rño in Christo Patri Dño Melchisedech supremo Armeniae Nôris et Iôris Syonidisque Patriarchae, felicis recordationis Gregorii XV. Pontificis Maximi per submissionem et obedientiam iuramenti sacramento sibi suisque successoribus datam adoptivo et vero filio, Leopoli in Monasterio Armenorum in suburbio Cracoviensi, iuramento quoque in manibus eiusdem Anuo Millesimo sexcentesimo vigesimo sexto proxime praeterito circa suam in Archiepiscopum consecrationem delatae et comprobatae, verum eidem in omnibus firmiter inhaerendo sponte, palam, libere et per expressum, alia et intelligibili voce ad maius dictae Ecclesiae S. Michaelis Archangeli altare in manibus admodum Rñdi in Christo Patris Fratris Michaelis ab Annunciatione, Carmelitarum Discalceatorum Provincialis, Sacrosanctae Fidei Romanae Apostolicae Catholicae Professionem iuxta praescriptum Bullae felicis recordationis Pii Quarti Pontificis Maximi cum debita obedientia Sño Dño nostro, Dño Urbano Octavo Papae, supremo Iesu Christi et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Vicario feliciter moderno eiusque successoribus, superaddita Concilii Calcedonensis speciali acceptatione et Eutychis Dioscoriquc cum suis asseclis et haeresibus abrenunciatione, ea qua debuit humilitate et reverentia, servatisque servandis, idiomate Polonico fideliter in omnibus et per omnia emisit, fecit, praestitit et iuravit, consequenter statim dicti Venerabiles Antonius Serepkowicz, Honophrius Haceresz owicz Presbyteri, Sozymus Diaconus S. Antonii ordinis et Stephanus Iakobowicz Clericus ritus Armenici suum Revñum Archiepiscopum secuti, tamquam peruecessariam salutis animarum suarum basim constituentes, dictam Sanctae Romanae Fidei Catholicae professionem in dicta Ecclesia successive seorsum et sigillatim, servatis omnibus servandis, humiliter et reverenter palam, libere et per expressum in manibus dicti admodum Rñdi Patris Provincialis, omnes et singuli iuxta praescriptum dictae Bullae cum dicto additamento, Concilii videlicet Calcedonensis acceptatione et Eutychis Dioscorique haereseos abrenunciatione, idiomate Polonico fideliter in omnibus et per omnia fecerunt, praestiterunt et emiserunt, cunctasque haereses et schismata abiurantes, obedientiam S. Matri Ecclesiae Romanae et eius Vicario praesenti suisque successoribus, prout par est, emissa dicta Professione iurarunt. Mox et incontinenti dictus Rñus Dñus Nicolaus Toroszowicz ritus Armenici Archiepiscopus Leopoliensis, et dicti Venerabilis Presbyteri, Diaconus et Clericus ritus eiusdem stantes ibidem, ac ipse Rñus Archiepiscopus Leopoliensis suis in manibus papyrum scriptam manu propria charactere utroque, Armenico videlicet et Polonico, per se et per dictos Venerabiles Presbyteros, Dia-

conum et Clericum ritus eiusdem nominibus et cognominibus subscriptam proprioque sigillo signatam, necnou aliarum singularium utriusque status personarum manibus itidem subscriptam tenens, debita cum instantia in supplementum fidei et firmitatis praemissorum institit et supplicavit, institerunt et supplicarunt, quatenus eandem tanquam omni vitio et suspicionis nota immunem admitterem, legerem, transumerem et praesenti Actus istius publico Instrumento apponerem et annotarem. Quam quidem papyrum scriptam seu codicillum pro officio meo admisi, recepi, legi, transumpsi et annotavi: cuius tenor sequitur estque talis: Iesus ✠ Maria.

Ego Nicolaus Toroszowicz Dei gratia Ecclesiae Armenorum Archiepiscopus Leopoliensis, Ego Autonius Serepkowicz Presbyter, Ego Honophrius Haccreszowicz Presbyter, Ego Syzomus Diaconus ordinis S. Antonii, Ego Stephauus Iakobowicz Clericus ritus Armenici firma fide credimus et profitemur omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credimus in unum Deum Patrem omnipoteutem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et iuvisibilium. Et in unum Domiuum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula: Deum dc Deo: lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis et iucarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum scripturas: et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris: et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre et Filio simul adoratur et couglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Coufiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum, et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi, Amen.

Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admittimus et amplectimur. Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicari de vero sensu et interpretatione sacrarum scripturarum admittimus, nec eam unquam nisi iuxta uuanimem consensum Patrum accipiemus et interpretabimur. Profitemur quoque Septem esse vere et proprie Sacrameuta novae legis a Iesu Christo Dño nostro instituta, atque ad salutem humani generis licet non omnia singulis necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poeuiteutiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimouium, illaque gratiam conferre: et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipimus et admittimus: omnia et siugula, quae de Peccato origiuali et de Iustificatione in sacrosaucta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplectimur et recipimus. Profitemur pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis: atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem unacum anima et diviuitate Dūi nostri Iesu Christi: fierique conversionem totius substantiae panis in corpus, et totius substautiae vini iu sanguiuem, quam conversionem Ecclesia Catholica Transubstantiationem appellat. Fatemur etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque Sacramentum sumi. Constanter tenemus Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari: similiter et Sanctos unacum Christo reguantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime asserimus imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertieudam. Iudulgeutiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmamus. Sanctam Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem et magistram agnoscimus, Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum principis Successori ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondemus ac iuramus. Cactera item omnia a sacris Canouibus et oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosaucta Trideutina Synodo tradita, definita ac declarata indubitanter recipimus et profitemur: simulque contraria omnia atque haereses quascunque ab Ecclesia damnatas atque reiectas et anathematizatas nos pariter damnamus, reiicimus et anathematizamus. Item amplectimur, suscipimus et approbamus sanctam Synodum Chalcedonensem sexcentorum triginta Patrum, quartam in ordiuem universalium Synodorum, et credimus ac sequimur quicquid illa decrevit, et reprobamus et damnamus quicquid illa

reprobavit, et maxime impiam haeresim Eutychetis et Dioscori Alexandrini cum ipsis auctoribus, qui affirmare ausi sunt, non esse in Christo post unionem Verbi cum carne duas integras, perfectas, inconfusas et impermixtas naturas cum unitate hypostasis sive personae. Et reprobo secundam Synodum Ephesinam, immo potius latrocinium, quod factione eiusdem Dioscori, occiso beato Flaviano Episcopo Constantinopolitano, legatis summi Romani Pontificis fugatis, et Episcopis caeteris terrore armorum ad assentiendum compulsis, Eutychianam haeresim impio confirmavit. Insuper promittimus nos tanquam obedientiae filios ordinationibus, praeceptis, censuris ac iussionibus Sñi D. N. Urbani VIII. divina providentia Papae, et successorum suorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, et Sedi Apostolicae semper et fideliter obtemperaturos. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profitemur et veraciter tenemus, eandem integram et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime (Deo adiuvante) retinere, confiteri, atque a meis subditis vel illis, quorum cura ad nos in munere nostro spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in nobis erit, curaturos. Hanc autem Professionem in hunc modum coram Rñdo in Christo Patre Melchisedec Patriarcha Armenorum hic Leopoli in Monasterio nostro Armenico in suburbio Cracoviensi dicto, ante quadriennium, qui Ecclesiae Romanae obedientiam praestiterat et Gregorio XV. Romano Pontifici iuraverat, factam renovamus et confirmamus, ad illamque in omnibus et per omnia unacum fratribus meis infrascriptis me refero. Reservo vero mihi facultatem expediendi divina officia secundum ritum et caeremonias Ecclesiae Catholicae Armenae, quae convenit et obtemperat in omnibus S. Romanae Ecclesiae. Ad haec Calendarium et dies festi anniversarii, Iurisdictioque ordinaria secundum consuetudinem Armenae Ecclesias Catholicae integre mihi reservari debent. Ego idem Nicolaus supradictus cum Presbyteris et et Clericis infrascriptis spondeo, voveo ac iuro: Sic me Deus adiuvet et haec sancta Evangelia.

Subscriptio eiusdem Rñi Armenico characterc – sequitur, Nicolaus Toroszowicz Archiepiscopus Leopoliensis Sedis Armenae. (L. ✠ S.)

Subscriptio primi Presbyteri Armenico charactere † sequitur Polonico, Ego Antonius Serepkowicz Ordinis S. Antonii.

Subscriptio alterius Armenico charactere † sequitur Polonico, Ego Honophrius Hecereszowicz Ordinis S. Antonii.

Subscriptio Diaconi Armenico charactere † sequitur Polonico, Ego Sozymus Diaconus Ordinis S. Antonii.

Subscriptio Clerici Armenico charactere † seq. Polonico, Ego Stephanus Iakobowicz Clericus.

(L. ✠ S.)

Laurentius Dabrowicki S. Auctoritate Publicus Notarius cum infranominatis testibus ad praemissa praesens interfui, ideo me manu mea propria subscripsi.

F. Michael ab Annunciatione Provincialis Carmelitarum Discalceatorum.
F. Elias a Sanctissimo Sacramento Prior Carmelitarum Discalceatorum Conventus Leopoliensis.
F. Archangelus a S. Michaele Carmelita Discalceatus.
F. Stanislaus a Iesu Carmelita Discalceatus.
F. Casimirus a S. Anna Carmelita Discalceatus.
F. Ioannes a Iesu Maria Carmelita Discalceatus.
F. Thomas a S. Sebastiano Carmelita Discalceatus.
F. Benignus a S. Iacobo Carmelita Discalceatus.
F. Anzelmus de Annuntiatione Carmelita Discalceatus.
P. Thomas Elzanowski Societatis Iesu huic actui praesens interfui.
P. Andreas Pulnokowicz Societatis Iesu huic actui praesens interfui.
D. Erasmus Sixtus Medicus et Consul Leopoliensis adfui praesens.
D. Paulus Dziordzi Boym Medicus et Consul Leopoliensis huic actui praesens adfui.
D. Iakobus Scholc I. V. Doctor, Eques Auratus, Consul Leopoliensis huic actui praesens adfui.

Utque ego Notarius infrascriptus praemissa in notam sumerem, ac de iisdem unum vel plura publicum vel publica Instrumentum vel Instrumenta conficerem et extraderem, me debita cum instantia dictus Rñus ritus Armenici Archiepiscopus una cum dictis Venerabilibus Presbiteris, Diacono et Clerico rogavit et requisivit, rogarunt et requisiverunt. Acta sunt haec Anno, Indictione, Pontificatu quibus supra, Praesentibus admodum Revñdis ac Religiosis in Christo Patribus Laurentio Dabrowicki Sancti

Laurentii extra muros Leopolienses Praeposito, S. Auctoritate Apostolica Publico Notario, Michaele ab Annunciatione Provinciali Carmelitarum Discalceatorum, Elia a Sño Sacramento ad Ecclesiam S. Michaelis Archangeli Conventus Priore, Archangelo a S. Michaele, Stanislao a Iesu, Casimiro a S. Anna, Ioanne a Iesu Maria, Benigno a S. Iacobo eiusdem Conventus Leopoliensis Carmelitis Discalceatis, Thoma Elzenowski Presbytero, Andrea Pulnokowicz Societatis Iesu, necnon Excellentibus spectabilibusque Dominis Erasmo Sixto, Paulo Giorzi Boym Medicinae, Iacobo Scholc I. V. Doctoribus, Consulibus Leopoliensibus, testibus ad praemissa rogatis, vocatis adhibitisque, meque Stanislao Rodyszowski in maioribus Clerico, S. Auctoritate Apostolica Publico Notario, et ad Actum praesentem ab admodum Rūdo Domino Ioanne Baranowski I. V. D. Archidiacono, Vicario in spiritualibus et Officiali generali Leopoliensi, specialiter et expresse deputato. Qui quoniam praemissis omnibus et singulis, dum sic, ut praemissum est, agereutur, dicerentur et fierent, unacum supradictis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, Ideo in notam licet alicna manu, me tunc aliis gravibus occupato, sumpsi et extraxi, ac de iisdem publicum Instrumentum confeci, signoque, nomine et cognomine meis, quibus in talibus pro officio meo utor, consignavi, communivi et subscripsi in fidem omnium et singulorum praemissorum ad testimonium evidentius rogatus et requisitus. Idem qui supra manu propria. (L. ✠ S.)

Ioannes Baranowski I. V. D. Archidiaconus, Vicarius in spiritualibus et Officialis generalis Leopoliensis, fidem facio, praenominatum R. D. Stanislaum Rodiszewski Presbyterum esse sacra Auctoritate Apostolica creatum Notarium Publicum, in hac alma Archidioccesi receptum et approbatum, nec non authenticam et legalem personam, cuius instrumentis et scripturis tam in iudicio quam extra fides indubia adhiberi solet. In fidem manu mea scripsi et subscripsi et sigillo munivi. Leopoli die viii. Novembris Anno Domini mdcxxx.

(L. ✠ S.) Ioannes qui supra Archidiaconus et Officialis generalis Leopoliensis.

CCCXXXII.

Regem Poloniae de obitu coniugis pontifex solatur. Reg. Brev. An. VIII. ep. 255.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Sarmatiae Regnum cum Angelorum patria commutasse pie creditur, quae nuper mortem occubuit, Charissima in Christo filia nostra Constantia Regina Poloniae et Uxor Maiestatis Tuae. Proinde Rex scientiam salutis edoctus petere a coelo potes iustissimo dolori medelam, quem in Regia non potuit tibi luctuosa tantae Reginae mors non peperisse. Nos certe religiosis orationibus pie illi animae magnitudinem Apostolicae charitatis declaramus. Neque decedens uxor a Regali marito potest utiliora amoris nou morientis exigere documenta. Coeterum, qui domus tuae prospera vel adversa ad nostras spectare curas semper voluimus, non potuimus in eo Regii funeris nuncio non sentire dolorem humanitatis numquam immemorem, atque etiam non lamentari moerorem Maiestatis Tuae. Rogamus Patrem misericordiae, cuius etiam vulnera medicamenta sunt, ut Regiuam Christianarum virtutum splendoribus coronatam velit etiam demortuam viverc, uou solum semper in plausu istarum provinciarum, sed etiam diutissime in regnatricis coniugis vita, et optimorum filiorum foelicitate. Tantum e coelo solatium petimus Maiestati tuae, cui Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Dat. Romae etc. die xvi. Augusti mdcxxxi. Pont. nostri Anno Octavo.

CCCXXXIII.

Pontifex regium Poloniae principem de obitu patris solatur, eique successionem in regnum adprecatur. Reg. Brev. Tom. IX. ep. 251.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Sigismundo Sueciae Regi Illustri
et Poloniae Principi.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Non potest Ecclesia non lamentari obitum Sigismundi Regis Patris tui, quamvis glorioso quadraginta quinque annorum Regno credatur quaesivisse principatum aeternitatis. Nos certe cultorem sacerdotii et impiorum triumphatorem orationibus et sacrificiis demortuum iuvamus. Videtur autem conspicere affulgentem e coelesti Regno beatam spem, quae amantissimi Pontificis moerorem extincti Regis foelicitate consolatur. Porro autem Apostolicas curas ad Regia Poloniae Comitia convertimus, cupientes ad Maiestatem Tuam, cui numquam moritura parentis gloria et semper gratiosa virtutis commendatio suffragatur, paternam dominationem propagari. Favent Maiestati Tuae praeiudicia famae non raro eligentis, quae Nos certissima fore tui

prineipatus auguria omnino speramus. Iam vero haee Viearia Divinitatis authoritas ad Polona Comitia per Apostol. literarum preces et Pontifiealis Nuncii officia aceedit, Eleetores omnes sollieita eharitate quasi prensans. Fruere iuterea et voluntate Ecclesiae et petitione Christianitatis. Nos qui te eoram complecti potuimus eoelestibus palmis eoronatum, eupimus supra quam diei potest benedieere Maiestati Tuae Polonum diadema in armata fronte inter Europae plausus gerenti Roma omnis praedivinatione quadam tuae dominatiouis gestiens, iam nunc moras perosa, praepropera gratulatione te veneratur novum Regem et Poloniae foelicitatem pollieetur, impietati vero minitatur exeidium. Haee nostrae eharitatis et publieae beuevolentiae vota tam fausta optatos ad exitos ille dcducat, qui dominatur in eoneiliis iustorum et miserieordiae suae benefieia haberi vult regna terrarum. Ex mentis nostrae interprete Apostolieo Nuncio eognoseet Maiestas Tua, quid tuae potentiae faventes eonamur. Oramus omnipotentem Regnorum arbitrum, ut ista dextera bellis inelyta coli velit Poloni Regni sceptrum, quod framea Domini exercituum habeatur in Maiestate Tua, eui tantum deeus auguramur, et paternam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem ete. III. Iunii MDCXXXII. Pont. nostri Anno Nono.

CCCXXXIV.

Ordines regni Poloniae pontifex hortatur, ut virum avitae fidei zelatorem in regem eligant. Reg. Brev. Au. IX. ep. 389.

Venerabilibus fratribus, Nobilibus viris, et dileetis filiis Arehiepiseopis et Episcopis, Ordiuibus Senatorio et Equestri ad Regia Poloniae Comitia convenientibus.

URBANUS PP. VIII. Venerabiles fratres, Nobiles viri, et dileeti filii, salutem ete. Coelum propugnant et muniunt Regnum, qui Religionem tuentur. Ea enim cum ditio habeatur aulae coelestis, tutela est terreni prineipatus. Non solum oraeula divinitatis, sed etiam pietatis trophea docent, montes patroeinii omnipotentis extrui quaeumque in regione a Domino exeubias agente in cireuitu eius populi, qui habitat in Hierusalem. Quare et patriam laedere et coelum adoriri videretur, qui oppugnatum iret authoritatem saeerdotii et fidei. Quid enim aliud in Regnis terrarum quaerit Religio, nisi eoneordiam potentium et obsequium populorum, ex quibus foelicitas existit ferens fructus honoris, et hostium temeritatem exterrens? Sed gratias agimus Deo, qui dominatur in eoneilio iustorum. Caret tanti criminis et dedeeoris suspieione Polonia, neque ambigimus, an iste ex nobilitate et virtute coaleseens Senatus haberi velit murus aheneus domus Israel: attamen videretur a Fraternitatibus et Nobilitatibus vestris non minus sollicitudine eharitatis quam locorum longinquitate semoti, nisi assiduas et praeeipuas Nobis in praesenti rerum opportunitate curas Polona Comitia eonfieerent. Quia autem debemus in mandatis Domini velle nimis, omnino nolumus a maximo istarum provinciarum Comitiatu abesse. Quare ad Conventum vestrum ea qua possumus ratione eommigrantes, voluimus isthue obsidem eeelesiasticae eharitatis epistolam pervenire. Interea anxiis nationibus evoeare eonamur e sinu divinae sapientiae spiritum eonsilii, qui vos omnes doeeat sententias vobis ipsis, commuui Patriae et toti Ecclesiae profuturas. Iam vero foelieiter et Religioni et Regno eonsultum isthie Europa arbitrabitur, si Regale Polonae Maiestatis diadema venerari per vos poterit in Catholiea fronte, quam non minus virtutes eoronant quam gemmae. Ite igitur, Venerabiles fratres et Nobiles viri, Deo eonsiliante et benedieente Pontifice, in Regale Comitium, dicite Regem, quem prerogativa Coelitum suffragia eligisse dieantur, eui Saeerdotum saerificia concilient auditorium Altissimi, in quo nil aliud possint odisse populi quam mortalitatis perieula. Venerabilem fratrem Nuneium Apostolieum eadem qua Nosmetipsos fide audiri eupimus a Fraternitatibus et Nobilitatibus vestris, quibus iam nune videmur posse Religionem eonstanter defensam et Regem foelieiter eleetum gratulari. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die secunda Iulii MDCXXXII. Pont. n. Anno Nono.

CCCXXXV.

Nuntius apostolicus cardinalem Barberinum summo pontifici a secretis de comitiis electoralibus et de concessionibus a comitiis in summum Ruthenorum catholicorum detrimentum Rutheuis et Cosachis schismaticis datis certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 42.

Cifre di Monsig. Arcivescovo di Larissa Nuntio in Polonia.

Varsavia, 23 Giugno 1632.

Hieri fù il primo giorno della Convoeatione, in eui però non si feee altro ehe la Messa dello Spirito Santo. Poehi Senatori vi son eomparsi fin hora, e si crede che non molti più ve ne verranno, riservandosi per la Dieta gcnerale dell' Elettionc, tauto più che si tiene non habbia da trattarsi in questo eongresso d' altro ehe del tempo e luogo per quella, e dell' assieuratione dell' Interegno. Gli Heretici

vengono con gran fervore e risolutione d'avanzare le loro conditioni, e pensano di volere in ogni modo concluder questa volta la Confederatione che hanno prima tentata, e quello che è peggio, spicca maggiormente la loro potenza nella tepidezza dei Cattolici medesimi, i quali hanno permesso, che fra i Nuntii terrestri sia ora maggior numero d'Heretici che per il passato, et hanno creato Maresciallo degl'istessi Nuntii il Duca Christoforo Radzivil Calvinista, di che non è forse esempio.

I Scismatici ancora hanno fatto gran strepito ne' comitii particolari contro gli Uniti, e pretendono con le loro esorbitanti pretensioni di distruggerli, domandando in particolare tutti i beni che sono stati ricuperati da loro in più occasioni, e quello che mi ha sommamente scandalizato è che nel Palatinato di Volinia, ove è pur numero grande di Nobiltà Cattolica, sono passate tutte le loro proposte senza contraditione, effetto dell'aversione che hanno qui universalmente, come ho scritto più volte alla Sacra Congregatione, da questi Uniti e dalla loro propagatione. I Cosacchi medesimi, che sono la maggior parte Scismatici, hanno fatto istanza generale, che gl'impetri questa sodisfattione in materia di religione, altrimenti protestano anch'essi di voler con la forza mantenersi le loro ragioni, per quello mi ha detto Monsig. Arcivescovo di Gnesna, massime vedendo hoggi la Republica in bisogno del loro servitio. I Cattolici secolari parimenti sono risolutissimi et uniti à fare gli ultimi sforzi per le loro pretensioni contro l'Ordine Ecclesiastico, e cosi questi come gli Heretici e Scismatici dicono liberamente, che non verranno all'elettione del Rè prima che siano conclusi tutti i punti sudetti, havendo però limitata l'autorità alli Nuntii di non consentire al resto, se prima non ricevono le sodisfattioni che chiedono. Con tutto ciò io mi aiuto al possibile per sostenere in ognuna di queste particolarità la causa di Dio. Sono stato più volte in lunghi discorsi di ciò con Monsig. Arcivescovo di Gnesna et altri, nè mancarò punto dell'istesso fervore in avenire, volendo pur sperare nell'aiuto del Signore, che in fine le cose passaranno men turbate di quello ci minacciano adesso questi strepiti.

Intorno all'elettione, ò per dir meglio al soggetto da cleggersi, non si tratta adesso, dovendosi aspestare, come ho detto, altro tempo; la maggior parte dei secolari inclina almeno in apparenza al Principe Vladislao, alcuni non si dichiarano cosi anticipatamente, et i Vescovi et Ecclesiastici non mostrano tanto verso il medesimo, forse per le cause accennate altre volte; alle quali per aggiunta è stato notato, che alle processioni del Corpus Domini e dell'ottava non s'è trovata Sua Maestà con gli altri fratelli, e le scuse che s'apportano per suo discarico non appagano ben gli animi; onde non è gran cosa che da ciò naschino de pretesti per distrarre il negotio dell'elettione, il quale à mio parere non può essere se non lungo, et in tanta confusione non potrà passare senza violenza per sforzare quando non si possa quetare la parte contradicente.

PS. — In proposito de Ruteni Uniti havrei per molto à proposito, che Nostro Signore scrivesse un Breve efficace à Monsig. Arcivescovo di Gnesna da poter leggere in publico, incaricandosi à proteggere vivamente la causa loro appresso alla Nobiltà nella futura Dieta, perche altrimenti per quel che scrivo à V. Emza di sopra, e per altro, vedo in non piccolo pericolo questa santa Unione.

Varsaviae, 3 Luglio 1632.

Quanto all'espulsione de Gesuiti, non credo habbia à temersi, perche se bene da qualcuno n'è stato fatto motivo, non vedo però farvisi riflessione, et essi hanno anche qui la lor parte assai buona.

Varsavia, 15 Luglio 1632.

Il progresso di questa convocatione ha mostrato più evidentemente la buona inclinatione del Regno verso il Prencipe Rè di Svetia, di modo che l'affettione universale, ch'egli si è acquistato con le sue doti naturali e meriti, ch'egli ha con la Republica, l'età e giudizio maturi di regnare, l'esperienza di molte cose, alle quali è anco aggiunta una cognitione più che ordinaria di lettere, pare che non ci lasci quasi più in dubbio la sua esaltatione, perche quegli stessi che non fossero à lui cosi ben affetti, non ardiranno di contradire al consenso tanto universale, et accommoderanno le lor passioni alla necessità; anzi io ho sentito dire apertamente ad alcuni, che essi ben conoscono di esser astretti ad eleggere Sua Maestà, se non per altro, per non introdurre una guerra civile nel Regno. E con essersi la M. S. posta à negotiare l'aggiustamento de Scismatici ha scoperto la sua capacità grande in un maneggio di questa sorte, et insieme di haver à cuore gl'interessi della santa Unione, e conseguentemente della Religione Cattolica; onde se si potesse havere nella persona sua qualche dimostratione estrinseca

di pietà desiderata dai buoni per intera sodisfattione del loro zelo verso l'honor di Dio, credo sarebbe eletto Rè con un applauso incredibile e senza esempio, dicendo i più savii, che la Republica di Polonia potrà gloriarsi d'haver un Rè, che solo ha virtù che basterebbero à molti insieme. Questo punto che tocca alla Religione è cosi importante appresso molti, che ho sentito dire à persone di stima, di haver pensiero che Sua Maestà sia astretta à farne una publica dichiaratione; onde io considerando la prudenza del Prencipe, il quale quando anche sentisse altrimenti di quello che mi giova stimare della Fede Cattolica, dovrebbe almeno per gl' interessi presenti accommodarsi alla sodisfattione del Popolo, non posso non credere che Sua Maestà habbia qualche indispositione che l'impedisca invincibilmente à queste devotioni apparenti, tanto più che vedendo ella questi giorni da una fenestra passar il Sño Sacramento per un'infermo, m'ha detto una persona che era presente, che non solo s'inginocchiò con molta devotione, ma che aspettò il ritorno per far l'istessa prova della sua pia intentione. Io nondimeno ho pensiero nella prima udienza di pigliar qualche occasione di entrare in tal discorso, e provare di scoprirvi alcuna cosa; nè in tanto voglio lasciar di suggerire per mio debito à V. Eñza, che non havrei per inutile che N. S. e col credito che ha preso S. M. di essere cosi paternamente affettionato, che io vado procurando di nutrire, come anco per l'autorità Pontificia le scrivesse un Breve quando sarà stabilita l'elettione, raccommandandole il proteggere di cuore gl' interessi della Religione Cattolica, e destramente esortandola ad imitare l'esempio del padre in edificare i suoi Popoli.

Varsavia, 16 Settembre 1632.

L'Imperatore ha scritto per corriero giunto quà alli XI. al Prencipe Rè di Svetia domandandoli cinque mila Cavalli per i bisogni di Silesia, dove l'ha avviso che i nemici faccino progressi, e si è anche doluto del Palatino di Prussia, il quale havendo promesso à Sua Maestà Cesarea certo numero di gente sin quando fù qua l'Arnoldini suo Ambasciatore alla Dieta, non l'habbia mai mandata. Il Prencipe ha risposto al primo capo, che lo stato presente e la strettezza del tempo non gli permettono di far alcuua cosa per servire S. M. Cesarea, ma che attendendosi à spedir il Vescovo di Vratislavia suo fratello con qualche migliara di soldati per difesa del suo Vescovado, questa gente potrà indirettamente anco per il partito Imperiale. Io però credo che il Prencipe Vescovo non potrà esser all'ordine prima di oltre due settimane, e tengo anco per dubbiosa la sua mossa, mentre i nemici caminano prosperamente, perche non essendo per haver Sua Altezza forze da contraporvisi, non credo vorrà impegnarsi in quelli paesi, d'onde gli altri si ritirano, oltre che, Dio voglia che questi aiuti siano a tempo per difeuder il Vescovado, havendosi di fresco assai cattive nove di Vratislavia, d'onde i nemici nou sono lontani che poche leghe. I cittadini beuche habbiano protestato nuovamente di esser fedeli all'Imperatore, hanno però preso sopra di se il difender la città, senza volervi presidio Cesareo, e l'isola dove è la Sede Episcopale è anch'essa sprovista e dovrà stare all'istessa fortuna della città. Intanto il Prencipe Vescovo si è lamentato col Marchese di Brandeburgh di queste hostilità, che usauo seco i Sassoni, dicendo non poter credere che sia intentione del Duca, col quale ha si stretta parentela, ma più tosto furore di soldatesca, e ricerca il Marchese à voler interporre l'autorità sua appresso à quella gente, acciò si astenga da offender i suoi beni; questo tratto si è usato con Brandeburgh, poiche si sa che la maggior parte di quella soldatesca è sua, benche sotto i segni di Sassouia, ma uon credo riuscirà di alcun frutto. All'altro capo della lettera Imperiale ha risposto il Preucipe Rè, di non saperc se la tardanza del Palatino possa essere proceduta da lui medesimo, ò pure dall'essersi ritardata la risolutione della Corte Cesarea, come credono quà, benche la trascuraggine venghi da quella parte, ma che adesso egli ha bisogno per gl'interessi suoi che il Palatino si trovi con tutte le sue forze all'elettione.

Varsavia, 20 Settembre 1632.

Hieri fui all'udicuza del Prencipe Rè di Svetia, e pigliando occasione del dar conto à S. M. della buona dispositione che havevo trovata univcrsalmente in raccommandar in nome di N. S. i suoi Reali interessi, m'allargai anco ad accennarle che trà qualità eccellenti della M. S. haveva mostrato la maggior parte non restasse da bramar altro per sodisfattione intera de Polacchi, che di servir e mirar la M. S. in chiesa et alle publiche devotioni, come haveva fatto il Rè suo padre, e procurai di vestir in modò il discorso, che non potesse già dispiacere, ma che però l'avertisse del suo debito. Il Prencipe mi rispose molto saviamentc con dire, che egli haveva già havuto sentore dei motivi che si

facevano in questa materia da alcuni per affettione, da altri per altri rispetti, ma che dovevano considerare la sua vita passata, e ricordarsi, che mentre egli era stato giovane e sano, era stato cosi sollecito anco in questa parte, quanto conveniva et al suo debito et al luogo dove si trovava, che però dovevano compatirlo nelle sue presenti indispositioni, per liberarsi delle quali non haveva mancato ad alcuna sorte di diligenza e di medicamento; che particolarmente l'era contrario il levarsi la mattina, trovandosi in quel tempo una debolezza straordinaria di capo, che perciò non applicava nè anco à i negotii meno importanti; nel resto mostrò sempre che la sua intentione sia molto retta.

Sua Maestà si ritirerà di quà col Prencipe Casimiro lontano tre leghe, ma dice che non starà fuori più che tre settimane, e credo che habbi per fine di essere più tosto richiamato prima che termini la Dieta dell'Elettione, che d'esser fatta partire, quando non si movesse spontaneamente; tanto più che sento, che havendo scritto à Monsig. Arcivescovo di Gnesna, come ricercandolo del suo senso, non gli habbia risposto molto chiaramente.

Hò avviso ultimamente dal Metropolita di Russia, che il Palatinato di Volinia, dov'è il maggior nervo de Scismatici, non habbia voluto accettare alcuna delle conditioni proposte da Sua Maestà fra loro e gli Uniti, come ho veduto dalla copia del Decreto che habbino risoluto di venir con quelle maggior forze che potranno alla Dieta, nè consentire nella risolutione d'alcun negotio, se non sia data loro sodisfattione, particolarmente nel restituire i beni Ecclesiastici. Piaccia à Dio che i poveri Uniti la passino bene. Io non mancherò di aiutarli e sostenerli al possibile; hieri li raccommandai a Sua M. nella cui autorità e destrezza pongo la maggior fiducia, e già mi preparo per far la mia legatione à gli ordini del regno, nella quale andarò raccommandando à nome di N. S. quelli negotii che vedo in maggior bisogno, per far poi anche l'istesso separatamente.

Varsavia, 2 Ottobre 1632.

Già V. Eñza havrà saputo dalle mie precedenti in che stato si ritrovino gl'interessi della santa Unione, intorno alla quale soggiungo, che i Cosacchi si erano ultimamente uniti in numero di circa trenta mila per deliberare sopra i loro affari in questa congiuntura, quando comparirono nella loro Assemblea più di 300 Popi Scismatici, e gettatisi à terra avanti di essi li scongiurarono efficacissimamente à non voler trascurare di proteggere la loro propria Religione, e sollevarla da tante oppressioni patité, come dicevano, per si longo tempo; esser adesso l'occasione di vendicarla in libertà, di ricuperare i beni levati loro violentemente da i fautori degli Uniti, e di riporre la Religione nella tranquillità di prima. Con queste et altre simili ragioni espresse con vehemenza e lagrime commossero grandemente quelli Barbari, onde furono communemente in resolutione di pigliar l'armi, et entrar subito in Littuania à levar per forza tutte le sostanze de gli Uniti; se non che Dio si è degnato di sostenere miracolosamente la causa di questi, che non havevano colà altro protettore, poiche gli urli di quelli Popi Scismatici non trovarono l'istessa inclinatione nel Generale de Cosacchi, il quale stimato per altro huomo empio e di pessima intentione, non si sa come in questa occasione habbia mutato natura; onde non potendo costui opporsi liberamente alla corrente di tal risolutione, prese ripiego di distrarre quelli soldati, e fingendo d'haver certe nove della venuta de Tartari ne ha mandato in diversi luoghi. Questo avviso mi è stato dato da un Signore principale, che mi dice haverlo havuto hieri dal Generalissimo, e mi ha soggiunto di più confidentemente che tutto ciò è stato machinato dal Duca Christoforo Radzivil, si che si vede che anco gli Heretici non sono quieti, e che se potranno non mancheranno di turbar le cose per migliorare la loro conditione. Il negotio de gli Uniti quanto più si maneggia più si trova duro, et è per haver infinite difficoltà in questa Dieta, perche gli avversarii sono potenti e ferventi, et i nostri non tanto affettionati alla santa Unione. La maggior speranza dunque mi resta, come ho detto altre volte, nell'autorità del Prencipe Rè di Svetia; in proposito di che mi par di toccare à Vostra Eminenza, di haver procurata la copia della lettera scritta ultimamente à N. S. dalla M. S. sopra gli affari de Ruteni, nella quale ho notato che molto apertamente dichiara il debito che ha di esser buon Christiano; onde si come habbiamo da desiderare e sperare che non venga mai il caso in contrario, cosi non sarebbe forse se non atto di cautela il tener conto della medesima lettera, come per poter sempre giustificare con dichiaratione cosi aperta di un Prencipe grande gli uffitii che Sua Beatitudine fa per favorire gli interessi di lui. Il quale vedo fin qui caminare con publico applauso alla Corona, e per quello si può giudicare humanamente trovo le cose sue in in buonissimo posto. È però vero che sento anco far da

alcuni gran riflessione sopra queste sue imperfettioni, et in particolare nel non poter disporre di se stesso cosa alcuna avanti pranso; et una persona di qualità mi disse chiaramente, che ell' erano tali che quando S. M. fosse già stato Rè di Polonia, havrebbono dovuto più tosto pensare à deporla per servitio del Regno; onde se queste discordie in materia di Religione cagionassero ne Polacchi qualche divisione universale, potrebbe anche temersi de gl' interessi del Prencipe, poiche molti che si mostrano inclinati à lui, credono forse di non potergli contradire, voltarebbono la faccia in tal occasione, et il numero sarebbe forse maggiore del credere di lui medesimo. Chiara cosa è che i buoni Cattolici non ponno se non far conto dei sospetti che hanno della sua persona, et è anche commune opinione che Sua Maestà dopo la morte del padre habbia rilasciata la sua vita in materia di carnalità. Le qualità et aspetto del Principe Alessandro tirano à se gli animi di molti, ma il timore di una gran guerra civile mantiene sin' hora le volontà. Dicono ancora che l' Ambasciatore di Gostavo raccommandarà il Prencipe Rè di Svetia alla Corona, che dà pur da discorrere à i Cattolici, vedendo uniti gli Eretici nella sua esaltatione, e molti introdotti nel suo servitio più domestico.

Intorno alla Cifera di V. Emza de 28 di Agosto per quello tocca ad operare, che il Rè futuro non sottoscriva ò giuri capitoli pregiudiziali alla Religione Cattolica, io tengo per certo non potrà giurare nella forma de i tre ultimi predecessori, Enrico, Stefano e Sigismondo terzo; anzi ho da soggiungerle che nell' istruttioni secrete date dal Prencipe à suoi Ambasciatori offeriva à gli Eretici la libertà delle conscienze, il che havend' io penetrato andai destramente trattandone con alcuni di maggior autorità, per mostrar loro che non solo non conveniva ad un Prencipe Cattolico il far simili offerte, ma che doveva aspettarsi che gli avversarii le domandassero, nè concederle se non per ultimo rifuggio, cosi è stato levato questo punto dalle istruttioni. È anche pensiero d' alcuni di porre al Rè futuro frà le altre leggi questa speciale, che egli prometta e giuri di dover esser sempre Cattolico, il che se seguisse sarebbe di gran momento: io vi faccio e farò con destrezza tutte le manifatture possibili.

Varsavia, 15 Ottobre 1632.

Domenica il Prencipe Rè di Svetia fù ad udir in chiesa dalla bussola la predica, e stette anche al resto della Messa cantata, attione che ha assai consolato l' universale, essendo molti anni che Sua Maestà haveva tralasciato queste publiche devotioni; piaccia à Dio che tal principio habbia quelle conseguenze che sole si bramano, per havere nella persona di Sua Maestà un Rè degno successore del morto.

I Cosacchi parlarono essi impertinentemente lunedi in Dieta, con disprezzo dell' Unione facendo mille proteste e scongiuri, e lasciandosi sin trasportare à dire, che avertisse la Republica di non porli in disperatione; fuor di questo si lasciarono anche uscir delle minaccie, et è quà un' infinità di Popi et altri Scismatici à sollecitar da dovero le parti nemiche. Noi all' incontro non manchiamo delle nostre diligenze; ma fin quì il negotio riesce difficilissimo, e tale me lo rappresentò anche ultimamente il Rè medesimo, mentre glie lo raccommandai con tutta l' efficacia possibile.

Varsavia, 4 Novembre 1632.

Mandai à V. Emza l' ordinario passato una scrittura formata avanti il Prencipe Rè di Svetia per aggiustamento fra gli Uniti et Scismatici; ma hora ne vedrà un' altra à parte fatta dopo, anche più cattiva, e tutta à favor di questi; della quale havendo io havuto notitia, andai Domenica all' udienza di S. M. e le dissi assai liberamente, che intendevo certa nova forma d' accordo proposta per comporre le cose de Rutheni, ma che non potevo credere che S. M. fosse mai per adherire ad una cosa sì perniciosa alla santa Unione; che io e come Christiano e come ministro Apostolico dovevo essere sommamente ansioso di un tal pregiuditio, e che però non solo pregavo la M. S. à non volerlo mai permettere, et à favorire con l' auttorità Reale gli Uniti, ma anche l' avvertivo che quest' attione doveva essere nel cospetto di tutto il mondo, e però haveva da procurarsi ch' ella fosse tale da giustificare tutto il mondo; e v' aggiunsi con longo discorso quel più che stimai à proposito per il mio fine. Il Prencipe mi rispose, che misurava il mio zelo con tutte queste considerationi, che io potevo e dovevo havere in questo negotio, mà che chi sapeva l' origine e fondamento di esso non poteva meravigliarsi dell' aggiustamento suddetto; che questa Unione non hebbe da principio lo stabilimento necessario, perche non fù fatta col consenso almeno di buona parte del popolo, come pur sarebbe convenuto in una mutatione

cosi notabile come questa, e che i spirituali solamente vi consentirono per pigliarsi, come disse, queste entrate ecclesiastiche; che i medesimi Uniti havevano perciò provato continuamente nelle proteste e strepito de Scismatici infinite molestie, onde bisognava che spendessero la maggior parte delle loro entrate per venir à difendersi nelle Diete; che era necessario in questa occasione di dar qualche sodisfattione ai Scismatici per ovviare al gran pregiuditio che haverebbe ricevuto la Republica dal lasciarli disgustati affatto, perche trattenevano l'elettione del Rè et ogni altro negotio; e che nella presente mossa de Moscoviti si sarebbe potuto far qualche capitale de Cosacchi quietati, come altrimenti si poteva temere d'haverli per contrarii; che in tal maniera non solo veniva à provedere, che non nascessero di gran turbolenze civili nel Regno con l'esempio della Germania, stante l'ostinatione e potenza de Scismatici, con sommo pericolo anche della fede Cattolica, essendo gli Heretici avvertiti ad ogni apertura per turbar le cose nostre e stabilire le loro; ma che credeva, che come la santa Unione vi guadagnava molto, poiche di cinque parti de beni ecclesiastici quattro ne rimanevano agli Uniti, s'assicurava che i Vescovadi non sarebbero più usciti dal lor corpo, si come era succeduto in tempo de gli altri Rè, gli havevano conferiti indifferentemente; e che tutto quello che restava à gli Uniti, se si fosse posto in controversia per viam iuris, andava à gran pericolo di perdersi e tornare à gli avversarii; perche in somma il Rè ha questa opinione, che le ragioni de gli Uniti non siano chiare à bastanza, e che ò tutte ò la maggior parte delle fondationi siano à favor de Scismatici. Cosi trovai il Rè impressionato, ma io non lasciai di replicare à tutte le ragioni come mi conveniva; e dissi finalmente che nella Congregatione tenuta quà, come scrissi à Vostra Eminenza sopra questo affare, era stato concluso che nè gli Uniti, nè altri potevano dar il consenso ad alcun pregiuditio delle ragioni ecclesiestiche; onde mi disse il Rè che dopo la coronatione havrebbe la Republica mandato persona espressa à dar conto di tutto à Sua Santità, et à rappresentarle bene lo stato del negotio, acciò come Padre universale vi facesse quelle considerationi che convenivano alla conditione de' tempi presenti, secondo la quale credeva che Sua Beatitudine pesate queste ragioni dovesse giudicarle per buone, per non vedere la ruina del Regno e forse della Religione Cattolica. Io hò pensiero d'andar destramente distornando questa missione, quando non sia congiuntamente per altro affare, presupponendo che possa esserc troppo molesta alla Santità di Nostro Signore: le suddette ragioni portate dal Rè credo che facciano in lui grand'impressione, perche lo trovino disposto dalla passione de' suoi proprii fini et interessi, particolarmente di tenersi ben'affetti li Cosacchi, de quali m'accorgo che fà gran capitale. Mi disse Sua Maestà che spera col tempo di fare un'Unione universale, ma io non saprei dire se questa sia un'arte per mitigar il travaglio de buoni nelle presenti procelle. Io non ho mancato punto del debito mio, adoprando e me stesso, e l'autorità d'altri; et appunto ho trattato con Monsignor Arcivescovo di Gnesna, acciò con l'autorità sua procuri di rimuovere S. M. da questo pensiero. Non resteranno gli Uniti e molti altri Cattolici di protestare contro questo accordo, il che basta, come ho scritto altre volte, per levargli l'autorità per l'esecutione se non vorrà procedere de facto.

CCCXXXVI.

Puncta pacis inter incolas regni Poloniae et magni ducatus Lituaniae nationis Ruthenae in religione Greca existentes, per serenissimum regem Svetiae Vladislaum Primum ad affectationem totius reipublicae, praesentibus deputatis utriusque gentis et ordinis, conclusa. Nuntiat. Polon. Vol. 42.

Liberum exercitium Religionis et ss. Sacramentorum administratio, Ecclesiarum reparatio, et de novo erectio cum expresso consensu Sacrae Regiae Maiestatis, sed et Xenodochiorum, Seminariorum, Scholarum, Typographiarum, accessusque liber ad civiles magistratus in Unione non existentibus in omnibus civitatibus et oppidis Reipublicae datur.

Confraternitates Ecclesiasticae omnes in genere quaecumque nunc habentur apud non Unitos, similiter et illac quae postmodum per illos instituentur cum illorum Ecclesiis illis debentur cum pacifica possessione et libero exercitio.

Metropolita Chioviensis Unitus debet habere salvum ius et titulum supra totam Russiam in Unione existentem et ipsius successores. Bona autem ad Metropoliam pertinentia penes modernum Patrem Metropolitam relinquuntur cum monasterio Vidubicensi. Post decessum autem illius, illa bona quae sunt in Palatinatu Chioviensi ad S. Sophiam pertinentia, debent etiam ad eandem Ecclesiam S. Sophiam reverti, vel illius correspondentis a Serño Rege Poloniae de Republica assignabuntur.

Quae Ecclesia S. Sophiae Chioviensis cum subditis in fundo per gyrum circa illum existentibus penes non Unitos debent manere, et penes Metropolitam sacras literas a Patriarcha Constantinopolitano habentem, qui semper e medio nobilium Ruthenorum secundum antiqua iura et consuetudines a spiritualibus et incolis Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae eiusdem Religionis Graecae in Unione non existentibus debet cligi, et a Serñio Rege privilegio donari. Quod etiam de Leopoliensi, Luceoriensi, Praemisliensi et Mstislaviensi Episcopis, et de Peczerensi et Unioniensi Archimandritis debet intelligi.

Episcopatus Praemisliensis (ut et Lcopoliensis) penes non Unitos debent manere semper cum omnibus bonis et attinentiis ab antiquo pertinentibus. Ius tamen ad vitalitium moderni Patris Chrupecii, vel donec ad aliud beneficium nou promovebitur, integrum debet esse. Incolae autem Praemislienses debent sibi eligere Episcopum non Unitum, cui a Serñio Rege futuro in Comitiis Coronationis privilegium dabitur, et plcnariam iurisdictionem habebit supra omnes in Unioue non existentes. Pro residentia autem Monasterium S. Salvatoris et S. Onofrii et dictum Smolenica debent illi ex nunc dari: donec vero modernus Pater Chrupecius in possessione dicti Episcopatus manebit, quolibet anno 2000 florenos illi Episcopo futurus Serñus Rex et Respublica debet assignare.

Episcopatum Luceoriensem cum Cathedra et omnibus bonis ad eundem spectantibus debet cedere modernus Pater Poczapovius Episcopus Luceoriensis Episcopo non Unito, ab incolis Volhiniensibus non Unitis Religionis Graecae electo, statim post datum privilegium, quod in Comitiis Coronationis dari debet. Modernus autem Pater Poczapovius Cathedra, Episcopatu et bonis cedens debet tamen habere titulum Episcopi Luceoriensis ad cessum aut decessum, et ad monasterium Zidicense debet se transferre. Ille autem, qui illi succedet, iam non debet uti unquam titulo Luceoriensis.

In Magno Ducatu Lithuaniae debet esse Episcopus Mstislaviensis a non Unitis illius incolis eodem modo ut Luceoriensis et Praemisliensis electus. Cui pro hoc Episcopatu similiter in coronatione futura privilegium a Serñio Rege debet dari. Hic Episcopus Mstislaviensis non Unitus, Orsanensis et Mohiloviensis debet vocari. Cathedram autem suam debet habere Mohiloviae in Monasterio S. Salvatoris, sed beneficia omnia, quae modo habet Pater Sielava Archiep̃us Polocensis ad Archiepiscopatum et Episcopatum Vitebscensem et Mstilaviensem pertinentia, penes illum et illius successores Archiep̃os Polocenses Unitos manere debent. Moderno autem Episcopo Mstislaviensi nou Unito redditus annuus 2000 floreuorum debet assignari.

Archimandritia Pecerensis cum attiuentiis suis, monasterium S. Michaelis aurei Verticis, et omnia alia monasteria et ecclesiae Chiovienses et ad Chioviam pertinentes, excepto solo monasterio Vidubicensi supra nominato, penes non Unitos manere debent.

Confraternitati Vilnensi tituli S. Trinitatis vocatae penes ecclesiam Sancti Spiritus in Schismate existenti incoeptam ecclesiam muro extruere ad proportionem aliarum ecclesiarum utriusque ritus, non in modum castelli liberum erit. In recompensam autem S. Trinitatis ecclesiae, quae iam cum Confraternitate Uuitorum penes Unitos integre mauent duae iutra muros, Resurrectionis Dominicae et Sancti Ioannis, tertia autem extra muros S. Georgii debet illis dari. Processus autem iuridicos omnes quoad dictam Confraternitatem et Minscensem similiter in genere ex omnibus civitatibus et oppidis, Confraternitatibus et ecclesiis in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae existentibus, (ratione ecclesiarum et exercitii Religionis tantum) banda, suspensiones, decreta, mandata, sequestrationes, commissiones, vadia, arestationes, a quocumque subsellio emanatas, contra quosvis cuiuscumque status et conditionis de facto cassantur et annihilantur.

Monasterium sub Grodna, ut ab antiquo in se habetur, cum suis attinentüs non Unitis dari debet. In quo ipsius Metropolitae Chioviensis non Uniti, vel ipsius Coadiutoris propter ordinandas ecclesias et spirituales nou unitos in Magno Ducatu Lithuaniae debet esse residentia.

Et quoniam exercitium liberum non Unitorum requirit expressam circumscriptionem illorum monasteriorum et ecclesiarum, quae illis debentur, iu qua civitate et oppido Regali tam in regno Poloniae quam in Magno Ducatu Lithuaniae cedere debent, quod ex tunc commode, distincte et specialiter exprimi non potest, propterea quod in hoc requiritur sufficiens inquisitio et proportio Unitorum cum non Unitis: de hac causa in futura novi Regis Coronatioue debent assignari ab eodem Rege Commissarii utriusque gentis, duo Catholici et duo Graeci Religionis non Unitorum pro Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae, qui convenientes in priucipalibus civitatibus Russiae et Lithuaniae statim post

Comitia hanc Commissionem instituere, et illam ad effectum deducere, ducta proportione ecclesiarum et Unitorum cum nou Unitis in qualibet civitate et oppido fideliter considerare, et ecclesias illis assignare debent, et statim pro libero exercitio tradere. Quicquid autem per dictos Commissarios decisum fuerit et traditum, hoc iam in futurum nulli subiacebit inquisitioni.

Modo tamen propter exercitium Religionis Mstislaviae duae ecclesiae S. Trinitatis et S. Salvatoris, Mohiloviae ad superius memoratum pro Cathedra Episcopi non Uniti assignatum monasterium S. Salvatoris quatuor ecclesias, Assumptionis B. M. V., SS. Trinitatis, Resurrectionis et Ascensionis; Orsae vero S. Heliae et Resurrectionis; Vilnae vero nova ecclesia Resurrectionis.

Cathedrae autem et alia beneficia, quae penes Unitos manserant, Unitis distribui debent, cum hac tamen cautela, ut nulla ratione et praetextu a ritu Graeco bona alienentur.

Quod autem attinet ad curam pastoralem, ita declaratur pro utraque parte, quod cuilibet liberum erit illi, qui non vult esse Unitus, referri ad proprium pastorem non Unitum ex dioecesi Episcopi Uniti, et viceversa: verbi causa, ex Episcopatu Mstislavieusi ad Archiepiscopum Polocensem Unitum et e contra. Idem de aliis dioecesibus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae intelligi debet.

Denique utraque pars in concordia et pace conservari debent, unus alterum non opprimendo, scripta et controversias, quae inter illos intercedebant, supprimere, et post illa, quae solent exacerbare, non divulgare, doctrina et bono exemplo concordiam et charitatem conciliare: et praecipue in hoc passu ad coronationem, donec haec omnia ad executionem per novum, Deo iuvante, Regem perducatur, nullam vim pars parti praetextu huius compositionis inferre potest sub poenis contra violatores securitatis publicae sancitis.

CCCXXXVII.

Pontifex regi Poloniae de suscepto regimine et de ipsius coronatione gratulatur. Reg. Brev. An. X. ep. 10 et 42.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Immortales Deo Regnorum largitori gratias agimus, atque agere in posterum nunquam desistemus, quod Poloniae Regnum immeusae suae charitati maxime cordi esse in praesentia palam fecerit. Quod enim maius aut clarius benevolentiae indicium ostendere poterat, quam Regem illi praeficere, qui ab incunabulis una cum lacte non minus regios mores, quam religionem, quam pietatem atque erga Catholicam Ecclesiam venerationem hausit, qui in ea domo natus atque educatus est, quae magis virtutibus quam antiquissimorum regum nobilitate, et clarissimis victoriarum titulis illustris potentissimis Orbis terrarum principibus affinitatis et sanguiuis necessitudine coniuncta est. Qui puer prius arma tractavit, quam per aetatem nosset, qui adolescens adversus Christiani nominis hostes in vitae discrimen non semel adductus maiorem ex victoria gloriam reportavit, quam plerique veterani Duces, qui in castris omnem aetatem transegerunt. Gratulamur Poloniae, quod talem Regem ac defensorem sibi comparavit: gratulamur Catholicae Religioni, quod tam obsequentem filium in eo dignitatis fastigio collocatum videt, unde ipsi maximo praesidio atque ornamento esse possit: Sedi Apostolicae gaudemus, quod strenuum ac potentem Regem Religionis obsequio ubique praesto habitura sit. Tu vero in Deo facias virtutem, et ipse ad nihilum deducat inimicos tuos: quem interim orabimus, ut sicut tuam electionem fortuuavit, ita gloriam, qua hucusque inter Christianos Principes floruisti, novis indies incrementis auctam et cumulatam velit. Maiestati tuae Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae etc. die III. Decembris MDCXXXII. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Eidem Regi.

Urbanus PP. VIII. Charissimo in Christo fili noster, salutem etc. Qui nuper ex animo gratulati sumus, cum Maiestatem tuam Comitiorum suffragia consentientibus omnium voluntatibus Poloniae Regem designarunt, Solemnem iu praesentia celebritatem, in qua Regiae dignitatis insigni capite imposito inaugurandus es, cumulatioris eiusdem laetitiae testificatione prosequimur. Eam (quae tua adhuc fuerunt particulare gesta) uberiorem quotidie Christiana Respublica merito sibi pollicetur. Multo enim antequam Nobilissimum Poloniae Regnum, corouam caeteraque dominatus ornamenta tibi ferre meditaretur, moribus Christiano Priucipe diguis animum imbueras: ut frous peregrinis atque illustribus gemmis non prius ornata appareret, quam clementiae, fortitudinis, religionis caeterarumque virtutum tuarum splendor cunctorum oculos in se converteret. Nos pro ea, qua te prosequimur, charitate omnia tuis

rebus tuisque conatibus a Deo fausta ac felicia precati sumus, atque ut Imperii initium prosperum faciat, Venerabili fratri Larisseno Archiepiscopo Nuutio Apostolico mandamus, ut tibi, cum illius insignia suscipies, nostro nomine benedicat. Princeps Regum terrae coronet te in misericordia et miserationibus, et repleat in bonis desiderium tuum. Maiestati Tuae Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae etc. die 1. Ianuarii MDCXXXIII. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCCXXXVIII.

Protestatio Ruthenorum unitorum et Polonorum contra puncta Schismaticorum in comitiis electionis anno 1632. Actum in curia regia Varsaviae. Nuntiat. Polon. Vol. 46.

Nos Iosephus etc. nomine nostro, et omnium spiritualium nostrorum in Unione cum S. R. E. existentium, videntes quod in modernis Electionis novi Regis Comitiis Ordines Regni et Magni Ducatus Lituaniae id requisierint, pacis et securitatis publicae tuendae ergo, ut controversia de Episcopatibus et aliis bonis Ecclesiasticis inter nos et non unitos per certa media moderaretur et sufferretur. Quam quidem Pacificationem ad effectuationem totius Reipublicae, ut in proxime elapsa convocatione coeperat, Serñus Rex Suetiae Vladislaus cum certis ex utroque ordine deputatis, ita et in praesentibus quoque Comitiis magno labore et zelo Principe Christiano digno prosecutus est. Quoniam tamen controvertebatur de bonis ecclesiasticis, quorum alienationem etiam in minima parte prohibent iura ecclesiastica S. R. E. Quocirca nos, ut in illo controversiae loco nullum ex parte nostra consensum praebuimus, in omnibus appellantes ad S. Sedem Apostolicam Romanam, ita et nunc protestamur, quod ut Reipublicae praescribere uon possumus, ita vice versa consensum nostrum non praebemus, donec expressus S. D. N. consensus accedat. Et quoniam rescivimus, quod iam puncta hoc in negotio concepta sint per oblatam Actis Castri Varsaviensis inserta: Ideo coram iisdem Actis solemniter iterum atque iterum contra protestamur, ad Sanctam Sedem Apostolicam Romanam in omnibus appellantes. Actum Varsaviae in Comitiis Electionis Novembris 8. Anno 1532.

Iosephus Velamin Rutschi Metropolita Chiovicnsis, Haliciensis totiusque Russiae.
Iosephus Mochosi Bachovetschi Episcopus Vlodimiriensis et Brestensis.
Hieremias Poczapovschi Episcopus Luceoriensis et Ostroviensis.
Antonius Sielava Archiepiscopus Polocensis Vitebscensis et Mstislaviensis.
Athanasius Krupetschi Episcopus Praemisliensis et Samboriensis.
Methodius Terletschi Episcopus Chelmensis et Belzensis.
Raphael Corsach Epus Pinscensis et Turoviensis Coadiutor Metropolitae Chioviensis.

Eiusdem tenoris Altera Protestatio Ill. Episcoporum ritus latini, Palatinorum, Castellanorum aliorumque Nuntiorum Regni Poloniae. Actum in Comitiis Electiouis Varsaviae die 10. Novemb. 1632.

Tertia Protestatio Ill. Senatorum et Nobilium M. D. Lithuaniae. Datum ut supra.

CCCXXXIX.

Pontifex conqueritur regi Poloniae de iis, quae pro Ruthenis schismaticis in Varsaviensi conventu decreta sunt, eumque hortatur, ut patrocinium Ruthenorum catholicorum accipiat. Reg. Brev. An. X. ep. 35.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Non potuimus non permoleste ferre, quae contra Ruthenos Romanae Ecclesiae obtemperantes a Varsaviensi Conventu per Schismaticos extorta esse narrantur. Molestia vero vehementer est aucta, cum nuntiatum est nefarios homines omni ope contenderc, ut ea resciudantur, quae tanto labore tantoque cum fructu Clementis Octavi decessoris nostri auctoritate in Brestensi Concilio pro Catholicae Religionis conservatione constita ac stabilita sunt. Accedit, quod quae adversarii inducere conantur, tolerari, salvis sacrorum Canonum ac generalium Conciliorum sanctionibus, nequaquam possunt: quo fit, ut pro certo habeamus Maiestatem Tuam, cum primum intellexerit, quanto Rcligionis detrimento publicae quietis inimici haec aggrediantur, in eo maxime evigilaturam, ut quae illi temere machinati sunt, ad nihilum recedant. Tua certe pietas tanta est, tamque omnibus nota constantia, ut maxime confidamus te ultro daturum operam, ut huiusmodi capita ex Comitiorum actis deleantur, aut saltem effecturum, ut omni vi ac pondere careant, ac si plane irrita atque inania essent. Caetera in hanc rem ex Nuutio nostro audies. Maiestati Tuae Apostolicam benedictiouem peramanter impertimur. Datum Romae etc. die 1. Iauuarii MDCXXXIII. Anno Decimo.

CCCXL.

Ruthenorum metropolitam pontifex hortatur, ut invigilet, ne quid adversus unionem attentetur. Reg. Brev. An X. ep. 38.

Venerabili fratri Metropolitano Ruthenorum.

Urbanus PP. VIII. Venerabilis frater, salutem ete. Audivimus, quae Sehismatiei adversus vos in proximis Comitiis petieriut, ae non sine ingenti molestia cognovimus, ea non obseure ad vestrae unionis exitium ac perniciem spectare. Haee ut in Brestensi Coneilio de Clementis Octavi summi Pontifieis consensu a fraternitatis tuae decessore optime eonstituta est: ita a Nobis atque a te, qui eorum muneris suesores sumus, omni studio ae diligentia servari et custodiri debet. Nos quidem, ut eommunis Parentis partes impleremus, Arehicpiseopo Larisseno Nuntio nostro mandavimus, ut nullam industriae nullumque officii genus omittat, quo Regem ad tam iniqua petitionum capita ex Comitiorum tabulis expungenda, vel certe ad eorum exequutionem impediendam induci posse viderit. Id autem a summa ipsius pietate, atque erga rem Catholieam observautia facile impetratum iri confidimus. Tu vero vigila, in omnibus labora, ae muneris tibi demandati memor, uua eum aliis tuis Episeopis impiorum eonatibus, quantum divina gratia dederit, obsiste. Gratum Nobis erit, si Nuncio Apostolieo omnia suggeras quaeeumque e re fore existimaveris: ita enim fiet, ut illc te et tu vieissim illum in iis, quae ad Dei causam pertinent, adiutorem habeas. Fraternitati tuae Apostolicam benedietionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piseatoris die 1. Ianuarii MDCXXXIII. Pontifieatus nostri Anno Deeimo.

CCCXLI.

Protestatio ordinum status contra diploma Schismaticis datum in comitiis coronationis. Nunt. Pol. Vol. 46.

Nos inferius subscripti ad notitiam Uuiversorum et singulorum, quorum seire interest, deducimus: Quod quemadmodum in faeie Reipublieae, dum legeretur Diploma Religionis Graeeae, protestati sumus, nos inhaerentes manifestationi nostrae, quam in Comitiis Eleetionis, dum Paeta conventa ex parte articuli de Religione Graeea praelegerentur, feeimus: providentesque securitati conscientiarum nostrarum, ne videremur quidpiam in preiudicium Unionis et Unitorum eum S. R. E. eoneedere, eius non esse mentis declaravimus, quia siue consensu Sedis Apostolieae dieto Diplomati assensum praebere nec potuimus, nec voluimus: pari quoque ratione nune una cum Dominis Unitis manifestamus, nos Diplomati illi sine eodem consensu et approbatione Sedis Apostolicae assentiri nee posse nec velle. Eandemque Manifestationem nostram manibus nostris subseriptam Actis Castri Craeoviensis inserimus, eam recipi peteutes. Actum Cracoviae in Comitiis Coronationis 16. Martii 1633.

Ioannes Wezyk Arehiepiseopus Gnesnensis. Mathias Lubienski Episeopus Cuiaviensis. Stanislaus Lubienschi Episcopus Ploeensis. Adamus Novodworschi Epus Posnaniensis. Henricus Firley de Dabrovica Episeopus Praesmiliensis. Ioannes Tenczynschi Palatinus Craeoviensis. Petrus Tarlo Palatinus Lublinensis. Nicolaus Colischa Palatinus Mseislaviensis. Adalbertus Stanislaus Radivil Cancellarius M. D. Lithuaniae. Georgius Ossolinschi Vieethesaurarius Regni. Iosephus Velamin Rutschi Metropolita Chioviensis et totius Russiae. Iosephus Mochosi Bachoweschi Epus Wlodimiriensis. Hieremias Poczapowschi Episeopus Lueeoriensis. Athanasius Krupeschi Episcopus Praesmiliensis. Methodius Terleschi Episeopus Chelmensis. Raphael Corsach Episeopus Pinscensis Coadiutor Metropolitae Chioviensis. Pacomius Oranschi Archimandrita Zydicinensis ete. ete.

CCCXLII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut episcopo Culmensi Miechioviensem praeposituram conferat. Litt. Princ. Vol. 30. fol. 30.

Sño ae Bño iu Christo Patri ac Dño, Dño Urbano divina provideutia Papae VIII.

Sacrosanetae Romanae et Universalis Eeelesiae Pont. Max. Dño Clemeutño

Sñe ae Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum S. V. mei Regnorumque ac domiuiorum meorum humillimam eommendationem. In promovendis personis Spiritualibus ad bona in Regno meo eeelesiastica, eam rationem, quam summus olim Dominus Parens meus desideratissimus adhibere solitus fuit, tenere volo, ne quid vel de rigore saerorum Canonum, potissimum dum uni plura benefieia tribuuntur, vel de utilitate Eeelesiae decedat. Nuuquam erravit ea in parte divus Parens meus defunctus, si enim aliquem pluribus auxit beneficiis, dignitatem personae, Eeclesiae commodum, ac publieam regni neeessitatem semper spectavit. Cuius iudieii sui tulit laudem in Revereudo in Christo Patre Domino Iacobo Zadzik Episcopo Culmensi et Pomesaniae, Regni Caneellario: huie enim

ob praeclaras ipsius virtutes et merita raramque in expediendis publicis negotiis cum facilitate et felici successu dexteritatem ad Epatum Culmensem, quem nuperrimo bello Pruthenico hostilis pervasit furor militarisque pessundavit licentia, minora duo beneficia, Praeposituram videlicet Plocensem et Scholasteriam Lenciciensem, quo attritis rationibus eiusdem consuleret, adiungenda putavit, idque a S. V. sua intercessione pro illo interposita obtinuit. Iam vero idem Rev. Dñus Episcopus ca sorte et beneficio S. V. contentus esset, nisi graviores in dies Regni mei curae ipsi maiores in dies sumptus impendendos necessitatem imponcrent. Lectus est is proxime praeteritis Regni Comitiis Legatus Magnus meo nomine in Germaniam, ad componendam inter Serñum Romanorum Imperatorem et Principes eiusdem Imperii confoederatos pacem: cui in subsidium communi assensu Ordines Regni Praeposituram Miechoviensem destinarunt. Etsi vero ea legatio suum non sit sortitura exitum, quod se alicnas a tractatibus pacis partes utraeque praebuerint, cum tamen aliud itcr paribus, imo maioribus impensis conficiendum susceperit, meque in Moschoviam usque comitetur, nccessarium iudico ea Praepositurae Micchoviensis ad alia beneficia adiunctione rationibus eiusdem consuli. Quare obnixe a S. V. pcto, ut habito benigno respectu tanti viri, qui non sua, sed Reipublicae causa pluribus opus habet subsidiorum, quo e dignitate mea ac Regni utilitate suam functionem sustineat, acccssionibus in relaxandis sacris Canonibus pluralitatem beneficiorum prohibentibus paterna indulgentia uti, novoque ipsum beneficentiae suae auctuario attributa eidem hac ipsa Praepositura Miechoviensi, quem etiam Religiosi loci illius votis suis deposcunt, quoad Cancellariatus munere fungeretur, cumulare dignetur. Non ingratum, imo promeritum ornabit S. V. eo beneficio, quo ille provocatus in curanda publica Regni mei salute tanto una ferventius (quod alias praestare pro suo Episcopali munere pietatisque zelo haud intermittit) Religioni Catholicae promovenda studebit, quanto amplioribus S. V. beneficiis se csse magis obstrictum et obligatum sentiet. Caeterum S. V. longaevum Pontificatum ac fausta omnia a Deo precor, eiusquc sanctissimis sacrificiis me diligentissime commendo. Datum Grodnae die xxix. mensis Maii Anno Domini MDCXXXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCXLIII.

Rex Ponloniae cardinali Barberino oratorem suum Romam obedientiae pontifici praestandae causa venientem commendat.
Nuntiat. Polon. Vol. 46.

All' Illmo et Rmo Sig. il Sig. Card. Barberino.

Illmo e Rmo Signore. Se bene siamo consapevoli in noi istessi d'haver altra volta testificato pienamente in voce à V. S. Illma quel particolar affetto che ci stringe alla sua cortesia, habbiamo commesso al Conte Giorgio Ossolinski nostro Tcsoriero da noi destinato Ambasciatore straordinario d'ubidienza à S. B. ch'in visitandola le ne renda nuova c più officace testimonianza. Si compiaccia V. S. Illma di credergli cosi in questo come in ogni altro sua instanza, e favorirlo con la sua grande autorità dove farà bisogno, ch'il tutto riputcremo fatto à noi medesimi, c lc preghiamo intanto felicità. Di Vilna li 31 di Luglio 1633. VLADISLAUS REX.

CCCXLIV.

Idem rex a card. Barberino petit, velit efficere apud pontificem, ne patres Camaldulenses Poloni in monasteria eiusdem ordinis in Italia existentia transferantur. Litt. Princip. Vol. 57. fol. 36.

VLADISLAUS QUARTUS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque, necnon Svecorum, Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex, Electus Magnus Dux Moschoviae. Illmo et Rmo in Christo Patri Dño Francisco S. R. E. Cardinali Barberino, salutem et omnem felicitatem. Illme ct Rme in Christo pater, amice noster charissime et honorande. Etsi nihil minus e dignitate Religionis esse possit, quam Religiosos homines a suis turbari: ea tamen res hic non semper modum habere videtur. Literae enim nunc executoriales huc ad ordinem Camaldulensem venere, iubentes Patrcs quosque, praecipuos Polonae Nationis, in Italiam hinc emigrare, ut peregrinae originis homines in eorum locum submittantur. Id cum in praeiudicium eorum, qui hic se voto Professionis obstrinxerc, cedat, ac praeterea in ignominiam ac vclut infamiam gentis universae, ac denique in iniuriam ipsorum fundatorum vergat, metumque insuper iniiciat aliis, qui nova monasteria

fundandi animum habere possunt, si suae Nationis viros statim excludendos vel abripiendos intelligant. Ideo ab Illustritate Vestra protulamus, efficere velit, ut per auctoritatem Apostolicam suspensa litterarum executorialium severitate, quas non idonea iustaque informatio emisit, res Commissariis Apostolicis demandetur, qui eam citra praeiudicium gentis et Nationis nostrae terminent, cum minus congruum videatur, eos hinc a beneficiis et fundationibus amoveri, in quorum favorem fundatores talia pietatis suae posuerunt monumenta. Caeterum Ill. V. prosperam valetudinem a Deo precamur, eidemque benevolentiam nostram Regiam defcrimus. Datum Orsae die xv. mensis Augusti Anno MDCXXXIII. Regnorum nostrorum Poloniae primo, Sueciae vero secundo.

VLADISLAUS REX.

CCCXLV.

Alexandri Poloniae principis itineri in Hispaniam pontifex benedicit. Reg. Brev. An. XI. ep. 16.

Dilectissimo in Christo filio nostro Alexandro Poloniae Principi.

URBANUS PP. VIII. Dilectissime in Christo fili noster, salutem etc. Ut primum audivimus te in Hispaniam proficiscentem Ferrariae ditionis nostrae urbe iter habiturum, facere non potuimus, quin pro paterna benevolentia, qua te singulariter diligimus, et pro egregia pietate, quam lectissima tua indoles atque optima educatio pollicetur, te ac reliquum tuum iter Apostolica benedictione prosequeremur, illudque inoffensum ac prospcrum accuratis precibus a Deo tibi postularemus. Ita optatis nostris eventus respondeat, teque Divina clementia primo quoque tempore apud Catholicum Regem fratrem consobrinum tuum salvum atque incolumem sistat. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXIX. Octobris MDCXXXIII. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCCXLVI.

Regi Poloniae de relata a Moschis victoria et de Smolensko liberato pontifex gratulatur. Ibidem ep. 26.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Gratulamur tibi vehementer, quod clarissima de Moscovitis reportata victoria Smolenskum diuturna et maxime periculosa obsidione liberaveris. Hoc nimirum est spei, quam omnes in Maiestate Tua defixerant respondere. Nempe ut se dant Regni initia, ita futuri temporis coniectura capere licet. Vix in solio collocatus affraenatam verae Religionis hostium audaciam ingenti fortitudine complexisti. Hinc coeteri, qui Regnum tuum circumstant vel Catholico vel Christiano nomini iufensi facile discent, quid adversus te proficere possint, quem novunt vix adolescentiae fines aggressum ex trecentis hostium millibus admirabili virtute victoriam consequutum esse. Perge, fili charissime, esto tui similis, haec enim et tibi ad res arduas pro Reipublicae salute aggrediendas maxima hortatio esse debet: et Nobis singularem affert fiduciam, te omnibus difficultatibus et periculis, quae Dei ac Religionis causa suscipies, quam expeditissime et summa tua cum laude evasurum, Maiestati Tuae Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Dat. Romae apud S. Petrum etc. dic XXVI. Novembris MDCXXXIII. Poutificatus nostri Anno Undecimo.

CCXLVII.

Illmi et excellmi dni, dni Georgii Assolini domini in Ossolino, comitis de Thenzyn, thesaurarii curiae regni Poloniae, praefecti Bidgostiensis etc. Oratio habita Romae in aula regia Vaticana die 6. decembris 1633. cum Sermi ac potentissimi Vladislai IV. regis Poloniae et Sueciae, electi magni Moscoviae ducis, nomine Sanctissimo domino nostro Urbano PP. VIII. obedientiam praestaret. Reg. Brev. An. XI. ep. 26.

Venit iterum Romam Vladislaus, Pater Beatissime, et qui nuper barbaricis ornatus laureis ad tuos pedes venerabundus iacuit, is hodierna die triplici cinctus diademate ante hanc Apostolicam Sedem tuam per me Oratorem suum supplex procumbit. Vladislaus, inquam, Poloniae et Sueciae Rex, ac magnus Moscorum Dux, qui antequam regnarct, Regum et Regnorum Tyrannos debellavit, qui Romam triumphator sine triumpho ingressus, pia vota et Pontificiorum pedum oscula triumphalibus practulit, qui eum videri noscique maxime nollet, Urbis et Orbis oculos in se convertit; qui nova Tyberim foelicitate beavit, cum citra Rhenum fluere solitum, invicta dextera ultro Tyram ac Boristhenem traxit; qui denique desertori populo Graecum Constantinianac donationis diploma e superba gaza eripuit, tanquam pro Romano Pontifice pugnasset, cui Romam hostium etiam spoliis asseruit. De hoc tali ac tanto Prin-

cipe tibi, Pater Beatissime, non in cunis, sed in ipso gloriae ac rerum gestarum fastigio non fama, sed aspectu ac familiaritate noto, quid in hoc amplissimo Orbis theatro afferam, haud reperio. Iam enim olim sapientissimo tuo iudicio omnes eius penetrasti ac percensuisti virtutes, easque uti probe cognitas, quae liberae gentis sceptra moderentur, dignas iudicasti, cum non ita pridem Vladislaum unum esse, qui Polonis imperare queat, solemni commendatione asseruisti. Huc ergo potius mea deflectat Oratio, ut quos qualescumque populos Tibi Sauctaeque Sedi tuae supplices Rex noster secum offerat, declarem, quod dum exequor, Pater Beatissime, paterno affectu favebis filiis Pontificatus tui natu minime gloriosis conatibus. Solemne enim Patrum est eorum gestis potissimum recreari, quos recentiori sive lucis, sive gloriae partu Orbi ediderint. Quidcunque ergo gentium Septemtrio tegit, quam late a Carpathiis montibus ad Caspium mare, a glaciali Oceano ad Pontum Euxinum patet Europa totum id genuflectente Vladislao ante thronum tuum prosternitur, Pater Beatissime. Omnes enim illac gentes aut liberis suffragiis eum sibi Regem dixerunt, aut haereditario iure, licet refragae ad eius spectant Maiestatem, aut denique armis subactae Dominum recognoscunt. Sed primum merito locum obtinet Polonia, quae uti Principibus suis libere paret, ita Religionem et sacra nulla vi, nullo metu adacta colit. Illa, illa Sarmatia, Romanorum armis impervia Romanae religioni mancipata, illa tot olim superstitionum altrix nunc unius Dei serva, illa libertatis custos acerrima nullius iugum experta Romanis Pontificibus, eorumque Sedi Apostolicae obsequentissima. Polonia, inquam, quae sola monstra non parit, nulla iude haeresis, nullum schisma, et si qui vicinarum gentium peste afflati acerrimo legum supplicio, et perpetuae infamiae nota a reliquae nobilitatis corpore rescinduntur. Si quis legem, Vladislao Iagellone Rege, latam totius Nobilitatis patrio more consensu firmatam legerit, fatebitur, nullius Concilii anathema acrius haeresim perstrinxisse. Et quamvis iniquitati temporum amorique consanguineo aliquid indulsisse videamur, non tamen legem abrogari unquam passi sumus nec patiemur, testaturi posteritati, nos legum Patriaeque salutem unius Religionis integritate firmare. Hoc ipso lugubri nuper Reipublicae nostrae statu, cum Sigismundum Regem, vivam pietatis Religionisque imaginem, Coelo receptam, terris ereptam planximus, vidisses, Pater Beatissime, illis ipsis centuriatis Comitiis, Senatum Populumque Polonum magis pro Religione adversus concives suos, dira haeresi corruptos, certantem, quam de communi Patriae salute, aut de futuri Principis electione sollicitum. Aequavit fervor Procerum curam Antistitum, eorumque et tui Apostolici Nuncii solemnes excivit gratiarum actiones. Innatum scilicet genti Polonae aucta Religionis studium. Hinc illa erga sacrorum Praesides observantia, quae eis prima in Senatu subsellia detulit, et praecipuas Reipublicae partes curare iussit. Tacebo prodigam, ut ita dicam iu templorum aedificia ac ornamenta liberalitatem, omittam cultum Numiuis, et sacrorum ferventissimum: haec enim omnia ita se habere Orbis consensus asserit. Animorum certe eius gentis magnitudinem vel iude colligere licet, quod a tot saeculis adversus feros et immanes nominis Christiani hostes excubent, nec stationem deserant. Ottomanorum signa, quae tot acies, tot urbes validas expugnarunt, tot montium claustra penetrarunt fluminumque impetus superarunt, tot Christianorum copias fuderunt, nuda Polonorum pectora steterunt, et ne patentes ac pervios ingrediantur campos, hucusque prohibuerunt. Scythicam pernicitatem, ne universam quaqua versus pervagetur Europam, unica Reipublicae nostrae moratur Provincia. Moscos solo nomine Christianos, re et moribus quibusvis barbaris execrabiliores, toties vicimus, fudimus, et demum nobilissimam eius regionis partem in provinciam redegimus. Haec omnia summa animi magnitudine ac prorsus Romana steterunt. Parentavimus siquidem antiquae Urbi maiorum nostrorum ferocia laesae, cum in eius mores et instituta transivimus. Hinc libertatis studium, hinc aequi iuris ac legum amor; hinc masculae frugalitatis exempla, nil in moribus, nil in habitu corporis molle, nil effaeminatum, nil acu pictum. Iuventus praetextam non in Cytharedorum gymnasiis, sed intra castra deponit. Equitibus rura paterna colere haud pudendum, ne enervati deliciis bello fiant ineptiores. Humiles domos plerumque habitant: sed excelsos animos fovent, non propugnaculorum, non pontis sublicii, sed legum et innocentiae praesidio tuti. Neque vere hauc magnanimitatem ferociam quispiam dixerit. Cicurarunt Sarmaticam, si quae fuit, feritatem Religio et musae latinae. Has ubi e Septemtrione devolutae gentes Latio moverunt, (credo equidem) castra secutas eique vitae assuetas Heliconi suo prope ultimum vale dixisse. Gentem profecto nostram adeo sibi manciparuut, ut sine earum praesidio et ornamento militarem gloriam minus gloriosam aestiment. Et merito earum enim beneficio libera Nobilium capita de se ipsis decernunt magno Nobilitatis ornamento. Neque a scholarum cathedris iuterpretes petimus latino fieri eloquio, quod una cum moribus et institutis in partem gloriae nostrae lubentes assumpsimus. Talis

itaque et tanta Polonia ad tuos pedes prima procumbit, Pater Beatissime, illud collum nullius unquam iugum ferre solitum, illas manus liberas, illum animum excelsum et ad imperandum natum Regis sui exemplo, maiorum instituto, Tibi submittit. Tuis auspiciis se Vladislaum Regem dixisse, ac proinde eum tibi debere profitetur. Tu enim tutelares Divos Primum ac Faelicianum Roma discessuro in sacris cineribus tribuisti, non sine Pontificio nomine, eum primum Regum nostrorum fore, qui sine aemulo, faelicissimum, qui coniunctissimis tam populosae gentis animis et suffragüs Rex diceretur. Tuis ergo auspiciis, Pontificum Maxime, habet Vladislaum Polonia, Vladislaus Poloniam, Tu utrumque habebis, Deo favente, Vladislai invicta dextera tandem aliquando Tibi, Sanctaeque Sedi tuae mansuefactos Scandicos rebelles leones. Habebis, et desertores communis Pastoris ad tuum ovile prope diem reduces. Exivit etenim, Pater Sancte, filius hic tuus non aetate et meritis, aut maiestate, sed capessitae Regiae dignitatis tempore minimus ad venationem, ut te satiet, famemque tuam impleat, avidam gloriae summi Dei, inde longaevi auspicaturus primordia Imperii, unde Coeli et Ecclesiae ruinas sperat reparandas. Erige hanc tuam dexteram, Pontifex Optime Maxime, qua nescio quo turbine motum pene ruentem Orbem retines, summo huius sacculi bono dudum destinatus, et sancta benedictione prosequere tam chari pignoris pios conatus. Excitabunt hoc praeclaro exemplo reliqui Christianorum Principes, et postpositis perniciosis eorum nomini et gloriae odiis, illuc arma convertent, quo nefariis Imperiorum praedonis libido iam tandem vindicanda vocat. Vladislaus certe Rex uti nunc se, Regnaque et arma sua Sanctitati Tuae tradit, obedientiam praestat, nec se ab huius Sanctae Sedis authoritate et observantia unquam discessurum profitetur: ita te duce, te auspice paratus semper erit Christianorum aquilas notis sibi itineribus non sequi, sed praeire.

Responsio.

Ubi primum superioribus annis Vladislai adhuc Poloniae Principis virtutes in hoc omnium nationum theatro se se in conspectum dederunt, eas statim publicus populi consensus sponte oblato suffragio sceptro et diademate dignas existimavit. Id certe ac sapienter iudicatum esse non tam eventus, quam res ab ipso antea gestae ac primae aetatis educatio perspicue confirmant. Nam quemadmodum generosae stirpes, etiam temere satae nullius opera in speciem plerumque non vulgarem adolescunt, si tamen sedula accedat cultoris manus brevi admirabilia incrementa accipiunt: ita factum ad Regiam amplitudinem Vladislai ingenium Sigismundi optimi parentis institutione id exiguo temporis spatio est assequutum, ut nullae in eo verae laudis partes desiderarentur, quae in superioribus Regibus praestantes ac summae habitae sunt. Hinc eximius erga Deum cultus, hinc ardens Catholicae Religionis tuendae propagandaeque studium, hinc observantia in Ecclesiam singularis, quibus ille non modo bonorum voluntatem mirifice sibi devinxit, sed etiam Deum in rebus quibusque arduis aggredieudis propitium ac faventem reddidit. Quid invictum excelsi animi robur? quid egregia illa fortitudo? qua inter caeteras virtutes ex eadem disciplina ita excelluit, ut ante ductor, quam tyro bellum pene puer ingenti omnium commendatione administraverit? Nam adolescentiam militaribus obeundis muneribus, laboribusque pro religione excipiendis tam foeliciter exercuit, ut victoriis, quas de Christiani nominis hostibus crebras atque ingentes reportavit, in ea aetate, quae bellicae gloriae matura nondum videbatur, clarissimos et maxime fortunatos duces superaverit. Nunc vero ipso Regni ingressu cum victore exercitu triumphalis ea quotidie perficit, quae nullum relinquunt dubitandi locum, ne in posterum sui similis sit futurus. Et sane inficiari nemo potest magno Divinae benignitatis munere concessum esse, ut loco maxime opportuno atque ad arcendos comprimendosque Barbarorum impetus idoneo strenua, ac militaris Polonorum natio una cum optimo ductore collocaretur: quamdiu enim pro communi salute velut in statione, ac praesidio ad Christianae ditionis fines excubabit, quamdiu armis et corporum oppositu perniciem, quae in omnes intenditur, propulsare non desistet, tamdiu nos periculorum ab ea parte securi ac metus expertes erimus. Atque hae causae sunt, cur Sñus D. N. tam pium ac fortem virum religiosissimae et bellicosae genti praefici multo ante optaverit, cumque postea incredibili omnium Ordinum consensu Regem in Comitiis renunciatum esse, maiorem in modum gratulatus sit. Quam vellet hanc ipsam gratulationem ad amplissimas etiam vastissimarum regionum provincias pertinere, quarum possessio tametsi ab Ecclesiae hostibus per summam iniuriam occupatur, ad illum tamen partim haereditatis, partim electionis iure spectat, nimirum optime intelligit, si haec aliquando de iniquis invasoribus armis recepta in veri ac iusti Domini potestatem vindicetur, nullum uspiam impedimentum fore, quominus Catholicae Religionis cultus ad Septemtrionem quam latissime proferatur, atque Ottomanicae Tyrannidis opes ac ferocia

potentissima tantarum virium conspiratioue plurimum labefactentur. Hoc certe sicut ipsi accidere optabilius nihil potest, ita a Deo Regnorum largitore magnam, quae inde conscquutura est, Christianae rei accessionem postulare nunquam praetermittet. Iuterim obedientiam, quam charissimi eius filii Vladislai Poloniae et Sueciae Regis Illustris, Magnique Moscorum Ducis nomine Nobilis vir Georgius Comes de Tenchin, Curiae Regni Thesaurarius, honorifica atque ornata legatione ipsius Sanctitati more maiorum defert, una cum his Venerabilibus fratribus suis S. R. E. Cardinalibus libenter accipit. Reguum vero, quod ad profitendum palam paratissimae voluntatis obsequium idem Rex Sño D. N. non minus religiose, quam prolixe offert, ipse cunctarum rerum affluentia copiosum atque omnibus, quae vel ad dignitatem vel ad tutelam pertinent, instructissimum esse vehementer exoptat. Idcirco Divinam clementiam orat obsccratque, ut pericula, si quae illi fortasse impendent, in verae fidei et pietatis hostes convertat, atque arma, quae Religionis causa suscipi contigerit, uberi victoriarum proventu fortunet. Certam autem deliberationem de Catholica re benemerendi, quam Vladislaus iampridem animo concepit, et nunc si unquam alias egregie fovet, coelesti auxilio ita confirmet, ut incruento belli genere profligata impietate, Haereticos et Schismaticos quotquot eius legibus ac dominationi parent, volentes leni et miti Ecclesiae Imperio foeliciter subiiciat.

CCCXLVIII.

Cardinali Poloniae pontifex transmittit vestimentum equestris militiae a rege B. Virgini dicatae a se benedictum, ut eidem regi illud induat. Reg. Brev. An. XI. ep. 32.

Dilecto filio nostro S. R. E. Cardiuali Poloniae.

Urbanus PP. VIII. Dilecte fili noster, salutem etc. Vestimentum Equestris Militiae, qua a Charissimo filio nostro Vladislao Rege fratre tuo instituta ac Beatae Virgini dicata est, rite a Nobis consecratum tibi transmittimus, ut eidcm Regi nostro nomine bene prccatus illud quamprimum induas. Ipsam Beatissimam Dei matrem impense oramus, ut Equites quotquot huic Militiae ascripti Religionis causa arma sumpserint, ita in tutelam recipiat, ut hostis quandocumque cum iis congredientur, sentiant se non tam cum hominibus, quam cum coelestibus auxiliis pugnare. Apostolicam benedictionem tibi peramanter impartimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die xxiii. Decembris mdcxxxiii. Pontificatus nostri Anno Undccimo.

CCCXLIX.

Pontifex regi Poloniae de legatione Georgii de Tenczin eius oratoris egregie perfuncta gratulatur. Ibidem ep. 31.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissimc in Christo fili noster, salutem etc. Quae nuper ad Regnorum habenas moderandas publica gentium suffragatione destinatum incredibili sua cum voluptate coram Roma conspexit, eadem ad amplissimae dignitatis fastigium merito evcctum, virtutesque tuas in summo honoris gradu collocatas ingenti lactitiae significatioue prosequuta est. Nos quidem ut singulari in Maiestatem tuam benevoleutia pracditi sumus, ita omnem spleudoris tui atque existimationis accessionem nostram esse ducimus, tibique insolitum gratulamur plausum, quo hacc Urbs tui apprimc studiosa Nobilem virum Georgium Comitem de Tenczyn ad Sedem Apostolicam a te allegatum excepit. Is certe tum fide, tum prudentia in rebus gerendis, ac dicendi facuudia una cum morum suavitate coniuncta ita apud omnes munus commendavit suum, ut vulgo creditum sit, neque Oratorem illo magis praestantem a te deligi potuissc, neque Principem eidem offerri, in quem ipse aeque gloriose atque in te obsequium suum impenderet. Caeterum obedientiam, quam is tuo nomine Nobis praestit, libentissimo animo accepimus, Deumque precati sumus, atque assidue precari non dcsistimus, ut Regiones, quae tum haereditario iure, itum iusta electione iampridem tuae sunt, a te quam primum recipiantur, et aliquando post diuturnos errores in verae fidei viam reductae Apostolicae Sedis auctoritati se sponte subiiciant. Nam in Polonia caeterisque Provinciis, quae tuae dignitioni parent, nihil veremur, ne Divinum cultum assidue propagare, Catholicorum res constanter tueri, Ecclesiae auctoritatem ac iura integra atque inviolata ubique conservare studeas: id enim et praeclara tua ad omnem pietatem institutio, et mores ad verae Religionis normam compositi satis pollicentur, quibus singulare accedit Sigismuudi Parentis tui clarissimi viri exemplum, quod tibi animo ac pene oculis ipsis quotidie obvertatur. In cum quotiescumque mentis aciem intendes, toties optimi Regis et Principis vere Christiani effigiem ad vivum expressam intueberis. Pro-

fecto si par fortitudini foelicitas tibi contingat, permagnum est, quod a tua pietate Catholica Religio atque omnes boni sperare possunt. Quicumque pio erga Divinam gloriam studio sunt inccnsi, id evenire vehementer exoptant: Nos, qui praeter communia haec vota Maiestatem tuam eximia charitate complectimur, brevi etiam fore auguramur. Nimirum his maiora a Dei liberalitate facile impetrabis, Charissime fili, si bcneficia, quae in te a Divina Clementia sunt profecta, pia et grata recordatione iugiter colueris: optime enim nosti Regnum Dei primum quaerentibus huius vitae foelicitatem additamenti loco accedere. Maiestati Tuae Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Decembris MDCXXXIII. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCCL.

Regi Poloniae de insigni a Moschis victoria relata pontifex gratulatur, significatque eam ob causam publice gratias Deo persolvendas instituisse. Reg. Brev. An. XI. ep. 167.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae ct Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Allatum fuerat ante aliquot menses nullo certo auctorc Maicstatem tuam de Moschis Catholici nominis hostibus insignem victoriam reportasse, cum paulo post compertum cst id temere nullius probati viri testimonio emanasse. Sed cum omnes eius quam praeccperant laetitiae opinionem invisi desererent, ecce tuae litterae verae victoriae testes, quae singulorum animos maxima eventus expectatione suspensos incredibili gaudio cumularunt, adeo quicquid de tua virtute in vulgus iactatur, tuto credi potest. Nos cum primum optatum accepimus nuntium, immortales Deo Optimo Maximo bonorum largitori gratias egimus, quod te ad veram Religionem ab hostium iniuriis summa tua cum laude vindicaudam potissimum delegerit, quodque ad id perficiendum iis animi et corporis, rerumque externarum praesidiis instruxerit, ut nisi nostra crimina Divinae benignitatis cursum intercipiant, maximam Christianae Reipublicae hostibus paratam esse cladem animo prospiciamus. Gratulamur proinde maiorcm in modum Maiestati Tuae, quod tam uberes accepti nuper Regni primitias, hoc est opulenta inimicorum ipsius spolia et manubias Deo consecraveris. Speramus ex his initiis te subinde maximo victoriarum proventu, et Catholicam fidem amplissimo cultu auctum iri. Ita vota nostra, quae pro ipsius gloria tuaque foelicitate concipimus, benignissimus Deus clementer secundet, et gratias, quas illi propediem pro tanto beneficio publice ac solemniter persolvemus, acceptas habere ne dcdignetur. Maiestati Tuae Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Castri Gandulphi etc. die VI. Maii MDCXXXIV. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCCLI.

Regi Poloniae de pace cum Moschis summa cum eius dignitate facta pontifex gratulatur. Reg. Brev. An. XI. ep. 254.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Pax modo cum Moschis tanta cum Maiestatis Tuae dignitate, magnoque rerum Polonicarum emolumento composita, non exiguum in turbulentis hisce discordiis, quibus Christianus Orbis iactatur, sollicitudini nostrae levamentum praebet. Speramus enim te hinc auctoritate atque existimatione vehementer auctum non distractas, sed integras atque illibatas Regni tui vires adversus Ottomanicae Tyrannidis impetus allaturum. Quibus si Divina Clementia (quod adhuc benigne praestitit) coelestibus auxiliis adesse non gravabitur, erit cur brevi immortales illi gratias summis Maiestatis Tuae laudibus admixtas animo agamus. Maiestati Tuae Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XV. Iulii MDCXXXIIII. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCCLII.

Regis Poloniae expeditionem adversus Turcas laeta auguratione pontifex prosequitur, eique quoddam subsidium suppeditat. Reg. Brev. An. XV. ep. 258.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quicumque verum Dei cultum agnoscunt, expeditionem Maiestatis Tuae adversus Turcas faustis precationibus, ac laeta victoriae auguratione prosequuntur. Nos, qui publicae Christianorum saluti nullum maius impendere periculum intelligimus, quam quod ab illorum Tyraunide creari potest, gaudemus maiorem in modum tuae forti-

tudini ac foelicitati insignem (quod speramus optamusque) de acerbissimo hoste triumphum reservatum esse. Excita proinde virtutem tuam, Charissime fili, divinaque gloria tibi proposita, non tuo solum tuique Regni, sed totius Christiani Orbis periculo fortiter occurre. Hoc animo si pugnam inibis, pro certo habeas Deum suae causae minime defore, teque contra ipsius nominis inimicos praesenti coeli auxilio adeo firmatum iri, ut illis non modo terrorem, sed etiam certam cladem sis allaturus. Interim quo fidentius cuncta aggrediaris, tibi, tuis armis atque regiis conatibus Dei nomine benedicimus, eiusque clementiam oramus, ut Nos tecum amplissimae laetissimaeque victoriae compotes primo quoque tempore efficiat. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXII. Iulii MDCXXXIIII. P. n. Anno Undecimo.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quae de Turcarum apparatu adversus Regnum Poloniae per geminas literas a Venerabili fratre Andrea Theodosiae Episcopo redditas nunciata sunt, animum quidem nostrum vehementer sollicitum habuere, quod plurimarum nationum ac Provinciarum salutem a vestra incolumitate pendere arbitramur, sed cum Maiestatis Tuae atque eorum, qui militarem tibi operam navant, fortitudinem tot tamque insignibus victoriis confirmatam perpendimus, cumque hunc ipsum hostem in tuis numerari triumphis meminimus, oppidò ingentes animos sumimus atque in spem erigimur, fore, ut per te perniciosae huius Tyrannidis vires fractas aliquando atque concisas videamus. Dolemus sane tam iustae causae non posse ex aerario nostro copiosius subveniri, quod et Germanicis erogationibus et assiduis Ecclesiae ditionis sumptibus ad maximas angustias redactum sit. Deum precamur, ut auxilii nostri tenuitatem uberrimis suae gratiae adiumentis suppleat, tuoque militi robur, concordiam et summam in periculis adeundis alacritatem abunde sufficiat. Maiestati Tuae Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum ut supra.

CCCLIII.

Pontifex archiepiscopum Gnesnensem laudat, quod sacra biblia in Polonicam linguam ab haereticis conversa et impressa edicto vetuit. Reg. Brev. An. XI. ep. 274.

Venerabili fratri Ioanni Archiepiscopo Gnesnensi.

URBANUS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Quod Fraternitas tua Biblia sacra in Polonicam linguam ab Haereticis conversa, et anno 1633. in Andreae Hanefeldi officina Gedani impressa, edicto vetuit, rem praestitit sedulo et constanti animarum pastore dignissimam, et nostrae ac bonorum opinioni, quae iampridem apud omnes percrebuit, egregie satisfecit. Gaudemus eam ob rem pluribus nominibus, inter quae illud postremum non est, quod caeteri Episcopi, quibuscum assidua cum Catholicae fidei hostibus est concertatio, tam praeclare Fraternitatis tuae exemplo excitati atque erecti, quae muneris sui erunt, fidentius ac fortius adversus illos obire non pertimescent. Ita Divina clementia tuos atque eorum conatus ad foelicem exitum perducat, et hoc promeritum uberi suorum donorum collatione remuneret. Fraternitati tuae amanter benedicimus. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die XXIX. Iulii MDCXXXIIII. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCCLIV.

Pontifex regi Poloniae de pace cum Moschis et deinceps cum Turcis inita gratulatur. Reg. Brev. An. XII. ep. 58 et 140.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Superioribus diebus gratulati sumus Maiestati Tuae pacem tanta istius Regni dignitate, tantoque emolumento cum Moschis conciliatam. Nunc acceptis tuis eadem de re litteris, iterum ex animo gratulamur. Quae de atterrendis Turcarum Tyranni viribus assidua cogitatione versamus, a nemine hoc tempore aeque atque a te proficisci posse intelligimus, quo meliorem ducem adversus illius immunitatem ne voto quidem fingere possumus. Faxit Divina Omnipotentia, ut excellens animi tui fortitudo campum nanciscatur, in quo pari Christiani Orbis utilitate atque admiratione se exerceat. Quae Maiestas Tua de Principibus in illum concitandis scribit, utinam ita essent opportuna, ut sunt gloriosissima atque communi causae debita, ne dicamus plane necessaria. Nos certe nullam eos ad id hortandi occasionem antehac praetermisimus, et Pastoralis sollicitudo exigit, ut neque in posterum praetermittamus. Maiestati Tuae etc. Datum Romae etc. die II. Septembris MDCXXXIV. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Opinio, quam de Maiestatis Tuae fortitudine ac pietate iampridem concepimus, ea est, ut cum de Ottomanico bello a Turcarum Tyranno Polonis imminente nunciaretur, oblatam temporis opportunitatem duceremus, qua una cum ingenti Christiani nominis amplificatione non minus rerum a te gestarum gloria, quam Polonicae Dominationis fines proferrentur. Quod causae est, cur qui pacem et concordiam inter Christianos Principes componere soliti sumus, huius belli occasionem tanquam certissimam victoriarum materiam, atque uberrimam tuae laudis segetem captari maxime cupiverimus. Verum hanc nostram spem interruptam in praesentia et dilatam nequaquam dolemus, quod videremus iis conditionibus pacem coaluisse, quae Turcis parum honestae Polonos auctoritate ac dignitate maiorem in modum cumularunt, quodque pro certo habeamus eandem, quae hostium est superbia ac perfidia, minime fore diuturnam. Speramus enim Maiestatem Tuam cum se se posthac commodum rei bene gerendae tempus dederit, immortalitati, quam inde suo nomini, atque utilitati, quam universo Christiano Orbi parere potest, nulla ratione defuturum. Nos certe, qui praeclarum ex devictis Ottomanis triumphum tuis armis accessurum saepius augurati sumus, a Divina bonitate postulare nunquam intermittemus, ut eam Tibi mentem confirmet, easque vires sufficiat, quae gloriosissimo committendo facinori pares sint. Maiestati Tuae Apost. benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die xxii. Novembris mdcxxxiv. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CCCLV.

Regi Poloniae Marium archiepum Avenionensem novum nuntium apostolicum pontifex commendat. Ibidem ep. 263.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Praeclarae animi dotes, quibus et plurimis et maximis Maiestas Tua a Divina liberalitate insignita est, id a vera pietate ac religione decoris ac dignitatis accipiunt, ut non modo Poloniam, ad cuius Regnum tua te virtus evexit, sed etiam universum Christianum Orbem singularibus actionum exemplis illustrare possint. Assiduum earum testem et fidum voluntatis nostrae interpretem tibi adesse volumus Ven. fratrem Marium Avenionis Archiepiscopum, Praelatum nostrum domesticum et Assistentem, qui ordinarias Apostolici Nuntii partes istic excipiet, tibique ut speramus prudentiam ac morum integritatem, quas generi ac diuturno rerum tractandarum usui adiunxit, ita probabit, ut te mox ex inspectante laudatorem habiturus sit. Quae proinde nostro nomine Maiestati Tuae exponet, sic accipi volumus quasi a Nobis dicerentur. At quaecumque de paterna nostra erga te benevolentia adiiciet, veritate inferiora putabis. Caeterum Apostolicam benedictionem faustis precibus cumulatam, atque eximii erga virtutes tuas amoris pignus per Marium tibi mittimus, quem a te non minus humaniter atque honorifice exceptum iri confidimus, quam tuam benignitatem, et ipsius merita dignitatemque postulare intellexeris. Datum Romae apud S. Petrum etc. die xii. Aprilis mdcxxxv. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CCCLVI.

Pontifex regi Poloniae episcopum Pinscensem Ruthenum in Poloniam regredientem ad novum conficiendum processum in causa servi Dei Iosaphat archiepiscopi Polocensis commendat. Reg. Brev. An. XIII. ep. 56.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quod pietatis laudibus et reliquarum virtutum ornamento eximie instructus sit Venerabilis frater Raphael Episcopus Pinscensis, tum publicam, tum Pontificiam benevoleutiam facile quaesivit. Quare absque honorifica paternae nostrae charitatis significatione eum istic reverti noluimus: dignum enim aestimamus, ut a Nobis commendetur, et a Maiestate Tua benevole recipiatur. Aliis illius promeritis si adieceris, quod in procuranda servi Dei Iosaphat Archiepiscopi Polocensis apud Sedem Apostolicam beatificatione diu accurate se gessit, non dubitamus hoc etiam nomine initurum apud te gratiam, qui non semel eidem Iosaphat honores decerni tanto studio flagitasti. Caeterum Nos postulatis tuis satisfacere plurimum cupientes, huic piae causae propensa voluntate favemus, et praecipue Nobis curae esse non levibus documentis hucusque testati sumus. Quia autem in illis, quae Dei sunt, omnem debet collocare diligentiam Pastoralis nostra sollicitudo, nuper ex Decreto Congregationis, quae Sacris Ritibus praest, quadam prorsus necessaria prius peragi mandavimus, quibus peractis decerni possit, quod Ecclesiae consentaneum sit,

idque iucundum fore speramus Maiestati Tuae, cui Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die xv. Septembris MDCXXXV. Pontificatus nostri Anno Tertiodecimo.

Eod. modo Archiepiscopis et Episcopis Poloniae, Metropolitae Russiae, Casimiro Polonae Regis fratri, Georgio Ossolinschio Poloniae Thesaurario, Ducissae Ostrosiensi Palatinae Vilnensi, Principi Radzivilio M. D. Lithuaniae supremo Cancellario, Thomae Zamoscio Poloniae Cancellario.

CCCLVII.

Pontifex laudat pium palatini Volhiniae studium cum Petro Mohilla metropolita Kioviensi et Athanasio episcopo Luceoriensi Ruthenos non unitos ad unionem cum ecclesia Romana reducendi. Reg. Brev. An. XIII. ep. 269.

Dilecto filio Nobili N.. viro Palatino Wolhiniae.

URBANUS PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Quod Nobilitas tua simul cum dilectis fratribus Petro Mohilla Metropolyta Ruthenorum nuncupato, atque Athanasio Episcopo Luceoriensi pariter nuncupato Ruthenos universos ad Apostolicae Sedis unitatem iuxta sacri Concilii Florentini praescriptum perducere meditetur, rem praestat sua pietate dignissimam, atque insigne exhibet religionis exemplum. Nos equidem optatissimus praeclari huius consilii nuncius laetitia cumulavit: etenim Pontificia in specula, meritis licet imparibus, collocati praecipuas nostri muneris partes arbitramur, homines ab aeternae salutis via longe aberrantes ad veritatis semitam revocare, eosdemque Catholicae consensionis vinculo colligatos in Sanctae Matris Ecclesiae sinum constituere. Neque sane aliquid est quod inter sollicitudines, in quibus assidue versamur, aequo Nobis solatio sit, quam insignis filiorum virtus et religionis incrementum. Quare charitatem nostram summopere te demeruisse testantes impense optamus, ut totis viribus in hanc curam et cogitationem incumbas, et facinus, quod Divino afflante spiritu aggressus es, omni conatu perficias. Verum quia gravissimum hoc negotium difficultatibus non carebit, ubi opportunum fuerit, Venerabilis frater Marius Archiepiscopus Avenionensis Nuncius noster hominem spectatae fidei ad te mittet, a quo omnia tibi suggerentur quaecumque e re fore existimamus, ut cuncta, Deo adiuvante, quamprimum e voto cedant. Coeterum qua ratione postulatis tuis suffragari decreverimus, ex dilecto filio Ioanne Damasceno ordinis Praedicatorum, qui istuc revertitur, fusius cognosces. Ex eodem discere etiam poteris, quam peculiari affectu prosequamur Nobilitatem tuam, cui Apostolicam benedictionem ex animo impartimur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die x. Iulii MDCXXXVI. Pontificatus nostri Anno Tertiodecimo.

CCCLVIII.

Testamentum sive protestatio servi Dei Iosephi Velamin Rucki metropolitae Kioviensis, Halicensis totiusque Russiae in ultimo morbo facta, et manus propriae subscriptione sigilloque consignata. Nuntiat. Polon. Vol. 69.

Ego IOSEPHUS VELAMIN RUCKI indignus Metropolita Kioviensis, Halicensis et totius Russiae ad Dei Tribunal vocor, rationem redditurus de dictis, factis, cogitatis LXIII. annorum vitae meae, et decretum auditurus: heu horreo, quia horrendum est sisterc se in iudicio coram Deo. Confido tamen immensae misericordiae eius, quod non repellet me licet peccatorem a se. Offero sacratissimam passionem ipsius, cuius valorem credo esse infinitum. Spero auxilium a Beatissima Virgine, Matre Iudicis mei, quam licet vilibus obsequiis in vita mea colui, et a Sanctis Dei, potissimum autem ab Angelo custode meo, et ab illis Sanctis, quos in patronos mihi assumpsi, et singulis diebus nominatim invocavi: hos omnes, ut in illo ultimo certamine me iuvent, corde et ore invoco. Protestor autem coram universo mundo, me omnia ea credere, quae credenda proponit S.. Ecclesia Catholica, et quod sine hac fide, et speciatim sine Communione Sanctae Ecclesiae Romanae nemo salvus esse potest, pro qua paratus eram mori semper, praesertim tunc, dum occasiones moriendi se offerebant. Obediens Pontifici Romano, et eius in hoc Regno Vicario fui, et nunc in hac obedientia morior.

Quoscunque offendi verbo et exemplo, humiliter deprecor, et ob amorem Dei rogo, ut mihi ignoscant: in posterum autem non meos, sed aliorum servorum Dei, qui supersunt, mores et vitam imitentur. Ego etiam omnibus, qui me offenderunt, ex animo ignosco, illis etiam, qui persecuti sunt me et alios Patres et Fratres meos propter iustitiam, et a Domino Deo humillime peto, ne statuat hoc ipsis in peccatum, sed det, ut convertantur et vivant. Rñum Epum Pinsceusem fratrem meum, quem de consensu gloriosae memor. Sigismundi III. Regis Domini mei, confirmante Urbano VIII. P. M., in Coadiutorem

Metropoliae meae cum futura successione assumpsi, rogo, ut prima quaque occasione Serñum Regem et Dñum meum feliciter nunc nobis regnantem adeat, et a me fideli Suae Maiestatis subdito ultimo hic in terris dicat Vale. Meas apud Regem Regum, si dignus iudicabor frui visione ipsius beatifica, pro incolumitate Suae Maiestatis et felici Regnorum sibi a Deo concessorum, et concedendorum regimine supplicationes offerat, promotionem Sanctae Unionis Suae Maestati commendet: in particulari autem humillime petat, ut beneficia Ruthenorum Ecclesiastica his conferat, quos Successor meus Metropolita Suae Maiestati commendabit, quis enim illo melius uosse poterit, si apti vel inepti sint pro regimine Ecclesiae Ruthenae? praesertim cum secundum usum antiquissimum Ecclesiae Orientalis a primis illius incunabulis usque ad haec tempora non assumantur alii ad Episcopatus, nisi ex Religiosis. Qui vero per favores Dominorum saecularium procurare hoc contenderint, tanquam indigni reiiciautur, et tunc conscientia Metropolitae onerata erit, et Suae Maiestatis exonerata, si indigni promovebuntur. Rños Dominos et Patres meos Coepiscopos Russiae hoc uuicc rogo, sint inter se uniti in charitate Christi, et cum suo Metropolita, agnoscentes eum sibi in Patrem verbo et opere, et si in quo offendisse eum iudicabunt, proponant, et in charitate fraterna praemissa matura apud se deliberatione, verane sit ista offensa. Quod si non correxerit se, est qui eum corrigat ex delatione ipsorum. Clerum regularem in hoc moneo, ut Clerum saccularem amcnt ct honorent tanquam Comministros et Fratres suos. Et si ex commissione Metropolitae habebunt potestatem visitandi vel iudicandi eos, peragant hoc in lenitate spiritus et charitate, non contemnendo, multo minus deprimendo Fratres suos. Clerum vero saecularem plurimum hortor, et ea qua possum animi contentione ipsis inculco, ut attendant sibi in iis, quae muneris ipsorum sunt, et gregi quisque suo, ut salventur ipsi, et qui ipsis commissi sunt, doceant ea, sine quorum explicita fide salvi esse non possunt, nec conquerantur de Episcopis suis, quod Regularibus ea, quae suut Iurisdictionis, quandoque committant. A statu politico, tam Equestris Ordinis quam incolis Civitatum, peto, ut in spiritualibus permittat se regi a Praepositis suis spiritualibus, scientes hanc esse ordinationem Dei, in regimen ipsorum non se ingerant, vitam ct mores ipsorum non examinent, sed superioribus illorum examinandum relinquant, et ubi necesse ob maiorem gloriam Dei videbitur, illis deferant: ipsi autem per se id non faciant, nec bonas intentiones eorum, quas solus Deus sibi iudicandas relinquit, interpretentur pro arbitratu suo. Revñum Successorem meum hortor in Domino atque ob amorem Dei rogo, ut tam augendo bono spirituali, quam temporali Archidioccesis suae totiusque provinciae Metropolitanae intendat, tanquam Deo de his omnibus rationem redditurus. Ordinatiouem porro Ecclesiae patrimonii olim mei, domus meae, in alia charta idiomate Ruthenico scriptam, et manu mea propria subscriptam eidem relinquo. Quod rcliquum cst, omnes in universum, quotquot superestis, amici et inimici mei salvete, meque suo quisque ordine sccuturi Valete. Scriptum in Monasterio Dermanensi dioecesis Luceoriensis ritus Graeci, Anno a Nativitate Christi millesimo sexcentesimo trigesimoseptimo, mense Ianuarii vigesima octava die.

CCCLIX.

Episcopi Rutheni catholici supplicant cardinali s. congreg. de Propaganda Fide praefecto, velit apud pontificem efficere, ut Raphael nominatus archiepus metropolitanus confirmetur. Nuntiat. Polon. Vol. 45.

Eminentissime et Revñe Dñe, Dñe Colendissime.

Si quaudo oculi Eminentiae Vcstrae fueruut super Ecclesiam Ruthenam ct super Pastores Ecclesiae istius, profecto tempore communis huius nostrum omnium desolationis, dum optimo Pastore Iosepho Metropolita Russiae orbati sub pondere doloris gemimus universi, piissimi crga res Ecclesiae Catholicae affectus E. V. obtutum ad nos solos referri, ad nos converti res ipsa exposcit. Enim vero Alcyon ille noster, pullos suos vix in lucem Ecclesiae editos et eductos, nc dicam educatos solos, nos solos mari huic magno et spatioso mediis immisccndo periculis ct procellis tot fluctibus, quot in toto Septentrione nostro S. R. E. hostes obiecit: si malaciam et tranquillitatem, post Deum, qui ventis et mari imperat, E. V. procurare non dignabitur, verendum profecto, ne in profundum persecutionum veniamus, et tempestas oppressiouis nos demergat. Interim vero quod nobis imprimis incumbit, ut quoniam S. Reg. Maj. D. N. Clementissimus inhaerendo tum piae fel. memoriae Sigismundi Tertii patris sui voluntati, tum iam sacris Sño D. N. litcris in personam Rñi Pinscensis Episcopi expeditis, iam nobis illum in totius Russiae Metropolitam publicavit, eundem summis alias E. V. beneficiis affectum non commendandum, sed communi affectu ct unita animorum conspiratione E. V. sistendum duximus, ut

iam in futurum praeteritae cursu benevolentiae flumina Romanarum per illum S. R. E. effundere dignetur gratiarum. Speramus fore, ut et optime de se nostrum omnium opinioni responsurus sit, et Sñi D. N. honorem et authoritatem labore et sudore defensurus, dummodo E. V. eo, quo iam dudum coepit, affectu eundem prosequatur. Cuius Sacram Purpuram humillime veneramur, eandemque Dominus Deus quam diutissime servet incolumem. Varsaviae 1. Martii 1637.

Eminentiae Vestrae

Humillimi cervi

Raphael Korsach Archiepus Metropolitanus Chioviensis, Haliciensis totiusque Russiae.
Iosephus Mochosi Bakoviecki Episcopus Vladimiriensis et Brestensis mpp.
Hieremias Poczapowski Episcopus Luceoriensis mpp.
Antonius Sielawa Archiepiscopus Polocensis mpp.
Leo Creusa Rzewuski Archiepiscopus Smolenscensis mpp.
Methodius Terlecki Episcopus Chelmensis mpp.
Athanasius Krupeski Episcopus Praemisliensis mpp.
Pachomius Oranski Archimandrita Zidicensis nominatus Epus Pinscensis et Turoviensis mpp.
Paulus Onkuczymski Archimandrita Cobrinensis, nominatus Episcopus Samboriensis, Coadiutor Episcopatus Praemisliensis mpp.

CCCLX.

Pontifex regem Poloniae, archiepiscopum Gneenensem et palatinum Russiae hortatur, ut Armenorum in Polonia cum Romana ecclesia unioni sua auctoritate suffragentur. Reg. Brev. An. XIV. ep. 357—259.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Ut debite communis Parentis munere fungamur, nihil potius ducimus, quam ab acternae salutis via longius aberrantes ad veritatem reducere, et Catholicae consensionis vinculo colligare. Quicquam sane quod fidei propagationem promovere, aut religioni praesidium afferre valeat, quantum in Domino possumus, a paterna nostra sollicitudine desiderari non patimur. Quare enixe postulamus in praesentia a Maiestate Tua, ut non solum regio suo patrocinio Venerabilem fratrem Nicolaum Archiepiscopum Leopoliensem Nationis Armenorum humaniter complectatur, sed religionis ipsius conatibus praesto sit, omneque studium atque auctoritatem adhibeat, ut Unio, quam ille cum Apostolica Sede perficiendam curavit, optato eventu nequaquam frustretur. Pro certo habemus, te opus tua pietate dignissimum sedulo aggressurum esse: paratissimam enim tuae divini cultus augendi voluntatem egregiis insignium factorum documentis iamdudum novimus. Plura in hanc sententiam tibi nostro nomine exponet Ven. frater Marius Archiepiscopus Avenionensis Nuncius Apostolicus, quibus non modo a te fidem haberi, sed opem etiam afferri cupientes, Maiestati tuae Pontificiam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die IV. Martii MDCXXXVII. Pontificatus nostri Anno Quartodecimo.

Eodem modo Archiepo Gnesnensi et Stanislao Comiti Visniecensi Palatino Russiae.

CCCLXI.

Regi Poloniae pontifex de matrimonio cum Renata Caecilia archiducissa Austriae ineundo gratulatur. Reg. Brev. An. XIV. ep. 369.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Urbanus PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Plurimum Ecclesiae interest, ut eorum Principum domus, qui divino cultui religiose famulantur, et Sedem Apostolicam praecipua veneratione observant, ad consequentes posterorum aetates feliciter propagentur. Id causae est, cur nos, qui eximias Maiestatis tuae virtutes semper magni fecimus, de Regiae tuae familiae diuturnitate atque amplificatione solliciti iamdudum optaverimus, ut expetito non tam Poloniae quam universae Catholicae Reipublicae votis matrimonio animum converteres. Huiusmodi te consilium Deo adiuvante suscepisse, cum sponsam ex ea gente tibi deligendam duxisti, quae non minus in rem Christianam promeritis, quam Regnorum dominatione insignis est, tum magnopere gavisi sumus. Coniicere hinc facile est, quam paterna propensione postulatis tuis suffragamur, secundum consanguinitatis gradum dispensantes, quem cum charissima in Christo filia nostra Renata Caecilia Archiducissa Austriae, et Ferdinandi electi

Imperatoris sorore tibi intercedere significasti. Altissimum precamur, ut omnium ordinum gratulationem et populorum plausus, quibus tua haec deliberatio excepta est, prosperis tuarum rerum successibus continenter cumulare non dedignetur. Plura in hanc sententiam superaddet Ven. frater Marius Archiepiscopus Avenionensis Nuncius noster, cui fidem adhiberi cupientes, Maiestati tuae amantissime benedicimus. Datum Castri Gandulphi etc. die XI. Maii MDCXXXVII. Pontificatus nostri Anno Quartodecimo.

CCCLXII.

Pontifex a Ludovico rege Francorum sedulo petit, ut Casimirum principem Poloniae dimitti iubeat.
Reg. Brev. An. XV. ep. 106.

Charissimo in Christo filio nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Publicam felicitatem in eo maxime constitui arbitramur, ut Catholicorum Principum animi stabili inter se amoris vinculo consocientur. Quod sane pro Pastorali nostro munere studiosissime curare nunquam intermittimus. Maiorem autem in modum cupientes in praesentia mutuum affectum, qui adhuc cum Maiestate tua charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae Regi intercessit, nullatenus imminui. Quod pro utriusque virtute ac prudentia nobis non dubie pollicemur. Et licet quemadmodum audivimus, Casimirus Poloniae Princeps a tuis administris detentus fuerit, non veremur tamen, ne uberrimos iam apud te affinitatis et amicitiae fructus expertus sit, ita ut non solum libere ei quocunque progredi licuerit, verum antiquae benevolentiae magna etiam facta fuerit accessio. Huc nostra diriguntur vota, tum quod in primis optemus, ut mutua inter Catholicos Principes consensio foveatur, tum quod familiam optime de Catholica Religione promeritam singulari charitate animove complectamur. Mirandum igitur non sit, si eum tibi accurate commendamus: summo enim dolore afficeremur, ubi aliter ac speramus, res se se haberet. Nequaquam autem dubitamus, quin a te in gravi hoc negotio, in quo Regia tua humanitas elucere plurimum potest, dignum excelsa animi magnitudine consilium suscipiatur. Certe quibus officiis ei benignitatem tuam exhibueris, iisdem optatissimum nobis affers solatium, qui Maiestati tuae amantissime benedicimus. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die XII. Iunii MDCXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Decimoquinto.

CCCLXIII.

Pontifex principem et regem Poloniae de officiis suis apud Francorum regem interpositis pro dimittendo eodem principe certiores reddit. Reg. Brev. An. XVI. ep. 129 et 143.

Dilectissimo in Christo filio nostro Principi Ioanni Casimiro Poloniae Regis Fratri.

URBANUS PP. VIII. Dilectissime in Christo fili noster, salutem etc. Cuncta officia, quae pari affectu ac diligentia pro te adhibuimus, nostra in te propensione et cupiditate, qua tenemur, tibi suffragandi longe minora sunt: nulla enim est paternae benevolentiae significatio, quam tuae erga Apostolicam Sedem observantiae coeterisque virtutibus deberi non arbitremur. Quamobrem pro certo habeas, Nos neque tuae de singulari amore nostro opinioni, neque eximiae, quam Regiam tuam domum prosequimur, charitati ulla ex parte defuturos. Nihil sane unquam praetermittemus, quod paratissimam nostram erga te voluntatem omnibus testari possit. Deum interim rogamus, ut desideriis tuis benigne annuat, tibique Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die X. Octobris MDCXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Sextodecimo.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Par est, ut Apostolicae Sedis officia in eorum Principum commodum, qui de Christiana re benemerentur, paratissima sint. Nos, qui Maiestatis tuae et universae istius Domus promerita, ac singularem in Nos pietatem atque observantiam non solum magni facimus, sed paterna prosequimur charitate, omni te felicitate florere cupimus, atque ubicunque datur occasio, tibi libentissime satisfacimus. Quod cum aliis in rebus, tum praesertim in praesentia perspicere potuisti, ubi iis officiis, quae pro dilectissimo in Christo filio nostro Casimiro, fratre tuo, apud Charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum Regem adhibuimus, postulata tua antevertimus. Pari diligentia eamdem petitionem enixe iterare non desistemus, nihil praetermittentes, quod in hoc negotio opportunum esse censebimus. Interim iussu nostro Apostolicus Nuncius

sedulo curat, ut res ad optatum exitum perducatur. Et cum extraordinarium Nuncium ad eumdem Regem, ut felicem Primogeniti ortum ipsi gratuletur, primo quoque tempore missuri simus, illud ei efficaciter iniungemus, ut suam assiduis ordinarii nostri Nuncii conatibus operam adiungens, pro fratris tui liberatione nostro nomine accuratissime agat. Annuat votis nostris Altissimus, et Maiestati tuae praesto sit, cui Nos Pontificiae benevolentiae magnitudinem semper declaraturi Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die xxx. Octobris MDCXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Sextodecimo.

CCCLXIV.

Alexandro Stuckae palatino Minscensi de elaborata acu B. Mariae Virginis imagine sibi dono data pontifex grates reddit. Reg. Brev. An. XVI. ep. 182.

Dilecto filio Nobili viro Alexandro Stukkae Terrae Minscensis Palatino.

URBANUS PP. VIII. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Picturam in serico textu phrigio opere a Nobili Muliere coniuge tua summa cum diligentia acu elaboratam, qua praecipuam erga Nos observantiam testatam esse voluisti, perlibenter excepimus, et artificii praestantiam ac rerum imagines in ea mirifice expressas cum voluptate conspeximus. Magni facimus hoc pietatis tuae documentum, et cum Nobilitatem tuam sanguinis splendore, et propriis virtutibus commendatam paterna benevolentia semper prosequuti fuerimus, in posterum filialis affectus memoria, quem praeclara hac significatione declarasti, ex animo nostro non decidet. Filios tuos ea, qua par erat, humanitate complexi sumus, tibique et coniugi atque uniuersae tuae familiae veram ac diuturnam ab immortali bonorum largitore felicitatem precamur, vobisque omnibus Apostolicam benedictionem in Domino impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXVI. Februarii MDCXXXIX. Pontificatus nostri Anno Sextodecimo.

CCCXLV.

Regi Poloniae metropolitam Kioviensem ex Urbe in patriam redeuntem pontifex commendat, nec non de Polocensis causae expeditione scribit. Reg. Brev. An. XVII. ep. 89.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Venerabilis frater Metropolita Kyoviensis cum iam pridem in hac nationum omnium patria insignes animi dotes prae se tulerit, earumque praesidio publicum sibi amorem comparaverit, nostrum etiam affectum haud difficulter quaesivit. Cum deinde non semel ad Nos allatum fuerit, quonam animi ardore Ruthenos ab Apostolica auctoritate dissidentes ad salutarem Unionem, quam alii amplexi fuerant, revocare sategerit, et quam sedulo Catholicam Religionem tum latius proferre, tum propugnare conatus fuerit, Pontificiam charitatem aretius demeruit. His omnibus cum honorifica Maiestatis tuae commendatio accesserit, impensius etiam optamus, ut Praesul, qui Regio patracinio instructus est, paternae nostrae benevolentiae fructibus perfruatur. Coeterum laudamus summopere pietatem tuam, quod servo Dei Iosaphato coelestes honores obnixe flagitaverit. Precibus autem tuis gratificari posse cupientes, causam hanc primo quoque tempore discuti iussimus in ea Cardinalium Congregatione, quae Sacris Ritibus praeest. Interim Patrem luminum continenter rogabimus, ut in gravissimo negotio id Nos statuere doceat, quod Ecclesiae ornamentum et consolationem afferre possit Maiestati tuae, cui Nos amantissime benedicimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die III. Decembris MDCXXXIX. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

CCCLXVI.

Pontifex regi Poloniae de principis Ioannis Casimiri eius fratris liberatione gratulatur, item ipsi principi. Reg. Brev. An. XVII. ep. 144 et 156.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili, noster salutem etc. Non sine praecipuo iucunditatis sensu ex Venerabili fratre Episcopo Burgi Sancti Donnini Nuncio Apostolico Parisiis degente cognovimus, Dilectissimo in Christo filio nostro Principi Casimiro Maiestatis tuae fratri factam fuisse potestatem e Gallia libere discedendi. Cum enim quae ad Regiam tuam Domum pertinent Nobis plurimum cordi sint, hunc rei exitum non solum impense optavimus, sed enixe curare non praetermisimus, et Nuncius noster pro huiusmodi liberatione quaecunque ab ipso apud Christianissimum Regem profi-

cisci potuerunt, officia iussu nostro assidue adhibuit, et per alios adhiberi non desistit. Proinde solatii, quod percepimus, magnitudinem tibi peramanter significamus, quam uberius declarabit Venerabilis frater Archiepiscopus Avenionensis Nuncius noster, qui etiam testabitur, quam peculiari charitate universam familiam tuam complectamur. Ei ergo fidem habere poterit Maiestas tua, cui a Divina clementia bonorum cumulum postulamus, atque in Domino benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XXXI. Martii MDCXXXX. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

Dilectissimo in Christo filio nostro Principi Ioanni Casimiro Poloniae Regis Fratri.

URBANUS PP. VIII. Dilectissime in Christo fili noster, salutem etc. Solatii magnitudinem, quod ex tuae liberationis nuncio percepimus, aequa aestimatione facile deprehendisti, qui praecipuum erga te propensionem nostram perspectam iampridem habes. Nihil sane iucundius accidere Nobis poterat, qui cum perpetuam rebus tuis prosperitatem ac felicitatem adiungi vehementer cupiamus, huiusmodi negotium ad optatum exitum perductum esse tibi summopere gratulamur. Quae Nos in eo adhibuimus officia, paternae, qua te prosequimur, charitati consona sint: nulla enim est benevolentiae significatio, quam tuis virtutibus Regiaeque tuae Domus pietati deberi non arbitremur. Idcirco cum usus tulerit, operam libenter dabimus, ut assidue intelligas, Pontificiam voluntatem in tua commoda incitatissima ferri, et egregiis, quibus polles, promeritis omni ex parte respondere. Divinam clementiam precamur, ut coelestibus donis affluenter te cumulet, Dilectissime in Christo fili noster, cui Apostolicam benedictionem ex animo impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die V. Maii MDCXXXX. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

CCCLXVII.

Pontifex regi Poloniae unionem Rutbenorum iterum commendat, et ut nuntio apostolico hoc in gravissimo negotio fidem adhibeat et praeeto sit. Reg. Brev. An. XVIII. ep. 199.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quantum Maiestati tuae cordi sint, quae ad promovendam Ruthenorum Unionem conferre possunt, assiduis documentis magna cum tuae virtutis laude ostendere consuevisti. Proinde non veremur, ne in maximi momenti rebus, quas nostro nomine tibi significabit Venerabilis frater Archiepiscopus Avenionensis Nuncius Apostolicus, id facile praestiturus sis, quod eximia tua pietas abunde pollicetur. Integram eius verbis fidem habere cupimus, ac summopere petimus, ut in gravissimo negotio tua auctoritate nihil eorum desiderari patiaris, quae ad Catholicae Religionis propagationem maxime profutura existimamus. Rem sane facies tuo nomini valde gloriosum, et Deo, ad cuius gloriam omnia dirigenda sunt, in primis gratam. Maiestati tuae felicitatem precamur, et Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Dat. Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXV. Augusti MDCXXXX. Pontificatus nostri Anno Decimooctavo.

CCCLXVIII.

Eidem regi pontifex epiecopum Poenaniensem humaniseime a se susceptum fuisse significat. Reg. Brev. An. XVIII. ep. 259.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quaecumque ad Divini cultus praesidium ac propugnationem pertinent, solita Maiestatis tuae pietate ac zelo apprime digna existimamus. Proinde Venerabilem fratrem Andream Episcopum Posnaniensem, qui hanc in rem commissa negotia nobiscum disseruit, quemadmodum nostra erga te atque universum istud Regnum postulabat charitas, peculiari animi propensione audivimus, et sane in iis decernendis, quantum in Domino poterimus, paternae in te benevolentiae testificationem nullam praetermittemus. Apud Nos enim egregiae tuae animi dotes tanto in pretio sunt, ut neque ad earum existimationem, neque ad affectum nostrum aliquam fieri posse accessionem putemus: quod et re ipsa et ex eodem Episcopo uberius te cognoscere optamus. Maiestati tuae veram ac diuturnam a Deo bonorum omnium largitore felicitatem precamur, et Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XVII. Novembris MDCXXXX. Pontificatus nostri Anno Decimooctavo.

CCCLXIX.

Protestatio nuntii apostolici die 26. Februarii 1642. contra privilegia Schismaticis in Ruthenorum catholicorum damnum concessa, insertis similibus episcoporum regni protestationibus. Polon. Vol. 22. fol. 98.

Vladislaus IV. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Czeruichoviae, necuon Suecorum, Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex. Significamus praeseutibus literis nostris, quorum interest, universis et singulis harum notitiam habituris, quia comparens personaliter coram Actis Cancellariae nostrae Magni Ducatus Lithuaniae Geuerosus Andreas Beaufilz Nobilis Avinioncusis I. V. D. Sedis Apostolicae Prothonotarius, Illustrissimi et Reverendissimi Marii Philonardi Archiepiscopi Avenionensis in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lituaniae Apostolici Nuncii Secretarius, nomine praefati Illustrissimi Protestationem suae Illustritatis in parata copia postulans, ut in Acta atque literas praesentes inseri mandaremus, porrexit. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur talis.

Marius Philonardus Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Avenionensis et Nuncius Apostolicus, Universis et singulis praesens hoc nostrum Protestationis Instrumentum nunc et pro tempore inspecturis, lecturis et audituris, Salutem in Domino sempiternam.

Noveritis, quod in felici S. R. Maiestatis electione et coronatione Schismatici nationis Ruthenae multa scripto obtinuerunt, prout in folio, cui titulus: Puncta Pacificationis, et initium: In primis liberum exercitium Religionis et sanctorum Sacramentorum administrationem, Ecclesiarum reparationem, et novarum cum expresso consensu S. R. Maj. erectionem, similiter Xenodochiorum, Seminariorum, Scholarum, Typographiarum, et liberum ad Magistratus civiles accessum debent habere non Uniti in omnibus civitatibus et oppidis bonorum Reipublicae.

Confraternitates Ecclesiasticae omnes in genere, quascumque hucusque possident non Uniti, similiter et illae, quae per illos in posterum erigentur, cum suis Ecclesiis illis cedere debent in pacifica possessione et libero exercitio.

Quibus et aliis ibi contentis uti nostrae Sanctae Catholicae Religioni expresse adversantibus, Schismati faveutibus, illudque propagantibus, et quae propterea tuta conscientia neque concedi, neque assensus eis praestari, aut executio dari poterat, nec potest, Universi Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Ordines, nec non Praelati Ecclesiae Ruthenorum Catholicae pro ipsorum pietate, debito ac zelo in orthodoxa Religione conservanda et propaganda, animarumque salute procuranda, ac vero Dei cultu promovendo, nec non pro suarum conscientiarum securitate solemniter scripto sese opposuerunt, consensumque praestare inconsulta Sancta Sede Apostolica et sine expresso eius consensu et approbatione nec posse, nec velle in facie totius Reipublicae declararunt, ac protestati sunt, prout in Protestationibus ab ipsis subscriptis et in Actis Reipublicae tunc exhibitis latius continetur.

Solemniter et scripto protestatus fuit Illñus et Rñus Dñus Honoratus Vicecomes Archiepus Larissenus, tunc Nuncius Apostolicus. Cuius quidem Protestationis tenor est, ut sequitur de verbo ad verbum ex Actis Cancellariae Magni Ducatus Lithuaniae extractus.

Vladislaus IV. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest, Universis et singulis harum notitiam habituris, quia comparens personaliter coram Actis Cancellariae nostrae Magni Ducatus Lithuaniae Venerabilis Franciscus a Turre Prothonotarius Apostolicus, Illñi et Rñi Honorati Vicecomitis Archiepi Larissensis in Regno Poloniae ac Magno Ducatu Lithuaniae Apostolici Nuntii Auditor generalis, nomine praefati Illñi Protestationem suae Illustritatis in parata copia postulans, ut in Acta atque literas praesentes inseri mandaremus, porrexit. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur talis.

Universis et singulis praesens hoc nostrum Protestationis Instrumentum nunc et pro tempore inspecturis, lecturis et audituris, Salutem in Domino sempiternam.

Christus Dominus, qui ad occisionem ductus tanquam agnus innocens non aperuit os suum, discipulis, quos ei Pater dederat, medias inter turbas de salute periclitantibus, ne perderet ex eis quemquam, valida exclamavit voce: Si me queritis, sinite hos abire; nimirum proprias offensas sanctissime per patientiam sustineri, proximi vero vobis concredi iniurias non sine gravi dissimulari criminatione divino exemplo nos docuit, quippe secundum Ezechielem: Si speculator viderit gladium veuientem et non insonuerit tuba, pereuntium sanguinem de illius manibus requiret Altissimus. Quare nemo non commendare debet, nemo non aequis oculis intueri, si Ruthenorum Graeci Ritus cum S. Romana Ecclesia

Divina favente Clementia Unitorum nutantibus rebus per vim et machinationem Schismaticorum, qua licentia, qua arte, qua potentia in Ecclesias, in populos Ecclesiasticosque proventus extortis, etiam variis artibus a S. R. Maiestate atque Republica privilegiis et diplomatibus arripientium et diripentium: Nos, qui summi Pastoris ac Sanctissimi Pontificis et Ecclesiae Christi unici Vicarii his in partibus Regni Poloniae ac Magni Lithuaniae Ducatus vices gerimus, dum viribus resistere, dum eorum artibus occurrere, dum iure contra eos agere temporis ratio non patitur, saltem qua meliori licet via pro Unitorum salute, pro Ecclesiarum, bonorum iuriumque Ecclesiasticorum eisdem Unitis merito, et de iure competentium possessorum vel quomodolibet pertinentium, et in futurum etiam pertinendorum defensione solemnis Protestationis voce exclamamus et protestamur, praeteritis quam futuris, quae a Schismaticorum vi, occupatione et pertinacia imminent, inferuntur et iam illata sunt, damnis, incommodis et praeiudiciis occurrimus et omni meliori modo, quo possumus et debemus, propulsamus. Omnibus itaque et singulis praesentibus et futuris quacumque dignitate Ecclesiastica et prophana, etiam Regia in hoc Regno Poloniae et Republica Polona, et ubique locorum fungentibus et functuris, ipsisque Schismaticis nunc et pro tempore in Regno Poloniae ac Magno Lithuaniae Ducatu, et alias ubilibet existentibus et extituris solemni hac Declarationis et Protestationis formula significamus, declaramus et protestamur, Sanctissimi D. N. Urbani VIII. et S. R. Ecclesiae Catholicae, omnium Ecclesiarum matris et magistrae, unici et supremi Capitis ac Christi Vicarii, necnon ipsius Sanctissimae Apostolicae Sedis semper eam fuisse et esse ac futuram mentem et voluntatem, ut praedictis Schismaticis, si ad dictae Ecclesiae Unitatem redire voluerint, suae pietatis sinum ac paterni affectus complexum pientissime et amabiliter aperiet, et tanquam filios sub alis congreget suis, vituloque saginato spiritualium gratiarum reficiat, eaque concedat, quae animarum saluti, Catholicae Religionis augmento, Ecclesiae Graecae antiquitus decori in Unione existentis, et splendori quoquo modo conducere in Domino videbuntur et expedire. Coeterum postulatis praeiudiciis, damnis, occupationibus tam praeteritis quam futuris, sive de proprio ipsorum motu, sive etiam alias quocumque modo extorta, et qualitercumque obtenta Regia et Reipublicae auctoritate per eosdem Schismaticos contra praedictos Unitos, eorumque Ecclesias et iura Ecclesiastica factis, illatis et comminatis, et in futurum faciendis et comminandis tanquam contra Ius naturale et divinum, contra omnes sacros Canones, omnium orthodoxorum Patrum unanimem consensum et exempla, contra antiquam Ecclesiae consuetudinem, contra verae et unicae Rom. Catholicae Religionis cultum, et contra eidem Sanctae Romanae Ecclesiae debitum obsequium, subiectionem et obedientiam, nunquam neque ipsum Summum Pontificem, neque ipsam Apostolicam Sedem consentiisse, aut consentire velle posse, nec debere directeque neque indirecte, tacite neque expresse, imo illis ipsum Summum Pontificem penitus et omnino tam suo proprio, quam S. Rom. Ecclesiae nomine contradicere et adversari, ac tanquam contra animarum salutem, quam Christus Dñus suo sanguine pretiosissimo conquisivit, repellere, damnare et reiicere: quin imo pro eo quo erga novos filios paterno affectu, ac quo pro Iuribus Ecclesiasticorum et bonorum eorumdem, ac personarum hactenus sub Unione existentium et futurarum per eosdem Schismaticos occupatorum, vel in futurum quomodocumque et qualitercumque occupandorum tenetur, officio declarant et declarat, et solemniter protestatur se omnium praemissorum et cuiuslibet eorum Ius, dominium, possessionem et quamlibet detentionem, tam nomine Romanae Ecclesiae ratione plenitudinis dominii, iuris et proprietatis respective super dictis Ecclesiis, personis Religionis Rom. Ecclesiae Catholicae cultoribus, rebusque de iuribus Ecclesiasticis eidem et Romano Pontifici prò tempore et ipsi Apostolicae Sedi competentibus, quam nomine Revñi Metropolitae Russiae nunc Iosephi Velamin aliorumque Episcoporum, Abbatum, Vladicarum, Presbyterorum, aliarumque personarum Ecclesiasticarum sive secularium sive regularium utriusque sexus in sancta Unione nunc et pro tempore existentium, et futurorum perpetuis futuris temporibus animo et re ipsa retinere, et nunquam quocumque temporis cursu etiam immemorabili, ipsum Ecclesiamque Romanam dimisisse aut dimittere, vel dimittere velle, sed imo pro posse opportunis loco et tempore paratum esse et futurum, dictamque Romanam Sedem paratam esse et futuram Iura, dominia, Ecclesiarum bona, possessionem, detentionem et personas huiusmodi sibi manutenere, conservare, prout in praesenti se suo et nominibus quibus supra detinere, possidere et sibi conservare, quo meliori modo, via potest et debet, declarat et solemniter protestatur. Cumque semper fuerit haec et sit certissima et indubitata eiusdem Sñi D. N. Urbani VIII. et Sanctissimae Sedis Apostolicae constans voluntas et firma intentio: Nos tam nostro quam successorum nostrorum nomine eiusdem vices et Sanctae Romanae Ecclesiae pro ea in his partibus agentes praedicta via, modo et ratione et alia quacunque

de iure meliore et efficaciori significamus, declaramus, notificamus, solemniter protestamur, contradicimus, repellimus, damnamus, possidemus, tenemus, conservamus et manutenemus, ac suis loco et tempore opportunis Nos successoresque nostri acturi sumus singula singulis congruentia, referente hoc praesenti Protestationis et declarationis instrumento, quod actis ad perpetuam rei memoriam, ad adversariorum totius orbis christiani notitiam petimus iuxta morem inseri et ingrossari, et si negatum fuerit, pro inserto et ingrossato haberi volumus et protestamur. Datum in aedibus nostris Varsaviae vigesima Martii millesimo sexcentesimo trigesimoquinto. Haec Protestatio manu Illmi et Rmi Dni Nuntii Apostolici subscripta his verbis: Honoratus Vicecomes Archiepus Larissenus Nuntius Apostolicus.

Cui quidem petitioni uti iustae et legitimae nos benigne annuentes praefatam Protestationem in Actis Cancellariae nostrae, praesentesque literas inseri et authentice extradi mandavimus. In cuius rei fidem praesentibus sigillum Magni Ducatus Lithuaniae est appensum. Actum et Datum Varsaviae die xxx. mensis Martii Anno Domini MDCXXXV. Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae Tertio Anno.

(L. S.) Albertus Stanislaus Radzivil Dux Olicae, Cancellarius M. D. Lithuaniae etc. mpp.

Praedictis igitur Protestationibus, totoque negotio ad praefati Smi D. N. Urbani VIII. et Apostolicae Sedis audientiam relato, re diu et mature perpensa, habitoque multorum Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium et aliorum insignium in Theologiae facultate et Iure Canonico praestantium virorum consilio et consensu, resolutio emanavit tenoris infrascripti: Die 6. et 20. Martii 1634. S. Congregatio censuit Puncta Pacificationis non solum prout fuerunt primo proposita, sed etiam prout postea a Patre Valeriano Capucino fuerunt reformata, non posse admitti, nec a Sede Apostolica confirmari: imo eandem Sedem in huiusmodi negotio silere aut dissimulare non posse, sed iisdem Punctis et Diplomati super illis expedito repugnare et contradicere debere, etiam cum Protestatione tam Nuncii quam Catholicorum, et praesertim Praelatorum utriusque Ritus et Regni Poloniae procerum.

Quam resolutionem dubitandum non est quin praefatus Illmus Dus Vicecomes, qui per biennium, postquam facta fuit, in eodem legationis munere mansit in Polonia, ad S. R. Maiestatis et aliorum, prout opus fuit, notitiam deduxerit, quod et nos fecimus Anno 1636. Vilnae, cum ab eximia eiusdem S. R. Maiestatis pietate supersederi in executione praedictorum Punctorum obtinuimus, et alias prout tulit occasio, praesertim cum anno 1638. Episcopatus Luceoriensis Ritus Rutheni tunc vacans, coadiuvantibus primariis omnique laude dignissimis Regni Poloniae Officialibus, fuit in Unione Catholica conservatus.

His tamen non obstantibus in proximis sex hebdomadalibus Comitiis, nulla habita ratione, nec mentione facta de supradictis Protestationibus ac S. Sedis declaratione, Schismatici curarunt infrascripta inseri in titulo: Religio Graeca, Exercitium liberum Religionis Graecorum non Unitorum pactis felicis Electionis nostrae est cautum et munitum. Similiter Episcopatus et Confraternitates Ecclesiasticae Unitis et Disunitisiis dem Punctis, concessionibus et privilegiis sunt assignatae.

Et in sequenti Capitulo post restitutionem generosi Silvestri Hulevicz tria Monasteria cum duabus villis perpetuo assignantur Schismaticis, et tertia villa additur post mortem moderni Episcopi Praemisliensis Uniti, et tandem concluditur in haec verba: Non derogando in reliquis Punctis in felici nostra electione conclusis.

Quibus omnibus eadem obstant, ob quae praefati omnes Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Ordines praedictas Protestationes verbo et scripto emiserunt: ultra quod stantibus dictis Protestationibus ex legibus Regni fundamentalibus et hactenus inviolabiliter observatis nihil est, nec dici potest cautum, munitum, assignatum et conclusum, quodque multo maioris momenti est, cum supradicti omnes Regni et Magni Ducatus Ordines in suis Protestationibus sc inconsulta Sancta Sede Apostolica, et sine expresso eius consensu et approbatione consentire praedictis Punctis et concessionibus nec posse nec velle, pro suarum conscientiarum securitate in facie totius Reipublicae declaraverint, ac postea praefata Sanctae Sedis declaratio emanaverit, liquido constat, consentientium praemissis conscientias in multo maiori, ac plane certissimo periculo versari.

Quare licet non dubitemus S. R. Maiestatem suo Regio munere perfuncturam, propriae pietati ac Sanctae Catholicae Apostolicae Ecclesiae satisfacturam, nihilominus ne interim aliquis assensus tacite vel indirecte ullo unquam tempore praetendi possit, erga praemissa, quibus clare et expresse contradicimus, adversamur, resistimus et repugnamus, et quae tuta conscientia concedi vel permitti nullo modo posse, nec debere significamus et declaramus, praefatam Illmi Domini Vicecomitis tunc Nuncii Apostolici

Protestationem renovandam ac repetendam duximus, prout Sanctae Sedis Apostolicae et nostro, nostrorumque in legatione Polonica successorum nomine renovamus ac repetimus, et quatenus opus est, de novo protestamur iuxta illius formam et tenorem omni meliori via, modo et forma, qua possumus et debemus, praedictisque omnibus et singulis concessionibus a Schismaticis extortis tam in felici S. R. Maiestatis electione et coronatione, quam in proximis sex hebdomadalibus Comitiis contradicimus, adversamur, resistimus et repugnamus, hoc Protestationis Instrumento, quod ad perpetuam rei memoriam omniumque notitiam iuxta morem Actis inseri et ingrossari petimus, et si negatum fuerit, pro inserto et ingrossato haberi volumus et protestamur, et in Actis legationis Polonicae per infrascriptum eiusdem legationis Notarium ingrossari mandamus. Datum Varsaviae die 26. Februarii 1642.

(L. S.) Marius Philonardus Archiepiscopus Avenionensis Nuncius Apostolicus.
Raymundus Ioannis Notarius Actuarius.

Cui quidem petitioni uti iustae et legitimae uos benigne annuentes, praefatam Protestationem in Actis Cancellariae nostrae praesentesque literas inseri, et authentice extradi mandavimus. In cuius rei fidem praesentibus sigillum Magni Ducatus Lithuaniae est appressum. Actum et Datum Varsaviae die vigesima octava mensis Februarii Anno Millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo, Regnorum nostrorum Poloniae Decimo, Sueciae vero Undecimo Anno.

(L. S.) Albertus Stanislaus Radzivil Dux Olicae, Cancellar. M. D. Lith. etc.

Protestatio Ordinum Regni et M. D. Lithuaniae.

Nos infrascripti Matthias Lubienski Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus natus, Regni Poloniae Primas, Andreas Szoldrski Posnaniensis, Andreas Gembicki Luceoriensis, Petrus Gembicki Praemisliensis Regni Polouiae Cancellarius, Alexander Sokolowski Kioviensis Episcopi et Regni Poloniae Senatores; Stanislaus Radzivil Sac. Rom. Imperii Princeps Dux in Olyka et Nieswiecz M. D. Lithuaniae Cancellarius, Casimirus Sapicha M. D. Lithuaniae Curiae Marschalcus, Ad notitiam omnium et singulorum, quorum interest, deducimus, Quod cum munus sit Episcoporum attendere sibi et universo gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, attendere autem non possint, nisi populo sanguine Christi redempto viam Catholicae veritatis, extra quam nemo salvus esse potest, demonstreut, omuiumque, qui Catholico nomine censentur, officium sit, ut iis, quae Ecclesiae Dei praeiudiciosa et animarum saluti perniciosa statuuntur, quautum possunt, reclamant et obnitantur. Ideo quemadmodum cum alias, tum praecipue in Electionis et Coronationis Serñi Regis moderni Dñi uostri clementñi anni 1635. Comitiis piae mem. Ioannes Wezyk Archiepiscopus Gnesnensis, cum aliis Regni et M. D. Lithuaniae Episcopis Senatoribus et Proceribus, contra quaelibet Diplomati de Religione Graeca inserta puncta, et alia quaevis iu favorem Ruthenorum non Unitorum, et praiudicium S. R. E. Unitorum concessa protestasi sunt, neque eis illum consensum praebucruut: Ita uos infrascripti Archiepiscopus et Episcopi, postquam in Comitüs proxime praeteritis anno 1641. celebratis quaedam non Unitorum postulata S. R. E. Unitis praeiudiciosa, contradicentibus et protestantibus viva voce in facie Reipublicae duobus Illñis Posnaniensi et Praemislieusi Episcopis tunc praesentibus, Illño Stanislao Radzivilio Duce in Olyka et Nieswiecz M. D. Lithuaniae Cancellario, Casimiro Sapieha M. D. Lithuaniae Curiae Marschalco, et aliis nonnullis ex Equestri Ordine, cum haec postulata inter alias leges in facie Reipublicae legerentur, iu volumen legum inserta sunt, contra eadem postulata tamquam S. Romanae Ecclesiae eiusdemque Unitis praeiudiciosa protestamur, praescutemque Protestatiouem et manifestationem manibus nostris subscriptam Actis Metricae Maioris S. R. Maiestatis inserendam tradimus et inseri petimus. Actum Varsaviae die 12. Februarii Anno 1642.

Matthias Lubienski Archiepus Gnesnensis mpp. etc. etc.

Protestatio Illmi D. Metropolitae Russiae.

Vladislaus IV. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Significamus praesentibus literis nostris Universis et singulis carum notitiam habituris, Supplicatum uobis fuisse, ut literas Protestationis a Rño in Christo Patre Antonio Sielawa Archiepiscopo Metropolita Chioviensi, Haliciensi totiusque Russiae ritus Graeci in Unione cum Sancta Romana Ecclesia constituto, ad Acta Cancellariae nostrae maioris Mag. Ducat. Litthuaniae anno praesenti millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo,

die sexta Martii ad insereudum oblatas extradi mandaremus: quorum tenor dc verbo ad verbum sequitur talis.

Ego Antonius Sielawa Archiepiscopus Metropolita Chioviensis, Haliciensis totiusque Russiae ritus Graeci in Unione cum Sancta Romana Ecclesia constitutus, meo et omnium Revñiorum Eꝑorum confratrum meorum, scilicet Vlodimiriensis, Chelmensis, Pinscensis, Smolenscensis, Praemisliensis, Samboriensis, nec non universorum Capitulorum, ac totius Cleri in codem ritu Catholico existentium nomine ad notitiam universorum et singulorum, quorum interest, deduco, Conceptas fuissc uobis insciis a Dominis non unitis Ruthenis, iu proximo anno millcsimo scxcentesimo quadragesimo primo celebratis generalibus huius Regni Comitiis, et in volumen legum insertas duas constitutiones. Quarum prior Puncta Pacificationis necnon Diploma in Commissiones in foelici S. R. Maicstatis Electionc et Coronatione ab iisdem non Unitis in praeiudicium Unionis et Uuitorum conscripta, et ab univcrsis Ordinibus Regni per peculiares factas contra id totum Protcstationes reiecta, rcprobata, roborare, forumque hactenus Unitis et non Unitis in composito iudicio pcculiari anni millcsimi sexcentesimi noni constitutione, et satis longo usu firmatum, contra Immunitatem Ecclesiasticam immutare contendit. Posterior vero villas certas Episcopatus Pracmislieusis, ct Mouasteria duo, Smoliscense videlicet ct Onophriense, cum suis possessionibus ab Unitis alienare et non Unitis adscriberc nititur. Quod totum cum manifeste sit in praciudicium Unionis Unitorumque, tum ctiam contra iam olim iu felicis electionis et coronationis S. R. Maiestatis et post subsequentibus, scilicet anni millesimi sexceutesimi trigesimi quinti, et aliis Comitiis factas ab omnibus Regni Ordinibus, nec non ab Antecessoribus meis manifestationes, et quod summum est, contra expressam Sanctae Sedis Apostolicae, quae hac in re ab universis Catholicis ad praebendum consensum expectabatur, dcclarationem. Idco cum statim in pracdictis anni millesimi sexcentesimi quadragesimi primi Comitiis, ob ignorantiam de emanatis huiusmodi coustitutionibus, quarum copiam magna cum difficultate, vix hinc, quando Proceres et Ordines Regni itineri se dcderunt, obtinuimus, manifestationem nostram contra haec facere non potuerimus, parendo nunc declarationi et mandatis S. Sedis Apostolicae tum providendo securitati conscientiarum nostrarum, nc videamur his praefatis duabus coustitutionibus vel minimum praebere consensum, ac proinde hoc ipso Puncta Pacificationis et diplomata silentio nostro quodammodo approbarc, inhaerendo denique manifestationibus ab Antecessoribus meis, et ab omnibus Regni Ordinibus contra huiusmodi Dominorum non Unitorum praetensiones alias factis, sicut semper antea declaravimus, nos Diplomati illi et Punctis Pacificationis sine consensu et approbatione Sedis Apost. nec velle nec posse (assentire): sic etiam nunc mentem nostram manifestantes declaramus, quod omnibus his et praescrtim noviter in Comitiis anni millesimi sexcentesimi quadragesimi primi, in partem non Unitorum constitutionibus nunquam eonsensum nostrum praebuimus, neque pracbemus aut pracbere possumus, quin potius contra omnia in eis contenta uti constitutionibus Apostolicis contraria solemniter protestamur, et reclamamus omni meliori modo, via, forma, iure et stylo, quibus dc iure debemus et possumus. Quam manifestationem nostram manu mea subscriptam ad Acta Cancellariae maioris Magni Ducatus Litthuaniae iuseri petimus. Datum Varsaviae die quinta Martii anno millesimo sexccntesimo quadragesimo sccundo.

Antonius Sielawa Archiepiscopus Metropolita Chioviensis.

Nos itaque supplicationi praedictae uti iustae bcnigne annuentes, praefatas litcras praesentibus insertas ex Actis Cancellariae nostrae M. D. Lith. extradi sigilloquc communiri anuo praesenti millcsimo sexcentesimo quadragesimo secundo, die octava Martii mandavimus. Datum Varsaviae.

Relatio Illmi Alberti Stanislai Radzivil Ducis in Olyka etc.

CCCLXX.

Rex Poloniae pontifici Ioannem Zamoscium iuvenem Romam proficiscentem commendat. Litt. Princip. Vol. 30. fol. 32.

Sño ac Bño in Christo Patri ac Dño, Dño Urbauo Divina providentia Papae VIII. SS. Romanae et Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño Clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, meique, Regnorum ac Dominiorum meorum humillimam eommendationem. Praeclara Illustris Ioannis Zamoyscii ad omne virtutis genus efformata indoles, maiorum splendor ac non modo erga hanc Rempublicam, verum etiam universum Christianum nomen promcrita omnium Principum favoribus in genuino nominis et virtutum haeredc excipi et suspici debent. Is vero, postquam domi idoneis aetati

et indoli suae studiis operam dedisset, lustrandis exteris regiouibus et probatioribus institutis e patria movendum sibi censuit. Quapropter licet eum Sanctitas V. sponte sua tamquam exoriens Christiani Orbis decus et minime a maiorum vestigiis aberrantem surculum sit benigne exceptura, attamen Regiae commendationis momentum ad comparandam S. V. bencvolentiam necessarium sibi existimavit. Nullum est dubium, quin emicantibus iam in eo avi charissimi viri et parentis, quas adamussim imitari contendit, virtutibus Patriae et Ecclesiae magnum sit allaturus ornamentum: quo magis eum S. V. commendandum duxi. De reliquo S. V. optimam valetudinem precatus, sanctae illius benedictioni me, Regna populosque mihi subiectos diligenter commendo. Datum Varsaviae die XXIX. mensis Iulii Anno Domini MDCXLIII. Regnorum Poloniae Undecimo, Sueciae Duodecimo Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCLXXI.

Pontifex Io. Casimiro Poloniae principi de peregrinatione ad sacram Lauretanam B. Virginis aedem congratulatur, eumque, ut Romam veniat, invitat. Reg. Brev. An. XXI. ep. 402.

Dilectissimo in Christo filio nostro Principi Ioanni Casimiro Poloni Regis Fratri.

URBANUS PP. VIII. Dilectissime in Christo fili noster, salutem etc. Optatissimo solatio affecti sumus, dum te ad Lauretanae Beatissimae Virginis aedem proficisci, Romamque cogitare audivimus. Principem enim nou minus propriis meritorum ornamentis, quam avita Regiae domus gloria decoratum paterne complecti cupimus, et singularem, qua tuas virtutes prosequimur, charitatem coram declarare. Hanc Pontificiae voluntatis propensionem fusius nostro nomine significari tibi volumus per Dilectum filium Valerium Sanctacrucium, quem idcirco ad te mittimus. Nec veremur, quin virum generis claritate, et eximiis dotibus mirifice commendatum perhumaniter excipias. Ex eodem etiam cognosces, quam ex animo vota nuncupemus Altissimo, ut prosperum atque inoffensum iter tibi largiatur, cui Nos Apostolicam benedictionem intimo cordis affectu impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XVII. Septembris MDCXLIII. Pontificatus nostri Anno Vigesimoprimo.

CCCLXXII.

Regi Poloniae pontifex, quod eius frater societati Iesu nomen dederit, gratulatur. Ibidem ep. 407 et 479.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Non potuit ab Angelorum plausu et Ecclesiae benedictionibus pium ac generosum non excipi consilium, quo Princeps Casimirus Maiestatis tuae frater in Italiam se conferens Societati Iesu nomen dedit. Gloriosum enim et qualibet victoria praestantiorem retulit de se ipso triumphum, dum auctoritate pollens, florens aetate ac rerum omnium, quae mortalibus in votis esse solent, copia instructus Regularis observantiae iugum amplissimo praetulit dominatui: delicias et commoda cum corporis afflictatione, Regii Palatii opes cum paupertate, ingentem famulatus atque asseclarum multitudinem cum humili recessu, imperandi aliis potestatem cum voluntaria parendi necessitate commutavit. Scilicet pietatis lacte enutritus et scientiam salutis edoctus ad sempiternae beatitudinis principatum aditum sibi patefacere cnititur, iis virtutum thesauris colligendis intentus, quibus coelorum regnum emi non ignorat. Neque sane eum latuit, fontem aquae salientis in vitam aeternam e vulneribus Crucifixi iuter sacra Religiouis septa abundanter defluere. Ibi illc Maiestati tuae atque universo isti Regno non minus poterit oratione prodesse, quam hactenus prudentiae artibus atque officiorum suffragatione profuerit. Nos autem nullam propensae erga praeclarissimum virum voluntatis et paternae benevolentiae significationem unquam desiderari patiemur, qui in illo tum avita, tum propria merita aguoscimus ac magni facimus. Interim ab Altissimo misericordiarum patre fausta cuncta precamur Maiestati tuae, cui Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die III. Octobris MDCXLIII. Pontificatus nostri Anno Vigesimoprimo.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Omnem quam par est opem atque officium adhibere semper parati sumus, unde aliquod Maiestati tuae solatium et Regiae isti familiae commodum afferri queat. Idcirco cum animi tui sensum in ea, quam non ita pridem dilectus filius

Princeps Ioannes Casimirus suscepit, deliberatione non minus ex tuis literis, quam ex dilecto filio nostro Cardinali Sabello cognovcrimus: Nos, ut desiderio tuo fiat satis, quaedam in hanc rem statim praecepimus, quae idem Cardiualis Sabellus distinctius significabit. Interim a Deo humiliter postulamus, ut fausta cuncta largiatur Maiestati tuae, cui paterni affectus nostra documenta nunquam deesse patiemur, et Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XII. Decembris MDCXLIII. Pontificatus nostri Anno Vigesimoprimo.

CCCLXXIII.

Episcopis Ruthenis pontifex de studio unionis ipsorum cum Romana ecclesia provehendo gratulatur, et hortatur, ut Basilianos ad primaevae disciplinae regularis observantiam reducant. Reg. Brev. An. XXI. ep. 443.

Venerabilibus fratribus Metropolitano, Episcopis et Praelatis Ruthenis Unitis.

URBANUS PP. VIII. Venerabiles fratres, salutem etc. Minime Nos latet, Fraternitates vestras Episcopalis muneris haud immemores nihil ardentius contendere, quam ut honorificetis ministerium vestrum, et cuncta assidue promoveatis, quibus Divino cultui simulque animarum saluti prospectum sit, quas aeternus Pater familias zelo et vigilantiae vestrae commendavit. Ex egregiis certe conatibus a vobis hucusque summa cum laude adhibitis certam capientes coniecturam speramus fore, ut nullo unquam tempore desiderari aliquid patiamini, quod a praecipuo studio in Catholicae fidei propagationem, aut spiritualem populorum profectum conferri possit: paterna tamen benevolentia, qua Ruthenorum nationem in Christi visceribus complectimur, Nos impellit, ut illud ipsum a vobis postulemus, quod vel solo innatae virtutis incitamento diligenter curaturos confidimus. Quamobrem Nos proximae Synodi opportunitatem nacti, dum in Concilium et Congregationem iustorum convenietis, loquentes testimonia Domini, maiorem in modum hortamur Fraternitates vestras, ut peculiari sollicitudine Unionem tueri satagatis, quae cum hac Sancta Sede sub Clemente VIII. Decessore nostro in Brestensi Concilio constituta fuit, eamque in universa Russia late propagare sedulo studeatis. Ad hoc vero e sententia perficiendum mirifice sane proderit, si officiis atque auctoritate vestra Monachi Uniti ad regularis disciplinae observantiam iuxta sancti Basilii praescriptum inducantur. Dum enim non minus exemplo, quam verbis ubique semina effundent Catholicae praedicationis, Deo incrementum dante, uberes expectari poterunt cum bonorum omnium consolatione provcntus. Quam genti istae felicitatem anxiis orationibus ab Altissimo flagitamus, cupientes eam coelo atque orbi commendari Divinae beneficentiae documentis. Nunc vero licet Venerabilis frater Antonius Ruthenorum Metropolita ad debitam Nobis, et Sanctae Sedi obedientiam praestandam personaliter accedere debuisset, senii tamen ac aegritudinis, quibus conflictatur, habita ratione ex speciali indulto ad huiusmodi munus eius nomine perageudum admisimus Venerabilem fratrem Methodium Episcopum Chelmensem Unitum, qui eximiis dotibus et vestra etiam causa plurimum commendatus perhumaniter a Nobis exceptus ac libentissime auditus fuit. Ex eodem coguoscere poteritis, quam sollicito Apostolicae charitatis affectu suffragemur Fraternitatibus vestris, quas Regnum Dei in terris propagantes diu incolumes optamus, et Pontificia benedictione intimo cordis sensu impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die III. Novembris MDCXLIII. Pontificatus nostri Anno XXI.

CCCLXXIV.

Pontifex Adam Kisclium castellanum Cernichoviensem et Petrum Mohillam metropolitam Kioviensem schismaticos ad reditum in sinum ecclesiae peramanter invitat. Reg. Brev. An. XXI. ep. 454.

Dilecto filio Nobili viro Adamo Kiselio Castellano Cernichoviensi.

URBANUS PP. VIII. Nobilis vir, salutem et lumen Divinae Gratiae. Extra beati Petri naviculam, cuius cursus ad immortalis beatitatis portum dirigitur, inter caecos errorum scopulos et opinionum syrtes hominum salutem misere naufragari, cum perspicuum Nobis atque exploratum sit, ad illam per fideles Divini verbi propagatores omnium animos ubique vocare satagit Pontificia sollicitudo. Eodem nunc zelo ducimur, ut Nobilitatem tuam, quam auctoritate, doctrina ac prudentia plurimum pollere audivimus, ad Rom. Ecclesiae unitatem invitemus, ac salutaribus hisce monitis a te petamus, ut laudem, quam adhuc eximiis dotibus non vulgarem tuo nomini comparasti, optima verae fidei accessione cumulare velis. Utinam affulgeret dies, dies felicitatis et lactitiae, qua cum Angelorum gaudiis et Ecclesiae benedictionibus complecti Apostolicae charitatis brachiis te possemus vocatum in adoptionem filiorum Dei. Nihil sane Nobis iucundius accideret, quam si Adamum Kiselium id existimationis virum ad

Romanae Ecclesiae obtemperandum nostra officia traducerent. Proinde tantum a Divina clementia beneficium tibi suppliciter exposcentes, iustitiae solum orientem ex alto frequentibus atque accuratis precibus postulabimus, ut coelesti suo lumine dirigat pedes tuos in viam pacis et beatitudinis sempiternae. Datum Romae etc. die III. Novembris MDCXXXXIII. Pontificatus nostri Anno XXI.

Venerabili fratri Petro Mohillae Metropolitae nuncupato.

URBANUS PP. VIII. Venerabilis frater, salutem et lumen Divinae gratiae. Licet non minus Religionis diversitate, quam locorum intervallo a Nobis dissitam esse sciamus Fraternitatem tuam, oculos tamen ad te convertit Apostolica sollicitudo, cupiens te deducere ad sanctuarium Catholicae fidei, ubi elegit Dominus habitationem sibi, atque ad tutissimum illud iter advocare, in quo Pontificiae claves patefaciunt fores aeterni Regni populis credeutibus. Audi, Venerabilis frater, salutaria consilia, quae non tam ab Urbe nationum patria et veritatis magistra, quam a Coelo ipso tibi suggeruntur. Consule tuae et aliorum saluti, qui tuis vestigiis insistunt, et quam viam exemplo commonstrabis, facile subsequentur. Gravissima hac de re fusius ad te literas dabit sacra Cardinalium Congregatio, qui Catholicae fidei propagandae praesunt: si autem aliquid distinctius explicandum supererit, sive uberiorem animadversionem postulare visum fuerit, duos ex peritioribus tuis Monachis mittere ad Nos poteris, qui comiter ac benevole excipientur, ac procul dubio dignoscent, quam sincera, quam sibi constans, quam cum omni virtutum genere coniuncta sit illa doctrina, quam veneranda beati Petri Cathedra profitetur. Tum ut speramus, scientiam salutis edocti ad vos revertentur, loquentes testimonia Domini, quibus tuorum popularium animae ab infernalium luporum faucibus ereptae ad verum ovile Christi perducantur. Confidimus fore, ut Pontificiis votis optatum largiatur exitum Omnipotens, cui accuratissimis orationibus universam Ruthenorum nationem assidue commendamus. Ille enim dispersiones Israelis ubique congregare potens est, et in tuo corde possunt Spiritus Sancti aura afflante germinare fructus aeternae salutis, irrigati imbre pretiosi sanguinis e vulneribus Crucifixi Dñi profluente. Hanc animo nostro consolationem, et Fraternitati tuae felicitatem cupimus, cui a Padre luminum coelestes suae gratiae radios indesinenter precabimur. Datum ut supra.

CCCLXXV.

Regi Poloniae ac proceribus tam ecclesiasticis quam saecularibus unionem Ruthenorum pontifex iterum impense commendat. Reg. Brev. Au. XXI. ep. 444.

Charissimo in Christo filio nostro Wladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

URBANUS PP. VIII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Perspicuum Nobis est, Ruthenos Unitos commendatione apud Maiest. tuam haud indigere, cum illos eximia sua pietate suadeute humanissimo patrocinio semper complexus fueris, atque ad uniuersalem Ruthenorum Uuionem promovendam nulla Regiae auctoritatis officia desiderari patiaris. Pro Pontificia tamen erga illos sollicitudine maiorem in modum a te postulamus, ut eorum, imo Dei causam sedulo tuearis, atque in hoc maximi ponderis negotio consuetam Divinae gloriae et communis salutis curandae zelum indesinenter ostendas. Quod sane in tui etiam uominis laudem, et amplissimi Regni felicitatem cedet: quibus enim praesidiis Religioni consulitur, iisdem stabiliuntur muuimeuta publicae tranquillitatis. Amplissimum quoque mercedem praestolari poteris ab Altissimo, qui cum dives sit in misericordia, praeclara virtutis opera carere non permittit uberi caelestium beneficiorum foenore. Ipsum nos enixe precamur, ut diuturna incolumitate et prosperis rerum omuium eventibus florere velit Maiestatem tuam, cui Apostolicam beuedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die III. Novembris MDCXLIII. Pontificatus nostri Anno XXI.

Eodem modo Duci Georgio Ossolinski supremo Regni Polouiae Cancellario, Iacobo Subiescho Palatino Russiae, Dominico Duci Zaslavicnsi, Stanislao Radzivil Duci in Olica Cancellario M. D. Lithuaniae, Lucae Opalinski Sup. Mareschalco Regni Poloniae, Friderico Sapiehae Succamerario Vitebscensi, Ioanni Palatino Chioviensi, Castellano Cracoviensi, Nicolao Ostrogiae, Ioanni Comiti Zamoscio, Duci in Korcs Koreski, Theophilo Tryznac Palatino Brcstensi, Casimiro Sapieha Mareschalco M. D. Lithuaniae, Nicolao Danilowicz Thesaurario supremo Regni Poloniae, Michaeli Duci Koributh, Mathiae Archiepo Gnesnensi Primati Poloniae, necnon Alexandro Episcopo Praemisliensi ac Petro Epo Cracoviensi. Datum Romae etc. ut supra.

CCCLXXVI.

Magistris academiae Cracoviensis pontifex episcopum Chelmensem Ruthenum commendat, petitque, ut eundem in erigendis scholis pro iuventute ipsius gentis adiuvare, scholasque privilegiis ipsorum academiae augere velint.
Reg. Brev. An. XXI. ep. 465.

Dilectis filiis Academiae Cracoviensis.

Urbanus PP. VIII. Dilecti filii, salutem etc. Venerabilis fratris Methodii Episcopi Chelmensis Rutheni Uniti pietas et prudentia mirifice elnxit, dum ad excolenda iuvenum ingenia magno Reipublicae commodo Scholas non ita pridem erexit. Optime enim instituta gymnasia cum bonarum artium officina sint, arma illa quotidie cuduut, quibus coercetur impietas, Dei gloria propugnatur et communis felicitas custoditur. Adeo proficuum opus cum diu florere et maioribus in dies incrementis cumulari exoptemus, patrocinio vestro illud summopere commendamus, ac praecipue petimus, ut quaecumque a vobis proficisci possunt privilegia, eisdem scholis humaniter concedatis. Omnia sane benevoli erga illas animi documenta consuetam vestram in Nos observantiam in publicum bonum propensionem luculenter testatam facient. Caeterum existimantes in negotio, ubi plurimorum utilitas agitur, longioribus hortationibus locum ab istius Academiae zelo non relinqui, hoc a vobis solatium haud dubie expectamus, quibus Apostolicam benedictionem paterne impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die III. Novembris MDCXXXXIII. Pontificatus nostri Anno Vigesimoprimo.

PONTIFICATUS INNOCENTII PP. X.

CCCLXXVII.

Rex et cancellarius Poloniae Innocentio PP. X. de supremo apostolatu suscepto gratulantur, idemque rex commendat ipsi patres scholarum piarum. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 12 et 80.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Divina providentia Papae X.
Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo,
Domino meo Clementissimo.

Smc ac Bne Pater, Dne Dnc Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, mei, Regnorum ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Prodit ex angusta Apostolici Conclavis arca candida columba, naufraganti inter bellorum procellas Orbi pacis ferens symbolum. Salve, Pater optime, cuius candidae et tranquillae mentis praesagium Tuae Sanctitatis Maioribus concessa, avitae Nobilitatis iam olim exprimebant insignia. Nec porro assumptum Innocentii nomen aliud promittit, quam felicissimi Pontificatus innocentiam, nocentibus solis infensam. Ad tanti Pontificis pedes gratulabundus propero, et per Internuntium meum Venerabilem Philippum de Lipie Lipski Abbatem Wachocensem, Primatialis Ecclesiae Gnesnensis Scholasticum, Vestrae Sanctitati uti legitimo in terris Christi Vicario et Universali Episcopo meam et Regnorum, Ditionumque mearum obedientiam supplex defero. Ipse ego hnic stationi, quae mihi pro Christiano nomine excubanti Dei voluntate et Maiorum meorum meritis obtigit, intentus propagandae fidei Catholicae ac Sanctae Sedis Tuae authoritati manutenendae arma mea, imo sanguinem et vitam consacro. Tu modo id agas, Pater Beatissime, ne diutius reliquorum Principum inter se decertantibus armis exhaustae Christiani populi vires invitent otiosum nunc quidem spectatorem, sed occupandae Europae avidissimum hostem ad invadendum gregem tibi caelitus commissum. Quem ubi tanto metu liberaveris, tum demum innocui et innocentis saeculi Pater ei gratissimum offeres sacrificium, cuius vicariam curandi gregis operam divinitus in te collatam suscepisti. Ego porro iterum pedibus Apostolicis advolutus S. V. paternam mihi et subditis meis expecto benedictionem, meque ac Regnum Dominiaque mea gratiae, clementiae atque protectioni S. V. quam devotissime

commendo. Datum Varsaviae die XVIII. mensis Octobris Anno Domini MDCXLIV. Regnorum meorum Poloniae Duodecimo, Sueciae vero Tertiodecimo Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

Sanctissime ac Beatissime Pater. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, mei ac obsequiorum meorum humillimam commendationem. Gentilitium Sanctitatis Vestrae sydus, ubi potest multos exantlatos labores supra Christi Petram Sanctissimum possebit nidulum, ita innatae sibi benignitatis favonio universam perstrinxit Christianitatem, ut in navicula militantis Ecclesiae nemo ita vecors vivat, quin velut Castoris et Pollucis auspicato nitori Sanctitatis Vestrae fervidus non assurgat gratulator. Inter omnes et singulos cum Illmus ac Rmus Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, Cognatus meus, debitae in Sedem Sanctissimam observantiae causa Rdum Petrum Skibicki domesticum suum ad oscula pedum Sanctitatis Vestrae transmittat, aequum duxi desideria vigilantissimi in concredita sibi Ecclesia Praesulis, observantissimi in Sedem Apostolicam Episcopi, pro ea quae par est aequitate S. V. commendare, simulque humillimis precibus meis eniti, ut S. V. postulatis eius paternae receptis mei tanquam humillimi clientis memor in multos sanus sospesque vivat annos. Hoc ad oscula pedum S. V. provolutus iteratis voveo suspiriis. Datum Varsaviae die 6. Decembris 1644.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus et obligatmus servus
GEORGIUS DUX IN OSOLIN CANCELLARIUS REGNI POLONIAE.

Sanctissimo e Beatissimo Padre.

Nel negotio de Padri delle scole pie io ho premuto, e premo grandemente, non solo per il danno considerabile che ne seguirebbe qui con le fundationy, che loro sono fatte, quando di essi succedesse quel sinistro avvenimento, che si vocifera, per lo che resterebbero prive di effetti; ma per la bona opera anche molto agiustata al bisognio di questo mio regnio, che dal loro instituto si cava, la quale con mio particular disgusto, e di diversi cavalieri, che si sono aplicati alle accennate fundationi, verrebbe per questa via a ciessare. Quindi è, che intendendo come la loro causa resta tutta via delegata costi a Monsignor assessore del S. Offitio, de la cui poca inclinatione verso di essi e le cose mie io stesso ho ritratti non dubii segni: suplico humilmente la S. V. a degniarsi di sotoporli ad altro, a ciò ricevino al meno questa consolatione di vedersi accolti e ascoltati ne le loro necessità e ragioni, nè vengeno rigettati senza questo refugio con si loro grave mortificatione, come per lo più è seguito nel preceduto guverno con ignominia loro. Faciamene dunque la S. V. gratia, che con ogni obsequio in servigio di questi boni Religiosi ne la suplico, accertandola di un pieno e grato favore, che me ne farà. E perchè il negotio della promotione di Monsignor Visconti mi sta, come con altre mie ho reverentemente representato da V. S., altamente fisso nel animo, ne devo per rispetto della mia dignità lasciar scorrere già mai occasione da suplicarla per la pronta gratia; anche della presente mi valio inplorando la sua benignità a mostrarsi meco con essa facile, si come con applausi ben degni della sua paterna bontà già incominciano a predicarla li principi, da li quali io non mi lasciarò vinciere, nè nella devota revcrentia, che sempre obsequentissimo li portarò, nè nella obligationc, che con perpetua memoria le ne terrò, c seco stretta la mia affettione a tutta Illma sua Casa, baciandoli con tal fine li Smi piedi. Varsovia 18. di Decembre Anno 1644.

Di V. S.

(Epistola autographa.)

obedientissimo filio
VLADISLAUS REX.

CCCLXXVIII.

Idem rex Poloniae pontifici fr. Valerianum Magni cappuccinum in negotio colloquii Thorunensis commendat.
Litt. Princip. Vol. 64. fol. 42.

Santissimo e Beatissimo Padre.

Per ragguagliare Vostra Santità e cotesta sacra Congregatione de propaganda fide d'alcune cose toccanti l'intercssi di Religionc in questi miei stati, e particolarmente del colloquio da farsi in

Turogna eon li dissidenti à primo tempo, si è partito verso eotesta volta il Padre Valeriano Magni Cappueeino, Missionario Apostolieo in queste parti, soggetto e per valore e per merito molto ben noto alla Santità Vostra, presentandosi però avanti di lei eon queste mie lettere si degni, ehe ne la supplieo, di sentirlo volentieri, e eon l'autorità sua somma ordinare il tutto sia bene ineaminato, nè venga intorbidato il eolloquio sudetto per non eausare serupoli nelli dissidenti, ehe dalla parte nostra siano dubii li fondamenti veri della nostra Santa Fede, et ehe pereiò vi si frapponghino impedimenti, eome più à pieno intenderà dall' aecennato Padre, à eui riportandomi in queste materie resto pregando à V. S. molti anni di vita à benefieio di Chiesa santa, e le baeeio eon humiltà li Santissimi piedi. Varsavia li 7. Gennaro 1645.

Di Vostra Santità

obedientissimo filio
Vladislaus Rex.

CCCLXXIX.

Idem rex pontifici causam monasterii Pelplinensis commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 6.

Santissimo e Beatissimo Padre.

Verte fra Mons. Veseovo di Vladislavia e l'Abbate e Convento Peplinense dell' Ordine Cisterseiense differenza di eonsideratione, et havendomi questi fatto eonstare il pregiudieio ehe rieevono nelle loro giuste ragioni dalla forza di detto Veseovo, non ostante l'inibitione ottenutane da eotesta Santa Sede, e la risolutione di far rieorso a Vostra Santità, eon le presenti mie lettere viene raccomandato il negotio vivamente alla somma benignità della Santità Vostra, supplieandola ad essere favorevole alla giustezza delle ragioni della parte aggravata, e eon la suprema autorità sua ordinarne il ristoro, eerta di far a me medesimo partieolar dimostratione dell'amor paterno, ehe eontinuato mi prometto dalla Santità Vostra, eome più a pieno le signifieará il Sig. Cardinale Mattei, a eui mi riporto e pregando a Vostra Santità prospera salute, eon humiltà le baeio li santissimi piedi. Varsavia li 22. Febraro 1645.

Di Vostra Santità

obedientissimo filio
Vladislaus Rex.

CCCLXXX.

Idem rex patres piarum scholarum pontifici iterum commendat, petitque, ut iisdem cardinalem quendam protectorem det, et ad hoc munus card. Pallottam commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 8.

Santissimo e Beatissimo Padre.

Qual sia l'animo mio verso la Religione delli Poveri della Madre di Dio detti delle Seuole pie, se ne sarà potuto aeeorgere Vostra Santità delle lettere seritteli di mio proprio pugno, e dalli offieii reiterati à favore di essa delli miei Ministri. Non vedendo eon tutto eiò la mia intereessione li sia fin hora di giovamento, di novo supplieo la Santità Vostra ad esserli liberale delle sue gratie: e perche mi persuado, ehe se in luogo del defonto Cardinale Cesarino havesse (eome l'altre Religioni) un Cardinale, à eui carieo fosse il proteggerla e portarne l'interessi, potrebbe da eiò rieevere notabili sollievo nelli presentanei suoi travagli, supplieo Vostra Santità à degnarsi di eonecdergliene uno, eerta di fare à me gratia singolare, e maggiore sarà aneora se li eoneederà il Sig. Cardinale Pallotta, della lui prudenza, pietà e pratiea de negotii de Regolari hò tal eoneetto, ehe non dubito riuseirà mirabilmente in eiò, e V. S. medesima vi rieonoseerà la sua sodisfattione: piaeeiale di sentir quel più le signifieará in mio nome l'Abbate Orsi mio Residente in questo partieolare, e con augurio di molti anni di vita bacio humilmente à V. S. li santissimi piedi. Varsavia li 11. Marzo 1645.

Di Vostra Santità

obedientissimo filio
Vladislaus Rex.

CCCLXXXI.

Idem rex a card. Pamphilio petit, velit apud pontificem efficere, ut Stephanus Wydzga praepositus Leopoliensis abbatiam Sieciechoviensem ad vitam obtineat. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 44.

Illmo et Rmo in Christo Patri Dño Pamphilio S. Romanae Ecclesiae Cardinali.

Vladislaus IV. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Illmo et Rmo in Christo Patri Domino Pamphilio S. R. E. Cardinali, amico nostro charissimo et honorando, salutem et omnem

felicitatem. Illñe et Rñe in Christo Pater, Dominc amice noster charissime et honorande. Muneris Regii esse arbitramur Ecclesiasticis dignitatibus eos potissimum pro iure Patronatus nostri Regii admovere, qui ex virtutum Ecclesiasticarum splendore, et civilis politicique Regiminis cognitione caeteris dignoscuntur esse sublimiores. Quibus sane virtutibus quum in primis conspicuum se reddiderit Venerabilis Stephanus Wydzga Praepositus Leopolicnsis, Concionator noster: nam et vitae spectata probitate, et scripturarum accurata cognitione et togatae virtutis claritudine coeteris facile cnituit: dignum Regia indulgentia existimavimus, quem insigni aliquo beneficio ornaremus. Itaque vacante Abbatia Sieciechoviensi post obitum Rñi olim Archiepiscopi Leopolieusis, ut rationes eius lapsas fulcire possemus, dictam ei contulimus Abbatiam, gratam iu eo benemeritis de Ecclesia et Republica navaturi operam: nam per annos aliquot concionatoris Regii munere ita laudabiliter et gloriose perfunctus est, ut in vera et genuina Scripturae Sacrae interpretatione summa eloquentiae vi, sublimi Diviui verbi praedicatione summis quibusvis praedicatoribus parem, multis longe superiorem sese praestiterit. Quum vero continua illius in praedicationis officio presentia nobis sit apprime necessaria, Sauctitatem Suam exoravimus, ut praefatam Abbatiam titulo et iure perpetuae administrationis gratia et beneficio Suae Sanctitatis tenere possit. Quam in rem certe nobis persuademus authoritatem et suffragrationem Illustritatis V. nobis multum profuturam. Itaque maiorem in modum ab Illustritate V. petimus, ut operam et authoritatem suam, qua plurimum valet, negotio huic interponere velit, atque a S. S. impetrare, ut quae hactenus Abbatia administrationis titulo tenta sit atque possessa, eodem iure a Praeposito Leopolieusi durante illius vita possideri valeat. Quidquid favoris nomine nostro eidem Praeposito Illustritas V. contulerit, nos id omni benevolentiae et officii nostri testificatione demereri studebimus. Interae Illustritati V. felices successus rerum et diuturnam valetudinem precamur. Datae Varsaviae die XVI. mensis Martii Anno Domini MDCXLV. Regnorum nostrorum Poloniae XIII. Sueciae vero XIV.

VLADISLAUS REX.

CCCLXXXII.

Idem rex Poloniae pontifici quoddam negotium per card. Matthaeum commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 9.

Sanctissimo e Beatissimo Padre.

Mentre arde la Christianità in continui moti di guerra, e l'Inimico commune si allestice di accrescervi maggior foco, si accende in me volontà di effettuare un certo mio peusiero, che ne potrà estinguer buona parte, et oltre il servitio di Dio et essaltatione di santa Chiesa, che vi è congionto, apportarà giovamento notabile all'Italia tutta et altrove ancora: il Sig. Cardinale Mattei insinuarà il tutto in mio nome alla Santità Vostra, et ella col suo pietuoso zelo li presti benigne l'orecchie, et abbracciando il negotio coopcri con prontezza ad opera si santa, per esser à parte del merito e della gloria che ne risulterà à Vostra Beatitudine et à cotesta Sauta Sede, come io ne la supplico humilmente. Attendendo perciò segni espressi del suo Paterno amore verso di me e del Christianesimo in questa occasione, resto pregandole dal Cielo compimento alli suoi retti desiderii, e con riverenza le bacio li santissimi piedi. Varsavia li 18. Marzo 1645.

Di Vostra Santità

obedientissimo filio
VLADISLAUS REX.

CCCLXXXIII.

Idem rex a pontifice petit, ut episcopo Luceoriensi Casimirum Czartoriskium in coadiutorem cum futura successione dare velit. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 23.

Sanctissimo ac Bño in Christo Patri, Dño Innocentio Divina prov. PP. X. SS. Rom. ac Universalis Ecclesia Pont. Max. Dño Clementño.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum S. V. mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Nihil in omnibus fortunae Regiae incrementis antiquius unquam habui, quam Divini cultus religiosam propagationem, Ecclesiarumque in Regno meo consistentium vigorem atque splendorem perpetuum. Quibus tuendis quum antea dubiis bellorum eventibus praesentissimisque periculis, qua Septemtrionis, qua Orientis praetumidam frangendo audaciam, vitam meam et sceptrorum fulgorem obiecerim, muneris etiam mei esse arbitror, ut in alta ista pace et profundo armorum silentio floreus in Regno Ecclesiarum vigeat faelicitas atque felix

Religionis Orthodoxae propagatio. Itaque cum ex parte Reverendi in Christo Patris Dñi Andreae Gembicki Episcopi Luceoriensis expositum sit mihi, quod ob vastam et ingentem dioecesis suae amplitudinem, ingravescentem porro vergente iam aetate valetudinem, eius Pastorali curae atque oneri Angelicis humeris formidando vix ipse per se sufficere possit, diligendum illi aliquem ex Praelatis putavi, qui vicariam cum spe futurae successionis emeritum in Ecclesia Dei Antistitem levare possit opera. Et dum vota oculosque per Regnum meum et Aulam Regiam circumfero, grata inprimis eximiae pietatis recordatione occurrit mihi Ven. Casimirus Dux in Czartorisko, Cracoviensis et Leocensis Canonicus, Secretarius meus, cuius inclyta propago Illustri Ducum Principumque Poloniae sanguine fundata, in praefata Dioecesi Luceoriensi finitimisque illi Territoriis caeli ductu perenne fixit domicilium, Fato quadam et beneficio Reipublicae, bono omine Ecclesiae Romanae, ut Haercticorum, Schismaticorum caeterorumque sectarum, quae praegrandi illuc confluxere conspiratione, nefandos pellat ac penitus ex animis Incolarum evellat errores. In hac ergo illustri Domo innutritum Coadiutorem ab Episcopo Luceoriensi adscitum iam, et coaptatum Praelatum Sanctitati Vestrae pro iure patronatus Regii propono. Quem ob insignem natalium praecellentiam, avitum Maiorum suorum Religionis Orthodoxae zelum atque ardorem ipsius porro praelucentem aliis, vitae et morum sanctimoniam, Theologiae et sacrorum Canonum raram et absolutam cognitionem, Politicarum demum virtutum singularem disciplinam dignum munere Episcopali, dignum Senatoria functione iudicavi. Nec dubito notas iam diu virtutes eius Sanctitati Vestrae ex una Urbe universum Orbem speculanti: dedit enim illustria earundem specimina, quum in Urbe, Religionis et doctrinae Magistra, florem aetatis suae cultioribus excoluisset disciplinis: nam et insigni pietate enituit, et in publicis sacrae Theologiae praelectionibus dissertationibusque facem aliis praetulit. Quo maiore cum fiducia negotium hoc Coadiutoriae Episcopatus Luceoriensis Praelato, iis dotibus conspicuo, deferendae S. V. commendo, ab eaque maiorem in modum peto, ratum id authoritate Apostolicas esse velit, et sacrum diploma minore quo potest et temporis et sumptuum iactura expediri iubeat. Obstringet me non mediocriter S. V. ad demerendum hoc cnixa devotionis in Sanctam Sedem promptitudine studium et benevolentiam suam, quam certe mihi polliceor S. V. voto atque desiderio meo, virtuti quoque eius et pietati facile impensuram: ipsum vero obligabit ad auspicandos feliciter firmiterque continuandos in Ecclesia Dei labores. Quod superest, me una cum Dominiis meis Apostolicae benedictioni paterno S. V. amori devotissime commendo. Datum Varsaviae die XXVII. mensis Martii Anno Domini MDCXLV. Regnorum meorum Poloniae XII. Suetiae vero XIII. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCLXXXIV.

Idem rex Poloniae episcopum Crscoviensem oratorem suum pontifici commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 10.

Santissimo e Beatissimo Padre.

È corrispondente alla singolare clemenza di Vostra Santità il concetto ch'io mi son formato della sua paterna benevolenza verso di me: il quale, come fa ch'io non diffidi di haver à ricever gratie dalla sua benefattrice mano, cosi mentre in questo si esprimerà Monsig. il Vescovo di Cracovia del mio Senato, e molto à me grato, Vostra Santità si degni di audirlo benignamente in quello che gli oprerà, che tutto sarà di mia mente: et à Vostra Santità bacio con questo i Santissimi piedi. Varsavia li 6 di Aprile 1645.

Di Vostra Santità

obedientissimo filio
VLADISLAUS REX.

CCCLXXXV.

Idem rex card. Pamphilio supplicat, efficiat apud pontificem, ut episcopus Regiensis nuntius quondam apostolicus in Polonia in sacrum cardinalium collegium tandem cooptetur. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 45.

All' Illmo e Rmo Sig. il Sig. Cardinale Panfilio.

Illmo e Revmo Sig. All'avviso che ci è comparso qui della promotione fatta da Sua Santità sotto li 6 del passato di otto soggetti senza il nostro, per il quale già da tanti anni è che supplichiamo indarno, e questa seguita anche in tempo che si ritrovi costi l'Internuntio nostro spedito da noi a

rendere a Sua Santità una pronta e filiale obediedienza: che vi si trova parimente Mons. il Vescovo nostro di Cracovia, che ha procurato di superar se stesso nell' efficacia delle preghiere per muover Sua Santità a farci quest agratia: che ci siamo dechiarati di ricevere il Nuntio Apostolico, aucorche la Santità Sua continuasse in non volersi dichiarar essa in questo. Non possiamo negare a V. S. Illña che vi ci ha recato una molto sensibile afflittione, vedeudo che la nostra degnità si poco in tale occasione è stata riguardata. Due nondimeno sono le speranze, che per anche in questo ci rimangono: una nel luogo che Sua Santità si è riservata in petto, che possiamo sperare debbia esser per uoi; l' altra nel coucctto che si ha, che sia per mandarci la gratia per il suo Nuntio, ricevuto ch' egli sia qui con le sue premiuenze, il che effettuato potrebbe render meno apparente la nota che ne resta alla nostra dignità. Circa che a V. S. Illña però, della cui boutà et affettione verso le cose nostre fà che molto ci promettiamo, instiamo con ogni maggior efficacia à voler rappresentar a Sua Santità il uostro disconsolo, et operar con essa che poiche la nomina, che habbiamo fatta di Monsig. Visconti, è cosi qualificata di merito, quanto Sua Santità istessa l' ha giudicata e celebrata, che è stata accompagnata dalle preghiere di tanti anni, e che siamo pronti à ricevere il Nuntio, abbenche non si sia Sua Santità dichiarata nel punto à favor nostro, che si voglia degnare hora di farci la detta gratia col luogo reservatosi in petto, dechiarandolo per il nostro, che ce ue farà la Santità Sua favore segnalatissimo, et V. S. Illña piacere molto grato e accetto, del quale terremo viva memoria, e Nostro Signore la properi. Varsavia li 6 di Aprile 1645.

Vladislaus Rex.

PS. Più a lungo si estenderà in quanto il sopradetto Monsig. di Cracovia, al quale potrà V. S. Illña prestar piena fede, certa d' intender per esso la nostra mente.

CCCLXXXVI.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut sententiam de praepositura Tarnoviensi ab episcopo Cracoviensis latam approbet.
Litt. Princip. Vol. 61. fol. 16.

Sño ac Bño in Christo Patri, Dño Dño Innocentio Decimo Divina providentia
SS. Rom. ac Universalis Pont. Max. Dño meo Clementño.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Tutelam legum atque praesidium Regium munus esse et debitum existimo, ad eamque curam pertinere arbitror iura patronatus illustrium in Regno meo Familiarum. Itaque cum in causa iuris praesentandi ad Praeposituram Tarnoviensem appellatio sit interposita ad Curiam Romanam, deesse non potui petitioni Illustris viri Dominici Ducis in Zaslaw et Ostrog Palatini Sendomiriensis, Luceoriensis Praefecti, quin authoritatem meam pro ipso apud S. V. interponerem. Ab annis plus quam octuaginta haeredes oppidi Tarnow iure praesentandi ad dictam Praeposituram gaudebant, perpetuaque possessione sine quarumvis praepeditione personarum fruebantur. Quum interea vacante dicta Praepositura Illustris Palatinus Sendomiriensis, et Generosus Ioannes Zamoyski Praefectus Kalussieusis uti haeredes eiusdem oppidi Ven. Carolum Galinski, virum aetate, moribus et scientia idoneum, pro iure suo praesentassent, quidam ex iis, qui perperam prensare solent Sacerdotia, Ven. scilicet Custos Tarnoviensis et aliquot Parochiarum possessor, Praesentationem ad eandem Praeposituram a Generosis Tarnoviis impetravit. Quumque in litem cum praetenso iure suo descendisset, sententia Reverendi Dñi Episcopi Cracoviensis praetensione illa abiudicatus est. Venit igitur Romam, appellationem interpositam ac praetensum ius suum persecuturus, Decretumque loci Ordinarii iniquitatis et iniustitiae redarguturus. Quum vero indignum sit viros de Ecclesia et Republica meritos iuribus patronatus privari, magnique exinde tumultus et scandalum Ecclesiis facile possint exoriri, si contraria in Curia Romana lata fuerit sententia, S. V. humiliter exoro obviam iis iri, ac supremo suo iudicio et authoritate sententiam loci Ordinarii approbari et confirmari iubeat. Animabit hac indulgentiae suae censura Sanctitas Vestra Illustrem Palatinum ad merendum magis de Ecclesia et Santa Sede Apostolica, mihi vero rem gratissimam faciet omnibus officiis ac devota in Sanctam Sedem Apostolicam promptitudine demereutem. Cuius paternae gratiae et benedictioni me Regnaque mea devotissime commendo. Datum Varsaviae die VIII. mensis Aprilis Anno Dñi MDCXLV. Regnorum nostrorum Poloniae XIII. Sueciae XIV.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
Vladislaus Rex Poloniae et Suetiae.

CCCLXXXVII.

Rex Poloniae commendat cardinali Pamphilio Aug. Locci Romanum. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 46.

All' Illmo Sig. il Sig. Cardinale Panfilio.

Illmo e Rmo Sig. In cosa più conforme alla retta mente et intentione di V. S. Illma non può giungerle la nostra intercessione. Agostino Locci Romano nostro Ingegniero, che ad una approvata intelligenza di quel che tratta, ha congiunta con molta diligenza l' opra di 12 anni in servirci con ogni nostra sodisfattione, e però grato, vien travagliato in cotesti Tribunali con supposti assai alieni dalla ragione, per quello che ne porta la sua relatione. Efficacemente instiamo però a V. S. Illma di volerlo in gratia nostra far in detti Tribunali cosi prementemente raccomandato per quello, di che gli verrà sporto memoriale, che sarà tutto in ordine alla giustitia et all' equità, si che la sua assenza della Patria, occasionata dal servitio nostro, non venga ad apportarli pregiuditio, come fin hora gli è successo. Rendasi certa V. S. Illma di haverci a far con questo piacere molto grato et accetto, e Nostro Signore la prosperi. Varsavia li 5 di Maggio 1645.

Vladislaus Rex.

CCCLXXXVIII.

Dux Ostrosiensis pontifici supplicat, ut sibi et Zamoscio ius praesentandi ad ecclesiam collegiatam Tarnoviensem, a consanguineis suis usurpatum, adiudicare et confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 70. fol. 2.

Sanctissime atque Beatissime Pater. Post oscula pedum beatorum humillimamque mei commendationem. Ut lubens filiali cum subiectione advolver pedibus Sanctitatis V. sic invitus orbis curis distractam privato in negotio interpello, quod istius missus meus apud subsellia S. V. ego verbo hic absolvo. Comes olim Tarnovius Ecclesiam Collegiatam in cognomine oppido suo erexerat, cum lege (rata a Sede Apostolica) cavente ad beneficia praesentari, nisi a Tarnoviis ipsis secundum proximitatis gradus. Accidit, ut loci possessio deficientibus masculis de linea recta pervenerit non absque guerris acerrimis et ipsius Reipublicae motu ad manus maiorum meorum per connubia: qui Collateralibus Tarnoviis silentibus etiam iure Patronatus cum dominio rerum hactenus pacifice usi sunt. Postquam toties iteratas praesentationes beneficiatorum quidam illorum in suum praescriptum hodie vindicare nititur, sed non absque iniuria nostrum, qui ob sanguinis descendentiam in divisionem bonorum illorum successimus, saeculum prope integrum sine ulla dubitatione fruentes. Humillime itaque ad pedes S. V. provoluti supplicamus ego et Zamoscius consanguineus meus, quatenus iuri nostro praescriptione tanta firmato iubeat effato suo nos inhaerere, ne vel lites levi ex occasione hac difficillimae, vel armorum iterato strepitus aliquis inter nos oboriatur. Quo beneficio S. V. uti Pater communis omnes nos Sanctae Sedi obstrictos efficiet, excitabitque vel solo hoc exemplo ardorem in omnibus promptius de Ecclesia Dei merendi: quam vel longaevus gubernes, et ex voto calidis suspiriis apprecamur, osculantesque pio affectu pedes Sanctissimos Apostolicam benedictionem devotissime exoramus. Datum Tarnoviae die 15. Iuuii 1645.

Sanctitatis Vestrae

humillimus servus et filius

Vladislaus Dominicus Dux in Ostrog et Zaslaw, Comes in Tarnow, Palatinus Sendomiriensis, Capitaneus Luceoriensis.

CCCLXXXIX.

Rex Poloniae pontificem de matrimonio cum Ludovica Maria ex principibus Mantuanis ineundo certiorem reddit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 11. (Epistola autographa.)

Beatissimo e Santissimo Padre. È dovuta à V. S. la comunicatione delli avenimenti miei e di questa casa Reale per il affetto non ordinario e paterno, che ha monstrato sempre verso di essa, e di me particolarmente; onde è che essendo piaciuto al Signor Dio di far stabilire in questi giorni il mio nuovo accasamento con la humilissima principessa Ludovica Maria di Mantua e Nivers, ne rendo consapevole la S. V. accio sia à parte delle mie consolationi, e si disponga ad honorar le future nozze, che penso possino celebrarsi verso la metà di Ottobre prossimo, come ne la suplico. Ricognosca V. S. in cio la mia riverentia filiale, e mi dia segni abbundanti del suo coutinuato e Paterno amore, mentre io con humiltà li bacio li piedi, e le prego longeza di vita à beneficio di Chiesa Santa. Warsovia 17 Jullio Anno 1645.

Di Vostra Santità

obedientissimo filio

Vladislaus Rex.

CCCXC.

Rex Polonias pontifici supplicat, velit inhibere, ne Casimirus frater suus in societats Iesu professionsm faciat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 12. (Epistola autographa.)

Beatissimo Padre, Sono si certo del animo affetuoso c paterno di V. S. verso di me e questa casa reale, che mi prometto vederne ale occasione uscier segni di mia sotisfactione et utile a questa casa; onde è che avicinandosi il tempo che il Signor Casimiro mio fratello, dopo di doy anni di noviciato nella compania di Jesu doverà fare la solita professione, il che repugnia a la voluntà mia, et alli interessi della nostra familia, suplico la S. V. a voler impedire chio con la sua somma autorità, prohibendo al Signor medesimo che non facia professione, et alli superiori della Societa che in modo alcuno non lie la facino fare, soprasedendo in cio fino ad altra mia diciaratione. Spero che V. S. vorrà compiacermi di tal gratia, et per cio attendendone il effetto desiderato, resto augurando ala S. V. salute prospera, et li bacio con humiltà li piedi come — Varsovia 5 di Augusto Anno 1645.

Di V. Santita

obedientissimo filio
Vladislaus Rex.

CCCXCI.

Idem rex petit a card. Pamphilio, velit afficere, ut Ios. Amadeus, musicus suus, a religione Servitarum ad fratres Hospitalis S. Spiritus in Saxia transire, et apud se remanere possit. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 47.

All' Illmo e Rmo Sig. il Signor Cardinale Pamphily.

Illmo e Rmo Signore. Tiene qualche scrupulo fra Gioseffo Amadei Servita, nostro Musico di molti anni, di continuare al nostro servitio per non havere la sua Religione Convento veruno in questi nostri Regni; Noi però che facciamo gradimento de suoi servitii, e che ne vedressimo volontieri la continuatione, affidati nell' animo cortese di V. S. Illma la richiediamo vivamente con le presenti à restar servita d' interporsi appresso Sua Santità con l' autorità sua, et in riguardo nostro riportarne la gratia d' una Crocetta di Santo Spirito in Saxia per detto Amadei, permettendoli il passaggio dalla sua Religione alla di Santo Spirito, della quale essendo in queste parti Monasterii, verrà detto Religioso à sodisfarsi in conscienza, e Noi assicurati del suo servitio: si compiaccia V. S. Illma di farci vedere in ciò l' effetti dell' animo suo affettuoso verso le cose di nostra sodisfatione che ne faremo gradimento particolare, et in tanto le auguriamo salute e contenti. Varsavia li 16 Agosto 1645.

Vladislaus Rex.

CCCXCII.

Archiepus Gnesnensis patres Soc. Iesu pontifici commendat et a calumniis viudicat. Litt. Princip. Vol. 70. fol. 4.

Sme ac Bme Pater, Domine Dne Clementissime. Venit in manus meas exemplar supplicis libelli nomine quasi omnium Episcoporum Poloniae oblati Vestrae Sanctitati, in quo accusantur Patres Societatis Iesu veluti perturbatores Ordinis Ecclesiastici, legum et Episcoporum contemptores, alienorum iurium et patrimoniorum invasores, parochiarum vastatores, detractores, et convitatores Ordinariorum, aliaeque multa congeruntur ad invidiam et ignominiam sancti illius ac venerabilis Instituti. Non ergo possum facere, quin hac epistola coner meam liberare conscientiam, et coram S. V. diserte testari me nunquam illius scripti conscium fuisse, quamvis scire utique ad meam Archiepiscopalem praerogativam pertinuerit, si quid nomine Episcoporum totius Provinciae proponendum erat S. V. De Confratribus quoque meis caeteris Episcopis persuasus sum, neminem eorum in eiusmodi libelli compositionem consensisse. Experiuntur enim, et in primis expertus sum ego, qui alios non modo auctoritate, sed etiam aetate annisque Episcopalibus longe antecessi, in cunctis quas tenui Dioecesibus perutilem semper et salutarem huic Regno extitisse operam Patrum Societatis Iesu: nihil in vita eorum, nihil in doctrina observavi, nisi pium et religiosum, adiutores mihi semper et cultores Ordinariorum visi sunt, institutores parochorum, iuventutis magistri, et promotores ad omnem tum eruditionem tum sanctimoniam, fidei Catholicae propugnatores, Ecclesiae et Sanctae Sedis Apostolicae strenui propugnatores. Quo nomine cum ipsam Societatem Iesu humillime commendo, tum et me ipsum adiicio ad pedes Vestrae Sanctitatis. Gnesnae die xv. Septembris mdcxlv.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus servus
Matthias Archiepiscopus Gnesnensis manupp.

CCCXCIII.

Pontifex regi Poloniae de matrimonio cum Ludovica Maria principe Mantuana gratulatur. Reg. Brev. An. I. ep. 167.

Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

INNOCENTIUS PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Nuperrimae ad Nos delatae Maiestatis Tuae litterae, pro eximia nostra in eamdem benevolentia, mirificam in Nobis laetitiam excitarunt, quae Nos certiores fecere constituti Maiestatis Tuae Matrimonii cum dilecta in Christo filia Nobili Muliere Ludovica Maria Principe Mantuae ac Nivernensium Duce. Equidem Regiae istius religiosissimae stirpis propagandae rationem e re Christiana esse quam maxime arbitramur, quam ab se ac fortissimis Maioribus propugnatam toties atque auctam Maiestas Tua iure optimo gloriari possit, ut exinde praestantissiman sobolis extiturae spem Nobis certam faciamus, cui et ab ipsa materni generis amplitudine haud parum accessurum sit et virtutis et laudis. Mandavimus porro Venerabili fratri Ioanni Archiepiscopo Adrianopolitano, nostro isthic et Apostolicae Sedis Nuntio, ut sanciendis mox fauste Nuptiis adesse velit, et quaecumque ad Ecclesiastica earum solemnia spectant, rite ac de more peragere, iisdemque nostro pariter nomine, quod bene a Domino ac feliciter vertat, cumulatissime benedicat. Quam et nunc ad Maiestatem Tuam praemittimus Apostolicam benedictionem. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXVI. Septembris MDCXLV. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCCCXIV.

Rex Poloniae supplicat pontifici, ut matrimonium proxime celebrandum praesentia cuiusdam cardinalis cohonestare velit. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 9.

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater, Dñe Dñe clementissime. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, meique et Regnorum meorum commendationem gratiae et benedictioni Sanctitatis Vestrae. Commisi Illmo Dño Cardinali Mathaeio, quem declaravi ac nunc declaro coram S. V. Regni mei Poloniae Protectorem, ut Sanctitati Vestrae referat rationes prolongatae celebrationis Matrimonii mei cum Serenissima Domina Ludovica Maria, Principe Mantuae et Niverniae, ad proximum mensem Decembris. Ac idem Illmus Dñus Cardinalis meo nomine iterato invitabit Sanctitatem Vestram, ut Matrimonio isti Suam Benedictionem largiatur, illudque aliqua singulariori affectus in me Sanctitatis Vestrae demonstratione, nempe Cardinalis alicuius praesentia, cohonestare dignetur. Mea vicissim promptissima obsequia ad omnem occasionem Sanctitati Vestrae offero. Ac iterum pedes Sanctitatis Vestrae humiliter exosculans gratiae et Benedictioni Sanctitatis Vestrae me, meaque omnia commendo, eamque diutissime ac felicissime Ecclesiae Dei praesesse cupio. Datum Varsaviae die XXVIII. mensis Septembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCXCV.

Rex Poloniae pontificem Henricum Orsi agentem suum in Urbe commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 13.

Santissimo e Beatissimo Padre.

Per l'assenza da costi dell'Abbate Orsi mio Residente, mi vaglio dell'opera del Baron Enrico suo fratello nelli negotii che mi possono occorrere appresso la Santità Vostra, ò in cotesta sua Corte; intendendo hora che ciò sia preso in dubio, con le presenti ne faccio significatione a Vostra Santità, acciò non solo nel particolare della causa fra l'Arciprete di Cracovia e li PP. Giesuiti, ma in ogni altro li presti benigne orecchie et intiera fede come ne la supplico rivereutemente: mentrè io le prego dal Signore Dio salute continuata, e le bacio con humiltà li piedi. Novo Miasto li 23 Ottobre 1645.

Di Vostra Santità obedientissimo filio
VLADISLAUS REX.

CCCXCVI.

Pontifex regi Poloniae Io. archiepum Adrianopolitanum novum nuntium apostolicum commendat. Brev. An. II. ep. 91.

Regi Poloniae.

INNOCENTIUS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Vindex Regnorum religio, cuius ope et consistere illa diu immota, et adversantium vires frangere, constans experimentum est,

praesidio longe maximo Regnum instruat Maiestatis Tuae, a qua vindicata ipsa par referat subinde meritum, ut vicissim Polonum sceptrum impensius ac validius tueatur. In illam porro suam ut operam conferat Pontificia cura pietati, cui et Regia tui mens tanta cum laude invigilat, iucundae, Apostolicum nostrum ordinarium apud Maiestatem Tuam Nuntium delegimus Venerabilem fratrem Ioannem Archiepiscopum Adrianopolitanum, Praelatum nostrum domesticum et Assistentem, qui generis nobilitati suam virtutem adiungens, in delato sibi munere multiplex et ab Sancta hac Sede, et a Maiestate Tua meritum gratiamque inierit, dum Dei causam, quae cum Regia tam apte consentit, virium consensione omnium curabit ac peraget. Domesticum ille sibi exemplum, Maiestati Tuae ac Regno isti universo probe exploratum, suo in patruo Cosmo S. R. E. Cardinali de Torres, qui isthic antea munus idem cum laude obivit, propositum esse volet ad imitandum, atque una reliquas, quas is deinceps Regiis rebus curam operamque adhibuit, suae perenne futuras observantiae monumentum. Illi quidem praeclare insistens Nuntius ipse obsequium, quo sese suamque domum tibi perpetuo addictam agnoscit, alacriter atque enixe probabit. Nos adeo, qui paterno Maiestatem Tuam studio continenter complectimur, et velle plurimum tua causa ex ipso cognosces, et paratissimam tuae faustitati voluntatem senties per omnia allaturos. Eidem porro aeque ac Nobis alloquentibus haberi a Maiestate Tua fidem peroptamus: Cui Apostolicam benedictionem ex animo impertimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die xxx. Octobris MDCXLV. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CCCXCVII.

Comes Montisnigri pontificem de molitionibus Turcarum contra communem Europae pacem certiorem reddit, servitiaque sua tum ipsi, tum regi Poloniae reliquisque principibus christianis offert. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 82.

Beatissimo in Christo Patri ac Dño Clemẽtiõ Innocentio X. Pontifici Opt. Max.

Beatissimo Padre.

Voglio credere, possi essere, a notitia alla Santità Vostra li trattati havuti ne passati tempi che ho dimorato in Italia, con la Santità de Pontefici antecessori suoi et altri Prencipi d' Italia, In particolare con li Serenissimi Gran Duchi di Toscana, Republica di Genova, Savoia e Malta, e con altri Prencipi fuori d' Italia, In materia di cacciare il Turco de l' Europa, si come le scrivei, che costà si trovano in mano al Sig. Guido Baldo Trifoni et Padre Raffaello Crovato di Aracelli, a pieno mostrano. E ben che con li efficaci modi mostravo loro, fussero in parte da essi abbracciati e volentieri ascoltati, mediante li opportuni mezzi delle molte provincie e stati sotto l' Imperio Ottomano a me devote, per la corrispondenza e confederatione ho con essi havuto, e frescamente mediante le presenti turbolenze rinovato non di meno, quando altrove non è necessato et astretto a imprese effettive, rare volte, ben che se ne tratti e si conoschino riuscibile, si mettano ad effetto: essendo adunque sempre tali trattati svaniti, mi ero per ultimo, secondo la grave mea età rechedeva ritirato alla quiete ne forti luoghi delli Monti Emo e Perien non pensando più a simili trattati, quando mi viene l' avviso l' anno passto de preparamenti (che) faceva il Turco contro Maltesi: per chiarirmi di ciò meglio mi trasferii incognito a Salonchi, ove si ammassava l'Armata Turchesca. Veddi imbarcare maggior parte di essa, e col beneficio della lingua penetrare, come dovevano i Turchi fare l' impresa di Candia, me ne passai in Bulgaria verso mici confederati et amici, e con essi rinfrescato le pratiche, passai sconosciuto a Constantinopoli, ove di tutto meglio informatomi, e previsto che il foco con la Cristianità sia malamente acceso, e non comportando l' animo meo il zelo della Religione professo, che fatiche durate per l' estirpatione di tale commune nemico, che io ben che greve di età stia in otio, in occasione tanta urgente mi è parso però avvicinarmi a l' Italia, prontissimo di porgere alla Lega Christiana ogni possibile aiuto, per la traversione di esso nemico: e per la difficoltà di passare per mare sono venuto per terra, et arrivato in Pollonia in questa città di Leopoli in Russia, di dove mi è parso con questa dare parte alla Santità Vostra come capo di tutti del pronto affetto meo, si come ho fatto a l'Altezza di Firenze e Malta, e trattenermi qua ò verso Vienna fino che dalla Santità Vostra e da essi Prencipi mi sia risposto. Et il Serenissimo Gran Duca saprà ove io mi troverò, e con pregare l' Altissimo conceda alla Santità Sua ogni prosperità, li bacio i santissimi piedi. Di Leopoli 3. Novembre 1645.

Di Vostra Santità

Ubbedẽtio figliolo

Sultan Zachia Ottomano, detto Alessandro Conte delli Montinegri.

CCCXCVIII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut donationem ecclesiae in civitate Mariaburgensi patribus societatis Iesu a se factam confirmet. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 2.

Sño ac Beatño in Christo Patri Dño Dño Innocentio PP. X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae mei ac dominiorum meorum devotissimam commendationem. Ea est Patrum Societatis Iesu in regionibus praesertim haeresi infectis, et singulariter in Civitate Mariaburgensi, qua confirmandis Catholicis, qua haereticis convertendis, omnique modo animabus iuvandis industria et diligentia, ut cum nec templum, nec mansionem propriam, nec congruam sustentationem isthic habeant, quo fructus operae eorum uberior ac stabilior deinceps existat, omni ope iuvandi fundandique ibi videantur. Est vero Mariaburgi exigua quaedam Ecclesia supra portam Civitatis sita, a pluribus annis vacans ac Sacerdotibus destituta, quae cuius iuris esset, quamve habeat fundationem, hactenus incognitum fuit nunc autem ex vetusto Serñi Sigismundi Primi Poloniae Regis privilegio nuperrime reperto constat, ibi Praeposituram fuisse, ipsimet Sanctitati Vestrae immediate et mihi iure patronatus, ut diserte Privilegium loquitur, subiectam, habere praeterea nonnulla bona, quae modo ab haereticis possidentur. Enimvero maiori gloriae Divinae id fore existimans, e re faciendum duxi, ut privilegium super illam sacram aediculam Patribus Societatis Iesu vigore iuris mei darem et concederem, prout de facto iam dedi, salvo Sanctitatis V. consensu, quem ut benigne itidem praebere ac donationem meam dictis Patribus factam auctoritate Apostolica confirmare dignetur, humillime S. V. supplico. Erit profecto mihi singulari curae, ut pro rerum ac temporum opportunitate ius a S. V. Patribus Societatis Iesu concessum meo firmetur patrocinio, tandemque dicta bona ad eandem Ecclesiam pertinentia ab haereticis possessoribus vindicentur. De reliquo me, Regna mea populosque mihi subiectos apostolicae S. V. benedictioni commendo, ac S. V. diuturnam Pontificatus gubernationem humiliter apprecor. Datum Varsaviae die VII. mensis Decembris Anno Domini MDCXLV.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae obsequentissimus filius

VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCXCIX.

Idem rex patres societatis Iesu pontifici impense commendat, petitque, ut lites inter ipsos et episcopum Culmensem vertentes in eorum commodum quamprimum decidantur. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 14.

Sño ac Beatño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Decimo Divina prov. SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo Dño meo Clementño.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorum ac populorum meorum humillimam commendationem. Prolixa enumeratione rem pietatis plenam (praesertim ne verbis iactantia adstipulari videatur) apud Sanctitatem V. minus egere puto, quos quantosque labores et fructus Patres Societatis Iesu a primo ingressu in Regnum Poloniae in vinea Dñi, sentibus alias haereseos pluribus in locis obsita, excolenda plantandaquo fecerint, et variis sacris splendoribus eandem illustrarint, a quo instituto et munere suo ne lato quidem ungue (ut aiunt) hucusque recedunt. Quod cumprimis Sanctitati Vestrae, uti Sacrorum in terris supremo Arbitro, atque adeo Divinae Maiestati, a quo cuncta bona procedunt, acceptissimum, mihi vero iucundissimum accidere iure merito debet: utpote cum luce meridiana clarius constet, plurimum incrementi Catholicam fidem ipsorum vigilantia et strenua opera sumpsisse. Diligenter itaque eosdem S. V. commendatos ea ratione velim, utque paternum et propensum affectum S. Vestrae in omnibus, quae ad plantandam conservandamque fidem Orthodoxam pertinent, erga se experiantur, filiali cultu ac observantia supplico. Nunc vero cum certae lites inter eosdem Patres Societatis Iesu, Thoruniensem Civitatem in Prussia incolentes, et Rñdum in Christo Patrem Dñum Gasparum Dzialinski Episcopum Culmensem et Pomesaniae ab utrinque ratione certarum praetensionum in iuribus Parochialibus Ecclesiae Thorunensis, quam Serñus divae mem. Parens ac Praedecessor meus desideratissimus, tetra supra quinquaginta annos haeresis labe infectam, ipsis per Episcopos Culmenses incorporandam curavit, privilegioque suo desuper emanato stabilivit, cuius confirmationem a me quoque iidem Patres obtinuerunt, exortae sint, iamque in Curia Romana agitentur, velim ita per S. V. absque mora complanentur et decidantur, quatenus praedicti Patres circa iura sua a Serño Praedecessore nostro clementer sibi indulta, in toto conserventur,

neque in Divinis exercendis quoquomodo a quopiam inposterum interturbentur. Quo beneficio S. V. maiores illis stimulos ad expurgandam vincam Domini adhibebit, quod mihi gratissimum futurum erit. Interim S. V. longaevum Pontificatum precor, meque paterno illius amori diligentissime commendo. Datum Varsaviae die IX. mensis Decembris Anno Domini MDCXLV. Regnorum meorum Poloniae Tertiodecimo, Sueciae Quartodecimo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCC.

Dux Ossolinensis pontifici supplicat, ut in honorem beati Stanislai Kostka missa cum officio concedatur. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 85.

Sño ac Bño in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Sanct. Vestrae. Laetabundus Orbis noster Sarmaticus supplici voto Urbem accedit, cum sacros Beati Stanislai Kostka cineres sub felici S. V. Pontificatu in redivivas Tutelaris sui (quibus beatius incalescat) cupiat excitari flammas. Cuius Rex noster clementissimus iustis annuens desideriis, comitatus nuperrime est S. V. precibus suis Sacrificium Missae de eodem Beato celebrandae, ac recitando Officio a Sede Apostolica impense exoraturus. Porro indignus ego, gentis nostrae Divino Tutelari (qui inter Lechica sceptra et coronas quotidianis nitens prodigiis gemmarum excedit pretia) devotissimam appono supplicationem meam, apud Sanctitatem Vestram id petens, quod totus unice desiderat Polonus Orbis, et Serñi Regis nostri ac Dñi clementissimi litterae a S. V. totaque Sede Apostolica interea deposcunt. Hoc iterum a S. V. humillime precatus totum me, Domumque meam S. V. obsequentissimam Pontificiae eiusdem commendo ac devoveo benedictioni, iterum sacros S. V. pedes demisso veneror osculo. Dabantur Varsaviae die 13. mensis Ianuarii 1646.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

servus humillimus et obedientissimus
GEORGIUS DUX IN OSSOLIN.

Idem petiit Albertus Stanislaus Radzivil Dux in Olica, Magni Ducatus Lithuaniae Cancellarius.

CCCCI.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut ad instantem reginae coronationem cardinalem quendam dignetur mittere, vel saltem nuntio apostolico id munus committere. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 15.

Sñe et Bñe in Christo Pater ac Domine Dñe Clemcntissime. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, meique et Regnorum meorum commendationem gratiae et protectioni Sanctitatis Vestrae. Commiseram Illmo Dño Cardinali Matthaeio mei Poloniae Regni Protectori litteris meis sub data XXVI. mensis Septembris Anni elapsi, ut S. V. referret rationes prolongatae celebrationis matrimonii mei cum Serña Ludovica Maria Principe Mantuae et Niverniae ad praeteritum usque mensem Decembris, atque ut idem Cardinalis meo nomine iterum invitaret S. V., ut suam benedictionem huic matrimonio largiri dignaretur, ac singulari aliqua demonstratione sui paterni affectus cohonestatum illud redderet: quod sane tum factum esse putarem, si alicuius Cardinalis praesentiam in illa solemnitate comitem habuissem. Cum vero certo sciam meas litteras sero redditas esse S. V., benignitatemque suam erga me et Regnum meum non vulgarem existere: hinc est quod denuo supplicem S. V., ut pro coronatione eiusdem Serñae meae sponsae, quam fieri decrevi ad Natalem S. Ioannis Baptistae diem XXIV. advcntantis Iunii, Cardinalem aliquem ad Aulam meam S. V. mittere dignetur, eidem Serñae meae sponsae maturum Regalis dignitatis capturae honorem paternam suam iterum impertire benedictionem. Quam quidem missionem si difficilem ob expensas subeundas Sanctae Sedi Apostolicae patiuntur rationes, ad hoc ut profecto muneris obeundum in loco maxime idoneus mihi occurruit Rñus Ioannes de Torres Archiepus Adrianopolitanus S. V. Nuncius, vir probitate et eruditione conspicuus, iudicii maturitate et morum honestate insignis, et omnino tanto muneri et dignitati non impar, nepos insuper Cosmi S. R. E. Cardinalis de Torres felicis recordationis, mei Regni Poloniae Protectoris, de quo quinimo et de me ipso semper optime meritus extitit. Hic sane vir nobilis absque ullla vel saltem minori expensa Rñdae Camerae Apostolicae functionem hanc praestare poterit, et ego sane S. V. ipsum quam diligentissime commendo. Ob singularem hanc gratiam in me Regnumque meum benigniter collatam omne officium

meum et obsequium in quavis occasione S. V. devoveo, et iterum benedictioni suae et gratiae me et Regna populosque humillime commendo. Varsaviae di VII. mensis Aprilis Anno Domini MDCXLVI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCII.

Idem rex pontifici supplicat, ut episcopum Camenecensem ad sedem Culmensem cum retentis duobus sacerdotiis transferat. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 13.

Sñio ac Bñio in Christo Patri Dño D. Innocentio Div. prov. PP. X. SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño Clemeutñio.

Sñe ac Bñe iu Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Multum faveo virtuti ac praestantibus meritis Revcrendi in Christo Patris Domini Andreae de Leszno Lesczynski Epi Camenecensis, Regni mei Procancellarii ac recenter Culmensis Episcopatus Nominati, in cuius ad altiorem hunc functionis Ecclesiasticae gradum promotione humana cum divinis concurrere suffragia. Favit hactenus praeclaris eius gestis caelum ipsum, cum eum Regio meo iudicio magnis in Republica Senatoriis fungi volui muneribus. Crevit ille meritis et gloria in utraque humanarum ac divinarum scientiarum expectatione semper celebris, dum ingenio ac literis excultus parem cuivis magistratui animum praestaret, et dignum se ostenderet, qui non tam dignitatibus ornaretur, quam ipsas ornaret dignitates, aemulatus imitatusque nempe Illñi olim Vencelai Comitis a Leszno supremi Regni Poloniae Cancellarii, parentis sui, heroicas virtutes ac merita, in Aulae meae officiis ac obsequiis illibate integreque versatus, omnem rerum conciliorum institutorumque publicorum rationem ita percalluit, ut ad Cancellariatus Serenissimae olim Caeciliae Renatae consortis meae, mox Episcopatus Camenecensis, demum Procancellariatus Regni munus e re Ecclesiae dignitateque publica obeundum paria honori onerique praesidia afferret, eaque probaret virtutis ac prudentiae exempla, ut et publicae respondcret expectationi, et meam propensionem merctur. Cum vero Episcopatus Culmensis post defuncti Reverendi in Christo Patris Gaspari Dzialynski exitum virum Pastoralis officii Senatorii muneris gnarum posceret, eum potissimum ad illam Sedem legi et nominavi, qui post optimum Antistitem praestantibus in Ecclesia Dei et Republica meritis, ac vitae morumque integritate esset spectitissimus. Verum dum has Reverendi Dñi Nominati Culmensis laudes expono, eo maioribus a S. V. precibus postulo, ut considerata anteactis bellis Episcopatus Culmensis vastitate, continuaque ad Aulam meam magnis impensis illius mansione, ac commoratione in sacrorum Diplomatum expeditione, faciliorem ac solutiorem viam, et in eorum aestimatione coniunctam pietati ac antiquae inclinationi in Regni mei incolas S. V. benignitatem agnoscere possit, paternumque in retinendis binis Sacerdotiis, nempe Praepositura Ecclesiae Cathedralis Plocensis et itidem Praepositura tit. S. Michaelis in arce Cracovicnsi, referat favorem. Quidquid vero S. V. in benemeritum hunc de Ecclesia Dei Antistitem, et publicis curis utilissimum Procancellarium benevolentiae effuderit, id cum ille perpetua cultus et devotionis veneratione, tum ego filiali obsequio S. V. adnitar demereri. Deum interea exorans, ut excubantes S. V. pro publica salute curas Pastorales caelesti confirmet praesidio, et diutuna incolumitate reddat affluentes. Commendo de reliquo me Regnaque mea gratiae et S. Vestrae Apostolicae benedictioni. Datum Varsaviae die IV. mensis Maii Anno Domini MDCXLVI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCIII.

Idem rex a pontifice petit, ut episcopo Chelmensi abbatiam Tynecensem confirmet. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 18.

Sñio ac Bñio in Christo Patri ac Dño Dño Inuocentio Divina prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Beatorum S. Vestrae meique, Regnorum ac populorum meorum humillimam commendationem. Cum Episcopatus Chelmensis in illis Regni mei partibus fundati, ubi potissimum Schismaticorum rabies virus suum in Catholicos exercere solet, adeo sint tenues exilesque rationes, ut ecclesiae illius Antistes, Reverendus in Christo Pater Stanislaus Pstrokonschi, munus suum Pastorale pro dignitate nequaquam obire, multo minus Senatoriam

functionem (uti par est) tueri et sustinere possit, prona propensaque voluntate eundem ad Abbatiam Tynecensem, post liberam Reverendi Andreae de Lezsno Lesczynski Episcopi Camenecensis Regni Procancellarii ipsius resignationem, proponendum nominaudumque censui. Sed et ipsiusmet praeclari viri singularis vitae probitas, ardenti in Deum pietati indefessoque propagandi cultus Divini studio connexa, ultro provocavit meum erga se affectum. Caeterum cum ad retinendam eam Abbatiam speciali Sanctitatis Vestrae beneficio opus habeat, maiorem in modum a S. V. peto, paterne cum ipso eo nomine dispensare velit. Optime S. V. illi consulet, eumque ad continuandos in vinea Christi labores tanto magis animabit, ac me pariter ad accuratius deligendos Reique Ecclesiasticae praeficiendos dignos et idoneos viros excitabit. Quod reliquum est, me Regnaque mea S. V. paternae gratiae atque Apostolicae benedictioni devotissime commendo. Datum Varsaviae die IV. mensis Maii Anno Domini MDCXLVI. Regnorum meorum Polouiae XIV. Suetiae XV.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCIV.

Pontifex regi Poloniae fratrem eius Casimirum a se cardinalem renunciatum fuisse nuntiat. Reg. Brev. An. II. ep. 52.

Regi Poloniae.

INNOCENTIUS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Adlegimus dudum in Cardinalium Collegium Dilectum filium nostrum Casimirum Maiestatis tuae fratrem: eoque dignissimae, quam accepimus, tuae postulationi ex animo Nos occurrisse vehementer laetamur. Et quidem permagna Nobis exinde accrescit laetitiae seges, qui dum mirificas in illo virtutes propensissima Pontificia benevolentia decorari voluimus, iusigue vicissim ab Regio tuo sanguine et sacro ipsi Senatui et Apostolicae Sedi decus atque ornamentum paravimus. Erit itidem, cur Nobis et Catholicae ipsi Religioni gratulandum magnopere sit ob singularia Cardinalis ipsius promerita, e cuius potissimum pietate maximum illa incremcntum sibi polliceatur, quae perpetuo ab laudatissima maiorum eiusdem fortitudine tutamen sibi ac firmamentum quaesivit: adeoque gemino posthac in exemplo salutarem sibi zelum agnoscat, et in Regali Maiestatis tuae purpura, et in sacra ipsa, quae nunc meritissimo fratri indumentum accedit. Nos interea, quaecumque ultra ad Regiam Maiestatis Tuae stirpem exornandam conducere usquam arbitrabimus, quod amantissimo filio, et de Romana Ecclesia tam praeclare merito continenter deberi quam maximum intelligimus. Cui nunc Apostolicam benedictionem omni studio impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Maii MDCXLVI. Pont. nostri Anno Secundo.

CCCCV.

Rex Poloniae supplicat pontifici, ut nominatum Camenecensem confirmare, eique abbatiam Mogilniensem conferre velit. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 14.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Divina prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum devotissimam commendationem. Ad eam muneris mei partem, qua in decernendis Ecclesiae Dignitatibus fungor, tum demum collocati recte iudicii gloriam pertinere existimo, si supremae Sedis oraculum supplici pro se, quam orno, annuat virtuti. Nihil enim magis inter alias, quae solium Regale interpellant, curas iucumbit Regibus, quam ut eos Cathedris adsciscant Antistites, quibus merita, zelus, virtus addebita praevit decora, nihil et mihi antiquius fuit, quamprimum Regni huius clavum adii, quam ut tuto iudicium meum committere, ac dignos in Ecclesia Dei promovendo Apostolicum promoveri possim Decretum. Hinc non aberrabit, ut spero, exactior mea, quam examinandis cuiuslibet meritis impendo, censura, dum debitos repetit honores emerita virtus Rev. Michaelis Dzialynski Suffraganei Varmiensis. Nam praeter vetustum genus, quod illustrius reddit parta Maiorum eius bello et pace gloria, propria ille virtute meritisque enituit, quam primum se Divi Parentis mei et Reipublicae obsequiis devovit, simulque cum aetate maturavit eius pietas singularis et zelus. Potiorem aetatis partem continuato promerendi studio in Ecclesiam Varmiensem impendit non Suffraganei tantum munere, quo ille ultra vigiuti annos fungitur, sed etiam toties viduatae in administratorem electus. Tuebatur eam Praesidc sua orbatam difficilimo Reipublicae tempore, cum bello Suetico conflictaretur Prussia, prudentia, pietate, nec inter arma aut ambigua fortunae creditum sibi regimen, hostilis licet vis et metus

obversaretur, debita sollicitudine destituit. Accedit adultus iam annis rerum usus, doctrina sublime iudicium, insigniora Episcopalis et Senatorii muneris adminicula, quibus instructus uberiora ille boni et in Ecclesia Dei Antistitis et in Republica Senatoris proferet exempla. Proinde dignum censui, quem (sic) iuter alios ex Ordine sacro, promoto ad Episcopatum Culmeusem Reverendo Vicecancellario Regni, Camenecensem ei conferrem, ad quem et nunc pro iure meo eundem S. V. nomino, obnixe peteus, velit S. V. Regium hoc meum Iudicium Apostolico, utrumque enim ille meretur, comprobare, et virtutem, quae pro se loquitur, Supremi Throni ornare beneficio, tanto magis, quod Cathedra haec ultro nec ambienti, ut cui privatae spes et vota intra modestiam a me delata. Cum vero Episcopatus hic praeter tenuiores redditus, qui tuendae Episcopali et Senatoriae dignitati minus respondeant, etiam barbarorum incursionibus obnoxius adminiculis egeat, ut et Abbatiam Mongilnicensem, cuius in portione a compluribus iam annis est, retinere possit, S. V. indulgere dignetur. Talia enim subsidia olim et ad intercessionem meam Episcopis illius loci decernebat benignitas Apostolica. Caeterum geminatum id, quod a S. V. in promeritum hunc Praelatum proficiscetur, Antisticii et subsidii beneficium cedet et aemolumento et decoro eius Ecclesiae, quae hoc omine regimen illius accipiet, ita eodem Reverendo Nominato in partem felicitatis se zelumque suum his S. V. auspiciis hac acccssione protulisse. Ego vero Apostolicum id iudicium, quod meo accesserit, perpetuo profitebor cultu et obsequio. Quod reliquum est, S. V. Apostolicae Benedictioni atque paternae gratiae me Regnaque mea commendo. Datum Varsaviae die XXVII. mensis Iunii Anno Domini MDCXLVI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCVI.

Idem rex pontifici de purpura Casimiro fratri suo collata gratias agit. Litt. Princip. Vol. 61 fol. 22.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Inuocentio Divina prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei, Regnorum ac Dominiorum meorum devotissimam commendationem. Ea est sors Regalis manipuli nostri, ut caelesti instillatus rore unicae sponsae Dei Ecclesiae Romanae singulos suos debere profiteatur fructus. Hoc unicum est horreum, cui licet semper Universa Domus Nostrae Regiae sacra sunt, potissimum tamen hoc paterno S. V. attrahente affectu, quo S. V. Serñum fratrem nostrum Casimirum Principem Collegio Cardinalium paterne adlegere dignata est. Haec est laeta seges S. V. cum Serño fratre nostro purpura Cardinalium inserto, universum manipulum Regalis Domus Nostrae et Ecclesiae et sibi aggregari fecit: redundabit decor iste purpureus in S. V. cum Serñus frater pro meritis et pietate purpuream assecutus lauream Ecclesiae matri et S. V. ut benigno Patri totius vitae suae consecrabit. Nos vero, qui propensissimo voluntati S. V. hac in parte occurrimus animo de Regali manipulo nostro ea benignae in Nos S. V. columbae gratitudinis subministrabimus bellaria, quibus illecta et Serñum fratrem nostrum Casimirum candido impurpuratum pectore ulteriori foveat sinu, et Nobis de Ecclesia Catholica Romana, de S. V. benemerendi instillet occasionem. Cui filiali animo inclinati ad oscula pedum provolvor, ac me una cum populis Dominiisque mihi subiectis Paternae illius benedictioni commendo. Datum Varsaviae die XXVIII. mensis Iunii Anno Domini MDCXLVI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCVII.

Idem rex cardinali Pamphilio supplicat, efficiat apud pontificem, ut cardinali Casimiro fratri suo conserventur praerogativae regiae. Litt. Princip. Vol. 69. fol. 143.

All' Illño e Rño Signore, il Sig. Cardinale Pamphilio.

Illño e Rño Signore. La nuova che piacque à V. Eñza di darci della dichiaratione fattasi da S. S. in Cardinale del Serño Prencipe Casimiro fratello nostro carissimo, fu da noi intesa con molto gusto per il compimento del desiderio nostro; ma che poi costi si pretenda di derogare alla conditione di S. A. che è figlio e fratello di Rè, ci è di poca ammiratione, come cosa pregiudiciale all' università delle famiglie Regie, che in tal modo resterebbero escluse per sempre dal sacro Collegio, per non volere, come è credibile, per la dignità Cardinalitia spogliarsi delle prerogative e titoli, che li dà la nascita,

Ci presupponiamo bene che S. S. considerate le ragioni di questa non solo, ma di tutte le altre Case Reali nella persona di S. A. vorrà che venghi trattata benche Cardinale come Prencipe Regio. Sapendo tuttavia quanto vaglia in V. Eñza la prudenza et accortezza, la richiediamo con efficacia à portarle con l'auttorità sua appresso S. S. et ogn'altro, à finc che habbino luogo, e si termini il negotio con sodisfattione non meno di questa nostra che dell'altre Corone, quali tutti ne conservaranno grata memoria, e Noi in particolare che facciamo non ordinaria stima dell'affetto di V. Eñza, a cui preghiamo salute prospera. Cracovia li 28 Luglio 1646.

Vladislaus Rex.

CCCCVIII.

Rex Poloniae cardinali Pamphilio commendat comitem Straznitz oratorem suum. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 49.

All'Illmo Signore, il Sig. Cardinale Pamphily.

Illmo e Rmo Signore. Nel venire costi à trattare con S. S. di nostro ordine il Conte di Strasniz in qualità di Ambasciatore nostro, si presenterà à V. S. Illma, et esprimendole la stima che facciamo dell'affetto sempre rimostratici, le communicarà alcuni particulari di nostra sodisfattione e concernenti il publico bene di Christianità, piacciale però di sentirlo voloutieri, et promovendone l'effetti desiderati, darei segni nuovi dell'animo suo cortese, mentre le preghiamo da Dio felicità continue. Varsavia li 18 Ottobre 1646.

Vladislaus Rex.

CCCCIX.

Idem rex pontifici supplicat, ut donationem quandam patribus societati Iesu Choyneci in Cassubia factam confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 4.

Smo ac Bmo in Christo Patri Dño Dño Innocentio PP. X. etc.

Sme ac Bme Pater, Dne Dne Clementme. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum devotissimam commendationem. Placuisse quondam divo Parenti meo Sigismundo intelleximus, ut pro divini cultus per Cassubiam mihi subditam propugnatione Religiosis Patribus Societatis Iesu domicilium aliquod Choyneci in civitate nostra Regia constitueretur, idque non solum diplomate Regio stabilitum Sedisque ordinariae Metropolitanae Gnesnensis authoritate firmatum, verum ut Parocho loci, qui aream suam iisdem Presbyteris tanquam adiutoribus suis inhabitandam ultro obtulerat, parem alium fundum non minus commodum penes ipsam Ecclesiam Parochialem ab eodem clementer donatum repensumque, ne quid Parochia illa caperet detrimenti: neque iam aliud hactenus desideratum esse, nisi ut benedictio Sanctae Sedis Apostolicae pie caeptis accederet. Mihi igitur, qui ut memoriam paternam veneratione, ita facta imitatione libenter colo, incumbit quodammodo id, quod ille fatis praeventus non potuit, studio meo supplere, tamque pie inchoato operi de aeternitate, quoad possum, prospicere. Id vero credo futurum, si Vestra, Bme Pater, Sanctitas illam areae Parochialis ad praedictos Religiosos translationem, quandoquidem sine ullo Parochi praeiudicio damnove, cum magno tamen animarum commodo facta est, confirmatione sua Apostolica communire dignata fuerit: id quod ego etiam impense oro cum humili pedum beatissimorum osculo. Cuius interea Apostolicae benedictioni me una cum populis ac Dominiis meis paternaeque benignitati commendo. Datum Varsaviae die xxiii. mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimosexto.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae obsequentissimus filius

Vladislaus Rex Poloniae et Suetiae.

CCCCX.

Pontifex significat regi Poloniae eius oratorem a se urbanissime exceptum fuisse, promittitque se principes christianos ad opem ipsi in bello contra Turcas ferendam adhortaturum esse. Reg. An. III. ep. 124.

Regi Poloniae.

Innocentius PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Hanc habet ab Regio suo sanguine sibi indictam Maiestas Tua persuasionem, in sescque per regnantium Maiorum exempla continenter transmissam, ut perpetuo Christianae Religioni cautum ac prospectum esse velit, eandemque vel ipso fortissimi pectoris opposito contra furentium hostium incursus praestare incolumem ac tueri. Et id

nunc quidem probe intelligimus per ea, quae Nobis tuo nomine Dilectus filius Nobilis vir Comes Strasniz Maiestatis Tuae orator significavit, paratum nempe Te esse contra infensissimum Christiani nominis hostem arma movere, dum in tam pium ac praeclarum facinus Christiani ipsi Principes connitentur. Quod sane opus ut Nos omni commendatione dignissimum existimamus, ita et ope omni, quantum nostrae vires ferent, iuvabimus alacriter ac provehemus, eosdemque Principes pro paterna nostra caritate ac sollicitudine in id ex tua sententia impensissime hortabimur. Deum interea, cuius in manu corda Regum sunt, hanc Maiestati Tuae mentem ut adprosperet, summis precibus oramus, quo saevissimum Tyrannum tua depressum dextera intuens Christianus Orbis suae Te vindicem securitatis depraedicet, solutoque metu Religio, Te authore, in tuto ac tranquillo reponatur. Annuat in manu forti nostris votis Omnipotens, a quo Nos Maiestati Tuae amantissime benedicimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xx. Ianuarii MDCXLVII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCCCXI.

Orator regis Poloniae et archiepiscopus Thebanus nuntius apostolicus apud magnum Hetruriae ducem cardinali Panzirolo significant, magnum ducem, votis pontificis obtemperantem, regi Poloniae subsidium 150000 scutatorum ad bellum Turcis inferendum sponte exhibuisse, adiecto decreto ea in re emisso.
Litt. Princip. Vol. 72. fol. 117. Nuntiat. Florent. Vol. 36.

Copia della risolutione del Serñio Gran Duca sopra le propositioni del Conte Magno Ambasciatore mandata in forma di biglietto dal Sig. Bali Gondi.

Il Gran Duca mio Signore, che ha sentito con quelli spiriti, che più siano proportionati à Prencipe et à Cristiano gli inviti generosi portati à S. A. da V. Eñza in nome del Re di Polonia e Svecia, per concorrere per quel che si possa dall' A. S. et con gl' altri Prencipi, che si uniranno con essa nei fini di operar contro il Turco commune nemico, non pure per raffrenarlo nelle sue moderne intraprese contro la Christianità, ma per ridurlo anche in grado di dovere esperimentare, con abbassamento del suo orgoglio, la potenza della medesima Christianità, non può non si sentire stimolato à secondare i degni e santi pensieri della misura, et à seguitare le sue norme, che sempre furono et saranno gloriose. Et richiedendosi per ridurre all'atto la buona dispositione di S. A. proportione et regola, cosi della propria sua conditione, come da quella dei tempi che corrono, travagliosi pur assai presentemente per questa Serñia Casa, ha creduto l'A. Sua, che con miglior compasso non haverebbe potuto aggiustar la parte, che dovrà portarsi da S. A., che con l'esempio del Sommo Pontefice, Principe nella conditione dei riguardi temporali, et di Stato non molto differente dell' A. S., ma ben tanto superiore, quanto è noto, nell'ampiezza del dominio et sommamente poi maggiore in riguardo della sua spiritualità, con la quale à misura dell'ossequenza christiana dovutali per tutto, conseguita etiandio, et si accumula la sua possanza. Considcratesi donque maturamente da S. A. con le propositioni di V. E. anche le sue negotiationi fino à questo tempo della presente sua Ambasciata à diversi Prencipi, et quelle in specie che ha stabilite ultimamente in Roma con Sua Beatitudine, credo l' A. Sua che non imporrà à se stessa quotizzatione tenue, mentre s' obligerà alla terza parte di questo a che si sia obligata Sua Santità, et per la somma di 50000 Talleri da sborsarsi una volta tanto, et per li 100000 da contribuirsi in due anni per metà in ciascheduno di essi, come si comprende dalle scritture dall' E. Vostra. Mi ha però S. A. commandato di dichiarare in suo nome con questo mio viglietto à V. E., che promette alla Maestà del Re di Polonia e Svecia le prefate terze portioni di quanto appare per le sopramenzionate scritture, che si contribuirà alla misura da Sua Santità per doversi impiegare nella guerra, che S. M. disegna di muovere al Turco, et di farne fare i pagamenti in mano à chi ordinerà la Maestà Sua nei tempi et nei casi medesimi appunto, che si notano nelle medesime scritture di V. E. per stipulati et concertati tra Sua Santità et V. E. Et viene S. A. con gran sodisfattione dell' animo suo in questa deliberatione, et per li dovuti rispetti Christiani, et per quelli della sua devota et obligata osservanza verso Sua Maestà, alla quale servirà l'A. Sua sempre con sommo suo giubilo. Et à Vostra Eminenza bacio reverentemente le mani. Di Segretaria di Stato di S. A. li 2 di Febraro 1647. all'Incarnatione.

Copia di lettera del Gran Duca alla Maestà del Re di Polonia e Svetia 2 Febraro 1647.

Dal Signor Conte di Strasnitz Ambasciatore di V. Maestà ho inteso i generosi concetti della Maestà Vostra, i quali e per riguardare il publico bene della Christianità e per obligo che io ho di

servire à V. Maestà, vorrei poter secondare con effetti corrispondenti al gran desiderio che ne tengo, come ho espresso al sudetto Sig. Contc, che ben potrà rappresentare à V. Maestà à che sorta di applicatione mi chiamino i torbidi d'Italia, et che non di meno non lascerò di concorrere con gl'altri Prencipi Italiani alle giuste intraprese contro il commune nemico, sotto gli auspicii gloriosi et santi cimenti della Maestà Vostra, disposto ct pronto anche à fare più, quando le congiunture dc tempi me lo permetteranno, come dal medesimo Sig. Ambasciatore potrà V. Maestà sentire, e con la solita mia devota ossequenza bacio alla Maestà Vostra le mani.

All'Emo Signor Cardinal Panzirolo.

Emo et Rmo Signor, Signor et Patron mio Colmo. Ecco il primogenito et maschio parto della risolutione che N. S. si compiacque di prendere sopra le mie humilissime espositioni. Laonde ho creso mio debito il darne parte à V. Emza, acciò per mezzo suo ne sia portata la notizia à S. Beatitudine, sì per consolation presente, come per caparra delle future, potendosi ben da questo si pronto spuntar de fiori, concepir sicure e valide speranze di prossimi et proporzionati frutti.

Trovo qui ordini Regii di uon vedere sopra queste materie altri Principi, che quelli à quali senza traviare mi porterà il mio affrettato ritorno; passo però di quà à Lucca, Parma, Modena e Mantova, e di là correrò dritto per Varsavia. Sono di parer di non concluder con li sudetti il quanto della loro rata, ben si di riportarne sicura intcntione et ciò per più ragioni. In mentre dettandomi l'istessa questa insinuatione, ho voluto anche di qui con reiterato et humano rendimento di gratie per l'infinite ricevute da S. S., prostrato à suoi beatissimi piedi baciarglieli in spirito divotissimamente, e qui facendo à V. Emza riverentc inchino, rattificarle gioutamente il mio ossequio, et assecurarla che vivo e morirò senza pari

Di Vostra Emza

Pisa 2 Febraro 1647.

Humilissimo e devotissimo servo
Francesco Conte di Strasnitz Baron de Magni.

Pisa, 30 Gennaro 1647.

Giunse quà lunedi sera il Sig. Conte Magni Ambasciatore del Rè di Polonia, et è stato ricevuto e trattato nella forma solita degl'altri Ambasciatori Regii. Egli non hà portato altro negotio che il proseguimento di quello chc hà trattato in Roma, c crcdesi ch'à tal'effetto sia per trattenersi qui qualche giorno.

Pisa, 4 Febraro 1647.

Comparve quì in questa Corte, come pur V. Emza si compiacque significarmi che saria seguito, il Sig. Conte Magni Ambasciatore straordinario di Polonia, et havendo significato al Gran Duca il sentimeuto del suo Rè in proposito di muover la guerra contro al Turco, et i sussidii che dalla benignità incamparabile di N. S. sono stati destinati per avvalorare l'armi di S. M. in questa santa impresa, come dalla scrittura inviatami da V. Emza si può ben comprendcrc. Sua A. volendo imitare l'esempio di S. B. ha promesso al medesimo Signor Ambasciatore di dar per questo effetto il terzo di quello che darà N. S., e di passare anche più oltrc, quando ciò le venga permesso dalle congiunture de presenti tempi. Il Sig. Coute è restato sodisfattissimo di tutto questo, e parlando scmpre degnamente della pietà e zelo di N. S., ha mostrato di non voler stringer gl'altri Prencipi ad altre dichiarationi, mentre ha messo in sicuro l'assistenza di S. B. e del Gran Duca. È con tuttociò partito di quà per Lucca, non havendo significato ad alcuno qual dopo debba esser il suo viaggio, che si crede possa voltarsi verso Modena e Parma. Con che etc.

A. Bentivogli Arcivescovo di Thebe.

CCCCXII.

Rex Poloniae petit a pontifici, ut Stanislaum Rakowski ad abbatiam Plocensem ord. s. Benedicti a se nominatum confirmet.
Litt. Princip. Vol. 61. fol. 7.

Smo ac Bmo in Christo Patri, Dno Innocentio Divina providentia Papae X.
SS. Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dno Clementino.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dnc Dne Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum devotissimam commendationem. Inter Regias meas

curas haec potissimum eminet, ut Ecclesiis et Religiosorum Coenobiis viri omni virtutis ac meritorum genere conspicui praeficiantur. Proinde cum nuper vacaret Abbatia Plocensis ordinis sancti Benedicti, nominavi pro iure meo Regio Ven. Stanislaum Rakowski, Religiosis loci illius in Abbatem postulandum, non honestissimo solum in Regno meo locum natum, sed eximiis animi et ingenii dotibus, praeclarisque diuturniorisque obsequii Regiae Domui meae experimentis comprobatum. Hunc igitur S. V. maiorem in modum commendandum suscipio, diligenterque peto, Abbatiam hanc ut in commendam, prout id antea Coenobii istius tulerat institutum, obtineat, debitoque virtutis ac meritorum, accedente suffragio meo, supremoque S. V. annuente iudicio, cum retentione Cantoriae Plocensis et Praeposituraе Pultoviensis fructu cumuletur. Cuius gratiae et sanctae benedictioni me Regnaque mea diligentissime commendo. Datum Varsaviae die XXI. mensis Martii Anno Domini MDCXLVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae obsequentissimus filius

VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCXIII.

Pontifex ordines regni Poloniae adhortatur, ut regi in bello contra Turcas praesto sint. Brev. An. III. ep. 156.

Archiep̃is et Ep̃is, ac Ordinibus Senatorio et Equestri ad Comitia generalia Poloniae convenientibus.

INNOCENTIUS PP. X. Venerabiles fratres et Dilecti filii Nobiles viri, salutem etc. Ingruentibus Christiano Orbi Turcarum armis lateque suspensa ad eorum motus Europa, Pontificia Nos urget caritas ac sollicitudo, ut fidelium saluti atque incolumitati, quantum fieri, Deo adiuvante, poterit, serio ac paterne prospiciamus. Et quidem post fusas continenter ad Deum preces, instructaque spiritalia in illos praelia, animum ad ea praesidia continuo adiecimus, quae visibilibus eosdem armis tuto firmiterque cohibere ac profligare possent. Ad pacem porro inter Catholicos Principes conciliandam studium omne contulimus, eosque anxie crebris postulationibus hortati sumus, ut contra teterrimum Christiani nominis hostem suas conferre vires velint, Nostram in id operam atque opem pro huius Sanctae Sedis viribus propensissime polliciti. Cum vero optatum ipsum pacis exitum longius protrahi non sine magno animi dolore videamus, ne interea gliscente immanissimi hostis vi atque audacia, damna simul Religionis increbrescant atque exitia Regnorum, in fortissimam praecipue Polonam nationem oculos mentemque convertimus, ut quae iam antea non semel extiterit Othomanicae tyrannidis terror et clades, sacrilegas eadem vires suo veluti iure victrix retundat ac proterat. Quamobrem a Fraternitatibus ac Nobilitatibus vestris omni studio poscimus, ut opus aggredi omnino velint mirifice gloriosum, sibique et Christianae Reipublicae quam maxime salutare. In eum nemque Tyrannum arma Vos ferre suademus, qui terrarum Orbe universo, vesana iam spe vorato, Divina pariter atque humana iura pessumdare pro libidine audet; qui fidem fallere ac frangere suo arbitratu consuevit, Principibus finitimis aeque ac longinquis infensus; unique tamdiu fidus, quandiu alterum securior oppugnet ac premat, adaucta postmodum potentia longe funestior in reliquos errupturus. Et hacc sane impius idem re ipsa non diffitetur bello nuper in Rempublicam Venetam perfide illato, nulla turbatus molestia, nulla iniuria lacessitus. Erit porro Fraternitatum ac Nobilitatum Vestrarum pietatis ac fortitudinis, quae opportuniora fuerint, arma in communem hostem movere, eundemque valida vi aliqua divertere, quae videri aptior in rem possit. Nos certe in facinus tam praeclarum curam omnem nostram impendimus, easque una vires adhibebimus, quarum pro temporum ratione facultas suppetat, uti per dilectum filium Comitem de Strasniz Charissimo in Christo filio nostro Vladislao Poloniae Regi renunciavimus. Coeterum publicae a Vobis perinde assertae salutis Religionisque propugnatae perennis erit apud Nos et Sanctam hanc Sedem commendatio: qui in vestrum Ordinem totiusque Poloni Regni commoda atque ornamenta paratissimi paterna Vos benevolentia intime complectimur, et Apostolica benedictione peramplc muneramur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXV. Martii MDCXXXVII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCCCXIV.

Rex Poloniae pontifici promptum et alacrem se prodit ad liberandum e manibus Turcarum divini Redemptoris sepulchrum, dummodo reliqui christiani principes ad id conspirent. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 5.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Divina prov. PP. X. etc.

Sanctñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum devotissimam commendationem. Tam benignum

paterni Sanct. V. animi de meo pro Gloria Crucis ac Christiana Republica conatu per Oratorem meum Comitem Straznicensem ad me delatum iudicium excitat eo magis insitam a Maioribus meis indolem, et ad id audendum provocat, quod auspice Deo eiusque in terris Vicario optimum iudicatur. Expectandum tamen mihi erit, qua promptitudine reliqui Principes pastoralem S. V. excipient adhortationem, daturi exemplum huic quae meo paret sceptro Reipublicae. Vota itaque nostra, prout in sinum S. V. deposuimus, ut eorum motum ab eiusdem Apostolica directione, ac Regum Principumque Christianorum pietate dependentem sic regemus, ut universae pateat Ecclesiae, mihi subditisque meis nunquam defuisse animum de ea benemerendi. Sat intestinis datum odiis, revoca, Beatissime Pater, postliminio fraternam inter filios charitatem, et plantata inter eos Gentili Oliva tua, e barbarorum solo iube petere uni Africanas palmas, laureas Asiaticas alteri, ornaturas illud Sepulchrum, ex quo manat Regum vita et magnitudo. Haec erunt dignae tanto Pontifice cogitationes, digna Christianissimorum et Catholicorum titulis opera. Haec vel ipsi expetunt haeretici Catholicorum Principum aemulatione ad formidabilem ipsismet protectoribus provecti potentiam. Quid iuvat tam vastum dominandi appetitum angusto Europae limine intercludere, patent ampla imperia sine praeiudicio Divinae Maiestatis extremam quamvis expletura famem. Mihi vero haec una duntaxat erit cupido animarum Christi sanguine redemptarum indemnitas, eiusque Sacrosanctae Ecclesiae amplitudo. Hoc affectu pedes S. V. exosculor, eiusque paterno amori me et Regna mea commendo. Datum Varsaviae die quarta mensis Maii Anno Domini MDCXLVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCXV.

Episcopi Poloniae, marschalcus comitiorum et dux Ossolini supplicant pontifici, ne patiatur patres piarum scholarum e Polonia migrare. Litt. Princip. Vol. 70. fol. 42 et 43. Vol. 69. fol. 141 et 142.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Dei nos causam agere existimamus, cum religiosum Piarum Scholarum institutum nostrarum apud Sanctitatem Vestram suffragio literarum sustentamus. Effecit hoc illustribus in Orbe Sarmatico constans illius pietas propagata documentis, ut tantum perturbati sacri huius coetus rebus vel immutatis vitae rationibus indoleamus, quantum integerrimo vigori et florentibus inter serpentes haeresum vepres favemus incrementis. Experti sane sumus solidam et expressam in religiosa hac familia verae virtutis germanaeque religionis effigiem, quam eo firmiori stare vestigio ac propensiore S. V. niti patrocinio magnopere desideramus, quo fructuosiores illius in Ecclesiam Dei meritorum brevi hoc, quo Poloniae inclaruerunt, spacio accessiones perspeximus. Commune igitur nostrum in eo genere negotii votum, et humillimas coniuncto literarum officio preces apud S. V. interponimus, ut firmum ac fixum sacri huius coetus in Polonia statum paternae authoritatis favore fovere tuerique dignetur. Pertinebit id ad insigne cum Reipublicae nostrae tum Ecclesiae Dei, quam adulta erroribus petit haeresis, emolumentum et mentem S. V. amplificandae divinae laudis avidissimam, optato privatim solatio, sperato publice fructu cumulabit. Caeterum sacros S. V. pedes reverenter exosculantes, sanctissimae illius benedictioni nos diligentissime commendamus. Datum Varsaviae die XXI. Maii Anno Domini MDCXLVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Devotissimi et humilissimi servitores
MATTHIAS Archiepiscopus Gnesnensis mpp.
NICOLAUS Archiepiscopus Leopoliensis mpp.
PETRUS Episcopus Cracoviensis mpp.
ANDREAS Episcopus Posnaniensis mpp.
ANDREAS Episcopus Culmensis et Pomes. Vicecancell. Regni mpp.
STANISLAUS Episcopus Chelmensis mpp.
STANISLAUS DE KALINONA ZAREMBA Episcopus Kioviensis mpp.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Constans Religiosorum institutorum fama illustribus in orbe nostro Sarmatiae Piarum Scholarum, novellarum quasi plantarum propagata, documentis iure suo legitimum ab Ordine nostro commendationis et praeconii apud S. V. meretur suffragium. Cum enim salutare sit pios ac sacros in Ecclesiae Vinea coetus efflorescere, tum illos in integerrimo incorrupti vigoris statu conservari bono publico

prorsus fructuosum. Communi igitur accepta fama sanctum illius institutum non modo labefactari, sed in alterius conditionem vitae demigrare, vel penitus extingui, traxit nos iustissimae causae authoritas et ad S. V. supplicantes humillime provocavit, ut sacrum huuc coetum sartum tectumque servare dignetur. Qui solidis austerioris vitae documentis ac experimentis obvia Catholicorum firmat studia, infensa haereticorum debilitat odia. Porro illos S. V. defeudendos tuendosque suscipiet, qui magnis exeubantem illius pro publico bono sollicitudinem subsidiis fulcient, conatibus promovebunt. Id igitur universus a S. V. sollicite petit Comitiorum sensus, ac Equestris Ordinis consensus. Erit id quoque dignum publica S. V., qua pro Deo et cum Deo fungitur, cura fovendis huius sacri coetus institutis, conseutaneum reprimendis haeresis ausis, opportuuum rerum a Sanctitate Vestra gestarum gloria spectandum. Id nos a Sanctitate Vestra humillimis precibus exposcentes, sacrae illius benedictioni nos Regnumque hoc diligentissime commendamus. Datum Varsaviae in Comitiis Regni generalibus die 27. mensis Maii 1647.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

humillimi servi

Stanislaus Sarbiewski Capitaneus Grabovecensis et Korytinensis Marschaleus Comitiorum nomine Equestris Ordinis ad eadem Comitia congregati mpp.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Liceat mihi humillimo S. V. servo coniungere privatas preces meas cum publica eaque ardenti Magni Regis et totius Reipublicae, ad cuius clavum vicariam Domino meo praesto operam, supplicatione. Neque impudentem me aut importunum iudicabit S. V. dum pro ea intercedo Religione, cuius coloniam (motu et suasu Urbani VIII. felic. recordationis antecessoris S. V.) in has oras deducendae primus auctor fui. Modesto tamen et brevi argumento, ne molestus sim, constringam meam intercessionem, desumpto ab incomparabili S. V. prudentia et propagandae Religionis zelo, quam in hoc uostro Trausalpino Orbe vacilaturam certo certius S. V. sibi persuadere dignetur, summo cum iubilo pestilentis (et in hoc unum intentae) haeresis, si aut ansteritas vitae molliori ac nitidiori victu et habitu permutabitur, aut Religio tam actis optimae integerrimaeque apud nos existimationis nixa radicibus extirpabitur. Succurrat utrique paterna S. V. sollicitudo, et illam Censuram, pro ratione locorum et personarum nonnullarum prudentissime aeque ac iustissime latam nemo dubitat, condonabit nostro Septemtrioni humillime ad pedes S. V. provoluto. Nec meipsum reiiciet olim acceptum eius secutus exemplum, a quo accepit potestatem humilibus dandi gratiam. Huius securus Apostolicos S. V. pedes pronus exosculor et pateruam imploro benedictionem. Varsoviae 15. Iunii 1647.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus et obsequentissimus servus

Georgius Dux Ossolini.

All' Eño e Rño Signor mio Colño il Sig. Card. Pamphilio.

Eño e Rño Signore mio Colño. Li Padri Honofrio del santissimo Sacramento e Giacinto di s. Gregorio, Superiori de Padri delle Scuole Pic in Polonia, considerando la fermezza di S. S. uel volere che la loro Religione resti estinta, per termiue di humile osservanza et ubbidieuza alla Sede Apostolica, à dì 11. Aprile significarono à Sua Maestà, per mezzo del Signor Segretario Fantoni, che abbandonando queste case loro, disponevano la partenza da questo Regno, raccommandando alla clemenza di S. M. li giovani professi et hormai constituiti in Sacris dell' istesso Ordine, disperando che in queste parti sia riuscibile la loro Congregatione, pretesa da S. S. con la estintione della Religione loro: perlochc proseguendo l'incominciato licentiamento non senza horrore di S. M. e di molti, furono à dì 12 del sudetto mese alla mia casa, per prender cougedo da me ancora. Confesso à V. Eñza, che io ancora inhorridii e trattenutili divisai di questo fatto con S. M. e con più Senatori che si trovavano in Corte, c giudicandosi questo caso esser tale che se ne dovesse fare publica propositione nella vicina Dieta, come segui: il senso della quale conoscerà Nostro Signore dalle lettere dirette à S. S. dallo Stato Ecclesiastico dei Vescovi, come dal publico del resto della Dieta prossima passata. Et perche dalla mia carica pendono tutte le speditioni di questa Republica, mi trovo obligato di pregar V. E. voglia portare alla cognitione di N. S. alcune cose, quali non ho giudicato bene inserire nelle sudette lettere.

Primieramente corre per questo Regno la connessa scrittura già portata di ordine di S. M. R. alla notitia di S. S. con la quale si adducono le ragioni di surreptione intervenuta nell' estintione di questo sacro Ordine, qual scrittura porta seco argomenti noti et creduti dal mondo et efficaci à persuadere, onde ne avviene, che non si trova persona veruna la quale resti capace di qucsto fatto. In questo

Regno le Religioni osservanti, e che con sincera povertà vivono con austerità esemplare, sono in veneratione anco appresso gli heretici, li quali non sanno come intenderc che in Roma si studii alla forma di questa povertà e rigor di vita per trarne una Congregatione sciolta dal voto di povertà et obligo di vivere con quel rigore, che è conformc agli essempii Apostolici et de Santi della primitiva Chiesa. Et veramente quando li sudetti Padri havessero abbandouato queste loro Case Religiose, haverà senza dubio alcuno l'abbandono d' una copiosa gioventù educata religiosissimamente, conturbato la pietà anco e la divotione che li più devoti Cattolici professano à cotesta Santa Sede. L' erettione della pretcsa Congregatione, la quale abbracci la giovcntù sudetta, è impratticabilc in queste parti, et in questo caso saria detestata quasi nuovo parto suscitato dalle reliquie d' un' Ordine sacro distrutto, come si ha insinuato. Di che viveranno quei giovani, che per solenne voto di povertà fatto sotto la fede dell' auctorità Apostolica hanno abbandonato quanto havevano? Quanto mostruosa sarà la conditione di quelli che à titolo di povertà Apostolica si trovano ordinati Suddiacoui, Diaconi e Sacerdoti? A che servirà loro un poco d' humanità appresa in pochi anni, mentre ad alcuni havria giovato qualsivoglia altro talento? Lascio considerare il resto alla clemenza e pietà di V. Emza, e di N. S., il quale essendo Vicario di Christo in terra, saprà per sua prudenza con l' esempio di S. D. Maestà mutar qualsivoglia suo Decreto, sforzato dalle humili preghiere dc' clienti: cosa che così recherà lode et accrescimento di filial beuevolenza à S. S. et alla Sede Apostolica, come il Grande Iddio con simile pietà si concilia l' osservanza et amore delle sue creature: laonde ho conceputo sicura speranza, che S. S. conforme l'esempio d'altri Pontefici in simil caso, et all' istanza ò consiglio di persone private darà luogo alle istanze di S. M. e di tutta la Republica, la quale ne riporterà non solo la sodisfattione che il sacro Ordine delle Scuole Pie sia rimesso, ma molto più dal non esser posposta l' humile istanza del Publico di questa Natione. E perche si sà quanto da S. S. sia stimato il couseglio di V. E., le indirizzo le lettere di S. M., del Clero e del resto della Republica con sicura speranza, che la circonstanza d' intercessione cosi grande et insolita giustificherà avanti Iddio, et avanti il mondo la mutatione del Decreto Pontificio, senza dubio appoggiato à molti capi di vera prudenza et equità. V. E. poi può ben credere chc ella verrà à gran parte dell' obligo che le professerà tutto questo Regno, et io in particolare che me le dichiaro divotissimo servo, augurandole felicità: con che riverentemente le bacio le mani. Di Varsavia à dì 15 Giugno 1647.

Di Vostra Emza Rma

Divotissimo et Obligatissimo Servitore
Il Duca d' Ossolin.

CCCCXVI.

Archiepiscopus Gnesnensis et episcopus Culmensis pontifici commendant fratres ordinis Minorum de observantia.
Litt. Princip. Vol. 70. fol. 47 et 48.

Sanctissimo ac Bmo Patri Dno Dno Innocentio PP. X. etc.

Sme ac Bme Pater, Dne Dne Clementme. Altissimae in Regno Episcopali sedi divino munere et Sanctae Sedis Apostolicae gratia impositus, haud quicquam potiori voto conatuque habeo, quam ut incolumi dignitate ornamentisque omnibus auctior in dies vigeat dioecesis mea. Ad eam curam magnum momentum adferunt religiosi coctus, et praecipuo nomine Fratrum Minorum de observantia ordo, pietate, doctrina ac regulari observautia per Maioris Poloniae Provinciam maxime illustris. Quem cum in alias huius Regni Provincias diductum iri audio, non frustra dubitare cogor, ne hac quasi porta meliora ingenia (quibus disciplina laxior, aut novandarum rerum cupiditas vertendi soli incitamentum praebeant) facile censerint, et rem Divinam in dioecesi mea discessu suo labefactatam relinquerint. Quod ne fiat, utque Provincia sua quam nacti sunt immoti retineantur, S. V. humillime supplico, et pedes eius venerabundus exosculor. Lovicii 18. Iulii 1647.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus servus
Matthias Lubienski Archiepiscopus Gnesnensis.

Sme ac Bme Pater, Dne Dne Clementme. Pro eo zelo et affectu, quem religiosis in hoc Regno debeo coenobiis, nihil mihi ipsorum in propugnando cultu Divino incrementis prius et antiquius: inde cum sacra divi Francisci Familia de observantia Minorum Fratrum hic in Regno eximiae pietatis doctrinaequc ac integritatis, indefessique in augenda re divina studii integram et illibatam perpetuo

retineat famam, uberrimosque iuxta in vinea Christi plautet et germinet fructus, nihil acque cum iis, qui Ecclesiae Dei benc cupiuut, ardentissimis cxpeto votis, quam ut authoritate S. V. in pristino conservetur statu. Coeterum cum fama hic increbuerit nonuullos in eo laborare, ut avulsis a Provincia Maioris Poloniae quibusdam claustris eandem ab antiquo statu et ordinatione dimoveant, plurimis ea res sane iniecit dubitationem, ne interventu eius mutationis multum veteri totquc saeculis coallito sacri istius Ordinis instituto decedat. Quocirca ut S. V. Ordinem hunc immotum esse velit et iubeat, humillime S. V. supplico. Cuius de caetero Sñis submisse pedibus accideus, eosdem venerabundus deosculor. Datum Varsaviae die III. Mensis Augusti Anno Domini MDCXLVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus servitor

ANDREAS EPISCOPUS CULMENSIS ET POMESANIÆ VICECANCELLARIUS REGNI.

CCCCXVII.

Pontifex regi Poloniae significat, se in causa patrum scholarum piarum nihil innovare posse. Reg. Brev. An. III. ep. 195.

Regi Poloniae.

INNOCENTIUS PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Mensibus ab hinc aliquot, quod ad Institutum spectat ac viros Scholarum Piarum, consilio adhibito nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum S. Rom. E. Cardinalium, Dilectorumque filiorum Romanae Curiae Praelatorum, quibus iam antea res accurate examinanda ac perpendenda data fuerat, decretum ac definitum per Nos est Apostolica nostra constitutione, quae Pontificio Brevi simul edita innotescit. Quamobrem, re iam aequissime confecta atque absoluta, nullus est novae deliberationi locus: ut propterea Maiestati Tuae, pro ea qua praestat insigni prudentia ac pietate, nostram atque Apostolicae Sedis mentem iustis rationibus adductam probari magnopere cupiamus ac putemus. Caeterum nostrae monumenta benevolentiae extare perpetuo erga Maiestatem Tuam non obscure volumus, in ipsa tuorum Regia luce meritorum ac virtutum, Tibique Pontificiam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die VII. Augusti MDCXLVII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CCCCXVIII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut dignetur patrem Valerianum Magni cappuccinum sacra purpura condecorare.
Litt. Princip. Vol. 61. fol. 3.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Div. prov. Papae X. etc.

Sñe ac Beatñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post ocula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum devotissimam commendationem. Ab ipso exordio traditi mihi divinitus gubernaculi Regnorum meorum una cum ea, quam ad Praedecessorem S. V. fel. record. detuli, Sanctae Apostolicae Sedi debita obedientia declaravi ardens meum desiderium promovendi ad Sacram purpuram mea intercessione Religiosi Patris Valeriani Magni Ordinis S. Francisci nuncupatorum Capucinorum, Theologi et in has partes Septemtrionis Missionarii Apostolici. Quod quidem desiderium non levis aut ordinarius humanae benevolentiae, sed potius extraordinarius promovendae Divinae gloriae accendebat zelus. Ita enim semper iudicavi et porro iudico, tantarum virtutum (insigni prudentia, doctrina et morum gravitate comitantibus) religiosum longe excellentiores fructus Ecclesiae Dei allaturum, si in eius sublimi reponatur candelabro. Nec longe aberat Praedecessoris S. V. voluntas a meo praedicto desiderio, nisi ea intercessisseut obstacula, quae S. V. recenti tenere non dubito memoria. Iam vero cum et illa sublata, et S. V. paternus erga me affectus supplicationi meae fons ipsemet videatur aperire, omnino provocor ad repetendam eamdem apud S. V. commendationem et intercessionem, hac praecipue oblata occasione, cum Serñus Princeps Casimirus frater meus charissimus collatam in se dignitatem, iis de causis, quas extraordinarius Residens meus Ven. Dominicus Roncalius, Canonicus Varmiensis, ad S. V. deferet, in manus S. V. humillime reponere in animum induxerit. Velit S. V. hoc beneficium Domui meae Regiae collatum, in meum mihique admodum carum clientem referre, et hac ratione quasi in eadem conservare Domo, quae vicissim conservabit non solum debitam S. V. et Sanctae eius Sedi observantiam, sed et erga ipsius Illñam Familiam non vulgarem amorem et benevolentiam. Quae cum fusius praenominatus noster Residens S. V. exponet, et benignam aurem et fidem integram velit S. V. praebere, ac votis nostris bono Ecclesiae coniunctis paterno affectu favere. Cui

me et Regna mea humillime commendo. Datum Varsaviae die XXVIII. Mensis Novembris Anno Domini M.DC.XLVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
VLADISLAUS REX POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCXIX.

Episcopus Vratislaviensis et archiepiscopus Gnesnensis pontificem de obitu Vladislai regis Poloniae certiorem reddunt.
Litt. Princip. Vol. 61. fol. 15 et Vol. 70. fol. 67.

Sñc ac Bñc Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula beatissimorum pedum Sanctitatis Vestrae mei meorumque Episcopatuum diligentissimam commendationem. Sensi intra brevissimi temporis spatia nihil sacrum fatisque intactum esse, utpote quae Regum Maiestati non deferendo in Regiam hanc domum atram vestem induxerunt morte Serñi Regis, quem si magnitudine sua nondum exuissent, cum summa Christiani Orbis commodo fuisset. Ex casu, quo uihil ad meam privatam infelicitatem accedere potuit funestius, quanta doloris acerbitate afficiar, facile existimabit S. V. de fratre germani sanguinis et amoris uexibus coniunctissimo. Id porro Sanctitati Vestrae luctuosa significatione exprimendum duxi, non solum quo ipsi mea erga Serñum Regem gloriosissimae recordationis pietas constet, verum etiam ut orbitatem hanc supremo in terris patrocinio fovere non dedignetur. Tanti beneficii largitatem dum imploro, lactiores utinam Deus O. M. occasiones mihi submiuistret, quibus liceat de amplissimis quibusvis felicitatis ac gloriae incrementis, inque seros annos protensa solatia S. V. gratulari. Cuius quod reliquum benedictioni me iterum atque iterum meosque Episcopatus commendo. Datum Varsaviae die XXVI. Mensis Maii Anno Domini MDCXXXXVIII.

Sanctitatis Vestrae

Devotissimus cliens et humillimus servus
CAROLUS FERDINANDUS (EPISCOPUS VRATISLAVIENSIS).

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatissimorum Sanctitatis Vestrae mei meorumque Episcopatuum diligentissimam commendationem. Quo luctuosiori post amissum Serñum Vladislaum Regem Fratrem meum Charissimum universa Polonia et Regia mea Domus vexatur orbitate, eo maiora sparsis privatim et publice lacrymis in paterna S. V. sollicitudine spei solatia votorumque praesidia ponit. Constanti vero nititur fiducia nec afflictis illius rationibus beneficum S. V. patrocinium, nec Regiae Domui meae in benevolo S. V. sinu tutum isthic receptum defuturum. Ego vero, qui iutimiori S. V. devotissimae voluntatis obstringor nexu, eo ardentius et bene de S. V. merendum, et navandam labentibus Patriae rebus operam et studium interprete calamo effundo. Caeterum Illñus Dñus Nuncius perpetuum ad S. V. nutum officii et obsequii mei cultum litteris suis uberius exponet. Cuius sacros exosculatus pedes clementi protectioni et paternae pietati me meaque omnia humillime commendo. Datum Varsaviae die XXVII. Meusis Iunii Anno Domini MDCXLVIII.

Sanctitatis Vestrae

Devotñus filius et humillimus servus
CAROLUS FERDINANDUS.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Etsi interim tristis fama detulerit ad Sanctitatem Vestram importunam et luctuosam mortem Serñi Regis Poloniae Vladislai Quarti, significandum tamen de ea putavimus S. V. quam non dubitamus ingemuisse iam occasui tanti Principis, qui prudentia, fortitudine, felicitate et cogitationum pro Republica Christiana susceptarum magnitudiue longiorem vitam merebatur. Multis ille quidem flebilis occidit, sed praecipue deplorandus huic Regno et Reipublicae, quam ab eo florentem et pacatam relictam illico ab eius excessu belli turbo corripuit rebellione Cosacorum, qui ingenti Tartarorum multitudine in societatem adscita maximis exercitibus ditiones Regni invaserunt. Tam deplorandam Regni nostri orbitatem, gravissimae calamitati mixtam, Nos Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae Senatores S. V. significamus, humiliter a S. V. petentes, ut pro ea charitate, qua Serñum Regem nostrum vivum prosequebatur, vita functi ad sacrosancta altaria recordari, et Regnum hoc Sanctae Sedi Apostolicae semper devotissimum quam commendatissimum habere dignetur. Interim longaevum Pontificatum Sanctitati Vestrae a Deo precati S. V. pedes osculamur. Varsaviae 6. Iunii 1648.

Sanctitatis Vestrae

servitor humilissimus
MATTHIAS LUBIENSKI ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS.

CCCCXX.

Ioannes Casimirus pontificem de suo iure haereditario et titulo regni Svetiae certiorem reddit.
Litt. Princip. Vol. 67. fol. 17.

Sño et Bcatño in Christo Patri Dño Innocentio Decimo Div. prov. Papae etc.

Beatissimo Padre. Nell' Eredità lasciate dalle MM. dei Re Sigismondo mio padre e Vladislao mio fratello, ambi di gloriosa memoria, non trovo del Regno di Svetia, doppo si longo possesso continuato nella Regia mia Casa, altro che il titolo e la Corona con le ragioni sopra quel Reame; il dominio delle quali devoluto alla mia persona m' obliga à qualificarla col nome Ereditario che le si deve. Ne do conto à V. B. per debito di obedientissimo figlio; poiche tutto quello ch' in me s' accresce, è aumento delle ragioni che lei n' ha sopra comc Padrc, oltre quello che per gli oblighi e volontà mia le sono dovute. Vengo pertanto à cordialmente supplicare V. B. (benche speri csser prevenute le mie suppliche) ad interporre le sue propric e le communi preghierc di Santa Chiesa appresso Dio, acciò non essendo maggior gloria di lui che ritornino quei popoli sotto il legitimo Patrone, restino (ciò che più importa) illuminati nell' anima di maniera che al dominio di Sua Divina Maestà le loro volontà con prontezza e costanza soggettino. Dio conservi e prosperi longamente V. B. alla quale bacio humilissimamente i santissimi piedi. Varsavia li 15. Luglio 1648.

Di V. B.

humilissimo et divotissimo obligatissimo figlio et servitore
Gio. Casimiro.

CCCCXXI.

Pontifex senatoribus regni Poloniae dolorem ex morte regis conceptum exprimit, mandatque, ut ipsi regem vere catholicum sufficiant. Reg. Brev. An. IV. ep. 29. 115. et An. V. ep. 155.

Venerabilibus fratribus et Dilectis filiis Nobilibus viris Archiepo Gnesnensis Poloniae Primati et Senatoribus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae.

Innocentius PP. X. Venerabiles fratres et Dilecti filii Nobiles viri, salutem etc. Vladislaus Rex, quem mortuum numquam sine dolore audissemus, nunc incommodo plane tempore Reipublicae vestrae ereptus ingenti ac molesto animi sensu sollicitudines nostras adauxit. Etenim nobilissimas aeque ac fortissimas gentes, quas pro universa re Christiana assiduo excubantes in sinu Apostolicae charitatis gerimus, rebellantibus Cosachis, irruentibus Tartaris, Turcis etiam in Christianum nomen furentibus capite imtempestive destitutas praecipue dolemus, eo praesertim Rege amisso, cuius spectata virtus ac triumphalis gloria solo nomine exterrendis hostibus, ac periculis omnibus propulsandis superesse poterat. Sed misericordem Dominum rebus vestris, ac suae prorsus causae divina ope adfuturum plane confidimus, nec dubitamus vos, pro vestra in Patriam et Catholicam Religionem pietate, omnia tali in re hoc interregni tempore et prudenter decreturos et strenue administraturos fore. Nos certe qui pio et de hac Sancta Sede optime merito Regi vel privatim, vel in publico sacello Pontificio, adstante Apostolico Senatu et Praelatorum coctu, omnia paternae charitatis officia persolvimus, Deum pro istius Regni publico bono incessanter oramus, cuncta pro viribus semper praestituri, quibus intelligi possit, quanto Apostolicae dilectionis affectu Poloniae ac Lithuaniae Rempublicam amplectamur. Vobis, Venerabiles fratres et Nobiles viri, quorum singulare in hanc Sanctam Sedem studium etiam in literis vestris eximie expressum agnoscimus et diligimus, benedictionem nostram prorsus ex animo paterne impertimur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xxv. Iulii mdcxlviii. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Regi Sueciae et Poloniae Principi.

Innocentius PP. X. Charissime in Christo fili, salutem etc. Charissimum in Christo filium nostrum Vladislaum Poloniae ac Succiae Regem mortalitatem exuisse Maiestatis tuae nobis litterae significarunt, qui praecelsae ac triumphalis gloriae Principe amplissimae Domui tuae ac publicae utilitati praerepto magno plane dolore affecti sumus. Nam sane perspicimus, quam inopportuno gravium a Barbaris motuum tempore Regis diuturnis armorum ac pietatis laudibus spectati cum virtutem, tum etiam famam hostibus timendas amiserimus, nec eam Regiae dumtaxat familiae ac nationis Polonae, quas in Apostolicae charitatis sinu gerimus, sed communem totius Christianitatis iacturam arbitramur, cum praesertim nihil ab ista Europae parte moveri fere possit, quod ad universi Christiani nominis rationes et incolumitatem non pertineat. Sed quod ad ipsum Regem defunctum attinent, Nos animae eius saluti

sollicite consulentes, preces ac sacrificia vel in privato, vel etiam in publico sacello, assistente Apostolico Senatu et Praelatorum coetu, obtulimus misericordiarum Patri: quem nunc impense rogamus, ut publicum aeque ac privatum tuum iucommodum insignibus clementiae suae muneribus sartum ac repensum velit. Nos Maiestati tuae eximie expectatum erga te studium, ac paternae charitatis nostrae documenta illustriora quaeque semper praestabimus, nunc Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae ut supra.

Venerabili fratri Archiepiscopo Gnesnensi.

Innocentius PP. X. Venerabilis frater, salutem etc. Numquam profecto clarioribus exemplis aut magis necessariis Reipublicae Vestrae temporibus perspici potuit, quantum vel Catholicae Religionis, vel etiam publicae tranquillitatis intersit sacros Ecclesiarum Praesides locum, suffragia, auctoritatem in Comitiis Poloniae obtinere: nam dissidentibus hoc temporum pro Rege dicendo Comitiorum studiis, ambientibus etiam haereticis quibusdam Corouam, cum interim omnia bellorum iugruentium terroribus undique perstrepant, quid reconciliandis Christiana charitate inter se animis, et Religionis incolumitati praestandae conferre possit ardens pii sacerdotis zelus ac prudentia, quantoque in campo cum laborare industria, tum splendere gloria, Fraternitas tua omnium optime novit, et tunc re ipsa sane palam faciet. Nos equidem, ne tali in tempore Apostolicae charitatis officia ulla desiderare queant, Ven. fratrem Scipionem Archiepiscopum Pisanum, Praelatum domesticum nostrum Assistentem, virum insigni Religione ac spectata prudentia gravem, in extraordinarium uostrum ex huius Sanctae Sedis Nuntium ad Rempublicam vestram legamus: cui de omnibus ad hanc rem facientibus tecum sedulo acturo, ac mandata tibi nostra exponenti, ut fidem omuem habere, et auctoritate tua, consilio, opera, ubi res exigit, adesse velis, vehementer cupimus: et quamvis gentium vestrarum antiquam pietatem, gloriam, prudentiam cognitam ac perspectam habeutes, pro certo sciamus uuuquam futurum, ut Polonia (quod suorum eorumdemque Religionis Catholicae hostium plane votum est) hominem haereticum sibi in Regem praefici passura sit, nullam tamen huic serio caveudae rei pro ipsius gravitate aut sollicitudinem, aut diligentiam omnino praetermittendam esse existimamus, his praesertim dissensionibus pro viribus componendis, quae improbam adeo spem haereticis praebere potuerunt. Sed haec omnia coram idem Nuntius. Nos eximiae virtuti ac singulari erga Religionem Catholicam studio Fraternitatis tuae plurimum tribuimus, cui Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xxviii. Novembris mdcxlviii. Pontificatus nostri Anno Quiuto.

Dilectis filiis Nobilibus viris toti Ordini Senatorio Regui Poloniae.

Innocentius PP. X. Dilecti filii Nobiles viri, salutem etc. Paternae curae nostrae, quae nunc omnis in Comitüs Regiis vestris vel praecipue stat, ingens molestiarum cumulus ex his, quae nuper isthinc afferuntur, accedit. Nam et voluutates pro diceudo Rege vestras non satis unanimiter conspirare, et hinc arrepta occasioue haereticos quosdam Priucipes Poloniae Regnum omuibus artibus ambire fama vulgavit, cum interim immensa hostium multitudine ingrueute cuncta apud vos belli flammis exposita esse dicantur. Et quod sane ad Haereticorum audaciam attinet, qui tot Catholicae pietatis luminibus praefulgentem Coronam sperare non vereantur, etsi Nos pro muneris nostri debito et singulari in populos istos charitate quacumque talis rei commemoratione uon possimus non magnopere commoveri, tamen insiguem pietatem, gloriam, prudentiam vestram perspectam ac exploratam habentes, nulla de hac quidem re sollicitudine prorsus teneri quimus, ea sane dumtaxat excepta, quae amoris eximii perpetua comes omnia tuta timere iubeat, quamque abiicere ac deponere nec charitas nostra possit, nec devotio vestra velit. Coeterum illa Nos cura vehementer angit, quod nisi hoc tempore animorum inter vos consensiouem constanter retiueatis, qua rationc Reipublicae capite destitutae consulere, ac tot tamque infestis hostibus pares esse possitis, profecto non ceruimus. Quam ob rem si Nobilitatibus vestris Religiouis incolumitatem, si praeclarissimam Patriam tueri vere cordi est, in hauc pacis et concordiae vestrae causam et studium totis viribus, totis animis incumbite. Mementote civitates ac regna nullo validiori munimento firmari, quam bonorum ac fortium civium consensione. Recordemiui verborum Dñi repromittentis se in medio eorum futurum, qui congregati fuerint in nomine eius, eisque consentieutibus super terram quicquid petierint de coelis praestiturum. Sed ut coram tam huius generis officiis, quam coeteris etiam omnibus, quae ab hac Saucta Sede erga vos hoc tempore proficisci possunt, plenius ac fructuosius

satisfieri queat, Ven. fratrem Scipionem Archiepiscopum Pisanum, Praelatum domesticum nostrum assistentem, ad Comitia vestra Apostolicum Nuntium Extraordinarium legandum esse censuimus, sperantes cum spectatam eius virtutem ac prudentiam, tum paterni vere animi mandata, quae illi ad vos perferenda dedimus, non minus commoda et proficua, quam grata et accepta vobis fore. Proinde ipsi, ex quo cuncta facilius cognoscere poteritis, fidem, quam Nobis praesentibus haberetis, omnem praestabitis. Nos unanimis consilii spiritum, et ab eo omnia verae pacis et totius consolationis bona a misericordiarum Patre cum Nobilitatibus vestris, tum Universae Reipublicae deposcimus, Apostolicam benedictionem amantissime impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Novembris MDCXLVIII. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Dilectis filiis Universo Ordini Equestri Regni Poloniae.

INNOCENTIUS PP. X. Dilecti filii, salutem etc. Cum Rempublicam vestram ad electionem novi Regis eam, quam vellemus, quamque tempora haec vel in primis exposcebant, animorum consensionem haud satis constanter afferre audiverimus, quin etiam nonnullos Principes haereticos occasione hinc arrepta Poloniae Coronam petere iam audere, et ad eam obtinendam summa rerum omnium ope conniti, atque interim Regni provincias ab hostibus rapinis et cladibus devastari: Nos plane ingenti cordis dolore perculsi mentem ad misericordiarum Patrem Deum ereximus, et de Nobilissimarum ac Religionis Catholicae studiosissimarum gentium cum spirituali, tum temporali salute summopere sollicite ea omnia cura et cogitatione complecti non destitimus: utque tali in tempore auctoritate, consilio, etiam praesentia, quod eius fieri potest, Comitiis istis vestris praesto simus, Venerabilem fratrem Scipionem Archiepum Pisanum, insignis Religionis ac spectatae in rebus agendis virtutis et prudentiae, Praelatum nostrum domesticum assistentem, in Apostolicum Nuntium Extraordinarium delegimus, illique mandata ea dedimus, ut officiorum, quae ab amantissima patris voluntate proficisci possunt in filios, vos nullum prorsus desideraturos esse speremus, sicuti ex ipso plenius cognoscere poteritis. Quam ob rem ei fidem omnem, ac si Nos ipsi vos alloqueremur, habebitis, et quamvis ad antiquam generosae nationis virtutem pietatem, atque leges ipsas vestras respicientes pro certo habeamus, Poloniam nunquam passuram esse sibi haereticum hominem in Regem praefici, dabitis tamen paternae charitatis affectui, ut debitam et amoris et muneris sollicitudinem vel in rebus etiam maxime tutis libentibus vobis retineamus: unum illud restat, ut universum Ordinem ac singulos vestrum, quod equidem omni ex animo enixe facimus, ad concordiam et veram animorum unionem etiam atque etiam hortemur, sine qua ne pacatis quidem et florentibus rebus, nedum tot tamque infensis hostibus undique ingruentibus, ulla hominum societas vigere, aut etiam stare diu potuit. Verum haec latius et alia sane plura idem Nuntius apud vos coram edisseret. Nos verae pacis auctorem Christum Dominum, ut in medio vestrum pie et concorditer in eius nomine consentientium adesse velit, summis votis precamur, atque ad id Apostolicam benedictionem vobis paterne largimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Novembris MDCXLVIII. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Regi Sueciae et Poloniae Principi.

INNOCENTIUS PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Maiestatem tuam profecto non latet, quam incommoda ac damnosa vel Regiae Domui vestrae, vel etiam universae Poloniae evadere possint dissidentia Comitiorum pro Rege dicendo studia, ut quae iam nunc nedum exterorum, sed haereticorum quoque hominum spes ad Regni Coronam ambiendam excire potuerint: quantam vere his componendis et animis hominum in unam concordiam conciliandis diligentiam, et curam ab omnibus bonis isthic impendendam esse hoc tempore existimemus, quaeque et quam salutaria in eam rem Apostolicae sollicitudinis officia demandaverimus Venerabili fratri Scipioni Archiepiscopo Pisano, quem ad Comitia ista nostrum et huius Sanctae Sedis Nuntium extraordinarium legamus, ex ipso cum insignibus praecipui erga te amoris nostri argumentis profecto cognosces. Quamobrem ei, quem etiam generis et et virtutum praestantia per se clarum et spectatum reddit, ut cum fidem omnem, tum etiam humanitatis documenta, et ubi opus fuerit auctoritatis tuae subsidia praebere velis, vehementer cupimus. Qui Maiestati tuae propitium semper Deum enixe precantes Apostolicam benedictionem animo vere paterno elargimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Novembris MDCXLVIII. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CCCCXXII.

Oratio habita ab archiepiscopo Adrianopolitano nuntio apostolico coram ordinibus senatorio et equestri regni Poloniae et M. D. Lithuaniae in interregno die 31. Octobris 1648. Nunt. Polon. Vol. 54.

Orbatam non parentc minus quam Principe Vladislao ex Augustissima Iagellonum familia Rege Quarto Polonam Rempublicam, quemadmodum e sublimi culmine Vaticani contemplatur oculus mundi, vigilantissimus Iunocentius X. P. O. M., sic eiusdem non sine condolentis animi sensu miseratur orbitatem, Rmi, Illmi, Magnifici ac Generosi Proceres caeterique Consules ornatissimi. Et iusto quidem dolore tantam Reipublicae vestrae miseratur orbitatem amantissimus mortalium in terris parens. Quis enim pareutis dolor esse potest iustior illius, quem unicus erga dolentes filios exprimit amor? Mensis evolvitur prope sextus, ex quo luctuosam dolet Polonia vestra Regis desideratissimi iacturam, adeo ut universum iam plane terrarum orbem louge lateque pervaserit dolor, et omnem ad complorandum excitaverit hominum universitatem. Nimirum non unius Poloniae lachrymis deferri satis poterat extintus Vladislaus Rex: tota quanta est ad Herois tanti fuuus in lachrymas ire debuit universitas, utpote quam rerum gloriose gestarum fama compleverat vivens optatissimus Princeps. Exuet illa tamen aliquando moerorem suum, nempe cum lugubrem Polonia deposuit apparatum, novo tandem creato et ad vacuum solium assumpto Rege. Cuius in electionem quando iam propius intenti estis, atque studiosius incumbitis universi, ut in unum vota omnium sine ulla discordantium animorum dissensione conspirent, per me Legatum ad vos suum iuribus omnibus adhortatur vos unitatis ac pacis amator Innocentius. Etenim sicut concordia res parvae crescunt, ita ex oraculo veteri discordia vel maxima dilabuntur. Quamobrem ne vestrae lapsum Reipublicae, cuius amplitudo longe maxima est, inutilibus aliquaudo lachrymis deplorare cogamiui, una inter se dissidentium animorum discordia, Regnorum videlicet omnium aeque Rerumplicarum barbara devastatrix vitanda cum primis est. Quamdiu totius bonum corporis partes caeterae spectant, altera nusquam ab altera separatur, ex ipsarum quippe separatione totum subito delabi corpus necesse est. Heroici vos partes corporis grandes estis, quotquot hunc in locum electuri novum Regem convenistis, heroibus magnis non impares viri. Si bonum commune spectatis omnes, privatos longe respectus amovete, qui dum discordiam crcant, totius omnino corporis, Regni videlicet ac Reipublicae, ruinam inevitabilem trahunt. Illum praetcrea solio dignum vestro censeatis unum, qui Polonae Reipublicae curam ita gcrat, ut graviora interim fidei Catholicae negotia non omittat. Absit haec ab Electoribus tantis, ut talem Poloniae suae Regem imponant, qui rei politicae addictus totus (quod Nationum etiam omnium atque sectarum est) Catholicae curam rei aut modicam, aut habeat omnino nullam. Religionis Catholicae propugnaculum insuperabile Polonia vestra depraedicatur: at hoc tamdiu verum erit, quamdiu Regem habebit Catholicae fidei studiosum. Pia igitur etsi a tot saeculis ad haec usque tempora ubique tcrrarum ac gentium praedicatione claruistis adeo gloriosa, eiusdem sitis in posterum qua potestis ratione retinentes, illamque vobis auctiorem facite tanti nomiuis gloriam, quam veluti haereditariam a maioribus habuistis. Id autem cum sancte praestiterint, semper tota plaudenti communitate Catholica, qui vestro sederunt iu solio Iagellonii Regcs, cumque duos habeatis ex eodem sanguine creatos Principes imperio dignissimos ambos, alterutrum ex his eligendum vobis esse dubitare nemo potest. Germina haec duo generosa sunt Sigismundi Tertii Regis olim vestri. Et quantum per Deum immortalem in utroque parcntis iustar apparet? E Svecia Regno suo huc evocatus ad Regnum vestrum, Svecos suos prae vobis nou tantoperc curae habuisse videri potuit Sigismundus, quanquam utrumque complecti Regnum poterat, plurium anima illa Regnorum capax. Et amor in vos tantus optimi Principis, hoc a vobis impetrare non poterit, ut in filiis Rcgni successoribus adoretis genitorem Regem? Habuistis paulo ante rerum cum virtute gestarum fama gloriosissimum Regem Vladislaum ex eadem familia Principem foelicissimae recordationis. Plorat adhuc Polona Respublica tanti Regis ereptum sibi decus: nec a lachymis illa facile temperabit, donec in alterutro e duobus fratribus videat sibi restitutum Vladislaum Regem. Eadem scilicet in iis cognoscere est semina virtutis, quae in animis liberorum omnium seminaverit Sigismundus parens. Et ne gratis haec dicere videar, ad familiae Serenissimae commendationem adesse rogo vos, Principes caeterique Nobilissimi Proceres. Si ferali sydere praelucentem Othomanicam lunam vobisque iam periculosius imminentem, procul a Polonico caelo disiectam vidistis, disiecit cum Vladislao Sigismundus. Si recuperatam Regno vestro Smolescensem arccm eiusdem Regni propugnaculum longe muuitissimum iactarc potestis, recuperavit una victoriarum gloria formidabilis Vladislaus. Si potentissimus Asiae tirannus inviolato vobiscum foedere pacis iura conservat, duo haec sanciverunt

Iagellonii Reges Othomanis armis non uno praelio formidolosi. Quanto vero studio rem Catholicam una cum Vladislao filio Rege promoverit Sigismundus Rex parens, quid attinet dicere? cum et id in omnium oculis fuerit, et in omnium gentium lucc collatum. Foverunt ipsi semper (neque enim hoc obvolvendum silentio est), regalique plane studio foverunt Christianae fidei promotores: guari videbitis non exiguum Reipublicae praesidium comparari, si Christifideles plurimi eorumdem opera parerentur: semper enim Reipublicae fidelis est, quicumque Christo fidelis est. Veuerabilis proinde Cleri atque Ordinum Religiosorum amantem Regem eligendum esse nemo non vestrum videt, si salvam omnes incolumemque Rempublicam vestram servare velitis diu. Hi nempe dum Catholicam fidem intermisso nunquam labore propagant, scriptoque simul ac verbo caeteros iuvant, praesidiarios Reipublicae vestrae fideles aeque atque insuperabiles parant. Haec autem Polouiae suae ne an vestrae? Utrumque Iagellonium quem superstitem habetis Principem dubitare, dubitare quis audet? Pluribus proinde apud vos omui prudentia praecellentes viros uti non est opus: sapientibus quippe rem indicare satis est. Quare agite, et unitis iu unum suffragiis, omni procul ablegata cordium dissentione, pro ea qua potestis plurimum libertate Regem eligite Reipublicae Polonae salutarem, Christianae Religionis amantem, Iagelloniae familiae gloriosum.

CCCCXXIII.

Archiepiscopus Gnesnensis nomine ordinum regni pontifici significat, principem Ioannem Casimirum in regem Poloniae renunciatum fuisse. Litt. Princip. Vol. 70. fol. 82.

Sanctño ac Beatño in Christo Patri D. D. Iunocentio PP. X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. In praesenti Reipublicae nostrae perturbato statu non aliud non efficacius erat malorum remedium, de quo et Sanctitas Vestra paterna nos admonuit cura, quam novi Regis accelerata sors et electio. Eapropter pro Maiorum nostrorum solemni more in sobolem Regiam, quae uti natalium regalium praerogativa, ita vere Regiis et admirandis virtutibus facile quosvis alios praeponderavit oculos et iudicia nostra libenter coniecimus. In quo S. V. authoritas et commendatio, quam nomine S. V. digne et luculenter Illñus et Rñus Dñus Nuncius Apostolicus exeeutus est, magnum pondus et momentum apud nos habuit. Quod igitur nostrae et universae Reipublicae Christianae faustum et salutare sit, unum ex duobus fratribus maiorem natu, nimirum Serñum Principem Dñum Ioannem Casimirum, in Regem Poloniae et Maguum Lithuaniae Ducem liberis et concordibus votis suffragiisque elegimus et conclamavimus. Non dubia abrepti spe, et ipsam Divinam Maiestatem, quae sola Reges creat dextera, et praesidio suo huic Electo Regi nostro affuturam, praesertim quando illi tanta bellorum moles contra coniuratos et numerosos Christiani Catholicique nominis hostes incumbit, quanta gravior esse nequit: sed Apostolicam quoque Sedem ope auxilioque eidem Serño Regi nostro et Reipublicae subventuram. Quem sicut peculiari S. V. benevolentiae et paterno amori commendamus, ita nostra obsequia ad omnes Apostolicos nutus et imperia humillime consecramus, felicissimum ac longaevum Pontificatum S. V. comprecantes. Datae Varsaviae die XXIII. Novembris Anno Domini MDCXLVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae . humillimi servitores
MATTHIAS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS nomine totius Senatus mpp.

CCCCXXIV.

Rex Poloniae pontificem et cardinalem Panzirolum de sua electione certiores reddit. Litt. Principum Vol. 67. fol 18.

Sño ac Beatño in Christo Patri Dño Dño Iunocentio Divina providentia PP. X. SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Summo Pont. Dño Clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Domiuiorum meorum humillimam commendationem. Paternus S. V. erga me affectus et sollicitudo exposcebat, ut primum Nuntium de electione mea in Regem Poloniae ad eum dirigerem, a cuius benedictione omnia mea Regnorumque meorum depeudet felicitas. Id egi non ita pridem, quod reliquum prouus ad pedes S. V. prosternor, et haec sceptra, quae divina praedestinatio humili dexterae meae inserit, eius in terris Vicario substerno. Benedic ergo, Pater Sanctissime, devotissimo S. V. Sedique Apostolicae filio, et in hac specula Orbis Christiani inter feras gentes constitutum Apostolicis conforta auspiciis. Ego vero nulla ambitione, sed pura divinae voluntatis vocatione tantorum populorum suscepto gubernaculo eo hanc ratem dirigam, quo me vocat mea erga S. V. debita

observantia, a cuius nutu et voluntate omnes meae pendebunt actiones. Non dubito S. V. vicissim eo favore me et mea iusta excepturum desideria, quem a clementi et paterno pectore expectare licet. In hoc ergo repono has humillimae intercessionis meae primitias, quas Ven. Dominicus Roncallius meo nomine ad S. V. deferet. Favebit non dubito meo conatui S. V. eo lubentius, quo luculentius animadvertet me id agere, ut non ingrata proponam, nec durus exactor gratiarum paternarum, nec immemor beneficiorum. Exosculor iterum pedes S. V. meque eius paterno amori una cum populis mihi creditis humillime commendo. Datae Varsaviae die IV. mensis Decembris Anno Domini MDCXLVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius et servus
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

IOANNES CASIMIRUS Electus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae Czernichoviaeque, nec non Suecorum, Gotthorum Vandalorumque haereditarius Rex, Illmo et Reverendissimo in Christo Patri Dño Ioanni Iacobo S. R. E. Cardinali Panzaroli, Amico Nostro charissimo et honorando, Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum. Illme et Reverendissime in Christo Pater, Amice Noster charissime et honorande. Ut primum favente Deo (qui Regum sceptra tenet et cui vult largitur) Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae gubernacula Nobis oblata sunt, non aliunde Imperii Nostri initia auspicari voluimus, quam a transmissione Nuntii ad Sanctam Sedem Apostolicam de tam prospera Nostra in hoc Regnum assumptione. Quo iam cum debita humilitatis contestatione transmisso, rem necessariam et convenientem esse duximus, si eiusdem prosperitatis Nostrae praesentibus litteris Illustritatem etiam Vestram, cuius eximium affectum perspectum semper habuimus, participem redderemus, ac eo ipso in societatem laetitiae vocaremus. Et quemadmodum non dubitamus Illustritati Vestrae evectionem istam Nostram periucundam esse futuram, pari ratione certe Nobis de Illustritate Vestra pollicemur, eam innata humanitate sua negotia Nostra Regnique Nostri esse prosecuturam, solitaque sollicitudine rem Nostram apud Sanctam Sedem semper esse acturam. Cum vero ipso Regni Nostri exordio hoc negotium contigerit, quod nomine Nostro Ven. Dñus Roncalius Illustritati V. exponet, ideo primam quoque benevolentiae Illustritatis V. experturi tesseram, quam diligenter rogatam esse volumus, quatenus praedicto Dño Roncalio et plenam adhibere fidem et benevolam velit praebere aurem, parem semper Nostram experturus benevolentiam, quam Illustritas V. nusquam sibi defuturam fore polliceatur. Cui interim bonam a Domino valetudinem prosperosque rerum successus ex animo optamus. Dabam Varsaviae die IV. mensis Decembris Anno Christi MDCXLVIII.

IOANNES CASIMIRUS REX.

CCCCXXV.

Idem rex Poloniae petit a card. Panzirolo, velit efficere apud pontificem, ut nominatus episcopus Vladislaviensis confirmetur. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 51.

IOANNES CASIMIRUS Dei gratia Electus Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Illmo et Rmo Domino Ioanni Iacobo S. R. E. Cardinali Panzarollo, Amico Nostro charissimo. Illme et Rme in Christo Pater, Amice charissime. Libenter eorum apud Smum D. N. causam suscipimus, qui Praesuleam dignitatem cum vitae probitate coniungunt, nec annorum tantum, sed virtutum etiam ac meritorum numero graves conspiciuntur. Quo nomine cum in causa Reverendi in Christo Patris Domini Nicolai ab Olexow Gniewosz Episcopi Vladislaviensis, syncere nobis dilecti, Smo D. N. scripserimus, tum eundem Illustritati V. gratiose commendamus, Desiderantes, ut si quidpiam secus de ipso in animos sacrorum Urbis Tribunalium irrepserat, quod iustitiae in causis eiusdem iampridem hic pendentibus necteret moram, id omne faciat Illustritas Vestra superveniente hoc testimonio Nostro extingui, causasque ipsas iustitia mediante quanto citius definiri. Quod ubi praestiterit Illustritas V. non Nostrum modo in subditos animum approbabit, verum et nomini suo novam praeclari officii laudem adferet et celebritatem. Quam de cetero inter felices rerum successus diu sospitem et incolumem esse ex animo precamur. Datum Varsaviae XVIII. mensis Decembris Anno Domini MDCXLVIII. Regnorum Nostrorum Poloniae et Suecie Primo Anno.

IOANNES CASIMIRUS REX.

CCCCXXVI.

Regi Poloniae pontifex de corona regni ipsi delata gratulatur. Reg. An. V. ep. 187.

Charissimo in Christo filio nostro Io. Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Innocentius PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Ingenti profecto cum animi nostri gaudio percepimus Maiestatem tuam concordi Comitiorum consensu Regia Poloniae corona donatam: quippe qui pro certo Nobis polliceamur eximiam virtutum tuarum praestantiam nobilissimae Polonorum nationi pro incolumitate totius Christianitatis excubanti difficillimis hisce temporibus fore salutarem. Quapropter literas, quibus tam optati nuntii laetitiam Nobis communicare voluisti, ac expressam in eis egregiam obsequii in Nos et hanc Sanctam Sedem significationem obvio paterni cordis affectu benevolentissime complexi sumus, ac post actas Deo totius consolationis patri ex animo gratias, eundem nunc enixe precamur, ut cuius piissimi Principis dignitatem et potentiam novis incrementis instruxit, gloriam etiam in constituenda Regni securitate et Religionis ac Poloniae hostibus repellendis insignitius in dies effulgere velit. Coeterum spectata mire pietas ac zelus Catholicae Religionis tuus Te in eius rationibus constanter tuendis, ac pro viribus promovendis nemini Praedecessorum tuorum cessurum esse Nobis abunde spondet: Tibique vicissim praecipua charitatis propensio, qua Tibi omni tempore amantissime studuimus, plane perspecta est ac explorata, nec eiusdem voluntatis nostrae illustriora documenta quaeque pro re ac tempore unquam saue deerunt. Reliquum igitur est, ut Maiestati tuae, quod paterne prorsus facimus, Apostolicam beuedictionem a Regnorum largitore et custode Domino impertiamur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die IX. Ianuarii MDXLIX. Pont. nostri Anno Quinto.

CCCCXXVII.

Senatoribus Poloniae pontifex gaudium de Io. Casimiro in regem electo significat. Reg. Brev. An. V. ep. 197.

Venerabilibus fratribus et Dilectis filiis Nobilibus viris Archiepiscopo Gnesnensi Poloniae Primati, et Senatoribus Regni Poloniae et Magui Ducatus Lithuaniae.

Innocentius PP. X. Venerabiles fratres et Dilecti filii Nobiles viri, salutem etc. Quantis curarum angoribus adeo inopportuna temporibus vestris istius Regni vacatio paternum animum nostrum obsederat, tanto sane gaudio affecit concordi Comitiorum consensu peracta Charissimi in Christo filii nostri Io. Casimiri Regis electio. Cuius praestantes virtutes ac eximie perspectam pietatem plane confidimus isthic in tantis rerum difficultatibus cum religionis Catholicae, tum omnibus publici boni rationibus fore salutares, atque ut hanc tantam spem eventus felicitas consequatur, ab Omnipotenti Deo summis votis enixe postulamus. Coeterum vos, Venerabiles fratres et Nobiles viri, qui Polonae potentiae decora et firmamenta estis, generosis eius pro religione et patria conatibus studium, consilia et rerum omnium opem pro virili parte assidue collaturos esse pro certo habemus. Nos pastoralis muneris nostri officia prorsus amantissimo paterni cordis affectu qua Regi, qua Regno semper exhibebimus, obsequio in Nos et hanc Sanctam Sedem, quod etiam proxime acceptae literae vestrae egregie praeferunt, pari voluntatis studio respondentes: interim Fraternitatibus ac Nobilitatibus vestris in repellendis Regni et Religionis hostibus, aliisque rebus omnibus propitium Deum usque precamur, et Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Ianuarii MDCXLIX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CCCCXXVIII.

Rex Poloniae pontificem de coronatione sua certiorem reddit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 19.

Beatissimo Padre. Il carattere indelibile che io porto di obedientissimo figlio di Santa Chiesa, et quello che meritamente risplende in V. B. di Padre di essa, m' obligano di presentare in segno di dovuta obedienza avanti i piedi della S. V. come humilmente fo con questa lettera, la Corona del Regno di Polonia, che li 17 del presente mese con tal intentione solennemente ricevei dalle mani del Signore. Supplico V. B. di santificar quella et me insieme con la sua benedittione, mediante la quale si renderà soave il peso di essa, et vigorose le mie forze per sostenerla con benefitio de miei populi e della nostra santa fede, et augurando à V. B. longhezza di vita e pienezza di prosperità, le bacio i santissimi piedi. Li 23 di Genaro 1649.

Di V. B.

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

CCCCXXIX.

Idem rex pontifici supplicat, ut referendario regni abbatiam Tremesnensem conferre, et abbati Lublinensi, suo in Hispania oratori, tempore absentiae coadiutorem designatum confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 20.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V., mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Non possunt latere S. V. cum virtutes eximiae Reverendi in Christo Patris Dñi Mathiae Lubienski Archiepiscopi Gnesnensis, tum amplitudo loci, quem ille tenet hoc in Regno, quod mihi amplissimorum istius Reipublicae Ordinum concors vox et suffragium nuper detulit. Proinde cum tanti viri causa non gravatim omnia facere soleam, libenter etiam precibus eius apud S. V. faveo et suffragor, ut S. V. commendam Abbatiae Tremesnensis, quae est Iurispatronatus mei, velit prorogare eius ex sorore nepoti, Reverendo Martino Starczewski Regni Referendario, cuius merita ea sunt, ut vel illis solis subnixus hanc S. V. gratiam mereatur, quam ut consequi possit, S. V. diligenter oro. Quod reliquum est, humillima mea obsequia S. V. defero eique longaevum Pontificatum ex animo precor. Datum Cracoviae die xxx. mensis Ianuarii Anno Dñi MDCXLIX. Regnorum meorum Poloniae et Sueciae Anno Primo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clemcntissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum commendationem. Cum Ven. Stanislaus Makowski, Abbatiae Lubinensis Ordinis S. Benedicti in Diaeccsi Poznanicnsi administrator perpetuus, ad obeundam Legati mei functionem apud Sermum Hispaniarum Regem a me sit dcstinatus, Ecclcsiae et Monasterio suo prospectum iri cupiens, ne ob longiorem nimium ipsius absentiam aliquod detrimentum patiantur, in Coadiutorem istius Abbatiae perpetuum cooptavit Ven. Stephanum Piasecki Praepositum Ecclesiae Collegiatae Kalissiensis, Secretarium meum, virum pietate, integritate vitae, doctrina atque omni genere virtutum conspicuum. Quam in Coadiutoriam pro iure Patronatus meo consentiens, maiorem in modum a S. V. peto, ut eam authoritatc Apostolica confirmet, atque ut eandem Abbatiam postquam vacaverit in commendam cum reservatione beneficiorum ecclesiasticorum praenominatus Ven. Stephanus Piasecki, quoad vixerit, tenere possit, concedere dignetur S. V. Caetcrum S. V. diutissime felicissimeque Ecclesiae praeesse cupio. Iterumque pedes S. V. osculans me meaque omnia benedictioni S. V. commendo. Datum Cracoviae die xii. mensis Februarii Anno Dñi MDCXLIX. Regnorum meorum Poloniae et Sueciae Anno Primo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

CCCCXXX.

Eidem regi Poloniae pontifex dispensationem concedit, ut cum Ludovica Maria regina Poloniae matrimonium contrahere possit. Reg. Brev. An. V. ep. 204.

Charissimo in Christo filio Ioanni Casimiro Poloniae ac Sueciae Regi Illustri.

Innocentius PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Maiestatis tuae studiis, quantum in Domino possumus, gratificari semper optamus: nunc autem vel in primis in iis, quae amplissimae ac religiosissimae Regiae istius Domus propagationem respiciunt, cui dum consulitur, simul et Catholicae religionis incolumitati, coeterisque publici boni rationibus utique prospicitur. Quapropter dispensationem, quam petis, ut Charissimam in Christo filiam nostram Ludovicam Mariam Poloniae ac Sueciae Reginam in uxorem ducere possis, libenti animo concessimus: utque id matrimonium suo tempore cum in susceptione sobolis, tum etiam aliis in rebus fortunare velit totius consolationis pater Deus, iam nunc enixe precamur, et Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissimo paterni cordis affectu impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xx. Februarii MDCXLIX. P. n. Anno Quinto.

CCCCXXXI.

Rex Poloniae supplicet pontifici, dignetur nuntium apud se apostolicum purpura condecorare, qui deinde nomine pontificis matrimonio suo mox solemniter celebrando benedicere possit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 20.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique ac Regnorum meorum submissam commendationem. Redditis humillimis gratiis S. V. pro tam paterno affectu

et Apostolica dispensatione circa matrimonium meum cum Serña Regina Maria Ludovica mihi concessa: unum adhuc a S. V. humiliter postulo, nempe ut sacramentalis utriusque nostrum copula benedictio fiat per manus alicuius Legati Cardinalis nomine S. V. intervenientis. Videat Christianus orbis amorem in me S. V. non solum circa desideria mea dispensantem, sed et benedicentem. Cum vero loci distantia temporisque nuptiis nostris destinati angustia vix ferre possit, ut ab Urbe aliquis a S. V. destinandus adesse queat, supplico S. V. velit hunc Rñum Nuncium in Regno nostro commorantem D. Ioannem de Torres Archiepum Adrianopolitanum dignitate et purpura Cardinalitia ornare, et hanc ei functionem committere. Ad quam praeeminentiam eum eo lubentius et securius commendo, quo certius constat luculentum S. V. de eo iudicium et eius promovendi desiderium. Huiusmodi beneficium mihi a S. V. prout non dubito concedendum omni obsequio mereri conabor, interim me Regnaque mea benedictioni et gratiae S. V. humillime commendo. Varsaviae 1. Maii 1649.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Non sine divini Numinis instinctu evenisse puto, quod delato ad me Poloniarum Regno, postquam de ineundo connubio cogitationem suscepi, in eodem meo Regno atque adeo inter ipsos Regiae nostrae penates thori et Regni sociam quesierim, hoc mihi suadentibus Regni mei Proceribus, ut Serñam Principem Dominam Ludovicam Mariam Poloniae et Sueciae Reginam, Serñi et potentissimi Vladislai Quarti relictam viduam, in matrimonium ducerem, quae in Deum pietate, benignitate in gentem Polonam et Lithuanam amore omnium sibi benevolentiam iuxta ac venerationem comparavit. Itaque nexu sacrarum legum a S. V. exolutus, votis hac in re Senatus mei annui, diemque trigesimam Maii solemniis Nuptiarum Varsaviae celebrandarum designavi, ad quas S. V. morem hac in re Principum et meam in S. V. observantiam secutus reverenter invito, sperans S. V. Regiae meae domui semper favcntem benigno id animo accepturam, nec sine testimonio paternae erga me charitatis nuptialia mea festa praetermissuram. Crescent inde erga S. V. et Sanctam Sedem meae obligationes, quas semper obsequio, cultu et veneratione erga S. V. exolvere contendam. Interim S. V. longaevum Pontificatum ex animo precatus, humillima mea obsequia S. V. defero. Datum Varsaviae die xv. mensis Maii Anno Domini MDCXLIX. Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae Primo Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

Beatissimo Padre. Dal Padre Giovanni Mambrecco mi sono state rese le lettere di V B. e rappresentato quanto per ordine di lei li fu esposto dal Sig. Cardinale Panzirolo intorno agli interessi di Monsig. Nuntio Giovanni di Torres. Vedrà V. B. dall'ultime mie lettere come io habbia prevenuto le di lei sodisfationi nell' incontrare i suoi sentimenti. Et quando la singolar sua prudenza fosse da giusti rispetti persuasa à non promovere Monsig. Nuntio à Cardinalato nella congiuntura delle Nozze, come io per diverse ragioui grandemente desidero, supplico V. B. di concedermene la gratia nella prima promotione, ch'ella sarà per fare ad instanza de Principi, sicura di ritrovar sempre nell'animo mio una prontissima dispositione di corrisponderle con segni di filiale obedienza; et pregando V. B. di continuare sopra di me e de miei Regni la sua benedittione, le bacio i santissimi piedi. Varsavia li 15. Maggio 1649.

Di V. B.

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

CCCCXXXII.

Regi Poloniae pontifex de nuptiis celebratis gratulatur. Reg. Brev. An. V. ep. 251.

Charissimo in Christo filio nostro Io. Casimiro Poloniae ac Sueciae Regi Illustri.

Innocentius PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Ex literis Maiestatis tuae Regiarum nuptiarum nuncium pro eximia et spectata amoris in te nostri magnitudine libenti prorsus animo percepimus. Porro autem Nos uti communibus Polonorum et Lithuanorum studiis, praestantissi-

simas virtutes Charissimae in Christo filiae nostrae Ludovicae Mariae Poloniae ac Sueciae Reginae ad Regii coniugii culmen denuo reposcentibus, magnopere gaudemus, ita praeclarum hoc matrimonium Maiestatibus vestris omnino felix, populis istis salutare fore speramus, idque a totius consolationis patre Deo summis precibus etiam atque etiam petimus. Eius sane celebrationi si praesentia non possumus, praecipua certe voluntatis beuevolentia, et faustis omnibus Apostolicae benedictionis votis profecto adsumus, quam equidem tibi ac nuptiis benigne impertientes, ex eius munere tantum laetitiae ac secundissimae prosperitatis Maiestati tuae accedere cupimus, quantum ab amantissima paterni cordis nostri cura proficiscens verae ac singularis charitatis isthuc defert. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XVIII. Iulii MDCXLIX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CCCCXXXIII.

Archiepisopus Gnesnensis pontifici supplicat, velit clero Poloniae permittere, ut regi ad repellendos a regno Tartaros et Cosachos subsidium caritativum ex bonis ecclesiae subministrare possint. Nuntiat. Polon. Vol. 55.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Quae nos et Patriam nostram hactenus mala afflixerint, palam ac in aperto orbis habet, et constare satis existimo Sanctitati Vestrae. Rebelles Cosaci et Tartari sedibus suis moti immensa multitudine dimidium hoc Regni inundaverant, nec fas aut sanctum erat, quod non violarent: nulla ara, quam non everterent, plane ut Deo ipsi manus inferre viderentur. Et tametsi bellum hoc, si quod post hominum memoriam difficile et atrox, Serñi Regis nostri praestanti virtute ac prudentia consederit, nec dum tamen periculi et malorum prorsus liberi sumus ac immunes. Exercitus noster, ut nihil malis deesset, fremens et minax emerita stipendia seditiose efflagitat, nec aerarium aut census publici per hanc temporum iniuriam longe imminuti satis vel praesto illis solvendis. Quid agamus Nos Episcopi et Clerus huius Regni? In metu sumus, ne bona ac fortunas nostras ad extremum furor iste invadat ac pessundet. Ergo largitione aliqua omne periculum redemptum velimus: neque fas in tantis patriae angustiis nostram quoque opem et auxilium desiderari. Quod tamen ritc et salva immunitate Ecclesiastica ut praestemus, supplex S. V. publico nomine oro, velit ac dignetur Brevi suo id Nobis ac Universo Clero annuere. Caeterum Illñus ac Rñus Dñus Nuncius plenius S. V. necessitates huius Regni exponet. Ego interim humillime pedibus S. V. advolvor, et longaevam bono ac incremento Ecclesiae apprecor incolumitatem. Lovicii 11. Septembris 1549.

Sanctitatis Vestrae servus humillimus

MATTHIAS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS mpp.

CCCCXXXIV.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut nominatum a se episcopum Smolenscensem confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 10.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Iactura et orbitas, quam funera Pastorum Ecclesiis gregique concredito adferunt, excederet fatigationis in me modum, ni virtuti ac meritis in Deum et Ecclesiam parium sublevaret vivorum facilis promotio. Abstulit hanc sollicitudinem coelitus mihi et de iure communi commissam, primum quidem nominatio iu Episcopatum Vilnensem, post Samogitiae, tandem Smolensciae, ad quem post promotiouem Rñdi in Christo Patris Dñi Petri Parcsewski in Episcopatum Samogiae vacantem, Rñdum Franciscum Dolmat Isaykowski Referendarium Magni Ducatus Lithuaniae delegi et Sanctitatis Vestrae nomino: ipsa enim genuina illius virtus, purit asconscientiae, integritas vitae, summa eruditio, solidaque variarum scientiarum cognitio et experientia, nec non vetustas stirpis in Dominiis meis celebris, ad summos in Ecclesia Dei honores struunt viam, quam sibi sub felicibus auspiciis Parentis et fratris mei desideraturi in luce Aulae per summos pro cultu Diviuo et Reipublica susceptos labores sternebat. Hunc itaque delectum meum, ut S. V. supremo suo iudicio approbare dignetur obnixe peto. Caeterum quoniam proventus eiusdem Episcopatus Smolenscensis inter Schismaticorum rabiem constituti ad obeundam Episcopalis, nec non Senatoriae eidem annexae dignitatis eminentiam omnino non sufficiant tenues rationes dicti Episcopatus, per collationem eidem Rñdo Francisco Isaykowski Praepositurae Trocensis fulcivi. Proinde supplico S. V., ut gratia et iudulto S. V. eandem Praeposituram una cum Episcopatu Smolenscensi ad extrema vitae suae tempora tenere et possidere valeat, et ut in expeditione sacrarum litterarum sumptuum moderatio, quam

tenuior Episcopatus huius prae caeterorum in Regno meo Episcopatuum reditus, et preces meae exposcunt, respectu novae in desertis provinciis fundationis adhibeatur. Beneficium eiusmodi S. V. adferet mihi pignus paterni affectus, Ecclesiae vero et Reipublicae abundantiam utilitatis. Quod reliquum est, S. V. diuturnam valetudinem et augustissimum Sanctae Sedis imperium ex animo precor. Datae Varschoviae die II. mensis Octobris Anno Domini MDCXLIX. Regnorum meorum Poloniae Primo, Sueciae vero Secundo Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCXXXV.

Regi et ordinibus Poloniae pontifex de pace cum Tartaris et Cosachis confecta gratulatur, hortaturque, ne concessiones Cosachis in re fidei factas confirment. Reg. Brev. An. VI. ep. 278 et 280.

Charissimo in Chisto filio nostro Io. Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

INNOCENTIUS PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Grave bellum, quod Tartari et Cosacchi Poloniae ultro intulerant, a Maiestate Tua summa magnitudine animi cum Corona simul exceptum, et incomparabili virtute ac invicti roboris fortitudine gestum, etiam glorioso et plane Te digno fine absolvi omnino par est. Et profecto paulo ante quam haec scriberemus, increbuerat rebus isthic pace compositis, pericula omnia depulsa esse, Tartaros Regno egressos patrias regiones repetere, Cosacchos ad obsequia rediisse. Cum Nos ob eam prosperitatem summas Deo grates omnibus laetitiis perfusi redderemus, inopinato allatum est, eosdem Cosacchos ex eius pacis conditionibus concessiones quasdam et pacta a Te, aut etiam a generalibus Comitiis expectare, quae sane non magis rationibus ac erroribus suis faverent, quam Religioni Catholicae et publico Poloniae bono prorsus adversarentur. Etsi autem Nos de pietate ac prudentia singulari tua et Comitiorum minime dubitare possumus, tamen pro rei magnitudine et eximia nostra in Te ac Nobilissimas Nationes istas charitate non secus ac Nos decet, sane commoti instamus, obsecramus, arguimus, ne adversus Dei legem, adversus praeclarissimae gentis insigne nomen, ac tui ipsius tanti Regis gloriam tam grave nefas admitti patiaris, nec tot eodem bello parta decora, omnibus per Te cum summi ducis, tum strenui militis numerum admirabiliter expletis, eo recidere sinas, ut quod immortalium laudum famam nomini ac temporibus tuis aeternum asserere debet, commutato exitu, quod avertat Deus, perpetuam notam inurat, cum praesertim ipse nuper inter praecipuos Ecclesiastici Ordiuis Proceres adeo spectate ac insigniter Orbi toto praeluxeris. Coeterum in hanc rem totam Ven. frater Archiepiscopus Adrianopolitanus edisseret latius, Nos misericordem ac totius clementiae Dominum enixe precamur, ut sollicitudines has nostras irritas reddere, Teque ad irrumpendos impiorum conatus indita ex alto virtute praecingere velit: quod ut feliciter consequare Apostolicam benedictionem Maiestati Tuae paterne impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XV. Octobris MDCXXXXVIIII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Dilectis filiis Nobilibus viris toti Ordini Senatorio Regni Poloniae.

INNOCENTIUS PP. X. Dilecti filii Nobiles viri, salutem etc. Magna unanimi nostri laetitia plane audiveramus, rebus isthic pace compositis, ac Tartaris in patrios fines, Cosacchis ad obsequia reversis, gravissimos tumultus, qui paternas curas nostras tamdiu sollicitas habuerant, tandem residisse, et profecto ut ingenti gloriae novo Regi et universae Reipublicae vestrae fucrat, saevissimum bellum ab immani hostium multitudine Poloniae illatum tanta magnitudine animi excepisse, ac invictae virtutis constantia sustinuisse, ita illud honestis aeque pacis conditionibus componere singularis prudentiae ac felicitatis videri poterat: sed cum Omnipotenti Deo effusa mente iu gaudia grates ageremus, repente novo nuncio allato conversa est cithara nostra in luctum, exultatio in gemitus vere inenarrabiles: nam cognovimus Schismaticos a Rege et Comitiis vestris concessiones quasdam non minus isti Regno noxias et indecoras, quam Religioni Catholicae contrarias expectare: quas etsi pro certo habemus illos a singulari pietate ac prudentia praeclarissimi Regis et Reipublicae Polonae impetraturos numquam fore, tamen ut pavidae sunt amantis Patris cogitationes, timorem etiam in re tuta minime deponimus: sed Nobilitates vestras qua obsecrantes, qua arguentes etiam atque etiam serio monemus, ne tam grave nefas admitti ulla ratione patiamini, neve post tanta in hoc quoque bello decora vestra sinatis perfidos hostes tamquam de subacta isthic religione, Nobilitate et Polonia universa triumphare. Exardescat in tam gencrosi

et zelantis legem Dei Conventus vestri meditationibus ignis, ignis consumens et comburens stipulas et zizanias impiorum. Totius nunc orbis oculos in vos coniectos respicite, et quid eos velitis nedum de pietate ac gloria, sed etiam de libertate Poloniae iudicare? Verum sollicitudines et consilia hac de re nostra Ven. frater Archiepiscopus Adrianopolitanus Nuntius noster latius referet Nobilitatibus vestris, quibus nunc lumen et auxilium de Sancto summis precibus petimus, et Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum ut supra.

CCCCXXXVI.

Rex Poloniae petit a pontifice ut Andreas Olssowski primum in ecclesia Cracoviensi vacantem canonicatum, et C. Ferdinando fratri suo abbatiam Mogillensem conferre velit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 23 et 25.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Div. prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei, Regnorum ac populorum meorum humillimam oblationem. Commendationem nostram beneficia Ecclesiastica a Sede Apostolica pcteutibus cum paucis eoque magno delectu tribuere soleamus, denegare eam non potuimus Ven. Andrcae Olssowski, Secretario nostro, egregiis animi dotibus, virtute et non vulgari eruditione hoc Regii nostri de illo iudicii preconium abunde promerito. Itaque a S. V. petimus, ut Canonicatu Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis, qui primus ad S. V. dispositionem devolutus fuerit, virum hunc augere velit. Consulet eo ipso S. V. decori istius tam insiguis in Regno nostro Cathedrae, quam multis a Regibus Poloniae Antecessoribus nostris praerogativis cumulatam Nos optimis Sacerdotibus florere exoptamus. Interim S. V. diuturnum Pontificatum et felicem rerum a Deo successum precor, Meque una cum Reguis ac populis meis paternae illius protectioni et benedictioui commendo. Datum Varsaviae die XVIII. Mensis Octobris Anno Dñi MDCXLIX. Regnorum meorum Poloniae I. Suaeciae II. Anno

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

Beatissimo Padre. Havendo io conferito al Serño Principe Carlo Ferdinando mio fratello carissimo la Badia di Mogilla, vacante per la morte di Monsignor Vescovo di Premislia, prego V. B. d'accettar la rinuntia che per ciò n'ha fatto avanti Mons. Nuntio il Regente Piasecki, come dal segretario Roncalli sarà pienamente rappresentato a V. B. in mio nome, al quale mi rimetto, e desiderando a V. B. lunghezza di felicissimi anni le bacio i santissimi piedi. Varsavia li 24 Decembre 1649.

Di V. B.

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

CCCCXXXVII.

Idem rex Poloniae cardinali Panzirolo supplicat, ut academiae Cracoviensi in quadam lite apud pontificem faveat. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 53.

Ioannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Illño et Rño in Christo Patri Dño Pancirolo S. Rom. E. Cardinali Presbytero, Amico nostro charissimo et honorando, salutem et omnis felicitatis continuum incrementum. Illñe et Rñe Dñe, Amice noster charissime et honorande. Non latet Illustritatem vestram, Academiam Cracoviensem divorum Autecessorum nostrorum beneficiis et munificentia fuudatam, Regale nostrum patrocinium cum ubique tam in Urbe potissimum iure merito postulare posse. Quod Nos eo libentius eidem Academiae impertiri cupimus, quo maius commodum ex incremento eius in Reguum nostrum derivari expcrimur. Nunc itaque, cum lite orta super Praepositura vacante iu Ecclesia Collegiata S. Floriani nutare eius integritatem ad nostram devenisset notitiam, fuissetque supplicatum, quatenus literis nostris eidem Academiae in Urbe subvenire dignaremur: tami ustas preces haud ncgligendas esse duximus. Quapropter ab Illustritate Vestra peramanter poscimus, ut benignam manum periclitanti huic Musaeo velit porrigere: porriget autem, dum causam occasione dictae Praepositurae Romam evocatam ad Cancellariam eiusdem Academiae remitti curabit. Nou petimus rem novam, antiquissimo siquidem usu hoc receptum est, et a Martino Quinto Supremo Ecclesiae Romanae Pontifice approbatum, ut Academici Cracovienses ultimum ludicem in causis beneficialibus habeant suum Cancellarium, a quo sub gravissimis poenis leges eorum prohibent appellare. Quam legum auctoritatem dum sauctam ac illibatam servare teneretur, Ven. Iurkowski eiusdem

Academiae professor contra consuetudinem lege introductam, posthabita Cancellarii sui auctoritate, ad Illm̃um Dn̄um Nuncium Apostolicum in Regno nostro ad praesens manentem appellaverat. Sed Illm̃us Dn̄us Nuncius bene trutinato statuti Academici sensu causam inappellabilem adinvenit, eamque ad Cancellariam Academiae remisit. Veruntamen neque hoc Illm̃i Dn̄i Nuncii decretum eundem Ven. Iurkowski repressit ab obstinata litigandi voluntate: qui Venerabilem Gregorowic S. Th. D. ipsomet senio et meritis in Academiam Venerandum, affixum cathedrae Professorem, cum magno Professionis suae detrimento in Urbem evocavit. Speramus tamen hanc eius temeritatem condignam poenam Romae subituram: imo ut subeat, causaque praesens ad Cancellarium Academiae tanquam ultimum Iudicem remittatur, petimus tanto studiosius, quanto plus emolumenti scimus adferre id Communitatibus, si convellere suas leges non assuescant. Supplicamus quoque eo nomine Sanctissimo: attamen cum et Illustritatis V. patrocinium plurimum momenti huic negotio adiecturum consideramus, peramanter petimus, ut huic causae nolit V. Illustritas deesse. Grata accepturi animo quidquid in ea promovenda et conservanda auctoritati legum et Cancellarii dictae Universitatis privilegiatae iurisdictioni et Illm̃i Dn̄i Nuncii decreto hac in parte lato Illustritas V. officii impenderit. Cui prosperam et diuturnam valetudinem a Deo precamur. Datum Varsaviae die quinta Mensis Ianuarii Anno Domini MDCL.

Ioannes Casimirus Rex.

CCCCXXXVIII.

Puncta dominis dissidentibus data, quae in futuris sex hebdomadarum comitiis ante omnia approbanda sint.
Nuntiat. Polon. Vol. 60.

Privilegia, Commissiones, Edicta universalia, Mandata et Interdicta, Exercitium Religionis Dissidentium in Religione Christ. tam in bonis terrestribus, quam in civitatibus et oppidis Confoederatione Anni 1632. expressis (in quibus liberum exercitium Religionis eadem Confoederatione concessum est) tollentia, aggravantia aut impedientia, neque subscribemus, neque ex Cancellariis nostris utriusque gentis extradi permittemus, et si quando extradita fuerint, pro nullis et cassis ea habebimus.

Actiones omnes Dissidentibus intentatas ratione Religionis Christianae ita iudicabimus, ne pax Dissidentium in Religione, et liberum eorum Religionis exercitium violetur.

In Civitatibus et oppidis nostris ad Ius municipale, ad Magistratus admittere homines in Religione Christiana dissidentes non prohibebimus, qua in re nulla interdicta valere debebunt, salvis privilegiis Civitatum.

Porro quemadmodum Constitutio Anni 1622. Decreta quaevis in vim legis lata pacem Dissidentium liberumque exercitium Religionis violantia pro nullis et irritis declarat: Ita nos quoque ea pro cassatis semper habituros recipimus, nec ullam exequutionem eorum permittamus, neque contrarias interpretationes contra articulum Confoederationis de Dissidentibus admittemus, non obstantibus quibusvis protestationibus in contrarium factis et faciendis.

Iuramentum etiam Regum Henrici, Stephani, Sigismundi III., Vladislai IV., Pacta conventa, pacem Dissidentium in Religione Christiana confirmare promittimus, includendo in hac pace omnes eos, qui antiquiorum post Augustum Regem Confoederationum tempore pacem Dissidentibus in Religione Christiana caventium in usu eius pacis fuerunt, salvis iuribus Ecclesiae Catholicae Romanae et Ducatus Masoviae: Integra tamen in omnibus Dissidentium in Religione Christiana pace et securitate, ita quemadmodum in Confoederationibus praeteritis, et in hodierno actu Electionis praescriptum et expressum est. Actum Varsaviae in Comitiis generalibus sex hebdomadarum die 6. Ianuarii 1650.

Matthias Lubienski Archiepiscopus Gnesnensis nomine suo et Illm̃orum DD. Episcoporum in his Comitiis praesentium.

Boguslaus de Lesino Generalis Maioris Poloniae Nunciorum Equestris Ordinis.

CCCCXXXIX.

Rex Poloniae pontifici episcopum Chelmensem Romam proficiscentem commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 27.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater, Dn̄c Dn̄e Clementissime. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac populorum meorum humillimam commendationem. Proficiscitur ad Urbem Rm̄dus in Christo Pater Stanislaus Pstrokonski Episcopus Chelmensis, Scrm̃i olim Vladislai Quarti fratris ac praedecessoris mei confessarius: quem ego ob multa in Regiam domum meam merita magni non

aestimare non possum. Itaque eum S. V. diligenter commendo, et ut illum benigne excipere velit, plurimum rogo. Quod reliquum est, longevum Pontificatum S. V. a Deo precatus, me, Regna ac populos meos paternae ipsius protectioni, et Apostolicae benedictioni quam devotissime commendo. Datum Varsaviae die x. mensis Ianuarii Anuo Dñi MDCL. Regnorum meorum Poloniae Primo, Sueciae vero Secundo Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCXL.

Archiepiscopus Gnesnensis a pontifice petit, ut clero Poloniae facultatem regi ad reprimendam Cosachorum rebellionem subsidium caritativum ex bonis ecclesiae dandi concedat. Litt. Princip. Vol. 70. fol. 85.

Sño ac Beatño in Christo Patri D. D. Innocentio Div. prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Innotuit iam Sanctitati V. (ut existimo), quam graviter praeteritis diebus manus Domini partem hanc ovilis S. V. tetigerit, cum rebellium Cosacorum colluvies, adscitis in societatem suam Tartaris, congestaque grandi trecentorum et ultra millium hominum multitudine, concitata denique plebe, ut in dominos suos impune saeviret, plurimos tam ex Clero, quam ex Saecularibus Illustrium et Nobilissimarum familiarum crudeliter sustulit, plurimas Ecclesias, Monasteria Religiosorum et Monialium, Virginibus Deo dicatis abusa, profanavit et sacra suppellectili orbavit. Et licet miscricors Dominus gemitus nostros propitius respicere dignatus sit, dum virtute eius firmata Scrñi Regis nostri dextera eiusmodi insolentias quodammodo conquiescere fecit, Tartarorum Chamo, ut ex ditionibus Regni excederet et latebras suas repeteret, efficaciter persuasit, ac Cosacos rebelles pacatiores reddidit. Quia tamen plebs rustica, dominorum suorum dominatum ferre impatiens, subtrahere cervices suas iugo ipsorum contendit, et glebas suas deserens numerosissimas turmas conflat, ac grave periculum ditionibus Regni parat: ita fortiter Status Saecularis in praeteritis Comitiis apud Nos Ecclesiasticos institit, ut nisi ad reprimendum conatum rebellium, ultra communes omnibus Statibus Regni Contributiones, speciali aliquo subsidio concurreremus, Consilia Comitiorum duobus ferme mensibus agitata nullo effectu potiri, quinimo bona Ecclesiastica militum stipendia sibi debita exolvi exigentium praedae et libidini cedere deberent. Tam dira itaque praedicti Status Saecularis importunitas effecit et Nos coegit, quod de voluntate S. V. certiorati, summam certam conferre promiserimus. Quam humillime nomine meo et totius Cleri supplico S. V., ut hoc studium nostrum in conservanda Patria nostra S. V. probare, et beneplacitum suum per Breve declarare dignetur. Quam ut Deus aeviterne incolumem Ecclesiae suae et Nobis servet, divinam Maiestatem supplex exoro, et S. V. pedes devotissime exosculor. Squiernieviciis 25. Ianuarii 1650.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus servus
MATTHIAS LUBIENSKI ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS mpp.

CCCCXLI.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut B. Stanislaum Kostkam in sanctorum numerum referat. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 12.

Sño ac Beatño in Christo Patri D. D. Innocentio Div. prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis, humillimamque mei ac Regnorum meorum commendationem. Augetur indies innata mea circa promovendam Supremi Numinis eiusque Sanctorum gloriam sollicitudo, et quemadmodum libenter agnosco, me singulari Dei beneficio, Divorumque Patronum auxilio et in Regali Solio collocatum esse, et cum hostibus feliciter dimicasse, pari certe animo eorumdem cultum ac venerationem magis magisque in dies dilatans, ac per amplissima quaevis terrarum spatia arbitror esse proferendam. Quam quidem animi mei devotionem cum omnibus quidem Regni mei Tutelaribus, tum praecipuo quodam affectu B. Stanislao Kostcae (cuius Patrocinium difficillimis quibusque temporibus expertus sum) me debere confiteor. Supplici idcirco voto Urbem accedo, meo populorumque meorum a Sanct. V. petens nomine, ut Divum hunc, cuius iam et foelix anima in beatorum Spirituum coetu regnat et corpus caelesti virtute praeditum quotidianis nitet miraculis, in Sanctorum numerum referre velit, eosque honores in terris illi decernere, qui aliis Sanctis ab Ecclesia Catholica tribuentur. Quo facto adimpletura est Sanctitas Vestra universae gentis Sarmaticae vota ac desideria, quae nihil ardentiori expetit studio, quam ut patricium suum per univer-

sum videat inclarescere orbem, et perpetua, exemplo meo, ad Maiestatem Diviuam effundet vota pro faelici ac diuturno Sanctitatis Vestrae regimine. Quod superest, me iterum Regnaque mea Sanctitatis Vestrae paternae gratiae et Apostolicae benedictioni devotissime commendo. Datum Varsaviae die XI. Februarii Anno Domini 1650. Regnorum meorum Poloniae et Suetiae Secundo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCXLII.

Episcopus Vratislaviensis supplicat pontifici, velit rescindere sententiam de abbatiae Clarae Tumbae in praeiudicium suum latam. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 62.

Sño ac Beatño in Chriso Patri D. D. Iunocentio Div. prov. PP. X. etc.

Sñc ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum S. V. mei meorumque Episcopatuum diligentissimam commeudationem. Non sine gravi dolore iustam meam contra Reverendum Remigianum Piasecki in paternum S. V. siuum querimoniam effundo, qui Coadiutoris Abbatiae Clarae Tumbae praetensivo quodam iure potitus, dum huic beneficio ad S. V. Illñi et Rñi Dñi in Polonia Nuncii Acta libere et sponte renunciassct, mihique Serñus Poloniae Rex frater meus Charissimus idem gratiose contulisset, ac tota Respublica et Natalium meorum splendori, et nuper non postremis in ipsius integritatis subsidium et salutem sumptibus oorrcspondendo meis, pro dcbita gratitudine concordi voce tribuisset, ipse non nisi in grave levipendium personae et dignitatis meae, re iam non integra, inprimis resignationi suac reclamavit, deinde supplicatione quadam ad pedes Sanctitatis V. praemissa, iudicem Rñum Celium Bichium sacri Palatii Apostolici Auditorem specialiter sibi impetravit, ac dum Electio in personam meam ab istius sacri Coenobii Religiosis instituerctur, eiusdem inhibitione totum illum Actum non sine gravi et Regiae Maiestatis fratris mei Charissimi uti Patroni meaeque personae collusione irritum reddidit. Pensaturam hic minime dubito S: Vestram, qua animi amaritudine accidere mihi id potuit, utpote ab hominc natalium Nostrorum splendori minime digno, divae memoriae Parentis mei et fratris Charissimi beneficiario, imo si mores inspiciantur, falsario ac homicida, vel potius utrique crimini obnoxio, ut enim primum dilueret, alterum nuper perpetravit, eam collusionem pati, cum tauta indignitate sanguinis Regii, ac vilipendio iurium meorum, quibus fretus ad electionem illam accessi. Sane pro reverentia S. V. cui vitam ipsam sacram essc cupio, sustinere eam indignitatem debui, quam ipse aestimare nescius ita involvit. Sed tameu humiliter a S. V. supplicarc volui, quatenus sanguinis Regii rationc habita non sinat me certare de iurc mco cum eo, quem natura ad obscquium nostrum formavit: nec patiatur amplius illudere illi, qucm a vita ac beneficio colere debet. Et quoniam hacc Electio in cassum abivit, dcmisse postulo, ut S. V. ad praesentationem et nominationem Serñi Regis Dñi fratris mei Charissimi de praedicta Abbatia providcre mihi, cum cassatione inhibitionum et pretensionum ipsius, paterne dignetur, imo hunc officii sui memorem reddere, ct Rñum Dñum Auditorem Camerae Apostolicae, ut sanguini Regio aliter Monitoria et inhibitiones, quam nunc ad valvas publicatae sunt, praefigere discat, pro sua innata clementia monere dignetur. Nec in hoc aliqua privatae rei cupiditate me laborantem sibi persuadeat, quam potius houoris mei restaurandi impense studiosum, ut nimirum tanto clarius alii cognoscant Apostolicam Sedem corum honori sedulo invigilare, qui ipsius Dei gloriam augere stabilireque alacrius consueveruut. Quod dum iterato humillime a S. V. peto, ciusdem gratiae dcmississima mea obsequia quam diligentissime devoveo. Datum Nissac in Residcntia mea Episcopali die XIX. mensis Martii Anno Domini MDCL.

Sanctitatis Vestrae

Devotissimus filius et obsequentissimus scrvus
CAROLUS FERDINANDUS.

CCCCXLIII.

Rex Poloniae cardinali Panziroli supplicat, velit efficere apud pontificem, ut nominatus episcopus Posnaniensis confirmetur. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 54.

IOANNES CASIMIRUS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Illño et Rño in Christo Patri Iacobo Panciroli S. R. E. Cardinali, amico nostro charissimo et houorando, Salutem et omnis felicitatis continuum iucrementum. Illñe ct Rñe iu Christo Pater et Dñe, amice noster charissime et honorande. Vacante nuper Posnanicnsi una cx Primariis Regni nostri Cathcdra, assumpsimus

ad eam promovendum et pro iure nostro Regio eius Sanctitati nominavimus Ven. Casimirum Czartoryski Cracoviensem, Senatoris Regni nostri filium, virum non modo splendore vetusti generis, sed pietatis et doctrinae laude conspicuum, proindeque Nobis apprime charum gratumque. Quare ab Illustritate Vestra petimus, ut ei sacrarum literarum expeditionem in Urbe procuranti favere, in eoque potissimum eniti velit, ut sacras literas quam minimo sumptu obtineat. Quod petendum pro eo non putaremus, nisi Nobis optime constaret, bona et facultates eius in Russia, ubi atrocissimum bellum nuper gestum est, consistentes graviter afflictas et attritas esse. Speramus proinde eius rationem hac de causa habitam iri, quod ut Illustritas V. curae habeat, iterum ab ea petimus, eique longaevam incolumitatem et quasvis felicitates precamur. Datum Varsaviae die XXV. mensis Aprilis Anno Domini MDCL. Regnorum Nostrorum Poloniae et Sueciae Secundo Anno.

IOANNES CASIMIRUS REX.

CCCCXLIV.

Idem rex a pontifice petit, ut cardinali Ursino electo a se Poloniae protectori faveat. Litt. Princip. Vol. 61. fol. 6.

Sño ac Beatño in Christo Patri D. D. Innocentio Div. prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V. mei Regnorumque ac populorum meorum humillimam commendationem. Cum caetera omnia recte et prudenter a Sancta Apostolica Sede instituta sunt, tum illud percommode et optimo consilio, quod singula Regna et Nationes suos habeant Protectores, ut per eos Sanctitas V. negotiorum et curarum mole occupata gentium et populorum desideria et necessitates melius intelligat, iisque paterno affectu prospiciat. Huic itaque laudabili Regnorum omnium et Antecessorum meorum insistens consuetudini delegi nuper in Protectorem Regni mei Poloniae Illñum et Rñum in Christo Patrem Virginium Cardinalem Ursinum, qua de re S. V. significare volui, ut eum, quotiens mea et Regni mei negotia S. V. commendabit, benigne audire semperque faventem se et propitium mihi exhibere dignetur. Quod reliquum est, S. V. longaevum Pontificatum ex animo precatus me populosque meos eius protectioni commendo. Datum Varsaviae die I. mensis Iulii Anno Domini MDCL. Regnorum meorum Poloniae Secundo, Sueciae vero Tertio Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCXLV.

Pontifex regi Poloniae significat se nuntio suo commisisse, ut nomine suo regiam prolem proxime nasciturum sacro baptismatis fonti admoveat. Reg. Brev. An. VI. ep. 370.

Charissimo in Chisto filio nostro Io. Casimiro Poloniae ac Sueciae Regi Illustri.

INNOCENTIUS PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Ea est eximiae erga Maiestatem Tuam charitatis nostrae magnitudo, ut etiam tot veteris benevolentiae causis novos animorum nexus cumulate addere usque cupiamus. Quamobrem desiderii tui petitione perlibenter excepta, Venerabili fratri Archiepiscopo Adrianopolitano Nuntio isthic nostro statim demandavimus, ut nascituram, concedente Domino, ex Charissima in Christo filia nostra Regina coniuge Maiestatis Tuae prolem nostro nomine sacro Baptismatis fonti admoveat, et Apostolicae benedictionis munere praesidioque consignet. Verum Nos quanti non modo Poloniae, sed etiam totius Reipublicae Christianae interest Regiam Domum istam verae pietatis ac religionis propugnatricem fauste propagari, tanto plane voluntatis propensissimae studio Regii partus felicitatem a Divina clementia petimus. In eamque rem iam nunc Maiestatibus Vestris omni prorsus ex animo paterne benedicimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die II. Iulii MDCL. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CCCCXLVI.

Rex Poloniae pontifici episcopum Varmiensem Romam proficiscentem commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 28.

Beatissimo Padre. Il Conte di Lezno Vescovo di Varmia viene per presentarsi ai piedi di V. Beatitudine, da cui spera essere accolto con segno di paterna affettione. Et benche egli lo meriti in se stesso in riguardo della propria qualità, e delle virtù che questa accompagnano; tuttavia per il particolare amore che io li porto, e per quello di V. B. verso di me non posso lasciare di vivamente

raccomandarglielo, supplicandola di esercitar meco in persona di lui con pienezza di gratie i soliti atti della singolare sua bontà, sicura che riceverò come in me stesso tutte le dimostrationi con che vorrà honorarlo, e le bacio i Santissimi piedi. Varsavia li 25. Agosto 1650.

Di V. B.

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clemcntissime. Post oscula pedum beatorum S. V. meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Venit in conspectu Sanctitatis Vestrae Rñdus in Christo Pater Venceslaus a Leszno Episcopus Varmiensis praeclari nomiuis, in Rcgno meo Senator, Sanctissimos S. V. pedes deosculaturus, ipsique humillimam ac devotissimam sui subiectionem coram professurus. Hac ipsa suscepti ab eo iu Urbem itineris occasioue dedimus illi in mandatis, uti pariter cultum et devotionem meam S. V. luculentis vcrbis deferret, simulque nonnulla commissa nomine meo devotissime exponeret. Quare S. V. humillime supplico exponenti mandata mea benignas aures accommodare, votisque ac desideriis meis paterne annuere velit: id quod ego S. V. omni animi contentione promereri studebo. Cui de caetero longaevum Pontificatum animitus precor, paternaeque ipsius benedictioni me Regnaque mea quam diligentissime commendo. Datae Varsaviae die v. mensis Octobris Anno Domini MDCL.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

CCCCXLVII.

Pontifex regi Poloniae de studio causam Iansenianam sopiendi gratulatur. Reg. Brev. An. VII. ep. 27.

Charissimo in Christo filio nostro Io. Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Innocentius PP. X. Charissime in Christo fili nostcr, salutem etc. Ex literis Maiestatis Tuae accepimus, quae Nobis de contentionibus occasione doctrinae Iansenii et Arnoldi nuper isthic exortis innotescere voluisti, ac in eo quoque consuetam pietatem tuam et singulare Catholicae religionis studium cum agnovimus, tum eximie commendavimus. Sed quoniam cuncta, quae ad eam rem pertinent, Tibi nostro nomine sedulo referet Venerabilis frater Archiepiscopus Adrianopolitanus Nuntius Apostolicus, ei fidem omnem habere debebit Maiestas Tua, cui Paternam benedictionem amantissime impertimur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XIX. Novembris MDCL. Pontificatus nostri Anno Septimo.

CCCCXLVIII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut sibi ad debellandos Cosachos iisque Tartaros et Turcas coniunctos subsidium ferat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 30.

Sño ac Bño in Christo Patri ac Dño, Dño Innoccntio Divina providentia Papae X. SS. Romanae et Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño Clementissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Patcr, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Intcr tot et externorum et intestinorum bellorum dissidia, quibus universus penc laborat Orbis, eandem tam late serpentem contagionem et Ditiones quoquc mihi subiectae satis expertae sunt, cum atrox et crudelis rebellio propria hucusque non desinat laniare visccra. Neque enim latere posse S. V. arbitror, quomodo ferox et immanis Kosakorum rebellis gens, Chmielnicio duce, adscitis in societatem Tartaris Tauricanis, fusis exercitibus captisque belli ducibus, igni et fcrro devastatis regionibus, extremum genti nominique Polono iam inferre conabatur exitium, nisi me ipsum innumeris barbarorum obiecissem copiis: quo facto non infeliciter, ad petendam pacem (non ulla humana vi, sed sola portentosa ope caelesti) compulsis hostibus, dum iam ex victoriae fructu almae pacis studerem plantare oliveta, et pulsam Regno meo quietem postliminio subditis meis me reddere potuisse sperarem: et ecce hic idem perduellis, felicitatis suae impotens, nova bella et novas parat insidias, solis quippe Tartaris non contentus iam Turcas contra me concitat, omnia sua futura propediem illis pollicitus, quo nomine et tributum Imperatori Turcarum se pensitaturum esse spopondit, vexillo pro more gentis subiectionis signo ab Otthomanis recepto, quorum et Mahometanam superstitionem illum profiteri vel exploratum habeo. Eodem fere dolo Transylvaniae

Principem Rabocium Cathalicae fidei hostem infensissimum et meum malefidum vicinum in suas iam pertraxit partes, tantisque auxiliis tumidus nihil parvum aut humile, sed Regna et Imperia et vasta quaevis sperat. Ego vero caelesti fretus fiducia furiosi hominis ferocia non ita terreor, ut eam reformidem, haud ignarus, quod dissipare soleat impia consilia Dominus. Caeterum cum plena discriminis res sit, cum ingenti hostium multitudine imparibus dimicare copiis, praecipue in tam late patenti Regione, quae neque multis propugnaculorum munitionibus, neque montium naturali mole cingitur, sed solis corporibus illam tueri necesse sit: Supplex idcirco ad pedes Sanctitatis Vestrae accedo, humiliter exorans, quatenus pro paterna sua erga Christianitatem sollicitudine subsidiis bellicis non modo Regno meo, sed fidei Religionique Catholicae ac Sacris Deo dicatis prospectum esse velit. Nam si (quod avertant Superi) reprimendis hostibus parva meorum manu sufficere non possem, quid tum non auderet hostilis furor? aut ubi locorum gentiumve conquiesceret? E contra, si illum tempestivis mihi submissis auxiliis debellari contigerit, tum demum magna ac diu expetita Turcicum debellandi Tyrannum exoriri possit occasio. Quam dum et ego ardenter expeto idque unicum in voto habeo, indubiam spem de benignitate S. V. concipio, quod tantis tamque gravibus perpensis periculis, et meae et universae Christianitatis incolumitati mature providere dignabitur. Cuius interea ea qua par est veneratione exosculor pedes. Datae Varsaviae die XXX. mensis Novembris Anno Domini MDCL.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCXLIX.

Hieronymus Radzieiowski pontificem de collata sibi vicecancellarii regni dignitate certiorem reddit.
Litt. Princip. Vol. 67. fol. 86.

Beatissimo Padre. Come non ho arbitrio, che non vanti soggettione alla suprema e grande autorità della Santità Vostra, così la maggiore delle mie applicationi sarà sempre di presentarle i tributi d'una perfettissima osservanza et obedienza. Mentre però è piaciuto alla Maestà del Rè mio Signore di conferirmi la carica di Vice-Cancellicre di questo Regno, ho stimato non in tutto chiuso l'adito all'ardire di prostrarmi al trono di V. Santità con una reverentissima oblatione di tutto me stesso. E rappresentandole, che il maggiore degl'honori che possa restarmi in desiderio, è il testificare con l'opere, che nel commun debito d'ogni Christiano, et in ogn'altra particolare obligatione, ch'io le devo professare, non sono per lasciarmi giammai superare in riverenza et ossequio verso la S. V., profondamente m'inchino al bacio de i Beatissimi Piedi. Varsavia 7. Gennaro 1651.

Di Vostra Santità

Ossequentissimo et obedientmo filio e servitore
GIROLAMO RADZIEIOWSKI.

CCCCL.

Protestatio nuntii apostolici contra omnia decreta in ultimis comitiis Varsaviensibus a Schismaticis in praeiudicium sacrae Ruthenorum unionis extorta et a rege confirmata. Nuntiat. Polon. Vol. 56.

IOANNES (DE TORRES) Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Adrianopolitanus, et in Regno Poloniae Nuncius Apostolicus, Universis et singulis praesentes nostrae manifestationis ac protestationis literas visuris ac lecturis, salutem in Domino sempiternam. Licet in his novissimis Comitiis huius anni hic Varsaviae celebratis ac conclusis, divina favente assistentia, quidquam contram Sanctam Religionem nostram Catholicam Romanam, nec non contra iura, privilegia ac immunitatem Ecclesiasticam statutum fuerit; attamen non sine gravi animi mei perturbatione ad aures meas nunc mihi pervenit, quod S. Regia Maiestas Serñus Ioannes Casimirus Poloniae et Sueciae Rex modernus suo postmodum peculiari ac speciali privilegio, ac diplomate sub asserta data 8. huius mensis Ianuarii anni 1650 seu etc. ac aliis subsequentibus privilegiis ac diplomatibus nonnullas Ecclesias Catholicas, Cathedrales, Abbatiales sive Archimandrias illorumque Monasteria, ac Parochiales una cum eorumdem omnium Ecclesiarum bonis, iuribus et attinentiis, vacantes et non vacantes, ad Episcopos, Praelatos, Abbates et Religiosos Ordinis sancti Basilii Ruthenos Ritus Graeci cum S. R. E. Unitos spectantes et pertinentes, et ab eisdem Ruthenis Unitis ab antiquissimis temporibus usque ad praesens possessas, personis Schismaticis et a nostra Religione Catholica Romana aberrantibus concesserit, personasque Schismaticas ad easdem Ecclesias Cathedrales presentaverit, varia bona ab cisdem Ecclesiis dismembraverit, illisque varias facultates ac

privilegia concesserit, prout latius in supradicto diplomate et aliis diplomatibus et privilegiis a dicto Serño Rege subscriptis, ad quod et ad quae condigna relatio habeatur: quae concessiones, praesentationes et alia omnia in dicto diplomate ac aliis diplomatibus contenta cum sint divino cultui, animarum saluti Sanctaeque Sedi Apostolicae valde nocua, Ego qui supra inhaerendo mandatis Sanctñi D. N. Innocentii PP. X., sicuti tempore dictorum Comitiorum ea omnia, quae officii mei fuerint, adimplevi, non tantum apud dictum Serñum Regem (cui etiam Breve dicti Sñi sub data xv. Octobris anni praeteriti praesentaveram), verum etiam apud Illños Episcopos et alios Regni Proceres, quibus persaepe, ne aliquid nostrae Sanctae Religioni Catholicae Romanae eiusque personis, bonis, iuribus, immunitati Ecclesiasticae ac iurisdictioni Sanctae Sedis Apostolicae praeiudiciale fieri permitterent, commendavi: ita ex eiusdem mei muneris ac sollicitudinis debito, nomine memorati Sñi D. N. Innocentii PP. X. eiusque S. Sedis Apostolicae, nunc a prima habita notitia supradictarum concessionum et praesentationum contra easdem, sive contra dictarum concessionum et praesentationum privilegia ac diplomata tam concessa, quam in futurum forsan concedenda protestor, ac de illarum sive illorum nullitate et invaliditate dico, cum huiusmodi concessiones, praesentationes, privilegia ac diplomata sint ipso iure nulla et iuvalida tanquam sacris Canonibus et Summis Pontificum Constitutionibus et Bullis adversantia et adversantes, ac immunitati Ecclesiasticae, iuribus, privilegiis, iurisdictioni Sanctae Sedis Apostolicae nostraeque Religioni Catholicae perniciosissima ac praeiudicialissima, perniciosissimae ac praeiudicialissimae. Quandoquidem Serñus Rex huiusmodi Ecclesias Catholicas illarumque bona antiquitus immunitati Ecclesiasticae adscripta, et Episcopis, Praelatis, Abbatibus sive Archimandritis et Religiosis Basilianis Ruthenis Graecis cum Sancta Catholica Romana Ecclesia Unitis iam pridem concessas et assignatas, ac consignata et assignata, et per eosdem ab antiquo tempore usque ad praesens pacifice possessas et possessa, et quibus Ruthenis Unitis ius ad supradictas Ecclesias et Monasteria, illarum ac illorum bona et iura quaesitum pridem fuerat, dare non potuit, multo minus ad dictas Ecclesias Cathedrales et Monasteria Schismaticas personas praesentare, illisque nonnullas alias facultates circa res et actus mere spirituales et ecclesiasticos impartiri. Quapropter ne huiusmodi concessionibus, praesentationibus, privilegiis ac diplomatibus immunitas Ecclesiastica, iura, privilegia ac iurisdictio Sanctae Sedis Apostolicae damnum aliquod, vel praeiudicium patiatur ac respective patiantur, iterum atque iterum contra easdem praesentationes, concessiones, privilegia ac diplomata solemnissime protestor, ac de illarum et illorum nullitate ac invaliditate dico omni meliori modo et forma, quibus de iure possum et valeo. Ad futuram autem memoriam hanc meam manifestationem ac protestationem in actis Curiae huius Nunciaturae Poloniae registrari mando, prout et per dictam S. R. M. admitti et in actus Cancellariae huius Regni et Magni Ducatus Lithuaniae inseri ac ingrossari peto, non tantum praedicto, sed omni meliori modo etc. In quorum fidem etc. praesentes manu mea subscriptas sigillo meo communiri volui. Datum Varsaviae die ultima mensis Ianuarii 1650.

(L. S.) Ego Ioannes Archiepiscopus Adrianopolitanus Nuntius Apostolicus.

Titus Lucianus Cancellarius.

CCCCLI.

Nuntius apostolicus pontificem de foedere inter regnum Poloniae et rempublicam Venetam contra Turcas inito certiorem reddit, adiectis eiusdem foederis tabulis. Nuntiat. Polon. Vol. 57.

All' Illño et Rño Sig. il Sig. Cardinale Pamphilj.

Varsavia, 21 Gennaro 1651.

Mi feci lecito di significar à V. Eñza coll' antecedenti, che havrei procurato una udienza particolare del Rè per rimuovere qualche ostacolo, che pareva s' incontrasse nello stabilirsi con questo Regno e la Serña Republica di Venetia una sancta Confederatione contra il Turco. Ne trattai efficacemente con S. M., e mi portai ancor dalla Regina, perche mi giovasse e mi cohoperasse co' suoi pietosi ufficii. Doppo di queste udienze fui à trovar Monsig. Grancancelliere, e tutta la difficoltà rimanerà à 50 mila tallari, poiche questi Signori chiederano due Millioni di scudi al Sig. Conte Girolamo Gavazza Ministro per la Republica di Venetia, e poi si ridussero à 250 mila tallari in ciascun anno durante la guerra contro l' Ottomano, et il Sig. Conte era condesceso à darne solamente 200 mila. Doppo si restrinsero le difficoltà nel tempo da farsi il pagamento, desiderandosi hora qui il danaro, sendo anche presentaneo il bisogno per far levate di genti forastiere, senza delle quali S. M. intende di non voler in conto alcuno impegnar la sua Real persona, persistendo nelle deliberationi sopra di ciò fatte nella passata guerra coi

Tartari e Cosacchi. Con la Divina assistenza, e ne sia sempre Iddio lodato, si è risoluto e conchiuso, che la Republica di Venetia darà li tallari 250 mila per anno, ma che li pagamenti di una metà di detta somma, cioè di 125 mila si faccia nell' atto, che si muoveranno tutte queste armi del Regno, di Lituania e de Cosacchi contro il Dominio del Turco, e dell' altra metà quattro mesi doppo il sudetto primo pagamento. Il sudetto Sig. Conte vi s' è applicato et operato con ogni sorte d' industrioso zelo, e la pietà ancora del Rè e di questi Signori è stata et è si grande, che posposto ogn' altro interesse sono condescesi à questa lega per puro zelo del Christianesimo. Le Capitolationi verranno à V. Eñza in foglio à parte, et io prego Iddio benedetto, che conceda progressi à questa santa Unione corrispondenti al comun desiderio, et à quello singolarmente di N. S., che per aventura deve superar tutti, come è destinato da Dio Capo e Superiore di tutti, e che in questa buon' opera ha havuta si gran parte. Mentre queste Maestà e Ministri si compiacquero di servirsi di me col Sig. Conte, et egli desiderò le medesime mie interpositioni con questi officiali e Maestà.

Varsavia, 28 Gennaro 1651.

Il Rè partì verso Lituania per visitar la miracolosa Madonna di Zierovicz alli 24 del cadente, e lasciò imperfetto e nella maniera come si scrisse la settimana passata il negotio della lega con i Signori Venetiani. Hà però dato ordine à Monsig. Prasmoscki Regente della minor Cancelleria, che procuri sieno segnate le Capitolationi di detta lega da Monsig. Grancancelliere, e che poi glie le mandi dietro, perche nel suo passar per certi beni del Sig. Sapieha Vicecancelliere di Lituania, dove da questo sarà ricevuto, farà che le segni e sottoscriva ancor questo ministro et officiale per parte di quel Granducato. S. M. haverebbe desiderato d' haver presentemente qualche somma di danaro per far levata di gente forastiera, e con questa portarsi di persona contro i Cosacchi e contro il Turco. Ne hà richiesto il Signor Conte Gavazza con esibirgli in pegno le gioie, o che gli trovi la Republica di Venetia mercanti, che sopra di queste gli dessero il danaro per dette levate. La Regina ancor apertamente mi disse et il Segretario Doni, che S. M. non si curarebbe d' altro danaro in avvenire, purche hora n' havesse pe' l sudetto effetto. Ma il Sig. Conte non solo non hà risposto di notificarlo in Senato, ma ha ancor troncato sopra di ciò ogni speranza et ogni discorso; per lo che tanto S. M. quanto questi Signori par che se ne sieno gravemente offesi, e ne parlano con poco rispetto. Con che etc.

Giovanni Arcivescovo d' Adrianopoli.

Tabula foederis inter Poloniam et Venetorum Rempublicam ad Turcas debellandos initi.

In Nomine Sacrosanctae et Individuae Trinitatis.

Iniustum bellum perfide a Turcis Serñac Venetiarum Reipublicae illatum, aperte demonstrat ipsorum avidam subiugandae Christianitatis libidinem, cum eius propugnaculum et antemurale Regnum Cretae occupare tentaverint, et iam per sex annos in eodem perverso conatu insistant. Eoque magis comperta est prava illorum intentio in violatione pacis cum Serño Dño Dño Ioanne Casimiro Poloniae et Sueciae Rege et Magno Duce Lithuaniae, cum (contra sancita pacta) non solum Tartaros excitaverint ad conspirandum cum Cosaccis in incursionibus et damnis gravissimis huic Regno illatis, magnam inde percipiendo utilitatem ex captivitate innumerarum animarum, quas usui triremium adhibuerant; verum etiam adscitis ipsismet Cosaccis ad suam obedientiam et subditionem, eos stimulabant sub spe potentium auxiliorum, ut novas seditiones et excidia committant. Unde praedictorum Principum providentia vere merito excitatur, ut propriae non minus quam totius Christianitatis consulant indemnitati.

Quamobrem quae inter eosdem Principes per tot saecula intercessit amicitia, nunc ad peculiarem confoederationem ineundam stimulos addidit pro communi salute.

Ut igitur tam pium et necessarium opus suum habeat effectum, cum pro parte S. R. M. et Serñac Reipublicae Polonae et Magni Ducatus Lithuaniae tractaverint Rñi, Illñi et Exñi Dñi Andreas de Lescno Lesczynsky Episcopus Culmensis et Pomesaniae, Supremus Regni Poloniae Cancellarius, Georgius Lubomirski Supremus Regni Marschalus, Hieronymus de Radzieiowice eiusdem Regni Procancellarius, Boguslaus Comes in Lescno Lesczynski supremus Regni Thesaurarius, et Lucas de Benin Curiae Regni Marschalcus: nomine vero Serñae Venetiarum Reipublicae Illñus Dñus Comes Hieronymus Cavazza, tum ad Serñum Regem, tum etiam ad praefatam Rempublicam Polonam et Magnum Ducatum Lithuaniae specialibus fidei literis ad hunc tractatum delegatus, divini Numinis auxilio invocato in mutuas confoederationis leges convenerunt tenore sequenti.

1°. Rebus cum Cosaccis qualicumque modo compositis (quod inter paucas hebdomadas futurum Deo volente speratur), promittunt S. R. M. et Respublica Polona Cosaccorum armis una cum aliis Regni et Magni Ducatus Lithuaniae invadere status Ottomanicos, tum mari per Pontum Euxinum armata navium manu, tum terra omni quo fieri potest fortiori exercitu.

2°. Viceversa dicta Venetiarum Respublica promittit se omni conatu resistituram, quemadmodum hucusque fecit, Turcarum aggressionibus tam in Dalmatia quam in mari, et in ipso Cretae Regno, ulterius quoque offensiones deferendo, quemadmodum se feret occasio.

3°. Insuper eadem Venetiarum Respublica S. R. M. et Rcipublicae Polonae et Magno Ducatui Lithuaniae contribuet Imperiales ducentos quinquaginta millc in specie, seu eorum currentem valorem quolibet anno, et prima rata videlicet centum et vigintiquinque millium Imperialium incipere debet eodem ipso tempore, quo effective movebuntur praedicta arma tum Regni Poloniae tum Cosaccorum ad aggrediendas Turcicas ditiones, alia vero ccntum et viginti quinque milia Tallerorum post quatuor menses ab ipsa prima solutione proximos. Eaedem summae et pecuniarum quantitates codem modo et tempore solvi debent singulis annis hoc durante bello: et solutiones fient vel hic Varsaviae, vel Cracoviae aut Gedani, prout expeditius et commodius esse poterit, cuicumque Sacra Regia Maicstas demandaverit, mediante quietatione S. R. Maj. sub sigillo Regni et Magni Ducatus Lithuaniae. Et idem Dñus Comes se curaturum promittit, ut eo tempore, quo diploma approbationis et ratificationis huius Confoederationis exhibebitur pro parte dictae Reipublicae Venetae, summa Talerorum supra cxpressa hoc in Regno effective reperiatur, ut iuxta praesentcs conventiones consignari possit.

4°. Praesens Confoedcratio tam diu durabit, donec divina favente clementia depressa foelicibus successibus communis hostis protervia adigatur ad ineundam gloriosam utrisque Principibus Confoederatis pacem.

5°. Qui Principes Confoedcrati, durante dicto bello, non poterunt quovis praetextu tractare pacem, inducias vel suspensionem armorum sine unanimi consensu ct mutua intelligcntia, ad quod obscrvandum omni meliori modo se adstrictos profitentur.

6°. Quicquid iure huius bclli acquisitum fuerit terra vel mari, fiet acquirentis. Quod si acciderit, ut arma utrorumque Principum Confoederatorum simul coniungi possint, omnia mutuo sibi prompte praebeant auxilia ct subsidia, quae praestari poterunt et occasio requiret.

7°. Cum Summus Pontifex Innocentius X. vigilantissime per Illñum et Rñum Dñum Ioannem de Torres Archiepum Adrianopolitanum, Beatitudinis Suae et Sanctae Sedis Apostolicae Nuncium in hoc Regno, coadiuverit, ut iniretur haec Confoederatio ad amovenda maiora pericula Principibus Christianis imminentia, supplicabitur Sanctitati Suae, ut inherendo vestigiis suorum piissimorum Praedecessorum huius unionis Caput et promotorem se praebere, et subsidia paria insigni Sanctitatis Suae pietati et Religionis zelo praestare velit ad maiorem sui nominis gloriam et Sacrosanctae Ecclesiae beneficium.

8°. Rogabuntur itidem tum S. Caes. M. tum etiam alii Reges et Principes, ut velint coniunctis viribus hanc unionem amplecti et participes fieri victoriarum et hostilium spoliorum, vel saltem milite et pecunia opem ferre: ad quem effectum tam S. R. Maj. quam dicta Respublica Vencta dominis Ministris suis ubique demandabunt, ut omnia meliora et efficaciora adhibeant officia.

9°. Quae quidem Capitulatio et Confoederatio tunc suum completum assequetur vigorem, cum fuerit tum a S. R. Maj. tum a Serña Republica Veneta spccialibus ab utrinque diplomatibus authenticis, uti moris est, approbata et ratificata omni meliori modo. In cuius rei fidem literae praesentes sunt subscriptae etc. Datum Varsaviae die ... Ianuarii 1651.

CCCCLII.

Rex Poloniae pontifici de muneribus sacris et de ense et pileo benedictis sibi missis grates reddit, supplicatque, ut principes christianos ad ipsum in bello contra Cosachos iisquo coniunctos Tartaros adiuvandum exhortetur.
Litt. Princip. Vol. 61. fol. 19.

Sño ac Beatño in Christo Patri D. D. Innocentio Divina prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Quem mihi S. V. pro more Sanctae Apostolicae Sedis sacratum ensem cum pileo, stanti in procinctu itineris bellique contra rebelles et contumaces Schismatico errore oppressos subditos, aliosque immanes Christiani nominis

hostes Tartaros et Turcas (nam et hos iam in societatem belli traxit rebellio), per manus Revmi Apostolici sui Nuntii obtulit tradiditque, obviis manibus et alacri animo accepi, plenus eius spei, divinum illud Numen, quod Regibus iustitiam gloriam suam extendentibus victorias dat, mihi praeliaturo affuturum, meosque generosos conatus, non adversus vicinos ex levi causa, ambitu aut cupiditate motos, secundis et caelestibus ventis aspiraturum. Eo iam ergo non tantum contra foede excitatam, a me hactenus omnibus modis et viis clementiae cupiente sopitam, Schismaticam rebellionem, sed etiam coniuratos illique connexos infideles Scythas et Turcas, quos per summam impietatem sibi perfidus latro devinxit. Prosequatur etiam S. V. euntem ampliori paterna sacraque benedictione, et si, quod Deus avertat, vires hostium, ut sunt non contemnendae, graves mihi, graves rei Catholicae Christianaeque essent, cura et subsidio Pontificibus Maximis, S. V. praedecessoribus, solenni praesto adesse dignetur, caeterisque Principibus Christianis ad iuvandum me et Regnum hoc vere Catholicum auctor sit. Cuius paterno amori et votis piis, actis pro transmissis mihi bellicis hisce insignibus submisse gratiis, me, populum Regnaque mea diligentissime commendo. Datum Lublini die xxii. mensis Aprilis Anno Domini MDCLI. Regnorum meorum Poloniae et Sueciae Tertio Anuo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dne Dne Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae, meique humillimam commendationem. Agnosco paternum S. V. erga me affectum, quem nuper mihi benigne testata est, cum me per manus Rmi Nuntii Apostolici binis donis sacris, nimirum Aureo Rosae Flore et Sanctae Crucis Ligno aliisque reliquiis aurea theca inclusis ritu solenni cumulavit. Ingentis ac prorsus inaestimabilis pretii loco munus id uti ab universali Pastore, Servatorisque nostri Vicario datum duco, planeque confido, plurimum me in hac incerta vitae humanae usura contra quosvis humani generis hostis insultus adiutam fultamque iri. Memorem me vero cum aliorum a S. V. perceptorum, tum nuperrimi huius beneficii futuram profiteor. Et interim me paternae illius sanctaeque benedictioni commendo, precorque, ut me velut devotissimam Sanctae Sedis Apostolicae filiam paterno favore et benevolentia prosequatur. Cui diuturnum et fortunatum Sanctae Ecclesiae regimen ac optimam et prosperrimam valetudinem exopto. Datum Lublini die xxii. mensis Aprilis Anno Dni MDCLI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissima filia
LUDOVICA MARIA REGINA POLONIAE ET SUETIAE.

CCCCLIII.

Episcopus Cracoviensis supplicat pontifici, ut dies festus B. Salomeae solemni ritu in Polonia celebrari possit.
Litt. Episcoporum Vol. 11. fol. 328.

Smo ac Beatmo in Christo Patri D. D. Innocentio PP. X. etc.

Sme ac Bme Pater, Dne Dne Clementissime. Paterna Sanctitatis Vestrae gratia obtinuit Regnum istud et Deodicatarum sub Regula Sanctae Clarae Virginum Coetus solatium hoc, quod suae Fundatricis Salomeae beatificationis processum pergat in Alma Urbe promovere. Cum vero maioribus in dies huius Beatae nomen miraculis inclarescat, et beneficiis, quae sua intercessione coelitus derivant in multos, Christifidelium pietas ad omne cultus et devotionis officium excitetur, ac proinde publico et solemni ritu de eadem mereri communibus votis exoptant. Supplex eapropter ad pedes S. V. procumbo, dignetur clementer, pium id eorum desiderium suo quoque sacro cumulari indulto: ut liceat per totum Regnum Poloniae sancta Beatae Salomeae in coelis, ac inter nos gloriosa merita die Dominico post festum Sancti Martini suae commemorationis coli ac celebrari, Missam in honorem eius et officium de Communi Virginum non Martyrum ritu duplici decantando. Non parvo id beneficio animarum et cultus Divini incremento fecerit S. Vestra: Cuius Sanctissimum Ecclesiae suae regimen ut Altissimus optata prospere felicitate, servetque diu regnantem eiusdem Beatae Salomeae intercessione imploraturi exorabimus: me interim humillimum et indignum S. V. paternae clementiae et gratiae, quanta maiori possum, reverentia devoveo. Datum Cracoviae die x. Augusti Anno Domini MDCLI.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus exorator
PETRUS EPISCOPUS CRACOVIENSIS.

CCCCLIV.

Rex Poloniae pontifici significat obitum natae suae, ipsique commendat instaurationem primaevae observantiae regularis ord. Predicatorum in Polonia. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 32.

Beatissimo Padre. È dovuto al paterno affetto di V. B. verso questa sua Regia Casa, et più particolarmente alla benigna protettione, nella quale si compiacque ricevere al sacro fonte la Principessa mia figlia, che io le dia parte, come Dio ha voluto improvisamente chiamarla al godimento eterno de frutti dell'innocenza e delle benedittioni di V. B. delle quali arrichita potrà con maggior decoro assistere al felicissimo servitio di S. Div. M. Illuminata hora dell'obligo che ne deve alla S. V. spero che non le sarà infruttuosa la cognitione che quest' anima innocente prima dell'uso humano ne ha colasù perfettamente ricevuta. Questo non pensato infortunio doppo la consolatione di una fortunatissima vittoria, come è un solito effetto delle terrene vicissitudini, cosi la grave afflittione che io ne scnto è frutto dell'humana natura, la quale non dubito che susciterà anche in V. B. sensi di compatimento verso il mio dolore: et mentre la supplico di sollevarlo con segni di continuata paterna propensione verso questa Casa, bramo alla S. V. con longhezza di anni non interrotte prosperità, cosi bacio i santissimi piedi. Varsavia li 13 Agosto 1651.

Beatissimo Padre. Fra le più prementi cure, che io habbia nell'amministratione da Dio datami di questo Regno, è la riforma degl'abusi de Regolari, appresso de quali giace generalmente prostituita l'osservanza religiosa. Et vedendo con esperienza l'impossibilità di conseguirne l'intento per mezzo di Superiori nationali, mi rivoltai alli Superiori maggiori, facendo instanza di mandare in queste Provincie Commissarii forestieri d'incorrotta bontà, che venissero accompagnati dalla suprema autorità di V. B. È venuto perciò à mia richiesta in questo Regno Commissario Apostolico della Religione Domenicana il Padre Maestro Serafino Spada, che havendo cominciata la visita in questo Convento di s. Giacinto con quel zelo e prudenza che si richiede, è stato forzato con mezzi violenti e scandalosi di non condurre à fine l'incominciata commissione, riconosciutosi evidentemente non esser sufficiente un simile temporaneo rimedio per ridurre a' religiosi costumi gli abusi secolareschi, che in questi Regolari hanno stabilito hoggi troppo alte radici. Et havendo io voluto intendere dal medesimo Padre Commissario la propositione di altri più efficaci rimedii, ho trovato che i più proprii sarebbono il mandare Provinciali forestieri con breve di V. B. per lo spatio di nove o sei anni almeno, et lo stabilire in ciascuna di queste Provincie un Convento immediatamente soggetto al Padre Generale, dove sian Priore e Padri forestieri, che lo possino tenere sinceramente informato di quello che occorre; nel qual caso gradirei che uno di essi fosse questo Convento di Varsavia, perche essendo in faccia della Corte potrebbe con molta utilità diffondere negl'altri il buono odore dell'osservanza. Ha perciò con il mio consenso risoluto il Padre Commissario di ricondursi a' Santissimi piedi di V. B. doppo che havrà spedita la visita sopra ogni altra necessaria del Convento di Cracovia, per dove s'incamina. Supplico V. B. di sentire da lui più particolarmente quello che qui gli è occorso, et i miei sensi voltati alla maggior gloria di Dio, e compiacersi d'impiegare l'Apostolica sua autorità per l'esecutione de rimedii che habbiamo unitamente giudicati più proportionati ad un male ridotto all'estremo. Benche questo sia per essere un'effetto dovuto alla cura che obliga V. B. d'invigilare alla conservatione di cosi cospicua Religione, tuttavia sarà da me ricevuto per un nuovo segno della sua paterna affettione verso di me, col quale verranno accesciuti i miei debiti verso di V. B. à cui auguro lungo corso di felicissimi anni, e bacio i santissimi piedi. Varsavia li 30 Agosto 1651.

Di V. S.

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

CCCCLV.

Iacobus dux Curlandiae pontifici patrem Iacobum Gorecki ex ordine Praedicatorum suum oratorem commendat. Litt. Princip. Vol. 66. fol. 148.

Sño in Christo Patri, Dño Dño Innocentio Divina providentia Papae X. SS. et Universalis Ecclesiae P. O. M. Dño Clementño.

Beatissime Pater. Post oscula pedum Sanctitatis V. In arduo negotio per Legatum meum Religiosum Patrem Iacobum Gorecki, Sacrae Theologiae Doctorem, ordinis Praedicatorum, humilia mea

Bñae Paternitati Vestrae defero postulata, cui benignam quaeso S. V. praebere dignetur aurem: quidquid enim nomine meo S. V. proponct, totum hoc cedet in honorem et gloriam Maiestatis Divinae, Sanctaeque Catholicae Ecclesiae incrementum aeternumque S. V. nomen: cum his sacros Bñae Paternitatis V. deosculor pedes. Datum Mitaviae die XXIV. Augusti Anno Domini MDCLI.

Bñae Paternitatis Vestrae

In Christo filius et servus
IACOBUS CURLANDIAE DUX.

CCCCLVI.

Regi Poloniae pontifex de victoria a Tartaris et Cosachis relata, nec non de studio privilegium a Cosachis in rebus fidei extortum abrogandi gratulatur. Reg. Brev. An. VIII. ep. 110.

Charissimo in Christo filio nostro Io. Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

INNOCENTIUS PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Praeclaram de Tartaris et Cosacchis Schismaticis victoriam Maicstatis tuae magna plane perfusi laetitia gratulamur; eoque magis quod insigni hoc edito facinore immortali nominis tui gloriae ingens erga Rempublicam Christianam meritum adiunxisti, cum immanem saevientium Barbarorum procellam omnibus minitantem averteris et depuleris. Nos plane in Sacello Pontificio in ipsa assumptionis nostrae anniversaria die, adstante Apostolico Senatu, debitas gratiarum actiones misericordi Deo solemniter persolvi iussimus; nec aliud gaudio nostro defuit, nisi quod infirmitas valetudinis Nos ei celebritati, quod profecto voluissemus, interesse non sinit. Coeterum pietas singularis tua, quam exercituum Deus eximio hoc victoriae decore donavit, etiam in eo potissimum elucet, quod execrandum illud a Schismaticis extortum privilegium omnino aborogandum susceperis, quemadmodum significavit Nobis Ven. frater Archiepiscopus Adrianopolitanus Nuntius noster, qui pulcherrimo te quoque conatui, duabus ex principalioribus Ecclesiis Catholico cultui redditis, serio manum iam admovisse summa cum tui laude asseruit. Perge igitur, Charissime in Christo fili noster, non minus gloriosum, quam pium hoc opus urgere, ac demum perfice, quod saue tantum, et tam pium Regem et Victorem decet, ut infaustum illud Barbaricae violentiae monumentum ex omni memoria evulsum oblivione perpetua obruatur. Nos invicem Maiestati tuae omuium rerum secundarum felicitatem a Domino precamur, et Apostolicam benedictionem ex intimo Paterni cordis affectu largimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XIV. Octobris MDCLI. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCCCLVII.

Palatinus Polocensis cardinali Pamphilio supplicat, velit apud pontificem id provere, ut titulo episcopatus Piltinensis Iacobus Gorecki ex ordine Praedicatorum insigniri possit. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 152.

Eminentissime Princeps, D. D. Observantissime. Illñus Episcopus Vilnensis fratres meus retinuit hucusque titulum administrationis episcopatus Piltiuensis, qui episcopatus est in manibus Haereticorum, bonaque illius sunt venundata triginta millibus Thalerorum: Huic ergo zelo propagandae fidei Catholicae titulo resignavit in personam Rñdi Patris Iacobi Gorecki, Sacrae Thcologiae Doctoris, ordinis Praedicatorum, nepotis nostri, viri morum probitate et verbi Dei praedicatione conspicui, linguamque illius gentis bene scientis: Quare humiliter Suae Eñae Celsitudini supplico, ut hoc negotium auctoritate sua promovere dignetur, quatenus praenominatus Pater titulo huius episcopatus insigniri possit. Ad redemptionem vero bonorum episcopalium, cum sim ultimus familiae meae haeres iamque in declivio annorum meorum, partem substantiae meae impendere statui. Quousque autem haec bona redimentur, summam mille flor. pro honesta sustentatione eidem quotannis offero. Humili igitur hac mea delata postulatione sacram venerabundus Eñae Celsit. Vestrae deosculor purpuram. Datum Iuvis die 9. Novemb. 1651.

Eñae Celsitudinis Vestrae

amicus et servus
IANUSIUS A CIECHANOVICE ZISZKA Palatinus Pollocensis, Supremus Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Dux, Pernaviensis Gubernator mpp.

CCCCLVIII.

Rex Poloniae pontificem de relata a Cosachis et Tartaris victoria certiorem reddit, seque ad expeditionem bellicam suis ad Deum orationibus commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 38.

Beatissimo Padre. Con quell' abbondanza di gratia con che ha voluto la providenza di Dio assistermi nel troncare con armi vittoriose i violenti disegni di un infinita moltitudine d' Infedeli, che

da molti e potenti Prencipi fomentati non solo à questo Regno, ma à tutto il dominio Cattolico una formidabile inondatione audacissimamente minacciava, si è compiacciuta la bontà del medesimo accendere uell'animo mio un ardentissimo desiderio d'impiegare ogni industria e potere per svellere da queste Provincie le radici, che profondamente vi ha poste il mostruoso Scisma, da cui cotanti mali contro la publica quiete et vera Religione originano. Ma perche à ciò fare l'ostinata perfidia e grandi aderenze de Ribelli rendono inutili, anzi pernicciosi i trattati di pace, e dubbiosi gli sforzi delle armi, supplico V. B. di credere in me una prontissima dispositione di esporre novamente più tosto la corona e la vita à dubbii della guerra, che la santa fede à pregiuditii della pace. Et spero che V. B. con quell'ardore di spirito, con cui ha commandato di rendersi publiche gratie à Dio nella cappella Pontificia per la passata vittoria, et essortatome paternamente à continuare il mettere in esseeutione i pensieri, che in benefitio della Cattolica Religione io nudrisco, si moverà anche ad ordinare à suoi popoli di incessantemente supplicare sua divina Maestà della continuatione di una efficacissima assistenza, come io ne porgo à V. B. prementissime preghiere. Et mentre le rendo ossequiose gratie di questi nuovi segni del suo paterno amore, le bacio i santissimi piedi. Varsavia li x. Decembre 1651.

Di Vostra Beatitudine

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

CCCCLXIX.

Idem rex pontificem de filio sibi nato, sed mox e vivis sublato certiorem reddit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 39.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Faeit S. V. perpetuus erga me amor et benevolentia, quod ea, quae ad felicitatem meam Regnique mei pertinent, libenter ad S. V. refero. Quare auctus hesterna luce filio significare statim S. V. volui, paternum hoc meum solatium domusque Regiae novum munimentum. Conservet modo Deus hunc primogenitum meum, curae mihi erit, ut tuendae et propugnandae Religioni Catholicae educetur. Quod reliquum est, S. V. longaevum Pontificatum a Deo precatus, me Regnumque meum paternae eius benedictioni atque protectioni quam diligentissime et devotissime commendo. Datum Varsaviae die x. mensis Ianuarii Anno Domini MDCLII. Regnorum nostrorum Poloniae Tertio, et Sueciae vero Quarto Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

Beatissimo Padre. Iddio, dalle cui clementissime mani la serie di tutti gli humani accidenti con soave dispositione deriva, come ha voluto visitarmi con un'afflittione la più sensibile che potesse accadermi, privandomi dell'unico mio figlio à pena uato, così è piaciuto alla bontà del medesimo di accompagnarla con la consolatione che sento in considerarlo fra quelle celesti intelligenze constituito in possesso di un Regno incapace di patire per tutta l'Eternità alteratione. V. B. à cui come à Padre commune del Christianesimo fu da me offerto, et era per se stesso dovuto questo figlio, non havrà dispiacere che sia cangiato in Angelo purissimo di paradiso, dove appresso il Divino donatore di ogni bene possa per debito di obligata intercessione efficacemente cooperare all' ardente mio desiderio della prosperità di Vostra Beatitudine, à cui le auguro grandi e continue, e le bacio i santissimi piedi. Varsavia li 24 Febraro 1652.

Di V. B.

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

CCCCLX.

Idem rex Poloniae card. Pamphilio Paulum Doni suum secretarium etc. commendat. Nuntiat. Polon. Vol. 58.

Ioannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Illmo et Rmo in Christo Patri Domino Camillo Pamphilio S. R. E. Cardinali, Amico nostro charissimo et honorando, salutem et omnem felicitatem. Illme et Rme in Christo Pater, Dñe Amice noster charissime et honorande. Fungitur a pluribus annis Secretarii nostri munere Paulus Doni Nobilis Perusinus, propter optimam indolem fidemque singularem Nobis apprime charus. Cuius avunculus Silverius Valeriani quoniam propter perpetratum delictum quoddam contumacia criminali innodatus est, nunc que eius aetatis sit septuaginta

nimirum annorum, ut pacatam neminique molestam vitam ob ingravescentem senectam agere debeat, ab Illustritate Vestra petimus, ut illum iuvare velit ad negotium hocce ex voto et desiderio ipsius componendum. Gratissimum Nobis erit, cum Illustritas V. ostendet, hanc nostram commendationem plurimum ponderis apud Illustritatem V. habuisse. Cui longaevam incolumitatem et quaevis felicia ex animo precamur. Datum Varsaviae die XII. mensis Ianuarii Anno Domini MDCLII. Regnorum nostrorum Poloniae Tertio, Sueciae vero Quarto Anno.

IOANNES CASIMIRUS REX.

CCCCLXI.

Idem pontifici supplicat, ut Marcellum Sanctaecrucium purpura condecorare velit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 40.

Beatissimo Padre. Con vivi segni di paterno amore verso di me e questo mio Regno mi ha fatto conoscere V. B. che io et i miei popoli non le siamo meno à cuore di qualunque altro Principe e Natione; onde non posso concepire alcun dubbio che V. B. non sia per continuarmi la gratia, che questa Corona unitamente con le altre ha goduto da Santissimi sui Antecessori di un luogo nelle promotioni de Cardinali soliti farsi ad instanza de Principi. Quindi è che mosso io dalla piena cognitione che ho del molto merito di Monsig. Marcello Santa Croce, mi risolvo di nominarlo al Cardinalato, pregando V. B. di concederglienc la gratia à mia requisitione nella prima promotione con certezza di grandemente obligarmi, et di riportarne dal mio filiale affetto continuate dimostrationi di riverente gratitudine. Et supplicando il Signore di concedere à V. B. con longhezza di anni ogni più felice avvenimento, le bacio i Santissimi piedi. Varsavia li 19 Febraro 1652.

Di V. B.

Obedientissimo figlio
GIO. CASIMIRO RE.

Beatissimo Padre. Congiunta al merito della Casa Santa Croce molto divota della mia Reale et di questa Corona, et più particolarmente à quello del nuovo Cardinale da me sempre amato e stimato, la certezza con che sono stato assicurato della sodisfatione che V. B. incontrava in questo soggetto, mi mossi à pregarla per mezzo del Signor Cardinale Orsino di promoverlo alla dignità Cardinalitia nella promotione solita concedersi dai Sommi Pontefici ad instanza de Principi. Rendo affettuosissime gratie à à V. B. della prontezza, con che ha voluto compiacermi, assicurandola che non mi troverà men pronto in tutte le occasioni per corrisponderle con filiali dimostrationi. Et mentre desidero che V. B. sia verso me, e miei popoli liberale continuamente delle paterne et Apostoliche sue benedittioni, le bacio i Santissimi piedi. Varsavia li 16 Marzo 1652.

Di V. B.

Obedientissimo figlio
GIO. CASIMIRO RE.

CCCCLXII.

Pontifex regi Poloniae de nato filio gratulatur Reg. Brev. An. VIII. ep. 152.

Charissimo in Christo filio nostro Io. Casimiro Poloniae ac Sueciae Regi Illustri.

INNOCENTIUS PP. X. Charissime in Christo fili noster, Salutem et Apostolicam benedictionem. Maiestati Tuae natus filius non tantum Regiae istius Domus et Regni Poloniae, verum etiam Catholici Orbis universi munimentum est et gaudium. Etenim Orthodoxae Religionis et omnium, ubi ea colitur, Provinciarum plurimi sane interest, Regiones istas tamquam Christianitatis excubias et propugnacula ab inclyto virorum illorum semine custodiri, qui communem salutem et incolumitatem ab invadentibus Barbarorum procellis iamdiu pectoribus suis non minus pie quam gloriose tutantur. His publicae utilitatis respectibus cum eae causae accedant, quas praecipuus in Te noster amor suggerit, incredibile profecto est, quanta nunc animi laetitia exoptatissimum hoc nuncium audiverimus, quantoque voluntatis benevolentissimae studio haec dona Tibi propria, et omni secundarum rerum properitate cumulata a bonorum largitore Deo enixe petamus. Sed omnia ad hanc rerum pertinentia Ven. frater Archiepiscopus Adrianopolitanus Nuntius noster latius coram edisseret. Nos Maiestati Tuae, Regiae Coniugi, Regioque Infanti benedictionem Apostolicam ex omni Paterni cordis affectu impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Februarii MDCLII. Pont. nostri Anno Octavo.

CCCCLXIII.

Rex Poloniae commendat card. Pamphilio patrem Bonaventuram Velliteruum ordinis sui Minorum conventualium in Polonia reformatorem. Litt. Princip. Vol. 64. fol. 59.

All' Illmo e Rmo Sig. il Sig. Cardinale Panfilio.

Illmo et Rmo Signore. Essendo stato già inviato Visitatore e Commissario generale sopra i Conventi di queste Provincie in adempimento dell' instanza da noi fatta à Nostro Signore il Padre Maestro Buonaventura da Villetri Minor Conventuale, et havendo egli interamente cooperato con esempio di bontà e di prudenza al nostro desiderio, rivolto al mantenimento della primiera osservanza regolare ne Religiosi delle Provincie à noi soggette, habbiamo inclinato di honorarlo di questa nostra Regia testimonianza appresso V. S. Illma, con certezza che la stima che ella sarà per farne, accrescerà in lei quella consideratione di questo soggetto, che la virtù del medesimo per se stessa richiede. E nostro Signore continuamente la prosperi. Varsavia li 8. Marzo 1652.

Gio. Casimiro Re.

CCCCLXIV.

Idem rex pontifici supplicat, ut metropolitae Kioviensi episcopum Pinscensem in coadiutorem cum futura successione et retentione huiusce episcopatus confirmet. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 45.

Smo ac Beatmo in Christo Patri D. D. Innocentio Divina prov. PP. X. etc.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dne Dne Clementissime. Post oscula pedum Beatorum S. V., mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Postquam felix Regnorum faventibus superis accepi gubernaculum, primario mihi illud incumbere putavi, quod Religionis cultusque Divini propagationem quam maxime concernat. Ideoque eiusmodi viris eandem Religionem promovendi officium demandare mens semper fuit, qui morum probitate, vitae integritate caeteris praecellere videantur. Et quoniam Rmus Antonius Sielawa Archiepiscopus Metropolitanus Kyoviensis totiusque Russiae, ob debilem suam ab aliquot annis valetudinem per supplicem libellum tanto oneri administrando, ordinique tam in ritu quam in Religione conservando se non posse sufficere testatus esset, ac in personam Rmi Pachomii Woyna Oranski officium Coadiutoris et omnem administrationem in spiritualibus publico et authentico instrumento resignasset, ut cum futura in eius locum successione huic officio vigilanter incumberet, qui virtute et valetudine praestans eiuscemodi functioni satisfacere posset. Idcirco praedicto Rndo Pachomio Woyna Oranski neminem dignorem videndo, qui et Unionis Sanctae vinculum promoveret, et perversum Disunitorum Schisma e seductorum cordibus evellere, ac in gremium Sanctae Matris Ecclesiae restituere possit, eum S. V. propono atque in Coadiutoriam Metropolitanam et totius Russiae cum futura successione hisce litteris nomino. Verum cum nova haec novi oneris accessio plus illi sumptuum quam proventuum cumulatura sit, obnixe a S. V. peto, ut in primis tam Episcopatus Pinscensis, quam et huius recens per me collatae Coadiutoriae Archiepiscopatus Kyoviensis titulo cum futura successione gaudere possit, ac deinceps in expeditione sacri diplomatis benigna illius ratio habeatur: non multum quidem inde subsidii illi accedet, nam bona Archiepiscopatus Kyoviensis pene omnia in Disunitorum possessionem transierunt, reliqua vero variis totius Reipublicae calamitatibus adeo pessundata sunt, ut si illi Episcopatus Pinscensis auferatur, nullatenus tanto oneri ferendo e re et dignitate sufficeret, imo vero etiam residentia Archiepiscopalis loco privaretur: nam hisce calamitosis temporibus Ecclesiae etiam Cathedrales ad residentiam Archiepiscoporum Kyoviensium assignatae tam Vilnae quam Novogrodi penitus conflagratae sunt. Quod ego Apostolico S. V. iudicio defero, meque Benedictioni paternae et Regna mea quam devotissime commendo. Datum Varsaviae die xv. mensis Martii Anno Domini mdcli. Regnorum nostrorum Poloniae Quarto, Sueciae vero Quinto Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

CCCCLXV.

Pontifex regi Poloniae Petrum epum Laudensem novum nuntium apostolicum commendat. Reg. Brev. An. VIII. ep. 214.

Charissimo in Christo filio nostro Io. Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Innocentius PP. X. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Summa cum animi alacritate ac propenso mire studio ad Maiestatem Tuam proficiscitur Ven. frater Petrus Episcopus Laudensis,

Praelatus domesticus noster et Assistens, Nuntii Apostolici partes isthic obiturus. Etenim probe novit, apud quantum et quam Sanctae huius Sedis studiosum Regem Ecclesiae et Religionis negotia acturus sit, ut dubitare non possit, quin Dei causam diligenter tuendo etiam Regiae pietatis volúntatem demcreatur. Praesulem eximia morum integritate, praecipua prudentia, et omnibus demandato munere dignis virtutibus insigniter exornatum Tibi commendare superfluum arbitramur. Quare his, quae nunc de perpetua et amantissima in Tc charitate nostra, et deinde ut sese occasio tulerit de, rebus aliis referet, omnem fidem habere volet Maiestas Tua, cui benedictionem Apostolicam ille nostro nomine amantissime largietur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Maii MDCLII. Pont. nostri Anno Octavo.

CCCCLXVI.

Rex et regina Poloniae causam matrimonialem ducis Lotharingiae pontifici impense commendant. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 48.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Div. prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Sicut plurimum indolui immeritae calamitati Serñae Ducissae Lotharingiae strictissimo sanguinis vinculo Serñae consorti meae Poloniarum et Sueciae Reginae coniunctae, ita nunc deesse apud Sanct. V. non possum ius suum matrimoniale in aequissimo S. V. Rotae Romanae iudicio persequenti. Et quamvis scio causam eius tam acquis et tam validis rationibus niti, ut in sapientissimo hoc et verissimo S. V. iudicio causa cadere non possit, tamen diligenter negotium hoc S. V. commendo, polliceorque me eo plus S. V. debiturum, quo citius post longissimos litium anfractus Serña Princeps causam hanc simulque calamitatis suae solatium obtinebit. Quod reliquum est, longaevum Pontificatum S. V. ex animo precatus eius pedes venerabundus exosculor. Datum Varsaviae die xxii. Mensis Iunii Anno Dñi MDCLII. Regnorum nostrorum Poloniae IV. Sueciae vero V. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, Meique humillimam commendationem. Longe melius Sanctitati Vestrae est perspecta causa matrimonialis Lotaringiae Ducis agnati mei, quam ut ego Sanct. V. eam explicare possim. Cum tamen omni aequitate ac honestate nitatur, non possum pro mea in eam Domum, e qua maternum duco genus, propensione ac ipso officio non humillime S. V. obsecrare, ut prima potius quam iterata vota nuptumque ea qua fungitur in terris pro Christo Vicaria potestate Apostolico oraculo approbare uti legitimum, ipsique Serño Lotaringiae Duci, agnato meo, primo praecipueque electum dignetur. Consulet S. V. non modo dignitati vetustissimae illius inter Christianas Domus, verum etiam expectationi Principum Christianorum, adeoque ipsi iustitiae abunde satisfaciet. Quod negotium ego existimo V. S. ita moderaturam, ut ipsa immortalem inde gloriam consequatur, et Serña haec Domus de Republica Christiana et Sancta Ecclesia optime merita suam integritatem, decus ac incrementum conservet, quam alioquin contrario, quod absit, placito nutare esset necesse. Confido proinde Sanct. V. paterne prospecturam rebus Domus istius, et meam hanc intercessionem benigno favore prosequuturam. Cui longaevum Sanctae Dei Ecclesiae regimen precor, et meam indesinentem erga Eandem observantiam ac cultum contestor. Datum Varsaviae die IX. Mensis Iunii Anno Domini MDCLII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obssquentissima Filia
LUDOVICA MARIA REGINA POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCLXVII.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut demortuo archiepiscopo Gnesnensi episcopum Culmensem sufficere velit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 49.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Div. prov. Papae X. etc.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac populorum meorum humillimam commendationem. Tandem aevi nostri Nestor Matthias Lubienski Archiepiscopus Gnesnensis vivere desiit, beatius ille quidem aeternumque victurus, quod

ipsum leniendo iusto dolori meo sufficeret, nisi eum summa illius erga me Domumque meam Regiam tot annorum serie approbata merita cierent sui recordatione, facerentque, ut cum meae propriae, tum universi Regni huius iacturae intimiore sensu apud S. V. indoleam, quam scio a nullo alio posse resarciri nisi a Vicaria S. V. Dei in terris potestate. Quam supplex veneratus nominationi meae factae in personam Rñdi in Christo Patris Dñi Andreae Comitis de Leszno Episcopi Culmensis et Pomesaniae, supremi Regni mei Cancellarii, ad hoc Primatiale Antistitium propitiam imploro. Obsecutum me in ea fateor non tam propriae affectioni, qua virum et avitis domus pervetustae splendoribus et officio praecipuum complector, quam potius summis eius in Ecclesiam Dei et Patriam meritis, ita ad omnem exactae virtutis debitique Pastoralis et Senatorii calculum, laudabili duorum Episcopatuum Kamenecensis et Culmensis regimine, nec dissimili totidem Summorum Magistratuum, nimirum Vicecancellariatus et supremi Cancellariatus Regni perfunctione (quorum primo a desideratissimo Fratre et Antecessore meo, hoc altero a me ipso magno utriusque nostrum, nec minore publico bono auctus exornatusque fuerat) approbatis. Quae pa rerat angustis diutius unius Dioeccsis non circumscribi cancellis, sed ut in publicum tot Provinciarum redundarent commodum, in hoc Primatialis dignitatis ad summam a Maioribus meis provectae amplitudinem sublimare fastigium. Habet igitur S. V. genuinam rationem propositi mei in promovendo hocce viro, asserendoque Primatiali huic Thyarae, tantoque pronius assensu et beneplacito Apostolico nominationem hanc meam ratam firmamque habituram, quanto illa digniorem per haec testimonia, quae eximiae eius virtuti, singulari probitati, sublimi in Divinis humanisque literis scientiae, exercitae per summa munia Regni huius prudentiae libens attribuo, habiliorcmque expenderit. Favebit praeterea pro innata sua beneficientia S. V. atque ut favere velit, unice deprecor, attenuatis fortunis Praelati huius, cum per continua in tam pleno sumptibus ac dispendiis officio obsequia plurimum exhausti, tum potissimum praesenti temporum calamitate bellique immensis sumptibus attriti, quo non solum personam propriam periculis una nobiscum intrepide obieccrat, sed et rerum privatarum non mediocrem fecit iacturam (auctoratis aerc proprio aliquot equitatus selecti peditatusque cohortibus), sublevando eum sumptibus, quibus ordinarie sacrarum litterarum cxpeditio constare consuevit, nec sinendo novo hoc impedimento attenuatas rationes eius nimium praegravari. Quod S. V. beneficium alacriorem ad quaevis pro Ecclesia Dei subeunda dispendia eum redditurum est, mcque ipsum novo obligationis genere summe devincturum. Cuius ad praesens paternam benedictionem mihi cum Dominiis meis sacris iterato advolutus pedibus humiliter imploro. Datum Varsaviae die 11. Mensis Septembris Anno Domini MDCLII. Regnorum meorum Poloniae IV. Sueciae vero V. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCLXVIII.

Episcopus Luceoriensis pontificem de luctuosa suae dioecesis conditione certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 58.

Beatissime Pater. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, felicemque diutissimorum annorum apprecationem. Status Dioecesis meae, quam per gratiam Sedis Apostolicae in ministerium sortitus sum; succintiore quo possum stilo descriptionem aggredior, plcniorem dabit, postquam Deo auxiliante in Urbem appulerit lator praesentium Decanus Luceoriensis, optime de conditione mei Episcopatus informatus, Beatitudini Vestrae rationem, quam ut ipsemet redderem et debitum meum adimplerem, iter iam aggressus eram, in quo me comitem suum Adrianopolitanus Archiepiscopus redux ab hac Nunciatura non renuerat, verum auditis visisque pestis grassantis et etiam latronum periculis ab incepto desistere non sine animi perturbatione et dolore coactus sum. Dioecesis mea Luceoriensis amplitudine et opulentia Ecclesiarum omnes antea Dioeceses superabat, nunc pars, praesertim quae in Voliniae et Podoliae tractu continetur, in magna Cleri et Ecclesiarum inopia reperitur propter frequentes et subitaneas Chozacorum Tartarorumque incursiones: templa enim combusta, bona Ecclesiastica devastata et ad nihilum redacta, Cathedralis etiam ipsa pene funditus eversa, quam tamen pro virili restauravi, utinam novae non exoriantur clades; Sacerdotes crudeliter occisi, alii in servitutem abducti, alii dispersi, iure merito Martyres habendi et vocandi; possessiones a Nobilibus desertae, pestis demum grassari coepit et quotidie magis ingravescit. In alia vero parte Dioecesis, quae Podlachiam respicit, frequentes quidem reperiuntur Ecclesiae, sed inopes infelicitate quadam Patronorum, qui plures domos et familias stirpis propagatione reducti opitulari huiusmodi inopiae aut nolunt, aut simili inopiae laqueo irretiti omnino

nequeunt; commendatas etiam magna ex parte permitto Ecclesias, ne rigore servato satis alias exiguus fidelium grex in locis his ut plurimum Schismate et haeresi infectis fame pereat Sacramentorum, vel ab ardore fidei deficiat: non desunt tamen, qui zelante pietate lignea templa ex antiquitate collapsa muro aedificant, suasque substantias in eorum proventum erogantes, nova divini cultus faciunt incrementa. Sinodum Dioecesanum ob tot imminentia belli pestisque pericula cogere non potui, sed frequenter visitatis Ecclesiis Congregationes Synodales absolvo, et quae in Clero reformatione indigent, reformo, et quantum Divina permittit gratia, omnes officii mei partes explere contendo, et non solum, quae nocitura gregi commisso arbitror, amoveo, sed et ea quae prodesse possunt, adhibeo. Et haec quidem omnia ut referrem Beatitudini Vestrae meae fidelitatis esse arbitrabar, quae ut deinceps uberiorem Dei gloriam augeant, ad felicitatem benedictionis Beatitudinis V. pertinebunt, quam ego simul et mandata B. V. reverenter praestolabor, et ad extremum Apostolicos pedes cum humili qua debeo devotione Sanctitati V. deosculor, et vitam perennem apprecor. Datum Ianoviae die 19. Septembris Anno Salutis 1652.

Sanctitatis Vestrae

Humillima creatura et indignus servus
Andreas Episcopus Luceoriensis.

CCCCLXIX.

Electus episcopus Culmensis confirmationem suam a pontifice petit. Nuntiat. Polon. Vol. 58.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Cum me Sacra Regia Maiestas, declarato ad Archiepiscopatum Gnesnensem Illño Dño Regni Cancellario et Episcopo moderno Culmensi et Pomesaniae, ad hunc Episcopatum Culmeusem et Pomesaniae imparem licet et indignum nominasset, e vestigio id Sanctitati Vestrae, Dño meo Clementissimo, Supremo rerum divinarum humanarumque in terris Arbitro ac Dño significandum duxi, humillime ante pedes S. V. prostratus, ut si me tanto muneri censuerit esse idoneum tantaeque molis capacem, benigne iudicium Regium prosequi, ac de me ex beneplacito suo disponere, in primis vero rationem expensarum mearum pro sacris literis ob exhaustos per militares rapinas Episcopatus istius proventus habere, tum circa retentionem duorum beneficiorum Decanatus Cracoviensis et Custodiae Gnesnensis, in casum belli Suetici, cui Epatus hic totus erit obnoxius, ad certos annos mecum dispensare dignetur. Vixi et consenui, Beatissime Pater, in Aulis trium magnorum Regum semper negotiosus, nunquam otiosus, officiis publicis et functionibus diversis perfunctus, quibus memorandis nolo esse nimius, sed saltem S. V. uti Summi et benignissimi Parentis ex dissitis hisce locis gratiam imploro. Quicquid de me statuerit et decreverit, divini oraculo loco habeo. Certe in id toto animo ac pectore incumbam, ut S. V. et res Catholica magnum ex me, inutili licet servo, obsequium, quoad vita suppetet, referat et agnoscat. Deus vero Omnipotens Maximus S. V. Ecclesiae suae diu feliciter praesse velit, atque hoc intimo voto supplicem hanc epistolam concludo, ac beatos illius pedes mente devota exosculor. Varsaviae die xx. Septembris 1652.

Sanctitatis Vestrae Dñi Dñi mei Clementissimi

Minimus et indignus servus
Ioannes Gembicki S. R. Poloniae Maior.

CCCCLXX.

Rex et regina Polouiae Petrum Vidonium novum nuntium apostolicum pontifici enixe commendant.
Nuntiat. Polon. Vol. 58.

Beatissimo Padre. Non è stata così efficace, benche con vive espressioni portata, la testimonianza fattami da Monsig. Nuntio Vidoni della partialità del continuato paterno affetto di V. B. verso di me e de miei Popoli, che vantaggioso non sia il testimonio delle prudenti e virtuose qualità di lui medesimo per nuovamente assicurarmene; poiche nell'Elettione di sua persona à questa Nunciatura riconosco che con occhio di particolare provideuza si compiace V. B. rimirare sopra questo Regno, per collocarvi in soggetto così meritevole l'imagine di se stessa, che sarà sempre da me et miei sudditi con filiale rispetto venerata. Io ne rendo vive gratie à V. B. e pregando il Signore di concederle continuatione di felicità per suo contento, e longhezza di anni per benefitio del Christianesimo, le bacio i Sñi piedi. Skiernievicz li 4 Ottobre 1652.

Di V. B.

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae meique humillimam commendationem. Et literas et seipsum Rñus in Christo Pater Dñus Petrus Vidonius S. V. modernus in Regnum Poloniae missus Nuntius praesentavit: quem uti decuit Apostolicae Sedis administrum vultu et animo sereno excepi, planeque dignum a S. V. commendatione ipsaque illius fronte iudicavi, quem S. V. ad tanti officii dignitatem admoveret, et spero magno divini honoris et fidei Orthodoxae incremento Sacris in Provinciis istis praefuturum. In me certe nihil patiar desiderari, quod ad hoc ipsum et S. V. votum et desiderium pertincre ccnsebo. Quod reliquum est, S. V. pro impertita mihi paterna per eum ac Pontificiam epistolam benedictione humillimas reddo gratias, precorque Deum immortalem, ut diuturna S. V. valetudine et Pontificatu Orbis fruatur Christianus, et ego. Datum Lovicii die 11. Novembris Anno Domini MDCLII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissima Filia
LUDOVICA MARIA REGINA POLONIAE ET SUETIAE

CCCCLXXI.

Rex Poloniae pontifici Emmanuelem principem Lusitanum commendat, ut eidem quamdam in regno Neapolis pensionem benigne concedere velit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 35.

Beatissimo Padre. Il Principe Don Emmanuele di Portugallo havendo con vivi segni di riverente affetto fattomi conoscere nell' animo suo la continuatione verso me dell' antico osscquio, che i di lui Maggiori hanno sempre profcssato à questa mia Regia Casa, merita che io lo raccommandi, come egli me ne fa prementissima instanza, à V. B. quale prego di volergli fare benigna gratia di qualche pensione Ecclesiastica nel Regno di Napoli, di cui essendo egli per diversi proprii rispetti meritevole: non posso dubitare che aggiunto à questi quello della mia intercessione, non sia egli per conseguire dalla paterna bontà di V. B. questo quanto à lei facile, altrettanto à lui necessario sovvenimento. Et mentre auguro à V. B. longhezza di vita e continuatione di felicità, le bacio riverentemente li piedi. Skiernieviecz li 18 Ottobre 1652.

Di Vostra Beatitudine

Obedientissimo figlio
GIO. CASIMIRO RE.

CCCCLXXII.

Idem rex pontifici supplicat, ut cardinalem Ursinum hospitalis s. Birgitae in Urbe a se designatum administratorem confirmet. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 57.

Beatissimo Padre. Proporzionati al zelo di V. B. verso il servitio di Dio et al suo paterno affetto verso di me sono i motivi, che l' hanno persuasa d' invigilarc sopra lc renditc di cotesta mia Casa di S. Brigida, acciò non fossero contro la purità della mia intentione, c con alteratione de miei ordini sinistramente amministrati. Et io ne resto consolatissimo, non pcrche mi confermino la cortese et affettionata volontà di V. B., della quale per suo ordine con efficaci espressioni dal Signor Cardinale Orsino e Monsignor Nuntio sono stato certificato, poiche non nc ho conceputo mai uell' animo alcun dubbio, ma per vedere svanita quell' apparenza da me non comprcsa, con che lc introdottc novità, senza fare ombra alla costante mia opinione dell' amorc invariabile di V. B., offuscarono i lumi dell' intelletto mio, che resta ora pienamente rischiarato et evidentemente appagato. Onde professo doppio obligo a V. B. et per la buona mente, et per le obliganti maniere, con che si è piaciuto di farmela spiegare; et la prego di accrescermelo con riconoscere per Protettore di Svetia il Signor Cardinale Orsino, cui ne invio questa settimana la dichiaratione con rimettere all' autorità del medesimo la libera amministratione della Casa di S. Brigida, e con sentire volentieri sopra essa dal Sig. Cardinale i miei sensi, quali come io mi sforzerò di conformare sempre con quelli di V. B. cosi la supplico di haverli in particolare consideratione, et augurandole longa continuatione di vita e di prosperità le bacio riverentemente i piedi. Leopoli li 17 Agosto 1653.

Di Vostra Beatitudine

Obedientissimo figlio
GIO. CASIMIRO RE.

CCCCLXXIII.

Idem rex Poloniae a pontifice petit, ut Carolo Ferdinando fratri suo Miechoviensem praeposituram confirmet. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 51.

Beatissimo in Christo Patri ac Dño Clementiño Innocentio X. Pontifici Opt. Max.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae, mei, Regnorum et Dominiorum meorum humillimam commendationem. Publicum ante triennium Amplissimorum Regni mei Ordinum sancitum, ut Serño Principi Carolo Ferdinando fratri meo charissimo ad Episcopatum Plocensem unum et alterum Regulare beneficium in reparationem accisarum pro Republica Regiarum fortunarum adiungeretur, nunc primum pro iure meo integre exequor, cum Praepositura Miechovicnsi post evectionem ad Episcopatum Culmensem Ven. Ioannis Gembicki eius ultimi possessoris vacante, eundem Serñum Principem in Praepositum illi Conventui praeposui et nominavi. Hanc igitur nominationem ut S. V. suprema auctoritate sua ratam habere, eiusque Praeposituae perpetuam administrationem illi concedere velit, maiorem in modum peto, plurimum commodi et ornamenti Ecclesiae illi hac promotione adiectura, meque et domum meam Regiam istius gratiae accessione apprime obstrictura. Quod superest, S. V. longaevum Pontificatum ex animo precor, ac eius paternae gratiae Apostolicaeque benedictioni me ac populos mihi subiectos humillime commendo. Datae Grodnae die XIX. mensis Ianuarii Anno Domini MDCLIII. Regnorum meorum Poloniae Quinto, Sueciae Sexto Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCLXXIV.

Idem rex pontifici supplicat, efficiat apud clerum, ut sibi ad debellandum Cosachorum rebellionem subsidium caritativum concedatur. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 52.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clemcntiñe. Post oscula pedum Beatorum, mei Regnorumque ac populorum meorum humillimam commendationem. Crescente in dies Rebellis nostri potentia, quam et arcta armorum cum Barbaris societate et continua cum malefidis vicinis augere non desinit conspiratione, maiora etiam adversus hostiles vires conquerenda sunt mihi ac Reipublicae praesidia, quod cum nisi ultima bonorum ecclesiasticorum per stativa et exactiones militum, vetere quamvis infausto Regni mei usu penitus iam exhaustorum ruina esse possit, opportunum putabam recurrere ad S. V. eique bina vota mea humiliter insinuare: primum nempe, ut paterne Clero maiori Regni mei per Apostolicum Rescriptum indulgere velit, quatenus consilium et rationes ineant, quibus et indemnitati fundationum ecclcsiasticarum sine tanto dispendio provideri posset, et Respublica suo non fraudetur praesidio; alterum, ne tanta milites meos ob iniurias bonis Spiritualibus illatas ad castra comitetur maledictio, dignetur S. V. vicariam impertiri Ordinariis locorum Regni mei potestatem, ut possint a censuris exinde contractis poenitentes absolvere; in utroque S. V. et incommodo Ecclesiarum Regni mei et tot animarum hoc anathemate passim pereuntium lucro prospectura. Cuius interea ea qua par est veneratione exosculor pedes. Datae Grodnae die X. mensis Februarii Anno Domini MDCLIII. Regnorum meorum Poloniae Quinto, Succiae Sexto Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCLXXV.

Idem rex pontifici et card. Pamphilio de lite in causa cancellariatus academiae Cracoviensis ex aequo decisa grates reddit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 53.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique Regnorumque ac populorum meorum humillimam commendationem. Singulari S. V. gratia id iam precibus meis impetratum habet causa Responsionis ac Iurisdictionis Rñdi Cancellarii Univcrsitatis Cracoviensis, quod suum Ius integrum supremo ipsius S. V. beneficio asseri et per Breve confirmari sperem. Tantae gratiae S. V. quo citius fructum et usum habeat, certusque et compos fiat huius beneficii Rñdus Cancellarius, quam ferventius antea a S. V. petii, ita nunc humillime oro, prout Illñum D. Cardinalem Protectorem benigne polliceri S. V. placuit, ut sacrosanctum suum placitum ex desiderio meo per Breve

expedire dignetur. Paternae S. V. providentiae totum id deferam quidquid tam precibus meis, atque dicti Cancellariatus iuribus et privilegiis sua clementia et Rescripto accedere voluerit. Cuius benignae protectioni me et mea reliqua humillime commendo. Datum Grodnae die xxv. mensis Februarii Anno Dñi MDCLIII. Regnorum meorum Poloniae Quinto, Sueciae Sexto Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obedientissimus filius

IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

IOANNES CASIMIRUS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Illmo et Rmo in Christo Patri, Dño Camillo S. R. E. Cardinali Pamphilio, Amico nostro honorando, Salutem et perpetuae felicitatis incrementum. Illme et Rme in Christo Pater, Domine Amice noster honorande. Venit per Sanctissimum (utpote ab eodem ex Rota Romana evocata) inter Rmum Dñum Episcopum Cracoviensem et nonnullos Academiae illius Professores occasione Cancellariatus eiusdem mota decidenda causa. Quae cum tanta temporis intercapedine liquidissimi iuris extitit, ita Serenissimorum Maiorum nostrorum Regum Poloniae institutione fundata, ac post authoritate Sedis Apostolicae id ipsum firmante, ut Episcopus Cracoviensis, primariae authoritatis in hoc Regno Senator, in Lycaeo cum potestate Cancellarii praeesset. Diu hic ordo non interrupta tot annorum serie stetit, nec difficile praestanti doctrina et pietate viri (quorum ferax Mater erat) hunc tam aequum Magistratum tulere, donec in praesens paucorum temeritas hocce iugum excutere nititur, facta ad Sanctam Sedem in talibus insolita provocatione. Qui eorum ausus cum non tantum ipsum Rmum Dñum Episcopum Cracoviensem afficiat, verum etiam nostro plurimum deroget Iuripatronatus, assistere isti causae nostra auctoritate magna a Nobis poposcit ratio. In qua comprimis Illustritatem Vestram amice compellare Nobis visum, cuius interpositionem apud S. S. plurimum profuturam probe novimus, nec desperamus Illustritatem V. nostris id daturam precibus, quibus hactenus per humanitatem suam nihil Nobis negatum scimus. Cognoscet praeterea Illustritas V. non privato tantum desiderio Nostro, sed communi utilitati litasse, ubi a foro et strepitu huiusmodi seditionis auctores ad Scholam et Cathedram revocaverit. Salvam diu et incolumem Illustritatem Vestram precamur. Datum Blothovii ad Brestiam die xx. mensis Martii Anno Domini MDCLIII. Regnorum Nostrorum Poloniae et Sueciae Quinto Anno.

IOANNES CASIMIRUS REX.

CCCCLXXVI.

Rex Poloniae pontifici de rebus hospitii s. Birgittae de Urbe. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 55.

Beatissimo Padre. Fra le cure più prementi del mio governo, come tiene il primo luogo, doppo il zelo della Religione Cattolica, la vigilanza sopra le cose Ecclesiastiche, per quello in che aspettano alla regia mia autorità, cosi sono andato per longo tempo esaminando i modi di assicurarmi, che l'entrate di cotesta mia casa di s. Brigida sieno legittimamente in utilità del prossimo dispensate. Et mentre supponevo di havere rinvenuto il più sicuro, che per lo benefitio de miei Regni et per la maggior gloria di Dio potesse doppo qualunque diligenza di esame la retta mia intentione suggerirmi, con la fondatione di un Seminario tutto à mia dispositione, benche sotto la diretione della Compagnia di Gesù con l'approvatione di V. B., senza il cui beneplacito non intendevo di venire ad alcuno effetto; sento con perturbatione di animo le novità per ordine di V. B. succedute nel maneggio di essa Casa, senza esserne io prevenuto per mezzo del Sig. Cardinale Montalto, o di Monsig. Nuntio, o di altri, nè doppo il fatto resami di esso da chi che sia alcuna ragione per parte di V. B. Et perche nella consideratione de rispetti, che possono haverla mossa à cosi inaspettata risolutione, tutte le possibili riflessioni non me ne suggeriscono alcuno, che nella mia capacità possa unire insieme con questa apparente dimostratione di haver trascurata la stima al mio nome dovuta; l'opinione che constantemente nell'animo mi risiede del paterno affetto di V. B., le cui passate dimostrationi distruggono i discorsi, che nella mia mente da i dettami del decoro si formano; supplico V. B. di rischiarare il mio intelletto con la dilucidatione delle cagioni, che le hanno servito di motivo per persuaderla à queste innovationi. Et attendendone con impazienti sentimenti di ordine di V. B. qualche informatione, prego il Signore di concederle ogni maggiore felicità, e le bacio reverentemente i piedi. Brestia 25 di Aprile 1653.

Di V. B. Obedientissimo figlio

GIO. CASIMIRO RE.

CCCCLXXVII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut Paulo Doni secretario suo pensionem a se supra praepositura Cracoviensi assignatam confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 56.

Sño ac Beatño in Christo Patri D. D. Innocentio Divina prov. PP. X. etc.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe D. Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis V. mei Regnorumque meorum commendationem. Postquam a pluribus annis fidam in obsequiis meis expertus essem operam Ven. Pauli Doni Perusini, Secretarii mei, peculiari gratiae et beneficentiae meae testimonio prosequi eundem aequo mihi visum, destinata ipsi in fructibus Praepositurae Collegiatae S. Michaelis in Arce mea Cracoviensi, de Iure patronatus meo, annua trium millium florenorum pecuniae in Regno currentis pensione, ultro id onus possessore dictae Praepositurae Ven. Nicolao a Prazmow subeunte, dummodo ad id Suae Sanctitatis accederet permissus. Pro quo unice apud S. V. deprecor, ac iterato S. V. osculo veneratus pedes, me Dominiaque mca benedictioni paternae substerno. Datum Ianoviae die x. mensis Maii Anno Domini MDCLIII.

Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

CCCCLXXVIII.

Magnus regni mareschalcus pontifici academiam Cracoviensem commendat. Litt. Princip. Vol. 67. fol. 87.

Beatissimo Padre. Hà sempre questa nostra Republica con particolar riguardo applicato alla conservatione e splendore dell' Accademia di Cracovia, come benemerita della Corona, per havere nello spatio di trè secoli che hà fiorito nella santità c discipline prodotto soggetti non indegni del maneggio de i publici interessi; le hà però mantenute illese le sue antiche prerogative, et ampliatole con nuovi privileggi, confermati dalla suprema Authorità di molti Sommi Pontefici. Venendole adesso controverse le proprie giurisdittioni dal suo medesimo Cancelliero, et havendone agitata lite in cotesta S. Rota, è stata ultimamente revocata la causa alla clementissima gratia di V. S. obligandomi dunque la mia carica, non ostante le distrattioni de gl' affari militari, à procurarle la conservatione dell' antiche e sin qui inviolate immunità, hò stimato non in tutto chiuso l' adito all' ardire di prostarmi al Trono della S. V., porgendole reverentissime intercessioni à favorc della sudetta nostra Università, accompagnate da una ossequiosissima oblatione di tutto mè stesso. Sò che la giustitia della causa haverà il primo luogo nella rettissima mente di V. S. e però humilissimamente le rappresento, che la maggiore delle mie applicationi sarà sempre il testificar con l' opere l' immensità dell' obligationi, in che resterà costituita tutta la nostra Republica, et io più d' ogni altro per questa singolarissima gratia, e che non mancherò mai di presentarle i tributi d' una perfettissima obedienza et obsequio. E profondamente m' inchino al bacio dei beatissimi piedi. Cracovia 21 Giugno 1653.

Di Vostra Beatitudine

Ossequiosissimo et obedientissimo figlio et servitore
Giorgio Lubomirski.

CCCCLXXIX.

Rex Poloniae nuntio apostolico de brevi apostolico circa condemnationem pravae Iansenii doctrinae sibi transmisso grates reddit, mandatque, ut id per episcopos in omnibus Poloniae ecclesiis promulgari faciat. Nunt. Polon. Vol. 59.

Al Rño Mons. Pietro Vescovo di Lodi Nuntio Apost. in Polonia etc.

Giovanni Casimiro per gratia di Dio Re di Polonia e di Svetia etc. Rño Signore. Havendo noi dubitato che le controverse dottrine di Iansenio, quando contenessero Propositioni eretiche, come furono sospette, non cagionassero qualche grave scandalo nella Chiesa di Dio, con lasciarle più oltre imprimere negl' animi di quelli che le difendevano, habbiamo desiderato sempre, che dalla Sede Apostolica ne uscisse qualche dichiaratione, con la quale si terminassero cosi pericolose controversie. Onde con sensi di particolar consolatione habbiamo ricevuto il Breve di N. S. da V. S. inviatoci con la desiderata risolutione toccante le cinque principali Propositioni, e sentiremo volentieri che da lei sia quanto prima partecipata à questi Vescovi con ordine di doversi in tutte le loro Chiese publicare. Et offerendo à V. S. l' affetionata nostra propensione le desideriamo ogni contento. Leopoli 7 Luglio 1653.

Gio. Casimiro Re.

CCCCLXXX.

Episcopus Vilnenеis pontifici litteris ad nuntium apostolicum datis commendat ducem Curlandiae de reditu ad ecclesiam catholicam cogitantem. Nuntiat. Polon. Vol. 59.

Copia literarum Dñi Episcopi Vilnensis ad Nuntium Apostolicum sub die x. Augusti 1653.

Quaecumque ex mente S. S. ab Illma Celsitudine Vestra in negotio Illmi Ducis Curlandiae per Rdum Patrem Iacobum Gorechi percepi, ea fideliter per eundem Illmo Duci significare curavi, qui hoc responsum, licet non ad vota sua, grato suscipiens animo, Illmae et Rmae Domiuationi Suae pro suscepto labore magnas agit gratias, et simul rogat, ut propensum animum, quem erga Sanctam Catholicam Romanam Ecclesiam profitetur, nomine ipsius explicare velit S. S. Quam quidem intentionem pro statu moderno rerum publice propalare non expedit, prout Sua Illma Dominatio facile ex moderno statu Reipublicae coniicere poterit. Rogat igitur Illmus Dux, ut Sua Illma Dominatio (siquidem pro tunc dissidentia Religionis intentionibus suis impedimento extat) scribere velit nomine ipsius Eccmo Domino Pamphilio Principi de Rossano, Nepoti S. S., proponendo intentiones Illmi Ducis, qui hoc totum, quod Suae Sanctitati proposuerat, per dictum Principem Nepotem S. S. tractare vellet: et licet non desint, qui eum in huiusmodi societatem trahant et invitent, praesertim haererici, disuasi hoc tamen ipso, ne inimica haeresis fortiores sumat vires. Omnibus igitur votis exoptatum haberem, ut siquidem S. S. ad id concurrere recusat, adminus protectione sua sub nomine Illmi Principis Nepotis sui eundem protegere velit: ipse autem omnia quecumque illi nomine S. S. denunciabuntur, libenter se exequi velle pollicetur etc.

CCCCLXXXI.

Archiepiscopus Armenorum Leopoliensis nuntium apostolicum certiorem reddit de spe concepta patriarcham magnae Armeniae sua cum gente ad unionem cum ecclesia Romana reducendi. Nuntiut. Polon. Vol. 59.

Illmo et Rmo Dño D. P. Dei et Apostolicae Sedis gratia Epo Lodensi, et in amplissimo Poloniae Regno cum facultatibus Legati a latere Nuncio Apostolico,
Domino et Patrono Colendissimo.

Illme et Rme Dne, Domine et Patrone Colme. Post redditam Summo Pontifici tamquam Capiti et Supremo Universae Christianitatis Gubernatori debitam obedientiam. Per viginti quatuor annos totis viribus desudavi, ut et errabundas oves meae curae a Deo commissas, eidem S. R. E. regimini possem subiicere. Suscepti hac in parte labores mei, quod hucusque optatum non sint sortiti effectum, causas et impedimenta Illmae et Rmae Celsitudini Vestrae recensere minime opus existimo. Accepta nuper notitia Rmum Patriarcham Magnae Armeniae Philippum Hierosolimis reducem Constantinopolim adventurum, qui et ipse personalem sui mecum congressum affectabat, cum scitu et consensu S. R. M. Dni mei Clementmi et nonnullorum Dorum Senatorum, tum et Rmae Celsitudinis Vestrae, ad quam literas meas hac in re scripsi, cum diutius responsum Celsitudinis Vestrae expectare non possem, si quidem tantum ad festa sacri Paschatis Constantinopoli adventum meum expectaturus erat, oblatam non intermittendo occasionem et nationis meae rebus consulendo, Constantinopolim ad praefatum Rmum Patriarcham proficisci debueram, ibidemque dum cum eo de salute animarum Nationis meae conferrem fusiusque tractarem, eo ipsum adduxi, ut eis praecipcret, quatenus circa hanc, quam transmitto, Professionem mihi praestarent obedientiam, pout et praestiterunt. Ego quoque tanquam fidelcs Christianos ad Unionem S. R. E. suscepi, de quo negocio Sño D. N. prima occasione ex parte mea perscribam. His itaque praemissis Illmae Celsitudinis ad notitiam reductis, me ipsum protectioni et patrocinio Illmae et Rmae Celsitudinis Vestrae quam diligentissime subiicio. Datum Leopoli die 21. Augusti 1653.

Illmae et Rmae Celsitudinis Vestrae

Humillimus servus
Nicolaus Torosivicius Archiepiscopus Leopoliensis Nationis Armenorum.

¶ Credimus et profitemur Trinitatem Sanctissimam in tribus personis et Unitatc naturae et substantiae. ¶ Credimus et profitemur Incarnationem Iesu Christi Domini nostri, qui cum esset verus Deus, factus est verus et perfectus homo in duabus naturis divina et humana, et post unionem unus Christus est, una persona est. ¶ Reddimus obedientiam S. Petro uti capiti Apostolico, cui data est potestas a Deo ligandi et solvendi, et fidem nostram eius Successoribus canonice succedentibus. ¶ Credimus vere in Spiritum Sanctum, qui a Patre et Filio procedit. ¶ Credimus vere Ecclesiam Sanctam, quae est Catholica et Apostolica. ¶ Credimus vere in hac Ecclesia esse potestatem et baptismum in remis-

sionem peccatorum. ¶ Recipimus et agnoscimus, quos Ecclesia recepit, de novo et antiquo testamento Libros Canonicos. ¶ Confitemur et recipimus septem Concilia generalia, primumque Nicenum, in quo anathematizantur haeretici et haereses, quas nos quoque anathematizamus. ¶ Recipimus septem Sacramenta Ecclesiae Sanctae Catholicae, specialiter Extremam Unctionem vere agnoscimus esse Sacramentum. ¶ Reiicimus et anathematizamus omnes haereticos impugnantes Ecclesiam Sanctam. ¶ Recipimus Canones et determiuationes ac traditiones Apostolicas, quae sunt receptae iu Ecclesia Catholica Romana.

CCCCLXXXII.

Capitula seu puncta a serñi regis Poloniae commissariis et celsissimi principis Transilvaniae supremo generali Cosachis obsessis proposita, quibus subscriptis, obsidio eorum soluta est. Nuntiat. Polon. Vol. 59.

Iurent de facto Serñio Polouiae Regi et Reipublicae ad fidelitatem et Celsissimo Transilvaniae Principi ad fidelitatem, duobusque Palatinis utriusque Valachiae ad bonam vicinitatem, et quod nunquam inimici eorum forent.

Ad signum humilitatis et gratitudiuis vexilla reliqua coram Generalibus et Commissariis deponant, quae manebunt pro Serñio Rege et Trausilvaniae Principe, retentisque apud se ex benigna Generalis et Commissarii annuentia, ratioue Serñi Regis ac Celssissimi Principis Transilvaniae factum.

Arma autem sclopeta maiora hactenus offensiva similiter coram iisdem humi posita praemisso iuramento in facto ipsis iterum reddantur.

Nihil ex bonis in arce tempore adventus ipsorum repertis secum auferaut ullo praetextu, super hoc iurent.

Bona Timothei similiter reliquantur prae manibus nostris una cum dominis officialibus Polonis et Hungaris, ac bona ex Ecclesiis Moldavicis ablata restituantur.

Neminem ex arce secum adducant vel minimum hominum aut animalium. Damnum Regni incolis non inferant.

Rebus Palatini, Baronum ac ullius in arce existentium se non immisceant, neque illis quidquam patrocinentur. Super his omuibus supra bona fide Christiana observandis siuguli iurent.

Ego Nicolaus Federovicz interea maior exercitus Zaporoviensis cum collegis et colonellis meis iuramus in nomine Sñae Trinitatis, Beatissimae Virginis, et omnium Sanctorum, quod nos recognoscentes gratiam et miscricordiam Sacrae Regiae Maiestatis Domini nostri Clementissimi, et Celsissimi Principis Transilvauiae, ut et Dominorum Palatinorum fidelem subiectionem, S. R. M. Dño uostro Clementissimo obedientiam pro tam singulari gratia iuramus, quod nullo modo in personam Celsissimi Principis, neque iu bona illius arma sumemus, imo contra hostes illius pariter ac si nostri forent pugnare: idem DD. Palatiuis Valachiae et Moldaviae promittimus et iuramus: si vero in animis nostris fidem iuratam non retinuerimus, ut S. R. M. et Reipublicae, Celsissimo Priucipi Transilvaniae et DD. Palatinis ita et conditionibus in punctis specificatis, ulciscatur Deus iuiuriam nomiuis sui, super quod iuravimus, super nos et filios nostros. Sic nos Deus adiuvet et hacc Sancta Dei Evangelia. Actum sub Soczawa 9. Octobris 1653.

CCCCLXXXIII.

Rex Poloniae et episcopus Cracoviensis de decimis manipularibus, et epus Vilnensis, palatini Russiae, Sandomiriensis ac Posnaniensis, castellanus Lublinensis necnon magnus regni marschalcus pontifici iterum supplicant, ne patiatur iura et privilegia academiae Cracoviensis ab ipsius cancellario convelli. Litt. Princip. Vol. 30. fol. 42. et Episcoporum Vol. 33. fol. 38. etc.

Sño ac Beatño in Christo Patri ac Dño Dño Innocentio Divina providentia Papae X. SS. Rom. et Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo, Dño Clementño.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis V. Nihil magis Antecessores meos Reges Poloniae sollicitudine affecit et molestia, quam per plura saecula inter statum Ecclesiasticum et ordinem Equestrem occasione decimarum intercedentes differentiae. Sed tandem Praedecessor frater meus Rex Vladislaus IV., decimis manipularibus ex agris praedalibus Nobilium a Clero praetensis, in solutionem pecuuiariam iuxta compositiones eo nomine factas de utriusque partis cousensu commutatis, easdem magni auimi sui levamine sopitas vidit. Nunc vero cum non ita pridem in causa Patrum Societatis Iesu collegii Cracoviensis (qui personas Nobilium antecessorum suorum repraeseutare iudicantur) cum quodam Parocho in Rota Romana agitata, transactiones

illas pro decimis initas, et lege Regni publica firmatas invalidari et annihilari intellexerim, ne novo et periculosiori motui via aperiatur, summopere vereor. Quapropter nascenti malo tempestive occurrendo S. V. pacis et unionis assertorem exorandam esse duxi, ut Decretis istis novis pacem et unitatem inter statum Ecclesiasticum et saccularem, multo labore summoque studio partam, levi occasione infringi non permittat. Addet S. V. istis Patribus, optimis in vinea Domini operariis, animum et vires, et me ex quiete, quam Ecclesiis populisque meis largietur, singulari afficiet solatio. Quod reliquum est, S. V. benedictioni me et Regua Dominiaque mea humillimo commendo. Datum Varsaviae in Conventu Regni Generali die 2. Martii Anno Domini 1654.

Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

Sñe Pater, Dñe Dñe Clemeutissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae. Iucongruum non est Universalem Lithuanorum ac Polonorum in disciplinis hauriendis Matrem Academiam Cracoviensem Sanctitati V. magnopere commendatam testari, praesertim omnibus temporibus ante prosperioribus, nunc afflictioribus abunde ex voto Ecclesiae gentiumque liberarum gloria officiis suis respondentem. Quae cum sibi leges gravaminosas a Rño suo Cancellario impositas, vigore Indulti Brevis a S. V. in personam Cancellarii gratiose concessi, modeste mihi couquereretur, muneris ac officii mei existimavi esse, ut ad S. V. ferventem pro indemnitate eius supplicationem instituerem, cuius et me olim extitisse filium diffiterri minime possum: fuit enim semper a primaeva fundatione magnae memoriae Vladislai Iagellonis Regis iuribus ac Poutificum Privilegiis decorata, subiecta et fidelissima famula Universalis Ecclesiae Sedi Supremae, quod interrupta annorum series loquitur. Permittat itaque S. V. Academiam Cracoviensem una mecum sub alis protectionis gratiose commorari, quam labentem circa Iura et Privilegia dignetur erigere, erectam paterne conservare. Mearum autem, imo omnium bonorum in Lithuauia et Polonia civium, partium erit Deum Opt. Max. pro incolumitate diutissima Sanctit. V. ad aras divorum Patronum exorare atque pedes S. V. exosculari. Varsaviae die 6. Martii 1654.

Sanctitatis Vestrae Dñi mei Clementissimi

servus humillimus et devotus
GEORGIUS TYSZKIEWICZ EPISCOPUS VILNENSIS.

Sñe ac Beatñe Pater. Obtiuuit novissime pro Parochiali sua Ecclesia Drzazgoviensi Rector authoritate et beneficio Brevis, quod Sanctitas V. de Decimis per Regulares Clero saeculari in Regno Poloniae solvendis clementer sub die vigesima prima Februarii anno millesimo sexcentesimo quadragesimosexto indulsit, Decretum in sacro Auditorio Rotae contra Collegium divi Petri Cracoviae Societatis Iesu, nec aliud superest, quam ut victae liti debita Iuribus et meritis causae subsequatur executio. Sed cum Societas Iesu in praesentibus Reipublicae nostrae Comitiis generalibus per recursum factum ad Ordines Regni ipsumque Serñum Regem D. N. pro eo maxime laborat, ut per aliquod vel publice vel privatim interpositum apud S. V. officium effectus sacrosancti sui Placiti retardetur, aut immutetur. Pro fide et officio, quod sibi et integritati Ecclesiarum Dioecesis meae Regnique totius debeo, venerabundus id ipsum Sanctitati V. defero, supplexque imploro Paternam Sanct. V. clementiam, ut quo zelo Parochiales Ecclesias conservari vult, hanc quoque in Regno Poloniae, potissimam dotis eorum conditionem in Decimis manipularibus iam supremo S. V. beneficio confirmatam, a Regularium huiusmodi impetibus et recursibus ad saecularem potestatem infringi et convelli non permittat. Nocivum enim Ecclesiasticae immunitati, utinam aliquando non fuerit, tale per Regulares recursus exemplum ad Ordines praesertim, inter quos Politici et Dissidentes in Religione uil avidius aucupantur occasione, qua sibi in Spirituales aliquod usurpent. Coeterum beatissimis Sanct. V. pedibus humiliter subiectus, pateruam eius benedictionem et protectionem indignus exoro, et foelicissimum ac longissimum S. V. Pontificatum ab alto precor. Cracoviae die 13. Martii Anno 1654.

Sanctitatis Vestrae

humillimus exorator
PETRUS EPISCOPUS CRACOVIENSIS.

Beatñe Pater. Post oscula pedum beatissimorum Sanct. V. meam fidelitatem et obsequentiam S. V. contestor. Dum de comprimenda rebellium Schysmaticorum rabie inter continuos Bellonae strepitus disceptamus, nec pacatae Palladis nostrae Academiae Cracovieusis oblivisci possumus aut debemus,

Quae quoniam ad instantiam Illmi Episcopi Cracoviensis in causis a Sacrae Rotae Auditorio avocatis, notabilem in suis iuribus et privilegiis per Breve Sanctitatis V. diminutionem accepit, facere non possum, quin eam Patronam apud Sanctitatem V. indefensam relinquam. Ad pedes S. V. humilem meam supplicationem depono, ne quid de eius Academiae privilegiis et immunitatibus, quibus tot saeculis Ecclesiae et Regno manet fidelissima, detrahi patiatur. Confido S. V. facile nostris daturam locum precibus, si modo persuasum habuerit, Academicos nihil unquam contra legitimam iurisdictionem Illmi Cancellarii deliquisse. Commendo interim meam subiectionem et promptitudinem gratiae Sanctitatis V. cui diuturnam incolumitatem et prosperitatem a Deo precatus, pedes beatissimos S. V. iterum exosculor. Datae Varsaviae in Comitiis 13. Martii 1654.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus servus

Stanislaus Lanchovonsky Palatinus Ter. Russiae Gener. Scal. Dim. Cap.

Beatme Pater. Exosculatis beatissimis pedibus Sanctitatis Vestrae, meam subiectionem humillimam V. Sanct. defero. Quanta semper fuerit et nunc sit Academiae Cracoviensis in promovenda et defendenda Catholica fide constantia, rescripta Summorum Pontificum et praeclara eius in extirpatione haeresum contentio loculentissimo testimonio esse possunt. Quae si V. S. nota essent, dignum credo putaret Academiam quam novis privilegiis ad tam egregios pro Orthodoxa Religione conatus animaret. Sed quoniam ii, qui eius Lycaei debebunt esse Protectores, in id apud S. V. incumbunt, ut quorum praeclara studia novis immunitatibus praemiari oportebat, veteribus etiam per breve exuantur ornamentis: V. S. erit providere, ne ii, qui continuam ab haereticis patiuntur pro fide Catholica persecutionem, novis privilegiorum suorum ruinis involvantur. Ego certe, cui optime nota est Academicorum pietas, modestia, eruditio et debita in suum Cancellarium reverentia, ut corum afflictioni condoleo, et novam contra Academica privilegia iurisdictionem minime probo, ita S. V. pro meo munere humillime supplico, ne propagationem Catholicae Religionis zelantissimam, cuius immunitates Haereticis formidabiles augere conveniret, novis rescriptis circumscribi patiatur. Deum oro, ut foelicissimum regimen S. V. velit nobis esse quam maxime diuturnum. Varsaviae die 24. Martii 1654.

Sanctitatis Vestrae

Servus et cliens humillimus

Vladislaus Gonzaga myszkowski Marchio in Mirov Palat. Sandomir. mpp.

Beatissime Pater. Post oscula beatissimorum pedum Sanctitatis Vestrae humillimam subiectionem et reverentiam S. V. defero. Meruit hoc apud nos Academiae Cracoviensis, ut in fidem Christianam et Sanctam Sedem Apostolicam constantia, sic praeclara eius in Rempublicam nostram merita, ut ei nostra protectio in quovis casu praesto esset. Cum ergo nunc gravatam se esse sentiat ab Illmo Episcopo Cracoviensi, qui non modo ipse eam, occasione Cancellariatus, certis per quinquennium de novo usurpatae iurisdictionis gravaminibus affecit: verum etiam nunc eius iura et privilegia, tot saeculorum usu et possessione firmata, nuperrimis Sacrae Rotae decisionibus roborata, per breve apud S. V. labefactare contendit. Ego officii mei esse duxi, ut eius apud S. V. patronus assisterem. Quapropter humillime supplico S. V., ne eius innocentiam, S. Rotae decisionibus vindicatam, sub auspicatissimo regimine suo sinistris informationibus opprimi patiatur. Cui Deus longam sine offensione valetudinis vitam et omnem prosperitatem largiatur. Varsaviae ex Comitiis die 24. Martii 1654.

Vestrae Sanctitatis

Humillimus servus

Comes Palatinus Posnaniensis.

Sme ae Bme Pater, Dne Dne Clementissime. Post oscula pedum S. V. debitam reverentiam et humillimam subiectionem S. V. exhibeo. Cum Academiam Cracoviensem Sanctitati V. subiectam, iuribus ac privilegiis a Republica Polona unanimi Ordinum assensu, propter eius in Ecclesiam et Regnum Poloniae merita, ornatam atque dotatam habeamus, minime erit absonum, quominus pro ea ad S. Vestram humillimam petitionem instituamus, ut circa praerogativas Legibus Regni ac Ordinum obfirmatas clementer Brevi a Sacra Sede Sanctitatis Vestrae nuper emanato, conservationem possit sortiri per eius relaxationem. Cuius conservationem paterno S. V. beneplacito singulariter commendatam esse pro meo munere ac iure exoptans, meam humillimam interpono ad S. V. supplicationem, velit S. V. in pristino statu iurium Academiam Polonam retinere, ipsiusque meritis clementer patrocinari. Nunc autem Deo

praepotenti supplicans eius Maiestatem, felicissimo Orbis universi Regimini S. V. adesse, sanitatemque diuturnam promoveri ex animo cupio. Datum Knyzynii 8. Aprilis 1654.

Sanctitatis Vestrae

Subiectissimus servus
Stanislaus Witowski Castel. Sand. Lublin. Capit.

Bño Padre. Rappresentai con ogni ossequio già un anno al Trono della Santità Vostra i motivi, che m'indussero ad intercederc per la nostra Università di Cracovia, persuadendomi di riportarne dal suo clementissimo giuditio quelle gratie, ch' Ella è solita si profusamente dispensare, à chi ricorre per giustitia all'incorrotto e sacrosanto Tribunale della Santità Vostra. Ma vedendo seguiti gli effetti totalmente contrarii à quelle speranze, che promettevano le ragioni della causa, non ho voluto nella mia mente dar luogo ad altra credenza, che all'infallibilc supposto, che la S. V. sii stata sinistramente informata e dello stato della causa e delle conseguenzc perniciose, che potrebbe partorire una tanta novità in questo Regno, non solo in pregiuditio della publica libertà, ma anche di quella inviolabil fede e rivcrenza, che ognun di noi si pregia di professare à cotesta Santa Sede ct alla Santità Vostra. Le nostre leggi, Padre Santo, hanno una indissolubil descendenza l'una dall'altra, ne vi si può aggiungere, o minuir cosa senza sconvolgcre lo stato della Republica, et però l'annullar privilegi et immunità registrate nei statuti del Regno, et confermate dall'approvatione di tanti secoli, col concedere all'incontro nuove giurisdittioni à chi per avanti non n'era in possesso, non può seguirc che con scandalo degli Eretici confinanti, con poco decoro della Republica et con alteratione della publica quiete. Io come constituito et obligato dalla mia carica ad invigilare, procurare la conservatione delle leggi del Regno, espongo alla Santità Vostra ne' miei devotissimi sensi i voti degl' altri Signori Senatori miei Colleghi, per intercedere dalla sua santissima mente più gratiose dimostrationi del suo paterno affetto verso questa Accademia, tanto benemerita non solo di questo Regno, ma di tutta la Christiana Republica, per essersi sola in tutto il Settentrione conservata illesa dall' eretiche infettioni con la pietà et con la virtù. L'infinita clemenza della S. V. m'induce à credere, ch'ella si degnerà havere benigno riguardo alle nostre intercessioni. Non mi estendo però ad esagerarle maggiormente, perchè non me lo permette la fiducia, che ho nel suo santissimo giuditio e nella giustitia delle nostre petitioni. E qui augurando alla S. V. una longa e perfetta salute per beneficio della Christianità, m' inchino con ogni riverenza al bacio de suoi beatissimi piedi. Cracovia 2 Maggio 1654.

Di Vostra Santità

Ossequiosissimo et obedientissimo filio e servitore
Giorgio Lubomirski.

CCCCLXXXIV.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut Mathiae Poniatowski coadiutoriam decanatus Cracoviensis una cum canonicatu concedat.
Litt. Princip. Vol. 30. fol. 44.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Innocentio Div. prov. Papae X. etc.

Sñe ac Beatñe Pater, Dñe Dñe Clementñc. Post ocula pedum Beatorum Sanctitatis Vestrae, Regnique mei humillimam commendationem. Assumptum non ita pridem ad praesentationem meam in Coadiutorem Decanatus Cracoviensis, Iurispatronatus mei Regii, Ven. Matthiam Poniatowski Canonicum Cracoviensem, Secretarium meum, eo magis S. V. commendo, quo plus ille in operanda Ecclesiae immunitate, et propulsandis haercticorum conatibus operae et ingenii praestat. Cum vero S. V. expeditioni Coadiutoriae praedicti Decanatus eam conditionem adiungere iusserit, ut post apprehensam possessionem solius etiam Coadiutoriae, Canonicatum, cuius fructu sustentatur, resignet: S. V. supplico, velit singularibus eius in Ecclesiam meritis benigne favere, decernatque ut more antecessorum suorum (quorum nullus obtenta eadem Coadiutoria ante apprehensionem dictae Praelaturae Canonicatum dimittere stringebatur) tantisper circa usumfructum Canonicatus sui conservetur, donec realem Decanatus adierit-possessionem. Rem mihi gratissimam factura, indemnitati vero statutorum et consuetudinum Capitularium Regni mei optime prospectura. Quod reliquum est, me Regnumque meum afflictum S. V. benigno patrocinio commendo. Datae Varsaviae dic 2. mensis Augusti Anno Domini 1654.

Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

PONTIFICATUS ALEXANDRI PP. VII.

CCCCLXXXV.

Metropolita Ruthenus catholicus Kioviensis, a sede sua a Svecis et Moscis expulsus et exul, confert archiepiscopo Polocensi suo coadiutori administrationem metropoliae. Nuntiat. Polon. Vol. 69.

Antonius Sielawa Dei gratia Archiepiscopus Metropolita Kioviensis, Halicensis totiusque Russiae. Universis Protopresbyteris, Presbyteris eorumque Vicariis atque omnibus Clericis Metropoliae nostrae. Significamus vobis hisce nostris patentibus, quoniam Deo sic volente, et foedifrago hoste Mosco irruente, Episcopatus nostri in hoc Regno S. R. M. tantoperc sunt perturbati, ut nos Metropolita cum Confratribus nostris Rm̃is Dominis Episcopis, Abbatibus atque Superioribus, item cum compluribus in Christo fratribus Religiosis, ad extremum vobiscum etiam dilectissimis presbiteris non modo ab Ecclesiis, Episcopatibus, Monasteriis, domibus, bonis et possessionibus omnibus ad id spectantibus exulemus, privati tam lata Metropoliae nostrae Kioviensis Archidioecesi: Nosve etiam ipsi Metropolita aegritudinis ergo, ad talem devenimus debilitatem, ut iam munere nostro Pastorali penitus fungi nequeamus: Invigilantes igitur, ne defectu satisfactionis etiam in minima re ovibus nobis commissis in administratione sacramentorum hac temporum perturbatione Deo Omnipotenti, conscientiae ipsorum nostraeque rei simus. Quoniam vero animadvertimus his in partibus, ubi nos ipsi sub id temporibus degimus, proximiorem mansione esse Rm̃dum Dn̄um Gabrielem Kolenda Coadiutorem et Successorem post decessum nostrum in Archiepiscopatum Polocensem, totam ei hanc Metropoliam administrandam per ordinatos a nobis vel ab illo presbyteros commisimus, et praesentibus ad arbitrium nostrum ulterius valituris committimus. Quod scientes omnes Presbyteri, modernis pressi ab hoste angustiis, in omnibus suis necessitatibus spiritualibus, eo ubicumque Rm̃us praefatus, praecipue vero ad latus nostrum residebit, sese conferent. Rm̃us autem habebit potestatem omni gradu sacerdotali illos initiandi: quamobrem debita ei reverentia ab ipsis praestabitur. Similiter Rm̃us omnia olea sacra, scilicet oleum sacri olei Chrismatis vel Confirmationis, oleum Cathecumenorum, et oleum infirmorum, praeterea antimensia seu portatilia pro altaribus Ecclesiarum ad offerendum in eis incruentum missae sacrificium benedicet, consecrabit deponetque, servando utrinque inter nos antiquam consuetudinem in omnibus iuxta traditiones ecclesiasticas. Interea gratia et pax Christi maneat et requiescat super vos. Dat. Novogrodeci An. a Partu Virgineo 1655. mense Ianuario 18. die.

Antonius Metropolita Kioviensis. (L. S.)

Ad mandatum Illm̃i ac Rm̃i Domini Metropolitae extraditum ex Cancellaria
Ioannes Kurbatowicz Notarius.

CCCCLXXXVI.

Conditiones pacis a rege Poloniae Cosachis Zaporoviensibus propositae. Nuntiat. Polon. Vol. 61. fol. 92.

Ioannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lith., Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Czernikoviacque, necnon Suecorum, Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis, praesertim Rotmagistris, Centurionibus, omnibusque militiae tam in Registro quam extra Registrum existentibus exercitus nostri Zaporoviensis: Quod nos sicuti statim in principio dominii nostri occurrebamus, ne fiat effusio sanguinis subditorum nostrorum, tentando omnibus modis reprimere et extinguere domesticum bellum, quemadmodum testantur Zboroviensis et Bialocerkieviensis Commissiones, tum et frequentes legationes, literae Universales et paternae admonitiones nostrae, ita et modo quando ultimum interitum Provinciarum Ruthenicarum, et aeternam servitutem tyrannicam Moschorum super subditos nostros videmus, quotidianam sanguinis effusionem et captivitatem eorumdem subditorum nostrorum consideramus, coram Deo et toto mundo protestamur, Nos velle paterno affectu vestram videre conversionem cessationemque

a vestro proposito, parati existentes non solum hoc quod factum est in amnissionem aeternam mittere et condonare, verum Regali nostro verbo, Lege et Constitutionibus Comitiorum, et quacumque lege etiam firmissima volueritis, hoc promissum nostrum stabilire et validare, ne ullus Nobilium imposterum sub poena bannitionis et confiscationis bonorum ulcisci audeat, nullique ex vobis obiicere quospiam excessus perpetratos. Praeterea cum viderimus sinceram conversionem et unanimem, promittimus vos omnes et militares homines ad libertates et praerogativas Nobilitatis admittere, et bona Reipublicae iisdem conferre ex vacantibus. Homines autem civiles, rei familiari attendentes, ab oneribus omnibus praeter certum tributum seu quotam post expirationem libertationum ad certum tempus iisdem concessarum eliberare, liberam cremati et cervisiae propinationem concedendo: ad quod observandum haerceditarios Dños illarum Provinciarum Constitutionibus Regni stringemus. Et prout non dubitamus hanc paternam nostram declarationem vos suscepturos, utilemque vobis et posteris vestris aeviternaliter pacem facturos, ita vicibus iteratis coram Deo et toto mundo protestamur, quod si tam magnis nostris libertatibus et praerogativis contenti non essetis, quas a nullo Domino potestis habere in mundo, etiamsi nescimus quem volueritis habere Dominum, iam non Nos, sed vos respondebitis Deo pro ulteriori effusione sanguinis innocentis, et captivitate animarum Christianarum in aeternam servitutem tyrannicam transeuntium, ultimaque devastatione et ruina Provinciarum Ruthenicarum. Si vero hunc paternum affectum nostrum et gratiam grato animo suscipere volueritis, sine mora nobis significate, ut exercitum nostrum ordis Tartarorum coniunctum ad alium hostem Regni nostri divertamus. Quod ut ad omnium notitiam perveniat, mandavimus has Literas Universales nostras per Edictum publicum in Ecclesiis Ruthenorum et nundinis atque omnibus civitatibus ac locis publicis, et ubivis locorum in praedictis Provinciis publicari. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas, sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die 26. Aprilis Anno Domini 1655. Regnorum Nostrorum Poloniae et Suecjae VII. Anno.

CCCCLXXXVII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut sibi ad continuandum bellum contra Moscos subventione quadam pecuniaria praesto sit.
Litt. Princip. Vol. 79. fol. 45.

Sanctissimo ac Beatissimo in Christo Patri, Dño Alexandro Divina providentia SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño meo Clementño.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum humillimam recommendationem. Quod in privatis domibus filii solent, ut cum necessitas vel casus forte ingruit, patrum unicam opem inclament, eum etiam morem in magna ista Christiani Orbis familia calamitosis Regni mei temporibus acquum est apud S. Vestram usurpare. Communis Patris nomen decusque S. V. divinitus accepit, quid ni audacter vota filii porrigam, non ignarus parentes eorum cura tenerrime adfici, quos longo morbo invalidos planeque depositos videant. Septennium iam est, quod Polonia haec, Ecclesiae matris germana proles, recidivis in dies malis ad exitium plane conflictatur. Arrecti undique hostes, quorum barbarie cingitur, parvam vix enatae rebellionis scintillam foederatis animis et viribus auxere: in primis Tartari gens ferox et inter arma nata, et quibus Christianum sanguinem fundere tradita a Machometo religio est. Occursum tota vi periculo, et fractus ingenti non semel cladc allisusque hostis: sed victoria ipsa irritamentum bellandi fuit, donec providentia divina (nam prudentiam humanam appellare non ausim) in partes meae Scythae discessere. Perfunctum magna parte bello me putabam, cum repente alius hostis veteri innatoque contra Regnum meum odio Moschus occasionem arripuit, ut non provincias tantum meas et arces occuparet, sed qui perfidiae maximc praetextus plantatam illis in oris fidem Catholicam fundataque templa averteret, et ritum Graecum arroganti ambitione universae quam late patet Russiae postliminio reduccret. Surgit et ecce tertia a Suecia tempestas eo saevior et magis metuenda, quo magis attritis defessisque viribus incumbit: diu est quod fortunam illi meam speculati vires et arma paravere, ut concitis alia parte Moschis facilius Regnum meum impellerent, et simul Catholicam religionem demolirentur. Bella haec mihi esse, prudentia Sanctitatis V. intelligit, atrocia et funesta, nec Reipublicae magis quam Ecclesiae commodo vel detrimento prospere aut secus casura. Non deest tamen animus ad sanguinem usque dimicandi, si alter ille sanguis, qui nervus belli dicitur, abunde suppeteret. Istum continua mala prope exhausere, nec certior aliunde spes refocillandi afflictas vires quam a paterna S. V. cura et liberalitate. Egregio profecto argumento et memorando ad posteros novi Pontificatus auspicio paterna S. V. pietas se osten-

det, cum Regnum hoc Christianitatis antemurale difficillimis temporibus adiutum et conservatum ibit. Cuius necessitates Illm̃us Cardinalis Ursinus S. V. uberius exponet. De caetero S. V. longaevum Pontificatum ex animo precatus, me Regnaque mea eius paternae benedictioni diligentissime commendo. Datum Varsoviae die xx. mensis Maii Anno Domini MDCLV. Regnorum meorum Poloniae et Sueciae Septimo Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCLXXXVIII.

Idem rex pontifici supplicat, ut concordiam inter fratres Minores de observantia et Conventuales instauret. Litt Princip. Vol. 70. fol. 72.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater, Dn̄e Dn̄e Clemcntissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Agitabatur per multas controversias iu Urbe caepta ante sexennium causa inter unius Patris filios, Bm̃i nempe Francisci fratres Minores de observantia et Conventuales, provocantibus ad eam litem Minoribus de observantia eo merito, quod cum fratres Conventuales pio Rn̄di olim in Christo Patris Dn̄i Andreae Szoldroski Ep̄i Posnaniensis zelo in civitatem, unam ex primariis Rcgni nostri, Posnanieusem introducti essent; fratres de observantia importuno stimulo eos prius possessione loci arcere, post decretis firmatos ab erogatione eleemosynarum prohibere coeperunt, ac usque iu Urbem ad iudicium Sacrae Congregationis hanc controversiam erogarunt. Quod ncgotium quia tanto maioris scandali dissidentibus de Religione occasionem praebet, quanto maiori contentione a fratribus de observantia promovetur: S. V. supplicandum duxi, ut authoritate sua suprema eam petram scandali amovere, ac dictos fratres in cougrua charitate vivere, erogationemque eleemosynarum ab alterutra partium non impcdiri severiore cdicto iuhibeat, plurimum in eo S. V. et bono horum Religiosorum et publicae aedificationi prospectura. De caetero S. V. debita submissione et affectu filiali incolumitatem diuturnam precor. Datae Varsaviae die XXIII. mensis Iunii Anno Dn̄i MDCLV.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCLXXXIX.

Idem rex a pontifice petit, ut nominatum episcopum Kioviensem confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 79. fol. 80.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater, Dn̄e Dn̄e Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Haud paulum in publicum Ecclesiae Regnique mei bonum pcccarc mihi vidcrer, nisi eximias Venerabilis Thomae de Rupniow Vieyski Praepositi Varmiensis, Custodis Gnesnensis, Abbatiae Plocensis administratoris, Secretarii nostri, virtutes tot laboribus exercitatas, tot speciminibus probatas, in altius maioris saccrdotii ac simul Senatoriae dignitatis fastigium Orbi spectandas eveherem. Hic quippe vir, si Ecclesiae commodare voluero, natus quasi eius incrementis videtur, cum a prima iuventa eam sibi vivendi praescripserit rationem, ut in saeculo agens Religiosam vitam profiteretur, ac ad id unum spectaret, quo maxime Ecclesiae et Religiosis obsequio suo commodaret. Sin vero Rempublicam prudente Senatore augere studuero, maioribus ad Reipublicae consilium praesidiis nemo instructior ipso, qui ab illo magni nominis et toto Orbe celeberrimi Gregorio Ossolino Rcgui mei Cancellario in consortium laborum Cancellariae adscitus, in gravissimis quibusque negotiis primae admissionis Secretarium agens, omuium causas et eventus consiliorum summo privatae experientiae fructu penetrabat. Quocirca vacante nunc Episcopatu Kyoviensi post translationem Rn̄di in Christo Patris Dn̄i Ioaunis de Lcszno ad Episcopatum Culmensem, ornandum illum locum eo viro censui, ac ipsum in Episcopum Kyoviae pro iure meo nominavi, Sanctitatique V. coufirmandum supplex propono. Cum vero dictus Episcopatus cum suis proventibus uti et ipsa Kyovia a rebellibus Kozacis sint iutercepti, ac aucta nuper perfidia Moschorum Duci cum sacramento debitae subiectionis redditi, maiorem in modum S. V. duo rogatam volo, alterum ut solitas circa expeditionem Bullarum huius Episcopatus uti solius pro tunc tituli expeusas beuigne remittat; alterum ut in suffragium diguitatis Episcopalis dictum nominatum circa possessionem beneficiorum, uempe Abbatiae Plocensis, quam iure perpetuo administrat, et Praepositurae cum Canonicatu Varmiensi Custodiaeque Gnesnensis gratiose

conservet. Eo favore S. V. plurimum bono et Ecclesiae in universum, et Reipublicae Polonae prospectura est, meque singulariter obstrictura. De caetero S. V. diuturnam incolumitatem et foelicissimum regimen filiali submissione apprecor. Datum Varsaviae die VI. mensis Iulii Anno Domini MDCLV.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obedientissimus filius

IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

CCCCXC.

Pontifex regi Poloniae Paulum Doni de propriis rebus agentem benigne a se exceptum significat. Reg. Brev. An. I. ep. 235.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Succiae Regi Illustri.

ALEXANDER PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Magnum suarum virtutum consecutus est testimonium Dilectus filius Paulus Donus, videlicet Maiestatis Tuae commendationem, quam ipse opere quam tibi diu strenue fideliterque navavit, magni premii loco ducet, cum cogitabit a Rege summa prudentia praeclarisque animi dotibus praedito dignum se existimatum, quem suo suffragio calculoque approbaret. Nos vero, qui erga laudatos viros nostra quadam animi sponte impellimur, in eo complectendo, sic tuam voluntatem sequemur, ut non minimum etiam ipsis viri virtutibus tribuisse videamur. Nec enim ipse praeclariorem approbationem referre potest, quam si in eo ornando propriae laudes certent cum sapientissimi Regis commendatione. Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Augusti MDCLV. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCCCXCI.

Reginae Poloniae pontifex patres scholarum piarum sibi commendatos semper fore significat. Reg. Brev. An. I. ep. 236.

Charissimae in Christo filiae nostrae Ludovicae Mariae Poloniae et Sueciae Regiuae Illustri.

ALEXANDER PP. VII. Charissima in Christo filia nostra, salutem etc. Quae divinae gloriae augendae, ac nomini amplificando sunt opportuna, ea sic ardenter amplectimur, ut tam non Regum Principumque postulatis, quam ipso Deo auctore ad ea capessenda promouendaque incitemur. Quare Patrum scholarum piarum operam, quoniam ad religionem propugnandam non parum emolumenti afferre posse significat Maiestas tua, eam nostro patrocinio sic fovebimus, ut multum nos et tuae voluntati et nostrae erga eum ordinem propensioni simus concessuri. Plura autem tuo rogatu indulsimus, quae non modo Pontificiae te dilectionis, verum etiam in eosdem religiosos benevolentiae facerent certiorem. Quae sane ab egregie pia Regina mirum in modum his promeritis augebitur, quibus egregiam in hanc Sanctam Sedem observantiam obsequiumque pergit testari. Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XIV. Augusti MDCLV. Pontificatus nostri Anno Primo.

CCCCXCII.

Litterae pastorales episcopi Cracoviensis ad extrahenda sacra vasa argentea etc. in commodum labentis patriae. Nuntiat. Polon. Vol. 61.

PETRUS GEMBICKI Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Cracoviensis, Dux Sueriae, Universo saeculari Clero, necnon Regularibus utriusque sexus, Salutem in Domino. Cum nos e propinquo gravissima urgeant pericula, undique et nouissime per hostem Maiore occupata Polonia extrema omnibus superveniant mala, nec alia aut promptior habeatur ratio tutandi reliquum, praeter quam ut quisque, quantum ex zelo erga Ecclesiam Dei, quantum pro fide Catholica, pro servandis aris et focis praestare valet, quamprimum in subsidium et auxilium conferat. Eapropter extremis agenti Patriae, in cuius salute salus Ecclesiarum Dei et S. Religionis Orthodoxae consistit, communi cum Ven. Capitulo Cathedralis Ecclesiae nostrae consilio, accedenteque Illmi et Rmi D. Nuntii Sanctae Sedis Apostolicae consensu, decrevimus, quatenus omnes et singulae Ecclesiae Dioecesis nostrae, necnon Abbatiarum Monasteria, Conventus utriusque sexus Regularium, neminc excepto, quam habent in auro vel argento suppellectilem Ecclesiarum suarum, sine omni mora et statim habita praesentium notitia, Regulares quidem per Deputatum ex Monasteriis et Conventibus suis, registrata et distincte conscripta numerataque, Saeculares vero per Decanos Rurales, aut alium in Congregatione deputandum, ad Nos Cracoviam deferri faciant, relictis saltem, quae Rectores Ecclesiarum pro celebrandis sacrificiis, peragendis processio-

nibus et administratione sacramentornm omnino necessaria iudicaverint. Volnmus proinde et in virtute s. obedientiae, necnon sub poenis in omnes et singulos snpramemoratarum Ecclesiarum Rectores ac Superiores per nos pnblicandis mandamns, nt qnamprimum et pro suo erga Ecclesiam Dei Patriamqne amore, et anthoritate huins Edicti nostri pinm hoc labenti Reipublicae subsidium inxta praescripta conferant et trausmittant. Praestat enim haec omnia in tanta necessitate defendendae Patriae carissimae et pro conservanda fide Catholica sponte et pic proferre, qnam expectare, qnod Deus avertat, ut in hostis manus veniant, ant crudelibus torturis cxqnirantur. Et qnia providendnm est, ne pericnlo viarum exponantnr deferenda, si more Cursoriae Edictum praesens publicaretur, RR. Decanis committimus, nt convocato Clero snornm Decanatuum, id eis sub secreto servando intiment. Quod si vero Parochus aliquis ab Ecclesia abesset, aut super hoc Congregationi indicendae non iuteresset, praefatam snppellectilem tenebitur Commendarius vel Vicarius extradere cum testimouio sui Decani. Ut antem distincta habeatur ratio, quantum una quaeqne Ecclesia contribuet, conficiantur Registra, ita qnod unum relinquatur penes Acta Decaui, alternm circa Ecclesiam propriam, tertinm ad nos et officium nostrnm transmittatur. Insuper requirimns a Parochis, Concionatoribus, Confcssariis Secnlaribns et Regularibns, ut populum universum per civitates, oppida, villas ex ambonibns et in confessionibus ad servandam fidem Serño Ioanni Casimiro Regi nostro clementissimo, ad defensionem Ecclesiae Dei et Sanctae Fidei Catholicae animent: ac ut quisque, quantum ei zelus et amor Patriae suaserit, praestet contra hostem, qni sine omni discrimine divina hnmanaque omnia violat, Ecclesias depraedatnr, in usnm haereticornm convertit, Sanctamque Religionem Catholicam penitns exterminaturus eo snas vires et consilia dirigit, nt cuncta sacra pessundet. Facturi hoc tauto maiori zelo et fervore, quia pro Deo, pro sancta eins Ecclesia et Religione, pro communi et sua salute. In qnorum fidem praesentes sigillo nostro mnniri iussimus. Datum Cracoviae die 27. Angnsti Anno Domini 1655.

Petrus Gembicki Episcopus Cracoviensis.

CCCCXCIII.

Pontifex de novis Poloniae motibus dolet, promittitque regi causae regni se non defuturum. Reg. Brev. An. I. ep. 258.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Qnae florentissimo isti Regno illatae sunt calamitates, eas sane ut veteri ipsius in hanc Sanctam Sedem observantiae, et in Deum cultui retinendo adversissimae supra qnam dici potest peracerbum Nobis dolorem inviserunt. His vero Maiestatem tuam potissimum urgeri, eiusqne caput tanta rerum perturbatione praescrtim peti, sic omuem animi sensum afficit, ut neque iam ulla consolatione couqniescere, aut vix levationem aliqnam reperire possnmus. Quod autem minime unquam eventurum putabamns, ut te stante exterorum auxiliis opus esset, ea sollicitare non destitimns, tibique omnia ab hac Sancta Sede paratissima semper affntnra pollicemur, et Maiestati tuae a Deo, qni dissipat consilia gentium et eos qui bella volnnt, ardentissimis votis prosperitatem precamur et Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datnm Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die iv. Septembris mdclv. Pontificatus nostri Anno Primo.

Eodem modo Ludovicae Mariae Poloniae et Sueciae Reginae. Datum ut supra

CCCCXCIV.

Ferdinando regi Bohemiae et Imperii electoribus aliisque principibus res Poloniae attritas pontifex enixe commendat. Reg. Brev. An. I. ep. 260.

Charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Hungariae et Bohemiae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quae a Maiestate tna Charissimi in Christo filii nostri Casimiri Poloniae et Sueciae Regis causa petituri snmus, ea etsi non tanta essent, quae plnrimum apnd acerrimum fidei catholicaeque integritatis defensorem per se ipsa essent valitnra, tamen pro vetere observantia et obseqnio, quibns usque Apostolicam Sedem persancte colere consuevisti, facile Nos impetraturos fore confideremns. Cum vero tam gravia sint, ut in his et Religio et Divini nominis cultns, et egregie de Ecclesia meriti Regis res agantnr, ad ea tuo praesidio, ope stndioqne omni suscipienda nou tam rogare, quam adhortari merito videmnr posse. Facies sane, quod sit Maiestate tua dignissimnm, si iu ipsius acerbissima iniustissimaqne calamitate tu praesertim reservatns sis, qui ad eius fortunam dignitatemque snstentandam consilium omne atque operam con-

feras. Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die IV. Septembris MDCLV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Eodem modo Archiepiscopis Maguntino, Coloniensi ac Trevirensi, Duci Bavariae aliisque.

CCCCXCV.

Vicecancellarius, Starosta Zywicensis, magnus regni marschalcus et episcopus Vilnensis nuntium apostolicum de cladibus a Svecis et Moschis Poloniae illatis certiorem reddunt. Nuntiat. Polon. Vol. 61.

All' Illmo Mons. Nuntio Apostolico a Cracovia.

Non ho poi altro avvisato à V. S. Illma dopò à quello che le scrissi dal Campo sotto Sokova, per essere sempre l'esercito Regio stato in continuo moto. Hora hò d'accennare à V. S. Illma che il Vitemberg passa alla volta di Cracovia con 15. mila combattenti, cioè 6. mila cavalli e 9. mila fanti, per il che Sua Maestà hà risoluto di tagliargli il passo, ma perche l'effetto di questo successo è ancora incerto, ho pertanto voluto darlene notitia, acciò in tempo ella possia esseguire quella risolutionc, che in tale occasione le sarà consigliato dalla di lei somma prudenza. Il Rè di Svetia di già è intrato in Varsavia, ove farà di quei popoli e chiese quellc istesse tiranuie, che sin adesso nellc altre città e luogi presi ha fatto. Io mi persuado à pieno il sentimento, che ella deve provare delle fortune e trionfi di questo ambitioso et arogante heretico, si per l'infiuito suo divoto zelo verso l'interessi della S. Chiesa, che per quelli della Maestà Sua, et ancora de' suoi buoui servitori. Per adesso non dirò altro à V. S. Illma, à cui ratificando l'infiuite mie obligationi et incessante osservanza, le auguro dal cielo quel più di felicità che medesima brama. Dal Campo Rcgio sotto Przodbor li 14. Settcmbre 1655.

Io havevo risoluto di partir dimani alla volta di Cracovia, ma non sò come mi fare, tanto sono intrigate le cose, e tengo per cosa difficile, anzi poco possibile che ci possiamo aiutare con le forze nostre, le quali saranno sempre più deboli, e adcsso non arrivano à diecimila di combattenti.

Di V. S. Illma

Divotissimo et obligatissimo servo
IL VICECANCELLIERE.

Copia di lettera scritta dal Sig. Piglioski Governatore di Zywiecz alla Maestà della Regina sotto li 8 Ottobre 1655, e rimessa da Sua Maestà al Nuntio Apostolico.

Ogn'hora dcsiderarei far avvisato à V. M. Serma quello che segue in Cracovia, così dell'inimico, come anco della Maestà Serma nostro Clemeutissimo Signore, solo che li miei corrieri per li passi non sicuri tardano. La Maestà del Re risiede à Sanc, si è fortificato bene, havendo appresso di se la Dragonia e la Raiteria. Mandò à pigliare lingua, e gli furono portati 20 Svedesi vivi, e di quelli che erano andati verso Wisnic alcuni ne sono restati. Il Siguor Gran Maresciallo è stato à Lubownia sendosi abboccato col Principe Ragozzi, dal quale si dice habbia ottenuto d'havere 12. in 15. mila pedoni, non sò il numero precisamente, ma stimo sia sicura questa gente del Ragozzi, pcrche hoggi un mercante Ungaro passando per Zywiecz questo tauto m' ha riferito. L'Internuntio Tartaro Venerdì passato fù da S. M. dandogli avviso che l'escrcito Tartaro era già di quà da Leopoli intorno à Grodek insieme con il Sig. Gran Generale, e vogliouo attraversar l'inimico pigliando il camino verso Sandomiria. Il Sig. Gran Maresciallo sabbato passato toruò di Lubownia. Del Kmiclnischi v'era avviso che vuole prima in pegno dodici persone principali, e poi all'hora trattcrà la pace con S. M. et con la Republica; l'altra nuova è che sia andato verso Varsavia con 80. mila persone: presto saprò qual sia di queste due nuove la più sicura, c subito spcdirò giorno e notte per farlo sapere à V. M. L'inimico fra Modzila e Donbre s'è accampato di là della Vistola. Hoggi ò dimani di lui havrò più sicuro avviso. Non dà adesso assalti, havendo provata la costanza de' nostri. Li medesimi nostri hanno preso da 200 persone negl'assalti. L'inimico haveva già fatto un buco grande nella muraglia sotto il Palazzo de Sigg. Senewuski frà S. Pietro e l'Arsenale, ove con gran forza haveva dato l'assalto, ma li nostri con la terra l'havevano turato; si tengono, Dio lodato, felicemente e si terranno. Si era scoperto tradimento tra li Consoli, ma hanno pagato la meritata pena, essendo stata tagliata la testa à trè di essi. Cracovia si terrà siuo all'arrivo di S. M. Serma con l'esercito, di che S. M. se ne assicuri, e spero in Dio, che la prossima settimana S. M. verrà con l'esercito da 3 parti. Aspetto dimani li miei corrieri da Sanc e da Cracovia, quello mi portcranno lo farò sapere à V. M. Hoggi è 'l terzo giorno, c'ho spedito passa 200. sudditi di V. M. verso l'esercito dell'inimico, e m' hanno promesso sotto buona fede

portarmi qualche lingua. Habbiamo già lesti 600 moschettieri: metterò insieme e sceglierò ancora de sudditi di V. M. qualche centinara, e con essi m'iuvierò verso S. M., basta che s'avvicini verso queste parti con l'esercito. Aspetto in breve il mio Cosacco, c'hò mandato à S. M., perche hò avviso ch'era passato benche spogliato da villani, e le lettere che mi porterà, manderò subito à Vostra Maestà, alla quale etc.

Relatione del stato delle cose di Littuania venuta da Kyedani in data delli 27 Ottobre 1655.

Ludovica Maria per la Dio gratia Regina di Polonia e di Svetia, Granduchessa di Lithuania, Russia, Prussia etc. Nata Principessa di Mantova e Monferrato, di Nivers etc. Rño Signore. Habbiamo inteso li travagli che V. S. và patendo in questo viaggio per asistere al Serño Rè nostro Signore, mà si come grandemente ci dispiace ogni suo patimento, cosi speriamo che il Signore Iddio sia per ricompensarnela largamente, mentre ella tanto s' affaticha nella sua vigna. Sin hora non si è potuto ritirare li denari rimessi da S. S. per poterseue servire in questi bisogni, à tale che V. S. potrà di nuovo farne instanza à Roma, acciò si possano ottenere. Non teniamo aviso alcuno della speditione per potersi servire delli argenti delle Chiese di Polonia. V. S. si contenterà, se fosse arrivata ò à Monsig. Arcivescovo di Leopoli ò à Monsig. Vescovo di Cuiavia, overo scrivere di uuovo à Roma se non fosse venuta, acciò si possa trattare con questi Ecclesiastici, promettendo che saranno sodisfatti con ogni puntualità, e mentre speriamo che S. S. non sia mai per abandonare un Regno tanto Cattolico, à V. S. preghiamo dal Signore Iddio ogni bene. Glogovia 3 Gennaro 1656. Ludovica Maria R.

Copia di lettera o Instruttione mandata dal Nuntio Apostolico alli Monsignori Arcivescovi di Gnesna e Leopoli, e Vescovo di Luceoria per l'esigenza delli ori et argenti delle Chiese da farsi in conformità del Breve di N. S., spedita da Leopoli sotto li 25 Febraro 1656.

La Santità di N. S. intenta à somministrare tutti quelli aiuti al deplorabil stato di questo Regno, che possano meglio far conoscere il zelo che porta del mantenimento della Religione Cattolica,

oltre l'haver sovenuto con danari, come sarà noto alle Signorie Vostre Illmc, e di non lasciar appresso la Maestà Cesasea d'impegnar tutti li sforzi de suoi officii per indurlo à soccorcrci, ha ancora voluto benignamentc condescender all'istanze di S. M. perche si possano pigliar l'ori et argenti delle Chiese per valersene nell'estreme necessità in che siamo. Ha S. B. confidato tanto della prudenza delle Signorie loro Illme, che ha stimato bene l'appoggiarle l'essecutione di questo negotio, sperando che tutto seguirà con quella circonspettione che è propria della loro applicatione verso il servitio di S. M. e della Patria; e sc bene hanno la facoltà di potcr contro gli renitenti proceder alle censure, come si raccoglie dal Breve e dalla mia deputatione che vengono congiunti, io con tuttociò ardisco suggerirli d'esser in ciò circonspetti, e di non valersene se non doppo le solite giuridiche, anzi più replicate monitioni, per nou dar occasione di qualche stravaganza massime ne Regolari, chc accrescesse i disordini nelle presenti congiunture: e perche tutto camini con quel minor strepito che sia possibile, non dovrà il detto Breve esser altrimente stampato, nè publicato, nè data copia, nè fatto sopra di ciò alcun Editto, mà avvisati à bocca ò per lettere quelli che dovranno portarli, mostrando però dove facesse bisogno pcr renderli capaci chc vi sia la necessaria facoltà. E perche gran parte di essi argenti et ori si ritrovano ne stati patrimoniali di S. M. C., come le Signorie Vostre Illme sono ben informate, quando s'incontrasse difficoltà, che portasse seco sconcerto per il rispetto di qualche luogo particolare dove fossero riposti, le Signorie Vostre Illme si degneranno di scriverne à Monsig. Arcivescovo di Pisa Nuntio Apostolico in Vienna, al quale S. B. ha fatto dar ordine, pcrche s'adopri in quello sarà necessario, e che le verrà rappresentato, et io pur la supplico con le mie di farlo quando ne verrà richiesto dalle SS. VV. Illme. Stimo poi superfluo di ricordarle di far collocar detti ori et argenti ne luoghi che possan esser sicuri da qualsivoglia accidente di fuoco ò di furto, ò altro, si come che portandosene da luoghi di fuori che non vengano per strada levati, honorandomi di farmi haver nota distinta di tutto quello havrà dato ogni chiesa, nè dovrà essentarsi chi chi sia, mà indiferentemcnte esigerli da tutti, avertendo che con non veri pretesti ò mezzi poco leciti che potessero esser usati da qualcheduno non sia ingannata la sincerità delle Signorie Vostre Illme con esporli quel chc non fosse, usando in somma in tutto e per tutto di quella destrezza e prudenza, che non va mai disgiunta da tutte le loro attioni; nè sarà fuor di proposito che deputino un orefice pratico e perito dell'artc per giudicar la qualità degl'argenti et ori con il peso, perchc l'interessati restino tanto più contcnti, e conoschino la pontualità con che si procede in quest'affare, e nel rimanente m'assicuro che compiranno à tutte le parti solite della loro attentione al servitio publico, si come alla piena esecutione del breve di N. S., che ha stimato bene che non si possino però pigliare nè ori nè argenti che fussero unti con i sacri olii, come più appare dal Bmcdesimo reve e dalla mia deputatione: c perche li detti ori et agenti dovranno restituirsi quanto più presto sarà permesso, viene acclusa la facoltà di S. M. e de Signori Senatori presenti, perche le Signorie Vostre Illme possino obligarsi, come dovranno fare nelle stesse riccvute che loro consegneranno per quello che havranno dato con nota del peso e fattura. Se poi per maggior decenza della qualità delle chiese, massime di quelle che ne contribuiscono quantità, stimassero bcne di rilasciarlc qualche cosa, io me ne riporto onninamente alle Signoric Vostre Illme: e perche in questo particolare s'è sentito qualche mottivo de Senatori et altri Nobili che anche alcuno di essi dovesse intervenir à simil consegna, mi rimetto alla prudenza loro, sc stimeranno beuc di chiamarvi alcuni di quelli fussero in coteste parti de distretti e città dellc chiese che li daranno, che seguiria (crederei io con utile delle chiese) per interessarli anch'essi nel procurarne à suo tempo la restitutione, come quella che altre volte li ha dati nè gli sono mai stati per anco, come si suppone, restituiti, oltre l'haver nell'anno passato riccvuti tanti danni nella campagna per l'assedio de Moscoviti e Cosacchi, che li rende degni di compassione in questa parte. Et io resto per fine etc.

Ludovica Maria per la Dio gratia Regina di Polonia e di Svetia, Gran Duchessa di Littuania etc. Rmo Signore. La lettera di V. S. ci apporta la sua applicatione nell'adoperarsi per l'interessi di cotesto Regno, assicuriamo però V. S. che questo non ci giunge improviso, havendo noi gran tempo fà intera notitia della sua dispositioue verso questi affari. Habbiamo inteso che li cento mila fiorini mandati da Sua Santità sono di già stati distribuiti, haveresimo però havuto più caro che si fossero conservati per li Tartari. Il vedere le lunghezze de nostri consigli, senza alcuna essecutione ci fà desiderare grandemente la nostra presenza in Leopoli, ci persuadiamo però che ella potrà d'avantaggio supplire à questo con essortarc cotesti Signori alle risolutioni, e à V. S. dal Signore Iddio auguriamo ogni prosperità. Glogova 13. Marzo 1656.

Ludovica Maria R.

Ludovica Maria per la Dio gratia Regina di Polonia e di Svetia, Gran Duchessa di Littuania etc. Rño Signore. Mentre habiamo inteso che li Svedesi andavano à Leopoli, habbiamo sentito gran dispiacere di non potersi ritrovare dentro per difenderla con V. S., e vedere morire questo inimico avanti li nostri occhi, mà è troppo accorto per fare una tal cosa. Scriviamo à Monsignor Nuntio à Vienna, acciò faccia offitii contrarii à quelli del Residente del Rè di Svetia in occasione che viene mandato colà una persona del Moscovita. Habbiamo ricevuto un benignissimo breve di S. S. assicurandoci di volere havere cura et assistere à questo Regno, sopra di che habbiamo pregato la Santità Sua, acciò ci voglia aiutare di qualche denaro. Stiamo aspettando con gran impazienza che li nostri faccino più presto, e ci persuadiamo che V. S. li potrà à ciò essortare. Giudichiamo che ella farà bene se procurerà che si parli alli Sacerdoti de Polacchi che si ritrovano apresso Svedesi, acciò riconoschino il suo errore, e se bene paiono cose di poco momento, ad ogni modo non dobiamo tralasciare ogni minima occasione di bene: et à V. S. preghiamo ogni contentezza. Glogova 23 Marzo 1656.

Ludovica Maria R.

Ludovica Maria per la Dio gratia Regina di Polonia e di Svetia, Gran Duchessa di Littuania etc. Rño Signore. È già qualche tempo che restiamo senza lettere di V. S., ci persuadiamo però che ella ci continui la sua cortese inclinatione. Giudichiamo anco che V. S. sia di continuo à canto del Serño Rè nostro Signore per assisterli in ogni sua occorrenza con li suoi buoni consigli, et insieme essortare questi Signori acciò in qualsivoglia congiuttura si habbia il debito riguardo alla Religione Cattolica, acciò non patisca pregiuditio alcuno. Noi intanto le preghiamo dal Signore Iddio ogni prosperità. Glogova 1. Giugno 1656.

Ludovica Maria R.

Copia di lettera della Maestà del Re di Polonia al Nuntio Apostolico.

Giovanni Casimiro per la Dio gratia Rè di Polonia e di Svetia etc. Rño Signore. Habbiamo riecvuto trè letterc di V. S. dopo la nostra partenza di costà, tutte piene del solito suo zelo negl' interessi della Religione e della cortese applicatione, ch' ella non lascia d' impiegare per il buon esito dei nostri affari, e particolarmente per quello che riguarda l' unione degl' animi, punto tanto essenziale in questi travagliosi tempi. Con le medesime lettere habbiamo ricevuto un Breve Pontificio, che ci ha portate nuove contestationi del paterno affetto di S. B., e però desideriamo che le piaccia di tener ricordata alla S. S. la nostra devota e figliale osservanza. Volentieri habbiamo sentito quanto per parte di V. S. ci hà esposto nell' inteso negotio il Padre Soll nostro Confessore, e se ancora non habbiamo ascoltato il Padre Karnat, à cui di ciò intendiamo ch' ella habbia parimente scritto, è perche questo non havrà di vantaggio da dire dell' altro. Prima che ci fussero dichiarati i di lei consigli, già si erano due volte dati quei ordini, ch' ella più conformi ad essi potrebbe pensare, et hoggi si manda il secondo duplicato delle nostre Regie lettere. L' esecutione è in mano d' altri, à cui però habbiamo severamente intimato, che in caso di contraventione non si ammetterà alcuna scusa, e sappia ch' egli dovrà renderne conto à Dio et à Noi. E perche non vorressimo che per private passioni et interessi si trovassero pretesti di dilationi, molto ci piacerebbe che V. S. insistesse appresso la Serña Regina nostra consorte amatissima, acciò da questa si scrivesse in conformità de i nostri ordini à quel nostro Locotenente Generale, che per il debito dovuto à Dio, alla Religione, à Noi, alla Patria, et à se medesimo, non può senza macchia del suo nome, e perdita della nostra Regia gratia lasciare di subito eseguire il nostro Regio commandamento. Valerà il far ricordare al medesimo Locotenente Generale l'offese ch' egli ha ricevuto dentro e fuori della patria, e ciò perche con li stimoli della propria riputatione cresca la premura di obedire. Non sarebbe infruttuosa qualche lettera di V. S. nella forma che le saprebbe dettare la sua prudenza e le permette la sua carica, e ci rimettiamo à quanto le scriverà di più il nostro Segretario Masini. Usiamo la confidenza di descendere à queste particolarità con V. S. non meno in testimonio della stima che facciamo del suo merito e della sua bontà, che per la sicurezza che habbiamo della sua cortese inclinatione verso di noi, et accertandola che in tutte le occasioni di suo gusto prontamente le faremo godere gl' effetti della nostra Regia gratitudine, preghiamo intanto Iddio che le doni ogni vero bene. Dal nostro Regio Campo sotto Konic 25 Ottobre 1656.

Gio. Casimiro Re.

Copia di lettera della Maestà del Re di Polonia al Nuntio Apostolico.

Giovanni Casimiro per la gratia di Dio Rè di Polonia e di Svetia etc. Rmo Signore. Ci ha il Masini rappresentato l'instanze di V. S. in alcuni particolari spettanti all'intiera libertà, che per tutte le parti della Prussia in qualsivoglia modo à noi soggette deve havere l'essercitio della Religione Cattolica, e come lodiamo che ella incessantemente invigili al miglior servitio di Dio, cosi per sua maggior consolatione vogliamo avertirla, che in ogni trattato et accordo si avvertirà di promovere quanto sarà possibile il beneficio della Santa Sede. Scriverà à V. S. Monsig. Vescovo di Premislia Vice-Cancelliere nel nostro Regno di Polonia sopra quello, che può restare in essecutione del Breve concesso da S. B. per l'uso degl'ori et argenti delle Chiese. Desideriamo dunque che pure in questo V. S. ci mostri gli effetti dell'amorevole sua inclinatione verso di noi, e con la solita voluntà di darle ogni testimonio della nostra Regia gratitudine ci rimettiamo alla lettera del detto Vice-Cancelliere, e da Dio le auguriamo ogni bene. Danzica 20 Novembre 1656.

DV.

Episcopum Cracoviensem pontifex in tantis patriae aerumnis consolatur. Reg. Brev. An. I. ep. 475.

Venerabili fratri Petro Episcopo Cracoviensi.

Alexander PP. VII. Ven. frater, salutem etc. Is est Poloniae rerum habitus, ut nulla sit tanta calamitas, nullae miseriae, quas illa non pertulerit, quodque maiorem in modum dolorem aggravat, amplissimum regnum praecipiti quodum impetu ac veluti subito ictu corruisse. Quod infortunium, qui unius Poloniae finibus metitur, is profecto, quantum amiserit religio, quantum pietas prorsus non videt. Haec nempe prima funestissimae victoriae, tristiumque armorum praemium fuit, cuius aerumnas ut acerbissimum vulnus alte in pectus nostrum ac viscera descendisse, fraternitatem tuam intelligere profecto non dubitamus. Quare si quid est, quod ad dignitatem tuam istiusque regni salutem restituendam pertinere possit, id sane, quod quidem in Nobis est, non omittemus. In tantis malis hoc te interea solari poteris, fugam, exilium, patriae excidium, bonorum amissionem, aegram affectamque senectutem esse veluti Christi stigmata, quae in tuo corpore circumferas, atque in his tamquam praeclarissimis insignibus glorieris. Fraternitati tuae Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xxii. Ianuarii mdclvi. Pontificatus nostri Anno Primo.

DVI.

Rex Poloniae pontifici de subventione pecuniaria sibi concessa grates reddit. Litt. Princip. Vol. 80. fol. 41.

Beatissimo Padre. Dalla lettera del Sig. Cardinal Orsino e da Mgr. Vescovo di Lodi Nuncio di V. S. non solo mi sono rappresentate le gratie, che si è compiaciuta di dispensarmi col suo Breve Pontificio diretto al medesimo Nuncio, con facoltà di potersi valere di certi ori et argenti di Chiese nelle presenti occorrenze; mà pure dall'uno e dall'altro sono continuamente assicurato del paterno affetto e zelo, che V. B. mostra nell'applicare alla difesa e ricupcratione di questi Regni. Ho perciò voluto renderne riverentissime gratie alla S. V. e ratificarle la costante risolutione d'indrizzare ogni impresa e fine al beneficio della Santa Religione Cattolica. E benche io m'accerti, che à continuare in questa santa applicatione la S. V. sia abastanza invitata dalla sua propria e insigne bontà, e dal benigno amore che mi porta, io nondimeno humilmente di nuovo ne la supplico, per cosi dichiarare la qualità delle mie obligationi e per non lasciar mai alcun atto, che possa attestare la figliale osservanza et obedienza che professo à V. B., et inchinato alla sua santa benedittione le bacio riverentemente i piedi. Lcopoli 17 Febraro 1656.

Di Vostra Santità

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

DVII.

Idem rex pontifici supplicat, ut reliquas expensas pro coadiutoriae abbatiae Tynecensis bullis Mathiae Poniatowski condonet. Litt. Princip. Vol. 80. fol. 58.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dne Dne Clementissime. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei, Regnorum meorum ac Dominiorum humillimam commendationem. Iam quidem non exiguum beneficium S. V. Ven. Matthias Poniatowski Canonicus Cracoviensis, Secretarius meus, vel ex

eo se percepisse cognoscit, quod eidem S. V. medietatem expensarum in Bulla coadiutoriae Abbatiae Tynecensis erogandarum intuitu bonorum desolatorum condonaverit. Verum cum ea Abbatia uti Cracoviae vicina funditus cum reliquis villis suis nuperrime a Sveco desolata et deleta sit, ipseque Secretarius dum meis et Ecclesiae rebus invigilaret, omni interim substantia et supellectili sua ab eodem hoste spoliatus sit, nec tamen eiusdem damno et ipso discrimine vitae a meo et Ecclesiae servitio deterrcatur: Humillime S. V. supplico, ut eidem reliquas expensas in praedictas coadiutoriae Bullas provenientes benigne coudonare dignetur. Habebit ille satis expensarum in reficienda praedicta Abbatia, si quando realem ipsius possessionem adeptus fuerit. Praesentem vero, quam me spero impetraturum Sanct. V., gratiam novis indics in Ecclesiam et patriam meritis compensabit. Quod vero reliquum est, S. V. diutissimam incolumitatem ex animo precor, meque et Regnum meum afflictissimum Paternis eiusdem votis humillime commendo. Datum Leopoli die IX. Mensis Martii Anno Domini MDCLVI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientiseimus filius

IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DVIII.

Idem rex a calumniis a Svecis aliieque patriae hostibus circa Dissidentium extirpationem eibi impictie ee purgat. Nuntiat. Polon. Vol. 67.

IOANNES CASIMIRUS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Universis et singulis quorum interest, praesertim vero cuiuscumque status, dignitatis, praceminentiae, ritus et conditionis hominibus, tum etiam quibusvis Regni et Dominiorum nostrorum Magistratibus Terrestribus, Castrensibus, Palatinatibus, etiam Tribunalis Regni atque quibusvis Civilibus aliisque, in universum omnibus Officialibus, necnon Militum et praesidiorum atque exercituum Praefectis, sincere et fideliter nobis dilectis, gratiam nostram Regiam. Sincere et fideliter nobis dilecti. Pervenit ad aures nostras, quemadmodum per sinistram hostium delationem per Regni omniumque Dominiorum nostrorum ditiones percrebuerit, ac si nos omnes in Regno dissidentes in Religione Christiana, quiete hactenus sub regimine nostro conservatos, iguc ac ferro exturbarc proposuissemus. Quae omnia cum non alio fine ab hostibus nostris exteris et domesticis false sparsa siut, quam ut subditorum fidelium erga nos animos exacerbent, et turpibus mendaciis suis concitent, aut vicinorum nostrorum a Religione Catholica alienorum studia sibi concilient, eoque speciosiori fraude rem suam agant: faciendum nobis esse duximus, quatenus mature eiusmodi hostium subdolis impositionibus occurrendo, licet quidem animitus optaremus, unius fidei nobiscum omnes nostros subditos esse, publico hoc Rescripto nostro, cum non minus iura ac statuta Regni sarcta tectaque servare, quam Religionem nostram saucte colere debeamus, falsas hostium impositiones refelleremus, prout quidem hisce literis nostris refellimus, mandantes ne sinceritates et fidelitates vestrae ullum ex dissidentibus, ubicumque locorum consederint, Religiouis causa turbare permittant: verum dummodo nihil hostile molientur in possessiouibus illorum cos conservent, iuribusque suis ipsis indultis gaudere sinant: contra vero cos, qui praeseutibus ausi fuerint contravenire, tanquam contra turbatores pacis publicae procedaut. Aliter sinceritates et fidelitatcs vestrae non facturac, pro gratia nostra. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Zamoscii die XI. Mensis Maii Anno Domini MDCLVI. Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae VIII. Anno.

IOANNES CASIMIRUS REX. (L. S.)

ALBERTUS GORAISKI Crac. Posn. Praep. Regens Cancell. Reg.

DIX.

Kamue Tartarorum electorem Brandeburgensem monet, ne cum Svecorum rege pacem ineat, et fidelitatem regi Poloniae religiose obeervet. Nuntiat. Polon. Vol. 66.

Copia literarum Kami Tartarorum datarum Baccesarii die 20. Martii 1656. ad Serñum Electorem Brandeburgensem, quae deferuntur per legatum ipsius.

Non dubitamus, quod Serenitas Vestra notum habeat Nos erga Serñum Regem Poloniae Ioannem Casimirum fratrem nostrum immutatae amicitiae nexus iurataque confoederationis vincula constanti animo hucusque retiucrc: omnes cnim conatus nostros ad hoc dirigimus, ut Serñus Rex Io. Casimirus frater noster Imperium a Deo sibi concessum quiete regat, Regemque Sueciae iuramenti et pactorum cum omnibus vicinis immemorem non solum proprio pellat Regno, sed etiam Regno tanquam sua

hacreditate exuat. Quapropter nos, dum rescivimus Serenitatem Vestram partes Serñi Io. Casimiri Regis Poloniae fratris nostri tueri, mittimus internuntium nostrum Mechmet-Ali-Murzam amice postulando, ut eo constantius Serenitas Vestra in tam glorioso haereat proposito, falsisque pollicitationibus Regis Sueciae minime credat; immo optamus, ut Serenitas Vestra eum, qui Principibus debet, resumat genium, ereptasque in Imperio a Suecis ditiones (cui operi nos quoque vires nostras adiungemus) nunc recuperet. Persuadebit Serenitati Vestrae ad continuationem rectae intentionis, tum Serñmo Regi Io. Casimiro per sanguinem, tum Regno per iuramentum, quod divi Antecessores Serenitatis Vestrae sancte observabant, confirmatus animus. Neque permittet Serenitas Vestra eum in maiorem excrescere potentiam, qui omnibus vicinis solitis pacis conditionibus assecuratis semper fidem fregit. Cedat itaque frater noster fraternae persuasioni amicisque postulatis Serenitas Vestra, hoc pro certo habendo, nos quousque vires nostrae sufficerint, Serñum Regem Poloniae Io. Casimirum fratrem nostrum nunquam velle deserere, sed amicorum eius amici, hostiumque semper hostes constantes existemus. Interim Serenitati Vestrae longaevam a Deo valetudinem prosperosque successus ex animo optamus etc.

NB. Praedictae literae videntur expeditae ante notitiam pacis initae inter supradictum Electorem et Svecos.

DX.

Pontifex regi Poloniae de victoria ab hostibus patrocinio B. Mariae Virginis relata gratulatur. Reg. Brev. An. II. ep. 32.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Suetiae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Tutissimum a Maiestate tua amplissimo isti Regno adiunctum est praesidium, Virginis nempe Matris ac Caelitum Reginae publice nuncupato voto imploratum patrocinium. Neque sane aliunde ad hostium vim et impetum infringendum auxiliares tibi copiae atque arma erant sumenda, quam ab ea, a qua mille clypei et fortium omnis armatura pendet, unaque est, quae iram, ad quam Deum eundemque amantissimum eius filium improborum fraudes ac vitia concitarunt, precibus ac dulcissimo parentis interposito nomine ipsos in fidei ac Regni hostes avertere potest, neve in suam iam quodammodo Poloniam erumpat efficere. Nos, qui ex istius Regni calamitatibus et immensum plane animo dolorem cepimus, et ex victoriis, quibus iterum afflictae accisaeque res excitari parumper restituique sunt visae, ingentem laetitiam ac voluptatem, perpetuum Nobis futurum hoc gaudium eadem Virgo Mater sperare iubet, quam ut feliciter tibi advocatam experiaris, et Poloniam libens ac volens in suum patrocinium recipiat, ac propitia faustaque in posterum respiciat enixissime rogabimus, ea autem nunquam frustra rogari ac vocari solet. Urge modo victos et perterritis insta, ut enim iam nunc initia se dedere, neque tuis ab armis illius favorem, neque a virtute felicitatem abfuturam confidimus. Maiestati tuae a Deo secunda omnia precamur et Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Castri Gandulfi etc. die xiii. Maii mdclvi. Pontificatus nostri Anno Secundo.

DXI.

Conditiones deditionis urbis Varsaviensis inter Polonos et Svecos initae. Nuntiat. Polon. Vol. 68.

Conditiones deditionis urbis Varsaviae inter Illños et Exños Dños Andream Trzebicki Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopum Praemisliensem Vice Cancellarium Regni, Ioannem Comitem de Leszno Lesczynski Palatinum Posnaniensem, Georgium Comitem in Wisniez Lubomirski supremum Regni Mareschalcum, Stephanum Comitem de Pilce Korycinski supremum Regni Cancellarium ..... Gasienski Generalem Campi exercitus Magni Ducis Lithuaniae ac Thesaurarium, Lucam de Brin Comitem in Tenczyn Opalinski Curiae Regni Marcschalcum ad id a Serñmo Rege Poloniae deputatos, et inter Illñum et Exñum Dñum Arphurdum Wittemberg Comitem a Derden Regni Sveciae Campi Marescalcum, die prima Iulii 1656. contractae et conclusae.

1°. Illñus et Exñus Dñus Campiductor Wittemberg, Illñus Dñus Comes Benedictus Oxestern, Dñus Praeses Collegii militaris, Dñus Commendans Legionum Praefectus, tribuni militares et reliqui cuiuscumque nominis officiales, ut et rei tormentariae administratores, item omnes officiales civiles libere urbe abscendant et tuto educantur. Praesidium quoque omne urbe excedat hoc discrimine, ut qui natione Sveci vel subiecti naturales Serñi Regis Sveciae fuerint, sine discrimine emittantur et Torunium deducantur a copiis Serñi Regis Poloniae; subditi vero et vassalli Serñi Regis Poloniae qui hactenus in urbe vel praesidiis Sveticis fuerunt, sint in gratia Serñi Regis Poloniae, extranei vero qui in

urbe stipendia merent, nec sunt subditi naturales Serñi Regis Sveciae, liberum habeant vel cum praesidio Svecisque abire, vel servitutem mutare et sub signis Polonicis militiam sumere.

2°. Praesidium in instanti post subsignationem modernorum articulorum urbe excedet, et praesidio Serñi Regis Poloniae portae urbis tres, arx ipsa et claustra extra urbem consignabuntur et obtinebuntur ab eo, ita tamen ut officiales Sveci, quibus libuerit, in hospitiis suis subsistere ad triduum in urbe libere tuteque possint; post expirationem vero tridui a moderna hora numerando, plane et de toto omnes urbe absistent. Praesidium vero ipsum in instanti ex urbe ad palatium Ossolianum suburbium educetur, ibique per triduum commorari poterunt. Excedet autem praesidium urbe expansis vexillis, funiculis ardentibus, tympanis sonantibus instructi baltheis a pulvere et globis ori insertis ritu militari.

3°. Dicti officiales et praesidium deducentur per exercitus et praesidia Polonica Thorunium comitatu centum equitum et centum dragnum terra sive flumine abituri, qui salvus conductus vicissim a vi hostili in regressu tutus sit.

4°. Tormenta bellica maiora minoraque in universum una cum necessariis illuc spectantibus in urbe relinquantur.

5°. Aegroti et saucii flumine tuto Thorunium descendant, illis vero qui per valetudinem agitationem itineris ferre non possunt, in urbe commorari ad convalescentiam usque liberum esto, quibus ubi convaluerint, caeteros sequi cum commeatu permittatur.

6°. Corpora defunctorum itidem flumine vel aliter educentur, modo ne sub hoc nomine alia non concessa efferantur.

7°. Suppellectilem, sarcinas, currus, equos caeteraque rei familiaris et substantiam reliquam exportent secum obsessi, neque ea quae propria eorum sunt, et antiquae possessionis, ea vero quae ex spoliis Regni privatorumque et ecclesiarum quaesita sunt, ut clinodia, aurum et argentum, tam signatum hoc est in nummis, quam fusum, conflatum in vasisque consistens, vestes et ornamenta ecclesiastica alia queperistromata et reliqua suppellex ea omnia in urbe relinquantur, cui rei dignoscendae pro more dabuntur Commissarii. Quantitas vero pecuniae pro dignitate personarum exportandae gratiae et discretioni S. R. M. subsit.

8°. Sexus muliebris libere emittatur, quo voluerit, in universum una cum liberis et necessariis et suppellectili eo modo ut supra. Quoniam vero matronae quaedam praecipuae ex Regno Poloniae in Prussia alibive ad instantiam Svecorum arestantur, obligat se Exñus Dominus Campi Marschalcus eas vicissim liberandas, et obsides in hanc rem dabit.

9°. In puncto Radzivilii, qui subditus est Serño Regi Poloniae, negantur omnia.

10°. Scripturae Regni publicae quaecumque hic reperientur, ut et libri Bibliothecaeque, praecipue Regia, extradantur.

11° Praetensiones debitorum, si quae iusta sint, solvantur, non molesta tamen aut districta exactione.

12°. Captivi qui in urbe detinentur, libere dimittantur.

13°. Cavebunt obsessi urbem se reliquere a cuniculis et suffosionibus tutam, nec quicquam fraudis in deditione subesse.

14°. Cavebit itidem Exñus Campi Marschalcus Wittemberg, suo omniumque officialium et militum nomine, neque se, neque ullum ex eis qui urbem dedunt, aut excessuri in hoc triduo sunt, Serño Regi Sveciae militaturum militaturosque, neque se exercitibus Sveticis iuncturos, aut ullo modo arma sub Svecis, vel alio quovis Principe contra Regem Regnumque Poloniae sumpturos moturosque ad spatium quatuor septimanarum ab hac die numerando.

15°. Omnia haec rata firmaque sunt futura.

Arphurdus Wittemberg. Benedictus Oxenstierna. Alexander Orskein.
Laurentius Canchersten. A. Wtzker. Cycory Forgell.

DXII.

Rex et senatores Poloniae cum electore Brandeburgensi de proditione in Poloniam et de foedere clandestino cum Sveco contra eandem inito expostulant Nuntiat. Polon. Vol. 68.

Copia literarum Serñi Regis Poloniae ad Serñum Electorem Brandeburgensem,
Datarum Varsaviae die 23. mensis Iulii 1656.

Ioannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Serño Principi Domino Friderico Wilhelmo Marchioni Brandeburgensi, S. R. Imp. Archicamerario et Electori in Prussia

Magdeburgensi, Iuliae, Cliviae, Montium, Stetini, Pomeranorum, Cassuborum Vandalorumque, nec non Crosnae Carnoviaeque in Silesia Duci, Burgrabio Norimbergensi, Halberstadii et Mendae Principi, Comiti Marcae et Ravensburgi, Domino in Ravenstein, Cognato et Affini uti fratri nostro carissimo, salutem et omnis felicitatis incrementum. Serñe Princeps, Domine Cognate et Affinis uti frater noster carissime. Moderati et recte custoditi vinculi, quo Reipublicae Polonae Ducalis Prussia sancte firmiterque cohaeret, nemo equidem probus gnarusve laudem nobis negaverit. Quo magis admiratio dolorque nos tenet, Serenitatem Vestram nulla prorsus causa ex Vassallo fidoque Principe in hostem nostrum et Regni nostri degenerasse. Stetimus hucusque adversum populi voces, neque desiimus aperta licet iniuria, honestae tamen et meliori de S. V. opinioni acquiescere. Inde qua literis, qua Internuntiis frequenter missis omnia pertentavimus, ut iurata nobis Regnoque nostro fides, quam utilitas forte aliqua vel spes incerta, Serenitati V. potior esset, neve antiquus Prussiae Status indecora animi mobilitate et fluxis consiliis concuteretur. Sed inveniri modus et ratio nulla potuit, quae obseratas bonis monitionibus aures recluderet, adeo ut tres Ablegati nostri nullo literario responso dimitterentur, quartus tandem vix credentiales obtinuerit. Ab his gradibus eo deventum, ut Serenitas V. data postremum epistola Regiomonte die prima Iulii socium et amicum hostis nostri palam induerit, bellumque nobis et Regno nostro clarigarit. Verbis deinceps factum ne deesset, nuperrime eadem (frustra obnitente, fidemque iuratam et fas acclamante Internuntio nostro) die 19. Iulii lectum exercitum sequc una Castris Suecorum admovit. In tam enormi iuris divini humanique laesione quid indignemur magis? aut quid remedii ultra queramus? nisi ut primum Deum et Orbem violatae fidei testem et iudicem invocemus. Nullius vel minimae causae conscii sumus, quam S. V. contra nos Rempublicamque Polonam speciose obtendat. Exercitus Polonus, cui detrimenta praeteritae hyemis assignare videtur, in fatali illa rerum perturbatione minime noster fuit. Nos profecto cuncta non Principis tantum, sed Patris plane implevimus officia, suasimus, dissimulavimus, obtestati sumus. De epistola vestra ad Generosum Czarnecium Castellanum Kioviensem alicubi intercepta Orbis ita habeat, privatam fuisse, nec hostile quidquam illa contineri, quinimo praecurrenti Czarnecio, iamque vicino continere manus et exercitum a Prussia supremi iuris nostri Regnique Poloniae Provincia defiecterc imperavimus. Iratum nobis fuisse numen et nondum satis expiatam malorum causam, quod epistola Serenitatis V. obiectat, neque nos ipsi pro reverentia divinae Maiestatis diffitemur. Haeccinc tamen iure et satis causa, quae Serenitatem V. in Suecorum partes detrusit, tentandaeque adversum nos supremum Dominium Regnumque Poloniae rebellioni accinxit, modum profecto talem conatumque arma cruentissima, ut praetacta eius epistola loquitur, sistendi reducendacve pacis nemo rerum aequus arbiter affirmet. Non est profecto, quod Serenitas V. ambitioso nomine pacis armatus ludat. Coerceri debuit ita Prussiae exercitus, si pacis studium quam belli magis placebat. Irrumpenti in Regnum adversus supremum Principem, et postquam arctius hosti coniungi gloriatus est, personam denique suam eidem pignoranti, quo pacto desiderium curamve pacis tribuemus? Incerta equidem et dubia arma Serenitas V. nobis minatur: sed neque hostis martem omnino totum possidet, amplexuque tam arcto tenet, ut labi fortunam et aliquando elabi non sit necesse. Cum vero publicae rerum status et subditorum propriaeque in primis salutis causam epistola praetendat, facilis via et ratio erit (si monstrantibus nobis rem penitus S. V. intucatur), quae se periculis maximis eximat, incertoque hoc et turbulentissimo rerum statu pacem Ducatui Prussiae construet. Stare constanter pro nobis, pro iustitia, proque iurata fide, vel si rebus id forte Serenitatis V. et subditorum incommodet, abire retro, Prussiaeque intra fines secure exitum expectare; hoc saluberrimo modo statum S. V. optime defenderit, abrumpere nobis fidem non potest, ut non etiam vincula simul omnia rumpat statumque evertat. Porro qua fiducia S. V. arctam cum Suecis coniunctionem nobis significandam duxit, eadem nos iure tamen ac legitime discessionem intra triduum e Regno nostro cum exercitu omni Serenitati V. intimamus. Quod si ultra praefixos tres dies hostium in partibus egerit, nos solutos posthac vinculo omni esse ac fore eidem declaramus. Et qua licentia S. V. arma in viscera Regni nostri promovit, exemplum nobis vel maxime nolentibus erit, hostilia pariter in ditionibus et subiectis audendi patrandique. Iudicabit praesens posteraque aetas, malorum omnium initia et progressum a S. Vestra fluxisse. Cui de caetero meliora consilia et bonam valetudinem a Deo precamur etc.

Copia literarum DD. Senatorum Regni Poloniae ad Serñum Electorem,
Datarum in Castris Varsaviae 24. Iulii 1656.

Cum Serenitas Vestra antiqua et Sacrosancta Ducatus Prussiae cum Regno Poloniae et M. D. L. vincula abruperit, proque Vassallo S. R. M. ac Reipublicae fido Principe, socium et foederatum

Suecorum professus, postremo in viscera Regni cum exercitu venerit, castrisque hostium se viresque suas admoverit, consultum duxit S. R. M. et Senatorius Ordo, ac universa Respublica ius supremae auctoritatis in S. V. distinguere, dignitatemque suam fortibus et legitimis remediis tueri, visum est nobis Regni Proceribus Regiis literis hasce nostras adnectere, ut S. V. plane intelligat, matura deliberatione et publico scito cum eadem procedi. Erit in manu S. V. amicum vel hostilem modum amplecti. Nos certe Orbis universus absolvet, si remediis omnibus frustra consumptis, decoras postremo et dignas M. R. ac Reipublicae inituri sumus rationes. De caetero S. V. nostra officia cum voto prosperae valetudinis commendamus.

DXIII.

Regi Poloniae pontifex de recuperata Varsavia gratulatur. Reg. Brev. An. II. ep. 73 et 85.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae ac Suetiae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Nihil est, nempe quod virtuti ac pietati Maiestatis tuae obstare possit. Summa fortitudine, secundoque ubique eventu tot pugnis editis, religione veroque Dei cultu passim restituto, recepta postremo de hoste valida opulentaque urbe, uberrima tibi ex adversis paulo ante perditisque rebus gloriae ac gaudii seges extitit. Id Nos magnopere Maiestati tuae gratulamur, ac Deo eiusque Virgini Matri, cuius patrocinio prona cuncta ac facilia tuis armis fucre, immortales gratias agimus, ardenterque eundem precamur, ut tibi tam pio, tam forti Regi parem virtuti felicitatem ac nunquam dissimiles deinceps bellorum exitus tribuat. Ille sane, qui lacrimas nostras doloremque, quem ex amplissimi istius Regni calamitatibus dies noctesque dudum capiebamus, tam benigne clementerque respexit, ille idem laetitiam hanc perceptumque gaudium, quod sperare licet abunde largeque cumulabit. A quo interea prospera omnia Maiestati tuae precamur et Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die v. Augusti MDCLVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Suetiae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Ingens adeo fuit iu eo nuncio, quo allatum est factam ab hostibus opulentissimae Urbis deditionem bonorum omnium laetitia, ut licet aliis id Maiestati tuae gratulati fuerimus, libentissime tamen alteris modo litteris faciamus. Cum enim et singularis ea in re Dei Optimi Maximi bonitas se ostenderit, et egregia tua virtus enituerit, hoc saepe praestandum a Nobis est, ut scilicet tanti beneficii memoriam, si grati esse volumus, retineamus, et Maiestatis tuae singularem ea in re gerenda constantiam ac fortitudinem animo saepius et cogitatione repetamus. Supplices itaque Deo gratias persolvimus, tum eumdem precati ardenter sumus, ut Maiestatem tuam, Regnum unaque pietatem, verumque eius cultum ab iniustissimis hostibus vindicantem manu sua, qua facit mirabilia, perpetuo protegat tueaturque, quamque tibi amantissime elargiamur benedictionem, caelestibus suis benedictionibus anticipet prosequaturque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die IX. Septembris MDCLVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Eodem modo Nobili viro Georgio Lubomirski Regni Poloniae Magno Marescalco.

DXIV.

Carolus II. rex Angliae datis ad regem Poloniae litteris dolet, quod ipsi opem contra Svecum adferre non possit, ac promittit per oratorem suum id se facturum cum primum regnum paternum adeptus fuerit. Nuntiat. Polon. Vol. 67.

Copia literarum Regis Angliae datarum Brugis Flandrorum 24. Septembris 1656. ad Poloniae et Sueciae Regem ex Gedano transmissa.

Ad caetera nostra infortunia non leve vulnus accessit, cum relatu accipimus illa tristissima, quae per hoc bellum iniquissimum Serenitas Vestra toleravit, occupatis vestris ditionibus et ipsis vestris subditis in perfidiae societatem coeuntibus. Erant omnia haec molestiora, quoniam eo tempore acciderunt, quo Nos nostris malis pressi nullam V. Serenitati opem ferre poteramus: quam promptissime tulissemus etiam proprii capitis discrimine. Id non solum exigit noster in Serenitatem V. affectus, et sensus vestri in Nos meriti ingentis, sed quod probe exploratum habemus, quo sint animo in Nos hostili hostes S. Serenitatis, et quantum res nostrae et interesse in salute vestra conservetur. Quare facile credat S. V. Nos ex animo gratulari vestris laetis successibus, et quantum in Nobis fuerit omnem operam daturos,

ut accidatur illud robur et potentia, quae hauc S. V. creavit molestiam. Et in hunc finem non minus quam ad praesentem rerum nostrarum statum communicandum misimus fidelem atque nobis apprime dilectum D. Ioannem Midleton, fortissimum atque artis bellicae peritissimum virum, Vicegeneralem nostrum per Scotiam, quem benigne amplecti eique in omnibus ut cumulatam adhibere velit fidem, rogamus. Quod superest, S. V. secunda omnia et in primis foelices hoc iniquissimo bello progressus optamus, eandemque D. O. M. tuitioni ex animo commendamus.

Summa Commissionis Midletonii Legati Anglici.

Rex Angliae constautem amorem fraternum erga Regiam Maiestatem, et benevolum affectum erga Rempublicam Polonam exemplo suorum Antecessorum prolixe testatur. Dolet, quod in hac calamitate Regiae Maiestati et Reipublicae, fatis impedientibus, assistere hactenus pro voto non potuerit, nec usquedum possit, unice vero divina ope et auxilio Regis Hispaniae fretus, quando Regnum suum recuperaverit, ad effectum se id perducturum promittit. Interim utcumque rebus Polouicis gratificaturus, universos apud Suecum stipendia merentes Scotos severo edicto sub famae bonorumque dispendio ad partes, et signa sua revocare Generali suo iniunxit, cui rei ut faveat, nec impedimento sit Magistratus Gedanensis, ideo literas a S. R. M. ad dictum Magistratum petit.

DXV.

Magnus regni cancellarius reginae Poloniae enixe supplicat, ne electioni ducis Moscoviae in regem Poloniae favere velit.
Nuntiat. Polon. Vol 67.

Copia di lettera scritta alla Maestà della Regina di Polonia di Danzica li 23 Novembre 1656 dal Signor Gran Cancelliere del Regno.

Non sottentri la maraviglia al Real pensiere di Vostra Maestà, Signora mia Clementissima, che più volte sono forzato mancare all' obligo mio in non haver dato parte à V. M. de successi e negotii publici, i quali giornalmeute sì crescono, che non mi lasciano un momento di tempo da spender altrove. Ultimamente da Choyniza scrissi à V. M. havendole recato inanzi non solamente tutto quel ch' allora passava, mà ancora spiegai il mio vil parere, che risolutione e consiglio publicamente intraprender si dovesse. Hebbi poi una lettera da Monsignor Gran Secretario, dalla quale intesi l' intentione di V. M., e sicome soglio tutti i cenni di V. M. riverire humilmente, ancora questa sua voglia ho ricevuto con ogni dovuta riverenza, ne dico altro se non che havrei caro, acciò V. M. saper potesse quello che passa quivi ogn' hora, mutandosi le cose quasi ogni momento. E benchè potessi chiarire la M. V. di tutti i consigli che sono fondati sopra la base del proprio interesse, lasciandole però al Reale giudicio di V. Maestà. Intanto per me stesso piglio in testimonianza Iddio, che non cerco altro se non la conservatione della santa fede, l' honore delle MM. loro Serñe, et il publico bene. Da questa lettera de Commissarii di Vilna che mando à V. M. potrà ben conoscere che frutto havrà S. M. e tutto il Regno da Trattati cosi indegni e dannosi, e che scusa potranno haver avanti Iddio e tutto il mondo quelli che si caldamente li procacciano. Io non fui presente all' hora à Lencicia mentre fù data licenza à sudetti Commissarii di concludere l' elettione non solamente in persona dell' Infante di Moscovia, mà ancora dell' istesso Gran Duca suo Principe: del che quanto indegne e pericolose conseguenze seguitino lascio alla Reale consideratione di V. M., già che da questa medesima lettera de Commissarii apertamente si vedono. E che maggior vituperio e danno si può haver di questo, consegnar il tutto e se stesso in potere di quello che vennc per roviuarne, e mentre uoi trattiamo di dar tutta la Coroua in mano del Duca di Moscovia, egli intanto stà contrastando che cosa habbia da restituire del nostro, che hà tolto con pregiudizio grandissimo. La fede cattolica in questi trattati affatto è buttata per terra, mentre non gli è provista nissuna sicurezza con grandissimo scandalo ancora delle più barbare nationi, e delli stessi Moscoviti che alla cura della Religione sottopongono tutti l' interressi di stato, et ancor la vita propria. E pure si vantano i Signori Commissarii di haver ritrovato perciò un buon mezzo, acciò il Clero d' ambedue le Religioni trattino tra di loro l' unione e concordia. Vorrei saper da coloro, chi gli hà data in questo punto la facoltà Pontificia, acciò li Articoli della santa fede habbino à moderare à talento loro, e quel che non si è potuto perfettionare da tanti gran Pontefici et Imperatori di riunire le Religioni Greca e Latina, essi tengono per cosa tanto leggiera che non possa seguire si facilmente; se non forse che volessero patire di vedere che la fede Cattolica fusse in Polonia cosi sottoposta alla Rutena, come

poco avanti era quella superiore di questa. Alla fine intenderà V. M. da questa loro lettera che il Duca di Moscovia non fà speranza alcuna di pacificare i Cosacchi e costringerli sotto il Dominio del reame di Polonia, anzi confessa apertamente di non poter fare à loro motivo alcuno in questo particolare per i patti che corrono tra lui et essi Cosacchi. E certo s' ha d' aspettare la più cruda guerra da tutta la lega di Levante e Meriggio, che hormai sia vista in Polonia, non per altro se non per la troppa gelosia della potenza Moscovitica unita con quella della Polonia, sicome già sono congetture grandissime. Hò considerato dunque che tutti quei promessi de Moscoviti non erano indirizati ad altro fine, se non per levare l' honore e la riputatione alla nostra natione, e render cambio della guerra che fù in Moscovia à tempo del Serñio Sigismondo, per la quale i Moscoviti furono costretti à simile elettione, e V. M. esaminando con la sua Real prudenza tutte le circostanze di si fatti trattati, non scorgerà altro se non che perdiamo la Religione, la libertà dell' Elettione e le Provincie, mentre non si restituisce nè la Littuania, nè l' Ukraina conforme si prometteva, mà nè anco la Livonia, la quale il Moscovita con tutte le sue forze non hà potuto pigliar dalli Svedesi, anzi fù necessitato con gran scorno e perdita di ritirarsi. Di Vienna non c' è sodezza e fondamento alcuno, havendo li Austriaci maggior mira al proprio utile per veder lo Svedese occupato in Polonia, che à i nostri travagli soccorrere dovessero; giacchè non si spera alcuna conclusione dall' Imperatore prima che il suo corriere non porta la nuova della pace co' i Moscoviti, e con tutto che questa seguisse, vedrà V. M. che gli Austriaci diranno di voler aspettare la Dieta quel che concluderà sopra di ciò. Li Ambasciatori di Francia et Olanda che qui si ritrovano procaccino la Pace con lo Svedese con ogni miglior maniera, promettendo ancora la congiontione dell' armi di Svetia con le nostre contro i Moscoviti. Il tempo mostrerà di quanti imbrogli e guerre ci invilupperanno, et io sottomettendo tutto il mio parere al giuditio di V. M., un sol ricordo faccio alla sua Real prudenza, come per il passato tutti li avvertimenti, che alle MM. loro Serñe somministravo dalla mia dovuta fede et obligo che le porto, erano sempre riusciti, cosi ancor questi s' hanno da temere, che certamente non riescano. Piaccia alla bontà di Dio di concedere alla nostra Patria la pace tanto necessaria, et à V. M. il colmo di felicissimi successi, alla quale etc.

DXVI.

Pontifex regem et proceres tum ecclesiasticos tum saeculares Poloniae hortatur, ut in comitiis causam ecclesiae viriliter tueantur. Reg. Brev. An. II. ep. 203, 227.

Charissimo in Christo filio nostro Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Quae adhuc Maiestas tua contra istius Regni hostes gessit, ea omnibus comprobarunt, sanctam Religionem verumque sacrorum cultum a tua causa non seiungi. Deus autem, qui tibi hanc mentem dedit, idem pro ea maximis te beneficiis ac muneribus affecit. Non modo enim Regni istius coronam tribuit, sed illam ab hostium violentissimorum impetu defendit ac mirabiliter conservavit. Quare non est, quod fusius tibi Catholicae fidei integritatem, Ecclesiae iura rationesque in istius Regni Comitiis commendemus, qui id egregie adeo tantaque cum virtute in acie ferroque succinctus praestitisti, ac pro certo habemus eodem te animi ardore ad Comitia ista sessurum, quo hostibus paulo ante restitisti, ut nemo omnium, te salvo et incolumi, aliquid de Ecclesiae ac Religionis maiestate atque auctoritate detrahere audeat. Plura in hanc sententiam addet Ven. frater Epus Laudensis noster ordinarius Nuncius, cui fidem haberi cupimus. Dominus exercituum sit a dextris Maiestatis tuae, doceatque manus tuas ad praelium et digitos tuos ad bellum, suaeque gratiae donis adaugeat, quam tibi amantissime impertimur, benedictiouem. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Ianuarii mdclvii. Pont. nostri Anuo Secundo.

Eodem modo Magno Marescalco, Magno Cancellario et aliis Nobilibus viris Regni Poloniae.

Venerabili fratri Archiepiscopo Gnesnensi.

Alexander PP. VII. Venerabilis frater, salutem etc. Ecclesiae ac Religionis Catholicae iura multi ac sanctissimi Episcopi sanguine ac vita ipsa, si quando hostium furor aut aliqua necessita coegit, sancire non dubitarunt. Quid illi fecissent, si summa cum authoritate rerum publicarum ac Regnorum negociis praefuissent? profecto nihil adeo magnum atque arduum est, quod de illorum pietate constantiaque, cuius imaginem in eorum monumentis expressam videmus, non existimandum sit. Idem plane, ut de fraternitate tua speremus, in Poloniae Comitiis suadet ardor ille ac pietas, qua in Regni istius

perturbatione ingentes opes dimittere, ac magna pericula id aetatis ac valetudinis vir subire non detrectasti, ut nihil tibi verae religionis integritate, Ecclesiae dignitate, huius Sanctae Sedis amplitudine prius aut gravius futurum exploratum sit. Tueberis certe principem locum et personam, quam in tota ista Respublica sustines, et bonorum omnium expectationi satisfacies, si in publico isto consilio, ut tui similis videaris, enixe contenderis. Id Nos a te pro nostra charitate et demandata Sanctae Dei Ecclesiae cura ardenter petimus, uti pluribus etiam confirmabit Venerabilis frater Episcopus Laudensis noster ordinarius Nuncius, cuius verbis fidem tribuat fraternitas tua, cique Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae etc. ut supra.

Eodem modo reliquis Episcopis, Nobilibus viris etc. Regni Poloniae.

DXVII.

Magnus Poloniae cancellarius reginam de consilio regis Svetiae et electoris Brandeburgensis Poloniam inter se dividendi, datis Aestonia et Ingria Czaro Moscoviae, certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 68.

Copia di lettera del Sig. Grancancelliere scritta da Danzica alla Serñ̃a Regina à 3 Febraro 1657.

Nella publica confusione che cagiona parte l'improvisa partenza dell'essercito nostro, e parte l'impressione del nemico, non ho potuto sodisfar all'obligo mio, nè scriver in quel mentre à V. M. sentendomi tutto scompigliato d'animo in vedere la Maestà del Rè mio Signore restar quivi à Danzica; cosa di gran dolore à chiunque fedelmente cerca l'honore delle Maestà loro Serñ̃e et il publico bene. Io sicome non ho mai consigliato di venir sì tosto à Danzica, prima che havessimo rihavute alcune fortezze delli Svedesi che per viaggio occorrevano: così già che eravamo venuti, fui sempre di parere, che sendo tanti vicini al nemico, fussimo costretti ò combatter ò trattar con esso, massimamente con partiti non disdicevoli alla nostra parte. V. M. può benissimo ricordarsi di quel che scrissi in più lettere, qualmente fu di mestiere prestamente risolversi prima che il nemico s'accorgesse delli nostri difetti, et era meglio avvedersi per tempo di quelle considerationi che da gl'altri tanto gelosamente furono procacciate, se havevano fondamento alcuno, che di poi coi danni sperimentare d'esser state vanissime. Le cose di Vienna sono riuscite conforme molto prima havevo recato à V. M., posciache ne anco ivi è gradita la pretensioue del Moscovita intorno all'elettione: dal quale se più danno ò frutto cavarne potremmo, lascio à considerar alla sua Real prudenza. E pur non hebbi felicità, che i miei fedeli consegli prima fossero accettati, se non all'hora quando non si sono potuti effettuare. Mi protestavo sempre di voler cedere la gloria et il vanto à chiunque lo desidera che s'arrechi à lui d'haver ridotto tutto il Regno in istato felice, purche le Maestà loro Serñ̃e si vedano quanto prima nella pristina ampiezza del suo Reame, e che potessero respirare in qualche maniera i popoli miseri da sì gran peso della guerra, e per questo fine non proponevo già mai altri mezzi, se non che mi parvero più fondamentali. Che l'Elettore di Brandeburgo possa rimoversi dai Svetesi non c'è speranza, mà nè anco possibilità alcuna. Vorrei che tutti quei à cui parve la cosa molto agevole, ritrovassero modo veruno d'effettuarlo. Questi giorni il sudetto Elettore hebbe di nuovo un abboccamento col Rè di Svetia nella città d'Holland poco discosto da Elbinga, ove tra di loro stabilirono nuova lega, di maniera che tutta la Transattione col Signore Gonsciewski si vede non esser stata per altro se non per ingannarlo. Si ricordi V. M. di quello che havevo detto a Lublino, indovinando che così doveva intravenire. E pur gli è datal a facoltà di transigere con esso Elettore sigillata col sigillo della Cancellaria, mentre senza che sapessi io e gli altri Senatori: del che hormai vediamo quanti disordini siano nasciuti. Mentre egli stà adesso in disparere, ne viene in Prussia, onde nè anco facilmente potrà il Sig. Castellano di Kiovia passar qui à Danzica per mezzo degl'eserciti Svedesi et Elettorali, ad effetto di ricondurre S. M., e chi sà se l'esercito havrà ubbidiente. Piaccia alla bontà di Dio di mandar qualche confusione al nemico, mà poco si hà da sperare, mentre gli eserciti nostri stanno induggiando, e non l'attaccano da nissuna parte. Non disdirebbe che V. M. con qualche lettera scaldasse il Sig. Palatino di Vilna, acciò quanto prima irrompesse nella Prussia Elettorale, il che medesimo se non farà il Sig. Gonsciewski prima che i giacci si struggino, che hormai tengono tutti passi operti, dopoi ne haverà grandissima difficoltà. Se li stati della Marchia Brandeburgica per il termine prefisso mancheranno di render Posnania e Kosciano, non occorre fidarsi più delle loro promesse, nè persuadersi che siano bastanti di rimovere l'Elettore dalla Lega Svetese: anzi meglio mandar una parte della gente sotto Posnania per tenerla

costretta nei mancamenti di viveri, e l'altra spedir presto in Marchia, che con la commodità dei giacci la scorrino e rovinino, purche non tocchino niente i confini del Duca di Sassonia, e cosi più facilmente si piegheranno à renderci Posnania e gl'altri luoghi della Maggior Polonia. Avanti una settimana è stato mandato il Sig. Bazkowski per Moscovia con i conforti dell'amicitia, e le scusc che la Dieta per la grau pestc et altrc ragioni non si può celebrarc tanto presto. Intanto richiediamo il Zar, acciò sodisfaccia alle Capitulationi in proscguire la guerra contro i Svedcsi à favor nostro. In Turchia poi mandassimo il Sig. Iaskulski, il qualc credo che sia stato appresso V. M., et al Chan de Tartari è stato similmente spedito Dumaszkiewiz col piatto di due mila ongari al Vesiro, e mille ongari al Subhan-Kasy-Aga, posciache non s'è potuto trovar più danaro. Un altro mille se gli manderà con altra occasione, et all'hora si rihaverà la Polizza di V. M. Al Kmilnischi mandai il Sig. Bieniewski Notaro terrestre di Luceoria, huomo di spirito e capace di si fatta carica, havendogli data una sufficiente Instruttione; son ccrto ch'à quest'hora sia ivi arrivato, e con l'aiuto di Dio operato qualche cosa di buono. Monsieur dell'Isola, che è Residente dell'Imperatore appresso il Rè di Svezia, venne quà pochi dì sono da Mariemburg. Vedo che quella Corte si è ingelosita grandemente, e teme che non facciamo la pace con gli Svetesi, onde stiamo trattando col sudctto Isola, promovendo che l'Imperatore ci dia gli aiuti reali, e che le conditioni si migliorino dall'una e l'altra parte. Il Rè di Danimarca fa grandi preparamenti di guerra, mà nè mcno lui si vuol dichiarare; stà guardando all'Imperatorc, al quale mandò una legatione, et anco à gli Olandesi. Si fa ogni possibile per conchiudere qualche cosa di buono, havendo quì la commodità quasi di tutti gli Ambasciatori, mà tntti abhorriscono la guerra col Svetesc e desiderano la pacc, volend'ogn'uno all'altrui spese esser incluso ne i nostri trattati. Felice colui che può confidarsi nelle sue forze e rimettersi sopra di essc, già che si prova che l'altrui amicitie non servono che per trattenimento. I nostri disordini fan tutti disperare della nostra sussistenza, e ch'il Rè di Danimarca, come anco gl'Olandcsi stanno pensosi, temendo ch'il Zar di Moscovia non s'impadronischi della Polonia, con tutto che io cerchi in ogni maniera di levargli di testa questi pensieri. Con questa nostra residenza perderemo il tempo che potevamo spender sù i preparamenti, onde all'aprirsi in una volta diversi pericoli, lascio la cura di rimediar à quelli che havendo in un medesimo tempo offerto la Corona à più Principi, effettuarono che si presero da dovcro questo partito. Il Rè di Svetia e l'Elettore di Brandeburg stauno grandementc saldi ncllc loro intentioni, che altro non pensano se non d'haver quello Prussia e Cuiavia, c l'altro la Maggior Polonia, di manicra che nè anche curano più del Rè di Francia, havendo maggior mira alli proprii ch'all'altrui interessi, e che già mai la Francia non può far tanto beneficio alli Svedesi, quanto che da se stessi possono procacciarsi con l'acquisto di dette Provincie, onde mandarono in Vienna con dire di voler di nuovo, anche cou giuramento confermar la pace con l'Imperatore, e promover il suo figlio all'Elettione del Rè de Romani, purche non gl'impedisca l'acquisto della Prussia, et al Moscovita dichiarano di volergli cedere tutta Ingria et Esthonia per il medesimo fine. Stiamo dunque sù la discretione de Moscoviti, che non si lascino alettare à i trattati con le promcsse si speciose. Il Residente di Svetia iu Parigi, et il medesimo Rè di Francia scrisse à questi suoi Ambasciatori, d'haver inteso da Vienna che l'Arciduca Leopoldo sia dichiarato successore à S. M. nel Regno di Polonia, il che dicde colà grandemente da pensare, massime che scrivono anche d'esser ordinati gl'eserciti à soccorrere S. M., onde il Signor de Lombre discorse à S. M. et à me, che non faccssimo mai cosa simile d'assumere al Regno un Austriaco, perche s'ingelosirebbe contro di noi tutta la Christianità. Io gli risposi di non haver particolarità alcuna di quello c'han stabilito in Vienna i nostri Ambasciatori. Per la nostra parte è assai bene che loro stiano in questa opinione, del chc possiamo servirsi pcr qualchc nostro utile. A tanti publici incomodi aggiungerò con ragione i nostri privati, che non havendo già per due anni preso nè meno un soldo delle nostre entrate, alla fine con questa rcsidenza di Danzica, che è fuor di modo cara, ci rovineremo all'estremo, e succhiando il rimanentc di quel c'è rimasto, non havremo poi con che mantenerci al servitio dellc Maestà loro. Finisco con baciar à Vostra Maestà ctc.

DXVIII.

Conditiones pacis inter Premislienses et Georgium Rakocium. Nuntiat. Polon. Vol. 68.

Conditiones Accordationis inter Serñum Gcorgium Rakocy Dei gratia Principem Transilvaniac, partium Regni Hungariac Dominum et Siculorum Comitem, mediante Illño Dño Ioanne Kiminio

exercituum principis Generalis etc. et Illustres ac Magnificos Dños equestris Ordinis ad praesens Praemisliae congregatos, atque praesidium ibidem impositum, nec non cives et incolas praefatae civitatis Praemisliensis.

1°. Praefati Illustres ac Magnifici Domini Ordinis Equestris terrae Praesmiliensis, tum et incolae eiusdem civitatis nullam posthac hostilitatem contra Serñum Principem Transilvaniae, atque etiam contra exercitum Serñae Suae Celsitudinis, tum et contra Cosacos Valachorumque excrcitus, ac alios cuiuscumque sint nationis sibi adhacrentes, clam vel palam per se vel subordinatas personas exercebunt. Nullas etiam correspondentias, machinationes cum hostibus praefati Serñi Principis habebunt. Nullum etiam praesidium recipient ad cuiusvis mandata, ucque ipsi insurgent, quinimo existent amici.

2°. Omnibus supranominatis exercitibus simul vel divisim trauseuntibus, tabellariis etiam, vel a Sua Celsitudine, sive a confoederatis eiusdem Serñi Principis in ditionibus Illustrium et Magnificorum Contrahentium transmeantibus liber passus conceditur, sine aggravatione tamen praesentium contrahentium, ac in primis sine depopulatione bonorum eorumdem ac pagorum combustione, pecorumque ablatione, civitatem etiam ingredi volentibus liberum esto, verum nou cum vexillis, neque catervatim, sed in eo numero, qualem securitas praefatae civitatis admittere permiserit, idque litcris testimonialibus Serñi Principis sive exercituum tam Hungarorum, quam Cosacorum, atque utriusque Valachiae Illustrium Generalium, vel Caucellarii vel Aulae Illñi Principis Magistri, vel pedestrium militum Capitaneorum monitis, numero etiam in iisdem literis testimouialibus expresso, qui immissi nullam incolis praefatae civitatis inferant molestiam, sed modeste se gerant, praeterea secura in domibus spiritualium et nobilium mansio cavetur.

3°. Milites in civitate ad praesens existentes, quicumque voluerint spontc Scrño Priucipi pro stipendiis paratis militare, libere ex nunc dimittentur, nec ulla ratione a servitiis Suae Celsitudinis arcebuntur, et sua in intentione impedientur, ad quorum invitationem Officiales Serñi Principis admittentur. Quo ad reliquos vero, qui ad praesens non acceptaverint servitia Serñi Principis, illis spatium trium septimanarum a data praesentis contractus computando ad dcliberandum super accommodationes se ad servitia Serñi Principis conceditur. Post expirationem praefati temporis, si et in quantum non placuerit Officialibus praedicti praesidii, cum sibi adhaerentibus militibus sequi castra Serñi Principis libere abeundi quocumque libuerit facultas Generoso Dño Nicolao Ghisa Collounello cum bonis suis propriis, ac cum privato famulitio, tum et Capitaneis eorumque Vicecapitaneis, Vexilliferis, Quatermagistris regimiuis militum tam Polonorum, quam Germanorum, cum bonis similiter propriis et cum privatis famulis conceditur. Gregarii autem milites omnino acceptabunt servitia Serñi Principis, interea temporis omnes tam Officiales quam et gregarii ab omni contra Serñum Principem et exercitum eius Celsitudinis abstinebunt hostilitate.

4°. Captivi quicumque reperiuntur tam ex Hungarico, quam etiam et Cosacorum et Moldavorum exercitu, tum et Serñi Regis Sueciae libere dimittentur, nullique sub conscientia detinebuntur: similiter si qui e numero civium Praemisliensium existentium a tempore aggressionis et obsidionis praefatae civitatis suburbiique eiusdem capti fuerant, dimittentur.

5°. Certi Legati ad Serñum Principem gratitudinis ergo, tum etiam ad demulcendum Suae Celsitudinis ex occasione praeteusarum iniuriarum disgustatum animum expedientur. Seorsum praeterea aderunt civium et Iudeorum legati (cum quibus si ita visum fuerit S. C.) de aliqua summa pecunia componatur.

6°. Proventus Regii ad fiscum pertinentes, si qui sunt, in suspenso retinebuntur ad exitum belli. Quae quidem omnia tam Illustres et Magnifici supramemorati Domini Praesmiliae ad praesens existentes, quam et Illñus Generalis Serñi Principis inviolabiliter sub bona fide Christiana observabunt; ad praesens vero concordiam hanc subscriptione manibus primariorum ex Ordine Equestri, tum Praesidii Officialium, atque de civibus virorum roborant et ratificant, idque nomine proprio et omnium Praesmiliae existentium. Actum in castris ad Praesmiliam die 1. Martii 1657.

Ego Ioannes Kiminii Celsissimi Principis Transilvaniae Consiliarius, Aulicae Militiae uti Arcis et districtus terrae Fogarazium supremus Capitaneus, Comes Comitatus Albensis, supremus Regni Transilvaniae Arendator, universorumque exercituum Illñae Celsitudinis Generalis, authoritate et vigore expressarum S. C. literarum Plenipotentialium M. D. contraheutibus praesentarum literas has contractuales subscribo. (L. ✠ S.)

DXIX.

Rex Poloniae pontifici supplicat, velit eum subsidio quodam pecuniario adiuvare ad repellendos undique in Poloniam irrumpentes hostes. Litt. Princip. Vol. 82. fol. 39.

Sñe ac Beatissime in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Augescentibus Regni mei malis, ac novis hostibus Poloniam invadentibus, in primis S. V. significandum de eo putavi, cuius et paternam de me in hoc concursu calamitatum solicitudinem et promptum ad subveniendum animum iam sum cumulate expertus. Quapropter Haeretici ad exturbandam ex hoc Regno Religionem Catholicam incumbunt, vel hinc S. V. iutelligere potest, quod quidquid haereticorum Poloniae circumiectum est, omnes in perniciem meam conspirarunt; cum alii violatis induciis, alii abruptis iurati mihi vassallagii vinculis palam mecum bellum gerunt; alii vero partim submittendo Sueco milite et pecunia auxilia, partim in suis ditionibus hosti militem scribere, aut alibi conscriptum per terras suas ducere permittendo clam me oppugnant. Tractus vero nuper a Sueco in hanc belli societatem Transilvanus acerrimus religionis Catholicae hostis, concitatis iterum in nos associatisque sibi rebellibus nostris Cosacis, ac praeterea Valachorum ac Moldavorum fece, infesto exercitu Poloniam ingressus, ferroque et igne miserandum in modum in eam grassans, eo gravius maiusque periculum nobis accivit, quod vastatis omnibus provinciis et magna ex parte in cineres redactis ditionibus meis, absumptis bello et peste populis, nulla prosus parte Regni a periculo ac strepitu armorum vacua, nullam rationem modumque cogendae pecuniae tam gravibus bellis sustinendis necessariae reperimus. In hoc igitur tam periculoso ac difficili meo Regnique huius Catholici statu, conspiratione haeresis ac schismatis convulsi et conquassati, Sanctitatis Vestrae opem et potissimum subsidium pecuniarum imploro, ac vehementer oro, velit S. V. pro innata sua pietate labenti dexteram porrigere, ne cadente, quod absit, hoc Polonico pariete, sero caetcrae Catholicae Provinciae doleant eius ruinam in exitium suum recidisse. Pluribus haec omnia S. V. referret Venerabilis ac mihi fidelis Paulus Doni Decanus Varsaviensis, per multos annos mihi a secretis: cui ut S. V. in omnibus, quae iussu meo exponet, fidem adhibeat benigneque audiat, maiorem in modum rogo, atque S. V. longaevum Pontificatum ex animo precatus, eius benedictioni me Regnaque mea diligentissime commendo. Datae ex Arce mea Clari Montis die XXXI. mensis Martii Anno Domini MDCLVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

DXX.

Idem rex nuntio apostolico dolorem de obitu Romanorum imperatoris conceptum exprimit, supplicatque, ut aulam Vindobonensem novis Svecorum regis in Imperium machinationibus certiorem reddat. Nuntiat. Polon. Vol. 68.

Copia di lettera del Serñio Rè al Nuntio di Polonia, data da Dankon à 10 Aprile 1657.

Giovanni Casimiro per la Dio gratia Re di Polonia e Svetia etc. Rñio Signore. La consideratione delle conseguenze che seco può portare di grandissimi pregiuditii alla Religione Cattolica la morte del Serñio Imperatore Ferdinando III. fratello e cognato mio Carñio, oltre quell'humana passione, che in accidente cosi funesto per la perdita d'un Principe tanto a noi congiunto di parentella et amicitia, non può se non constituirci, come per apunto V. S. ha pensato in una grande afflittione. Volentieri nondimeno cediamo la medesima alla divina volontà, massime con la speranza, che l'attioni sempre pie e giuste della Maestà Sua lo rendiuo regnante in Cielo. Il Sig. dell'Hombres Ambasciatore Francese ci dice, che essendosi il Re Carlo Gustavo altre volte vantato di voler in ogni modo dare una scorsa in Germania per la Svizzera, che teneva di dover esser assistito dai Principi Protestanti in formare un esercito e condurlo in Polonia, senza che alcuno lo potesse impedire, tanto maggiormente in questa congiuntura possa applicare di eseguire il pensiero, mà col fine di sconcertare ancora gli affari della Regia Casa d'Austria nella futura elettione dell' Imperatore dei Romani. Usiamo con V. S. della solita confidenza, con desiderio ch'ella di ciò ne dia notitia à Mons. Nuntio Apostolico in Vienna, quando pensi esser necessario per meglio accelerare le risolutioni di quella corte. Sappiamo per relatione di V. S. e di tutti i nostri ministri, che il medesimo Nuntio nell'eseguire gl'ordini di N. S. preme di mostrar congiuntamente la sua cortese inclinatione verso di noi, et ella potrà assicurarlo della nostra Regia gratitudine in tutte le occasioni. Ci hà il nostro Segretario Masini letto la copia della lettera

scritta da Monsig. Rospigliosi à V. S. sopra li offitii fatti passare in Venetia con l'Ambasciatore Moscovita per parte di N. S. e come s'allegriamo che la Santità Sua applichi continuamente al beneficio della Rcligione Cattolica in questi nostri Regni, et à dar segni del suo paterno affetto verso di noi, cosi desideriamo che in nostro nome con le prime lettere gliene porti humilissime gratie. A lei intanto che con molto zelo incessantemente in cosi travagliosi tempi procura tutto ciò che può risultare in nostra sodisfattione offeriamo un intera corrispondenza di regia gratitudine, e Dio etc.

DXXI.

Rex Bohemiae pontifici oratorem in negotio belli Polonici etc. ad eum missum commendat. Litt. Princip. Vol. 73. fol. 283.

Bño in Christo Patri Dño Alcxandro Septimo Div. prov. Sanctae Rom. ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Dño Reverendissimo.

Beatmẽ in Christo Pater, Dñe Reverendissime. Post officiosissimam commendationem filialis observantiae continuum incrementum. Mittimus ad S. V. honorabilem syncere Nobis dilectum Ioannem Friquet, Eidem in turbis Polonicis causam non magis Regis Regnique Poloniae Nobis tot nominibus coniunctissimi et nostram, quam Religionis ac Sanctitatis potissimum Vestrae et Sanctae Sedis Apostolicae repraesentaturum. Eum igitur ut ipsa benigne non tantum audiat, plenaque fidc dignetur, sed exaudiat etiam, reverenter enixequc requirimus, operam daturi, ne eam unquam, quam sive hac, sive alia quacumque occasione paterni sui favoris affectusque gratiam praestiterit, poeniteat: ac de caetero S. V. vitam longaevam et beatam ad nostrum et militantis Ecclesiae solatium ex animo voventes. Datum ex Arce nostra Laxenburgi die xxii. mensis Maii Anno Domini MDCLVII. Regnorum nostrorum Hungarici altero, Bohcmici vero primo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Leopoldus.

Beatmẽ in Christo Pater, Dñe Revmẽ. Post officiosissimam commendationem filialis observantiae continuum incrementum. Iniunximus Honorabili sincerc Nobis dilecto Ioanni Friquet, ut Sanctitatem Vestram de quibusdam negotium Electionis Romanorum Regis, tum etiam statum belli Polonici concernentibus reverenter informet, Eamque nostro nomine requirat, quemadmodum ex vivo eiusdem sermone percipere dignabitur. Eum igitur ut Sanctitas Vestra non modo plena fide dignari, sed Nos quoque desiderii nostri compotes reddere velit, pro filiali nostra fiducia permanenter rogamus, atque Sanctit. Vestram ad nostrum et militantis Ecclesiae solatium quam diutissime incolumem vivere cupimus. Dabantur ex Arce nostra Regia Pragae die tertia Augusti Anno Domini MDCLVII. Regnorum nostrorum Hungarici tertio, Bohemici vero primo.

Sanctitatis Vestrae

Obsequens filius
Leopoldus.

DXXII.

Pontifex regis Poloniae animum ob patriae cladem erigit, eique per Paulum Doni eius secretarium subsidium promittit. Reg. autogr. Brev. An. III. ep. 78.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quem dolorem capere oportet amantissimum Patrem ex Carissimi filii calamitatibus, eum plane in corde nostro atque intimis visceribus excitarunt Maiestatis tuae litterae, ex quibus quantum tribulationum fluctibus ac tempestatibus obruatur Regnum istud distincte intclleximus. Gravia, acerba et luctuosa omnibus quidem ea mala accidere par est, sed nobis in primis, qui illa Patris oculis ac sensu intuemur, itaque et in eorum medio versari, et Nos ipsi ea vere ferre ac quodammodo sustinere visi sumus. Nec charitas ipsa, qua Poloniam prosequimur, hoc magna amoris vis, qua te, Carissime in Christo fili, complectimur, hoc solicitudo et muneris nostri ratio, hoc deniquc illata Sanctae Rcligioni detrimenta et gravissima damna in nobis operantur. Dominus autem et Redemptor noster, qui nos per has tribulationes sibi praeparat atque ita exercet, benedictus sit in perpetuum. Ille scit quid cxpediat, et si nos eius voluntati, ut decet, conformari ac submitti in tota humilitate noverimus, non crunt haec vulnera ad mortem, sed, ut speramus, ad salutem: magna est virtus eius, et miscricordiae eius non est numerus, et fortassc celeriter aderit

tempus beneplaciti sancti sui. Interim, fili Carissime, ne animo cadas, neve te praesentium temporum conditio deiiciat, sed potius respice ad ea, quae potens est facere Dominus, cuius causam tueris, cuius nomen tua signa praeferunt, cuius honorem et gloriam propugnas. An ille qui occulto iudicio suo, quod curiosius investigare et rimari humanae imbecillitati non licet, in istas angustias et tribulationes incidere permisit Regnum istud, ille etiam eius liberandi et erigendi vias non norit? certe non abreviata manus eius potens et admirabilis: sed de tua fortitudine, constantia, pietate ac virtute abunde persuasi sumus, et sane praeclare, et ut de tanto ac tam pio Rege decet, in Domino sentimus. Quod autem ad nos attinet, et quid a nobis hoc adeo difficili et luctuoso tempore praestari possit, intelliget Maiestas tua a dilecto filio Paulo Dono Decano Varsaviensi, et tibi a secretis, qui fusius et Regni istius et tuas, Carissime fili, necessitates nobis exposuit, et qui nostram hac super re mentem Maiestati tuae fuse perscribet, cui a Domino exercituum coelestem opem et patrocinium, utque tuis armis felicitatem ac victoriam tribuat, in hostes vero formidinem ac terrorem immittat, ardentissime precamur, tibique ex intimo animi affectu et vera Apostolica charitate nostram benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 7. Iulii 1657. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DXXIII.

Tractatus constitutus cum Kiemino Ianusio Ragociani exercitus generali, cuius puncta subsequuntur, quae 23. mensis praesentis Iulii (1657.) solemni utriusque partis iuramento ratificari debent. Nuntiat. Polon. Vol. 59.

1°. Ragocius tenebitur ex vi Pactorum modernorum Serñum Regem et Rempublicam deprecari.

2°. Tam Sueticas quam Cosacianas deseret partes.

3°. Eam cum Serñis Hungariae Daniaeque Regibus (si necessarium habuerint) inibit armorum coniunctionem, quam Serñus Poloniae et Sueciae Rex etc. cum memoratis Regibus stabilivit.

4°. Supremo Tartarorum Kano eiusdemque Visiris honorarium tribuet Ragocius.

5°. Exercitui Polono duodecim centena florenorum millia persolvet.

6°. Captivos omnes liberos fieri curabit.

7°. Praesidia quaevis ex civitatibus, castellis et fortalitiis educet, relictis ibi tormentis caeteroque apparatu bellico.

8°. Omnia mobilia et ornamenta Ecclesiastica in integro restituet.

9°. Auxiliares vires exigente Reipublicae necessitate sine mora et tergiversatione suppeditabit.

Il sudetto Capitolato è stato rimesso qui dal Signor Palatino di Vilna, che non trovandosi per non sò qual accidente al Campo, c tornando di là un suo gli riferi il sudetto Trattato, del quale si spera ogni giorno di sentire la confermatione, ò almeno con poca variatione, tanto più ch'al Sig. Gran Maresciallo è stata inviata giorni sono la Plenipotenza di trattar e concluder col Transilvano.

DXXIV.

Puncta deditionis Cracoviensis cum Svetico generali Wirtio stabilita die 24. Augusti 1657. Nuntiat. Polon. Vol. 69.

Liberum erit Gubernatori Suetico eiusdemque Officialibus caeterisque adhaerentibus Sucticis excedere Cracovia cum signis equestribus et pedestribus, vexillis expansis, timpanis sonantibus, funiculis ardentibus caeterisque armis bellicis, quibus omnibus necessaria alimenta, eorumque equis pabula per totam Poloniam subministrari debent, adhibita Commissariorum ad id deputatorum cura et labore.

Nemo praesidium Sueticum verbis contumeliisque tum minis verberibusque lacessere audebit, sed iustitiae administratio et summa rerum manebit penes Wirtium.

Omnia tormenta bellica caeteraque armamenta Cracoviae existentia, exceptis 4. tormentis maioribus, minoribus 8., quae secum Sueci sunt evecturi, manebunt.

Suecis liberum erit sua quaeque divendere, tum et sal, quem divendere et Serñus Rex ex speciali benignitate praecipuis Officialibus Sueticis concessit.

Omnes infirmi et vulnerati deducentur per Odram Stetinum usque.

Libera itineris et dierum dispositio manebit penes Wirtium: tamen ut tria milliaria ad minimum in diem conficiantur.

Nullus Suecum arrestare tenebitur, contracta tamen Cracoviae debita Sueci ante secessum exolvere debent creditoribus suis.

Commutatio captivorum instituta.

Omnes Nobiles, incolae et subditi cuiuscumque status et Religionis pristinae Serñi Regis gratiae restituentur, ii potissimum qui Sueticas hactenus secuti sunt partes, tum iidem bona sua intra annum et sex hebdomadas libere divendere poterunt, tum praesidium Sueticum statim sequi.

Mille equites Germani iussu Sac. R. Maj. a Generali Hazfeldo comitatus ergo et duae cohortes Polouicae destinabuntur, quae Suecos Stetiuum usque sunt conducturae. Domini Sueci interim tres obsides in maiori Glogovia sunt relicturi, Colonellum, Vicecolonellum et Maiorem.

Omnes singuli Sueci quiete permancant.

Dominus Gubernator Sueticus poterit expressum mittere duobus diebus ante egressum, tam ad Regem suum, quam Regimeu Elcctorale Brandeburgense et Generalem Gubernatorem Borussiae, quibus omnibus salvi conductus conceduntur.

Sex Commissarii ad revidenda tormenta bellica, lustraudasque Sauctorum Reliquias, praecipue Sancti Stanislai in aurea arcula conditas, tum et scripta publica, necnon Ecclesiastica ornamenta, magasinum quoque annonae deputabuntur, neve dolus aliquis lateat iu civitatc, sedulo curabunt.

Porta S. Floriani ac Casimiria civitas iussu Regio a Germauis occupabitur, deditio totalis septem abhinc diebus fiet, quorum spatio nemiui fossis aut muris appropinquare licitum erit. Dominus Wirtius unumquemque in civitatem intromittere pro libitu poterit.

DXXV.

Magnus regni cancellarius, episcopus coadiutor Camenecensis, episcopus Plocensis, confessarius regis, rex ipee et regina nuntium apostolicum de prospero armorum successu contra Svecos et Moscos, de Posnania et Cracovia recuperatis, deque pace cum electore Brandeburgensi inita certiorem reddunt. Deditio Cracoviensis. Rex et regina eundem nuntium urbane invitant, ut ad se Posnaniam veniat. Nuntiat. Polon. Vol. 69.

All' Illmo e Rmo Monsig. Nuntio Apostolico.

Illmo e Rmo Signore mio Padrone Colendissimo. Per obligo della mia ossequiosa divotione che professo à V. S. Illma, le do parte delle felicissime nuove che hoggi ricevcssimo di Posnauia come alla fine si rese all' armi di S. M., e che questi Svetesi di Cracovia vanno sull' imbarco della medesima fortuna, havendo dichiarato questa mane à i Commissarii di S. M. di voler ancor essi trattare. La bontà di Dio che poco inanzi parve di trascurare le nostre disavcnture, in brevc tempo fa colmi delle fclicità, dando assieme la consolatione à V. S. Illma dovutale più d' ogn' altro per tanti disaggi che per honor suo e bene della Santa Chiesa ricevette V. S. Illma. Questa pur mane sopravennero lc lettere del Chau dc Tartari, nelle quali avvisa sua Maestà della rotta o più tosto estermiuio del campo de poveri Ongheresi fatto da lui, di maniera che di Ciuquanta mila huomini non ne scampò una persona per esser parte morti, e 'l restante fatti prigioni collo stesso lor Generalissimo Giovanni Kemcui, che muove ad ognuno compassione del sangue Christiano. Sperando presto di rallegrarsi con V. S. Illma dentro le mura dclla città, iutanto bacio divotamente le mani. Zielonki 12. Agosto 1657.

Di V. S. Illma e Rma

Devotissimo et obligatissimo servitore
Stefano Korycinski Gran Cancelliere del Regno.

Illme Princeps et Rme Dne, Dne et Patronc Colme. Magna locorum distantia meum diutius protraxit sileutium, in deploranda praesertim belli tempestate, quae universum conturbavit Regnum. Spes est non exigua sereniorcs forc dies, Sueco, ut fama est, retroccdente et Rakocii deleto a Scythis exercitu, aliisque hostibus eadem strage perterritis. Bis spectavimus euntem ct redeuntem ad ipsa moenia Scytharum cxercitum, qui numerosissimus fuit: onustissimus ingenti praeda ct contentissimus de sueeessu hacret in confinio Moldaviae, donec exercitus Polonorum, refocillatis militum et cquorum viribus, peditatu instructus copiosiore invadere Ukrainam incipiat. Exigit Chanus ab utriusque Moldaviae Principibus, ut omnem praedam e Polonia subductam iutegre sibi restituant, quae ex consensu S. R. M. donariorum annuatim tribui ab ipsa solitorum et triennio detentorum vicem suppleat, vel si restitui nequeat, aequivalentem pecuniam de suis aerariis exolvant: dcinde urget, ut omnes in captivitatem e Polonia abducti a Moldavis libertate donentur, et ad limites Regui deducantur, quod iam aliqua ex parte praestitum est. Vult etiam, ut cxercitus Moldavici Primiores et officiales, qui Poloniam vastarunt, sibi omnes extradantur; subsidiariae vcro ex caeteris quibusvis natiouibus cohortes collectac protinus ablcgentur. Ideo quidam Centurio Polonus suis ante mcritis in Rempublicam et praesertim Podoliam, quam felieiter

adversus Cosacos et praedones propugnabat excellens, qui non multo ante quibusdam adactus causis Principi Moldaviae adhaeserat, spe Regalis clementiae et mea persuasione invitatus, nuper ad nostras partes cum sua cohorte transiit, paratus intermissa Reipublicae obsequia abunde in posterum compensare, quem ut S. R. M. favore complectatur paterno, supplex oro.

Ego valetudinem non sinistram experior, continuis licet obruar laboribus, cum non solum Ecclesiasticis, sed etiam politicis, iubente S. R. M. et postulantibus Regni Ordinibus, in continuo bellorum strepitu negotiis intendere debuerim: at laboribus tantis merces non correspondet, in magnas in dies redigor inopiae angustias. Ex Abbatia Heldoviensis bienuio nec terruncius habetur; ex bonis etiam Episcopatus propter Cosacorum et Oprisconum crebras irruptiones, Scytharum transitus et continuas militum exactiones vix aliqui percipiuntur reditus, quos tamen Illmus et Rmus Episcopus Coadiutus sibi vendicat et exigit, Venerabili Capitulo mediante mihi laboranti exigua pro sustentatione concessa sorte, quem si Sacrae Regiae Maiestatis liberalis benevolentia aliquo ex iis, quae vacent, non succurreret beneficio, profecto labori erit renuntiandum et statione cedendum: nam aggravat ille labor, quem praemia nulla sequuntur. Capitulum arctius se continuisset intra modestiae cancellos, si epistolae Illmi minus caute scriptae et delegatio revisionis et locationis bonorum Episcopalium ad erigendum cornua non invitarent. Hinc perspicio, quam difficile sit in una Sede sedere duos. Expecto etiam cum maximo desiderio prorogationem gratiarum a Sede Apostolica petitam, quia frequens est occasio in hac regione illis utendi. Cum venerit, velit Illma Celsitudo quamprimum transmittere, gratissimum accidet quidquid praestitum fuerit. Cuius interim benevolentiae, immeritum licet, singulari plurimum me esse commendatum cupio et commendo. Datum Camenecii die 25. Augusti 1657.

Illmae et Rmae Celsitudinis Vestrae

Obsequentissimus et obligatissimus servus
Ludovicus Srempkowski Episcopus Coadiutor Camenecensis.

Illme ac Rme Dne, Dne Fautor et Patrone Colendissime. In maximo meo luctu, quem ex obitu Illmi et Rmi sanctae memoriae Episcopi Cracoviensis fratris mei amantissimi et desideratissimi percipio, non mediocre mihi solatium literae Illmae Celsitudinis Vestrae attulerunt, tum ob Smi Dni Nostri singularem erga defunctum et nos contestatum affectum plane paternum, tum ipsius Illmae C. V. propensissimam erga me Domumque meam voluntatem. Compenset id Divina bonitas Smo Dno Nostro longa vita diuturnoque Pontificatu, quem eadem Divina Maiestas calamitosis istis temporibus in Eum suo, non humano consilio, magno Christiani nominis commodo contulit. Sed et personam Illmae C. V. afficiat pro decumanis exantlatis laboribus, pro tot susceptis propter integritatem sanctae fidei curis et Apostolicae Sedis conservatam dignitatem, summis bonorum incrementis et valetudine longaeva. Ego vero cum tota domo familiaque mea tam insignem Illmae et Rmae C. V. erga nos amorem indesinentibus obsequiis, et cultu perpetuo demerebor memoriaque perenni prosequar. De dioecesis et Episcopatus mei statu innotuit Illmae C. V. nimirum totum et integrum igne hostili consumptum, et iam illuc moles tota belli transfertur, ut omnino intersit pacem aliquam reduci, ne universum Regnum et prisca sancta fides periclitetur, hostibus ad vires redeuntibus et unitis, nobis vero quaqua versus deficentibus tam viribus quam fortunis. Id quod melius Illma C. V. uti sapientissimus vir perspicit, praesertim cum Duce Prussiae componenda pax est: ita enim primarius hostis Suecus dimiuuetur, et facilius ad conditiones paciscendas trahetur. Id eo fine attingo, ut Illma C. V. Serno Regi auctor sit ad consilia pacis amplectendae. Caeterum mea promptissima obsequia Illmae C. V. cum me ipso devoveo, cum votis desideratae felicitatis et optimae valetudinis. In Kobelani 22. Septembris 1657.

Illustrissimae et Reverendissimae C. V.

Cliens obsequentissimus et perpetuus sevitor
Ioannes Gembicki Episcopus Plocensis.

Copia di lettera scritta dal Nuntio Apostolico a Monsignor Illmo Arcivescovo di Gnesna da Cracovia sotto li 3 Settembre 1657.

La resa di questa città come conferisce grandemente à publici interessi, cosi risulta di gran beneficio al ristabilimento della santa fede; sono però à rallegrarmene con V. S. Illma per la parte che ne tocca à lei di questo suo buon successo, e tanto più, quanto che sono pienamente informato in quanti modi habbia V. S. Illma cooperato alla buona direttione di questi affari con i suoi prudentissimi consegli, et in ogn' altro miglior modo. Ma dovendosi riconoscere in primo luogo tutto dalla misericordia Divina, crederei

che sicome V. S. Illma nelle avversità del Regno ordinò alcune particolari divotioni, cosi adesso facesse lo stesso per render le dovute gratie à Dio de beneficii che ci comparte, le quali riusciranno tanto più accette se fussero dispostc à tempo, che ne medesimi giorni si facessero da tutte le Dioccsi della sua Metropolitana, et appresso stimerei necessario, che V. S. Illma richiamasse tutti i Parochi, Vicarii e Comendarii alla cura e residenza delle loro Chiese, di far ripigliar le prediche, l' uso della Dottrina Christiana, riaprire le Schole, rinovar gl'Editti di tutti li Decreti Sinodali, e particolarmente intorno la decenza dell' habito clericale e delatione dell' armi, richiamando le monache à loro claustri, e dove fussero distrutti li monasteri farle provedere di qualche casa, perchc nell' esser disperse non si scordino del loro stato. A superiori de Regolari sarà pure molto opportuno che V. S. Illma insinui di far ritornare à loro monasteri i Religiosi, e se bene adduranno la ruina di molti di essi (benche sia vcro), ne sono però morti in tanto numero, che basteranno quei che sono in piedi per riccverli: adduranno ancora la mancanza dell' elemosine, mà se sono rimasti proveduti da Dio nell' esser stati separati, lo farà molto più quando saranno uniti. E perche nella longa dimora de nemici della nostra santa fede non può esser ch' alcuni ò per ignoranza, ò per malitia non siano rimasti imbevuti ò dal mal esempio, ò da insinuationi perverse di qualche dubio della nostra santa fede: sarà molto fruttuoso che V. S. Illma sì à Confessori, come à Predicatori faccia intendere che non lascino di rischiarargli la mente e ristabilirli in essa. Che tutto sarà opera del zelo di V. S. Illma, et io mi sono sempre rallegrato, che se bene vedevo la Religione Cattolica in si gran pericolo, che nondimeno havendo Dio proveduto queste chiese di Prelati ripieni di tanta pietà, ch' alla finc sarà restituito tutto nell' esscr primiero, massime sostenendo V. S. Illma tanto degnamente le parti di loro Primate in tutte le qualità, le quali predicherò sempre per insigni nella sua Illustrissima persona, alla quale etc.

Illmo e Rmo Signore e Padrone Colendissimo. Sono già conchiusi questi trattati, et hoggi finalmente è seguita la ratificatione della pace e liga stabilita, con il giuramento di S. M. e dell' Elettore. Sono precedute in questi giorni molte c lunghe conferenze, non solamente tra li ministri, ma anche fra li Principi. Giovedi (1° di questo) si fece il già accennato banchetto. Erano nella medesima stanza apparecchiate tre tavole, l'una per li Serenissimi, l' altra pcr i Senatori, Cavallieri, la terza per le Dame, per quelle che non capiva la strettezza del luogo si apparecchiò in un' altra stanza. A capo della seconda tavola stavano Monsignor di Cuiavia, e Monsignor Vice-Cancelliere: dopo di essi sedevano i Signori Palatini di Posnania e di Plocia, un Prencipc ò Duca di Weinmar, il Duca Boguslao, il Signor de l' Isola, et altri Ministri e Cavallieri Elettorali. Venerdi e Sabbato furono l' Elettore e l' Elettrice appresso la Maestà del Rè e della Regina pcr lo spatio di due ò tre hore. Domenica le Maestà andarono a trovarli in casa, e li condussero seco in carozza per la cena, che si fece separatamente per l' Elettore nella stanza del Rè, e per la Elettrice in quella della Regina. La partenza dell' Elettore doveva seguire questa mattina, e per ciò S. M. si tenne all' ordinc a buon' hora, ma prima che si radunassero i Signori Senatori, e si leggessero in presenza loro gli articoli dell' accordo passò mezzo giorno. Occorsc che leggendosi fra gli articoli anche questo, che l' Elettore dovea havere il Ius Patronatus nelle Chiese de territorii di Lemburg e Bittovia, Monsignor di Vladislavia cominciasse a protcstare contro, comc che mai haverebbe potuto sottoscriverlo; et opponendoglisi che dopo una lunga disputa di molte hore, non si fusse potuto guadagnare cosa alcuna in qucsto punto, e chc pcr nccessità si dovesse condescendere, s' offersc egli medesimo a trovare l' Elettore e parlargli di qucsto punto, per mantenere il Ius della Chiesa: comc fece andando subito per un gran fango e la folla de Cavalli alla Casa dell' Elettore, da cui accolto cortesemente propose le sue difficoltà circa questo punto, et il torto che se gli faceva. Ma incontrò molta durezza nell' Elcttore, sostenuto nella sua pretensione et opinione dall' Oberbek et non sò chc altro ivi presente; e non potendo far' altro, dimandò chc almeno a lui fosse pcrmesso di raccomandare il soggetto che dovea presentarsi dall' Elettore, come a chi fusse più d' ogn' altro nota la qualità e sufficienza di soggetti nella sua diocesi, al che rispose l' Elettorc, che volea dare questa libertà a Monsignor Vescovo vita durantc, pcr il rispctto e stima che facea della sua persona. Ma replicando Monsignore che sicome non solo per la persona sua volea esser obligato a S. A., ma che tutta la Casa sua gli professi sempre i medesimi oblighi, così non volea per se solamcnte questa facoltà, ma anche per i suoi successori nel Vescovato; e non contradicendo i due Consiglieri assistenti S. A. v' acconsentì, e restò d' accordo che si scrivesse l' articolo in qucsta forma, chc Serms Elcctor habebat ius praesentandi commendatum ab

Episcopo, instituendum ab eodem Episcopo; riservandosi però che potesse per giuste ragioni ributtare qualcheduno raccomandato dal Vescovo. Intanto mandò S. M. per l'Elettore, il quale prese seco Monsig. Vescovo nella sua carozza et andò da S. M. per fare il giuramento, come seguì, e per esser l'hora si tarda fù trattenuto l'Elettore a pranzo da S. M. e l'Elettrice dalla Serña Regina. Subito dopo pranzo seguì la partenza, e volendo le Maestà loro accompagnarli per un poco di strada, entrarono tutti nella carrozza dell'Elettrice per esser il tempo piovoso, e doppo un piccolo quarto di legha, le Maestà nella propria carozza tornarono a casa. Hora starò attendendo la risolutione del nostro viaggio. L'essercito Austriaco non è ancora sotto Torunio, ma fa gagliarde instanze per i quartieri d'inverno. Il Sig. Godziski con la sua fanteria s'è avanzato da questa parte della Vistola, et ha preso un posto, dal quale dicono che possa danneggiare molto la città con il cannone. Ci è avviso ch'il Sig. Gran Maresciallo s'avvicina pure con il suo essercito. Hoggi sono venute lettere del Sig. Ciarneski di Pomerania, con le quali avvisa che a 30 del passato verso Francoforte sopra l'Odera passava con il suo essercito a guazzo la medesima Odera, benche in qualche parte fosse tanto profonda che necessariamente bisognava nuotare. Gli offersero i Bandeburghesi il passo per il ponte, ma non gli parve d'accettare l'offerta, che gli parea fatta per mera ceremonia: fu presa questa risolutione contro il parere e conseglio della Elettrice vecchia (madre del moderno di Brandenburg) et con istupore di tutta quella gente, giudicando essi non esser possibile che riescisse. Il soldato che ha portato la lettera dice d'esser stato spettatore di detto passaggio, almeno in gran parte: e ch'il Signor Palatino doppo d'haver fatto fare la prova da alcuni più risoluti della holetta (come essi li chiamano), non senza spesa di parecchi ungari fosse stato il primo a mettersi nell'acqua. Si lamenta egli nella medesima lettera, che la maggior parte di quei della maggior Polonia che doveano seguitarlo, tornò indietro rimanendo con il Sig. Palatino di Podlachia et il Sig. Castellano di Posnania non più di 800 huomini sotto 12 insegne che lo seguitavano. Faccia il Signore che l'effetto corrisponda alla fatiga et al coraggio; e qui per fine faccio à V. S. Illña humilissima riverenza. Bidgostia 6 Novembre 1657.

Di V. S. Illña e Rña

PS. La lettera che Monsignor di Varmia resami hoggi con quella di V. S. Illña l'hò data al Sig. Canonico Nowieski, che anderà à trovare Monsignor di Varmia con lettere Regie. Invio anche al P. Rettore di Danzica un'essemplare di quella prohibitione de libri e scritti di Iansenisti.

Huño Devño Obño Servitore
Carlo Soll Soc. Iesu Confessore di S. M.

Ludovica Maria per la Dio gratia Regina di Polonia e di Svetia, Gran Duchessa di Littuania etc. Rño Signore. Quattro lettere riceviamo di V. S., le quali in riguardo dei negotii che contengono, e delle espressioni del suo affettuoso zelo negli interessi della Religione, e nelle nostre sodisfattioni ci sono molto care, e come particolarmente di nostra singolar contentezza è il sentire che Sua Beatitudine habbia voluto con publiche e pie dimostrationi comprobare il giusto giubilo, che hà goduto dei felici successi di queste Regie Armi, così desideriamo che secondo la di lei solita e cortese puntualità rappresenti alla Santità Sua l'obligo riverente e figliale, che sempre siamo per professare al di lui paterno affetto. Già che dopò la partenza del Signor Duca Elettore di Brandeburg, col quale si sono ratificati li trattati di riconciliatione con termini di reciproco gusto e publico benefitio, si risolse di passare à Posnania; se colà accadesse di fermarsi qualche settimana, à V. S. si manderà un convoglio per assicurarle il viaggio, et accertarla di una pronta voluntà di corrisponderle con atti di Regia gratitudine. Da Dio le auguriamo ogni bene. Bidgost 7 Novembre 1657.

Ludovica Maria Regina.

Copia di lettera della Maestà del Re di Polonia e Svezia scritta al Nunzio Apostolico da Posnania alli 15 Novembre 1657.

Giovanni Casimiro per la Dio gratia Rè di Polonia etc. Rño Signore. Essendo noi consigliati di fermare in riguardo dei correnti e publici affari la nostra Regia residenza per qualche tempo in questa nostra città di Posnania, e ricordandoci che V. S. nel partire che facessimo di costà, mostrò desiderio di havere in tal caso di ciò accertata notizia, habbiamo voluto in comprobatione sempre maggiore dell'affettuosa confidenza che con lei habbiamo, dargliela Noi stessi con la presente nostra Regia

lettera. Mandiamo cavalli, acciò piacendo à V. S. et al Sig. Dell' Hombre Ambasciatore Christianissimo di trasferirsi quà li convoglino e rendino più sicura la strada. E come à V. S. confermiamo di haver sempre consolatione nel vederla, così l'accertiamo anche, che in riguardo non solo del ministerio Apostolico, ma pure del proprio suo merito, in tutte le occorrenze ci troverà pronti alle dimostrationi di Regia gratitudine e stima. E Dio la prosperi etc.

DXXVI.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut Alexandro Czarniecki abbatiam Czervinensem confirmare velit.
Litt. Princip. Vol. 83. fol. 170.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Cum promoto Rñdo in Christo Patre Andrea Trzebicki Episcopo Premysliensi Regni Poloniae Procancellario, Abbatiae Czervinensis administratore, ad Episcopatum Cracoviensem, post translationem administratio eiusdem Abbatiae Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium parem et idoneum successorem a me sufficiendum deposcerct, pro iure meo desiderioque augendorum ornamentorum praefati Ordinis melius consulere non potui, quam si S. V. Ven. Thomam Alexandrum Czarniecki Praepositum Koniecpoliensem, Canonicum Ratiboricnsem, proponerem et commendarem. Cuius praeter nobilissimam in Regno Poloniae familiam, ex qua cum Ecclesiae Dei tum communis patriae acerrimi prodiere defensores, pietatem, modestiam, morum comitatem, promovendi cultus Divini, zelum doctrinamque multo labore quaesitam optime perspectum habeo. Has itaque eius virtutes uberrimos Ecclesiae Dei dictoque Ordini allaturas fructus spero, eumque adnisurum, ut sua cura et sollicitudine quamplurimum cultui Divino accedat, minime ambigo. Quare obnixe a S. V. peto, quatenus meae commendationi clementer favere dignetur, expeditionemque Bullarum mediocri sumptu, quem accisae et attritae ob iniuriam afflicti Regni temporum non sinunt rationes, S. V. indulgere dignetur. De cactero S. V. longaevam incolumitatem diuturnumque Pontificatum a Deo Opt. Max. ex animo precatus, me, Regna ditionesque meas paternae Sanctitatis Vestrae benedictioni humillime commendo. Datae in Castris ad Cracoviam die xxix. mensis Augusti Anno Domini MDCLVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DXXVII.

Idem rex a pontifice petit, ut archidiacono Cracovicnsi expensas pro bullis condonare aut moderari velit.
Litt. Princip. Vol. 82. fol. 137.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula S. V., meique Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Supplicavit mihi Venerabilis Nicolaus Oborski Archidiaconus Cracoviensis, cultus Divini promovendi singulari studio mihi commendatus, ut pro eo apud S. V. intercederem, quatenus Sacrarum Literarum pro Suffraganeatu Cracovicnsi expeditionis expensas S. V. eidem dignetur condonare, aut easdem ad mediocrem pecuniae quantitatem iubeat S. V. moderari. Quare a S. V. obnixe peto, ut calamitosorum Regni mei temporum bellorumque praesentium, quibus Dominiorum meorum Provinciae maxime sunt afflictae, benignam rationem habere velit, praedictique Archidiaconi Cracoviensis petitionibus annuere, dum saevientium hostium armis Ecclesiastica bona patiuntur miserandam devastationem. De caetero S. V. longaevum Pontificatum ex animo precatus, me Regnaque mea S. V. paternae benedictioni diligentissime commendo. Datum in Arce mea Cracoviensi die xv. Septembris MDCLVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DXXVIII.

Idem rex pontifici couventum B. Mariae Czestochoviensem commendat, petitque, ut iisdem fratribus s. Pauli primi eremitae quidam conventus in Urbe restituatur. Litt. Princip. Vol. 83. fol. 179.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Celeberrima

Magnae Deiparae Imago, quae Czestochoviae in Regno meo pervetusto cultu et miraculorum frequentia effulget, cum Sarmaticum hunc Orbem fama sui implevit, tum ad Urbem ipsam Augustam Romam, ac praecipue ad aures S. V. opinor nobile et eximium eius decus pridem penetrasse. Claritudo loci antiqua et recens ab ingenti devotae multitudinis concursu, afflictorum solatio magnis et solempnibus Divinae Clementiae ostentis: sed neque inferius censeri debet virtutis et constantiae specimen, quod Religiosi dicti loci fratres Ordinis S. Pauli primi Eremitae afflictis ac prope dispersis rebus meis nuperrime edidere. Perspectum plane habet S. V. quibus et quantis angustiis ego Regnumque meum premebamur, conspirante ac praevalida factorum iniuria: cui ut potissima Regni mei pars cis Vistulam succumbuerit, sola Claramontana Czestochovia nullis hostium vel artibus vel instrumentis potentiae concussa, pro me egregie stetit, et adversa quaevis, Deo propitio et favente, ad ultimum superavit. Est vero quod excellenti merito Religiosorum dicti loci debere me plurimum profitear, neque interim vacuos commendationis meae dimittam, qua freti benignae gratiae S. V. facilius potiantur. Gaudebat iste Ordo antiquitus in Alma Urbe speciali Ecclesia et Conventu ex fundatione Sedis Apostolicae, temporum deinde mutatione exclusi, iterum in eandem Urbem reduci, ac locum aliquem sibi designari et donari a S. V. per speciales nuncios unice et humillime ambiunt. Admittet S. V. paterno affectu tam pium et honestum desiderium propagandi Ordinis S. Pauli primi Eremitae devotione, simulque ut nobile Claustrum Czestochoviense specialibus gratiis S. V. inclarescat, Apostolicum thesaurum nunquam deficientem aperiet et derivabit. Quod ego beneficii instar mihi collatum interpretabor, ac interim me Regnaque mea paternae benedictioni S. V. commendo. Datae Cracoviae die xv. mensis Septembris Anno Domini MDCLVII. Regnorum meorum Poloniae IX. Sueciae vero X. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DXXIX.

Pontifex regi Poloniae de recuperata Cracovia gratulatur. Reg. autogr. Brev. An. III. ep. 17.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

ALEXANDER PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Res in Provinciis istis Maiestatis Tuae ab armis Catholicis feliciter gestas, ac praesertim recuperatae Cracoviae utilem adeo faustumque successum tibi (cuius profecto causa in primis gaudemus) omni ex corde plane gratulamur. Porro bonorum largitori Deo publice gratias egimus, idque sane maxima cum animi nostri laetitia, cui etiam magis contestandae aliae celebrioris gaudii significationes cum in Urbe, tum in pluribus Ecclesiasticae ditionis locis exhibitae non defuerunt. Caeterum idem officium nomine iussuque nostro apud Maiestatem Tuam a Ven. fratre Episcopo Laudensi Nuntio Apostolico praestitum iam fuisse credimus, simulque sanctae Religionis redintegrandae rationes diligenter commendatas: cui sane rei, quantum in Nobis esse poterit, paternas curas nostras numquam decsse patiemur, quemadmodum ex ipsius Nuntii voce planius intelliges. Interim Maiestati Tuae, ut prosperitatem hanc assiduis secundarum rerum incrementis auctam et cumulatam Divina Clementia velit, enixe precamur, et Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Castri Gandulphi die XIII. Octobris MDCLVII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DXXX.

Archiepiscopus Polocensis Ruthenus catholicus nuntio apostolico in regno Poloniae administrationem metropoliae Kioviensis, defunto eiusdem metropolita, sibi collatam significat. Nuntiat. Polon. Vol. 69.

Illmo et Rmo Dño Dño Petro Vidonio Dei et Apostolicae Sedis gratia Epo Ludensi,
Legato de latere ad Sermum Regem et Regnum Poloniae Nuntio Apostolico,
Dño et Patrono Colendissimo.

Illme ac Rme Dne, Dñe et Patrone Colendissime. Accepi litteras ab Illma Celsitudine Vestra, non minus mihi gratas ob singularem quem mihi declarare dignetur affectum, quam ex pervigili Illmae C. V. memoria in promovendo ritus nostri Graeci cum Sacrosancta Romana Ecclesia indissolubilis unionis nexu. Quantum ad meam attinet persona, hoc perturbatissimo rerum adeoque ex parte nostrae oppressae religionis infelicissimo statu, quidquid in me virium est, attendo commissae mihi administrationi in spiritualibus a pia memoria Illmo et Rmo Domino, Dño Antonio Sielawa Archiepiscopo Metropolitano

totius Russiae: copias administrationis ex originali Sclavonico idiomate in latinum ad literam transumptas pro informatione Illmae C. V. transmitto; quibus ego inhaerendo literis ac satisfaciendo intentioni vivaeque vocis declarationi feci, quod aequum sensi ad bonum ordinem, etiam in occupatis a Mosco provinciis conservandum. Ne vero calamitosissimo hoc tempore in munere exequendo vires deficiant, Apostolicam ab Illma C. V. humiliter benedictionem peto, quae vel sola augebit in me fomenta virium ad supportandos labores in vinea Domini; ac licet de supremo Ecclesiae thesauro accepta communicatione s. Iubilei ab Illmo et Rmo Episcopo Vilnensi per nonnulla ritus nostri publicaverim loca, ut tamen ubique aliis etiam Conepiscopis meis de eadem gratia participare possim, transmitti ab Illma Celsitudine Vestra mihi Iubileum devotissime peto. Post aliquod elapsum temporis, quoniam S. R. M. Dominus Noster Clementissimus declarationem Metropoliae differebat, de mediis non admittendae successionis contuli cum multis, ex consilioque magnorum in Ecclesia et Republica virorum, ac praecipue Illmi et Rmi Dni Epi Vilnensis feliciter moderui fautoris Sanctae Unionis praecipui per rescriptum ac privilegium Regium Administrationem etiam in temporalibus obtinui, cunctamque nunc curam utriusque gero. Haec erat semper in Regno Poloniae practicata consuetudo, Metropolitae providebant sibi de successore, quod vel hoc testamento piae memoriae viri sancti Iosephi Rucki Metropolitae colligere Illmae C. V. licebit. Nam multa negotia ac iura periere ob maturatam Moschi in exilio ipsis aerumuis mortem Illmi Dni Sielawa Metropolitae ultimi, quae ut reperiri possiut multum insudo, ac quidquid colligere potero, id totum fusius in regressu ad aulam Illmi et Rmi Dni Nominati Smolenscensis Illmae C. V. deferam. Pro tunc haec eum ea qua par est submissione aperio eam fuisse intentionem ac voluntatem piae memoriae proximi defuncti Illmi Dni Metropolitae, felicioribus adhuc Patriae temporibus, meos indignos humeros huic aptare oneri: inprimis etenim me coadiutorem ac successorem fecit suum in Archiepiscopatum Polocensem, quasi pro fundamento et sustentaculo tuendae altioris dignitatis: nam Metropolia exiguis erat provisa proventibus, modo fere nullis. In reliquo totum me divinae providentiae ac singulari patrocinio Illmae et Rme C. V. committo, cui me ad obsequia consecro, ac perquam humillime manus deosculor. Datum in Monasterio Suprasliensi 30. Octobris 1657.

Illmae et Rmae Celsitudinis Vestrae

Humillimus servitor

Gabryel Kolenda Archiepiscopus Polocensis Administr. Metropol. etc.

DXXXI.

Pontifex praesulibus Poloniae de praeclare ab iis pro fide catholica et regni salute gestis gratulatur, mandatque, ut visitationibus diocesum et synodis celebrandis divini cultus detrimenta resarciantur. Reg. Brev. An. III. ep. 21 et 22.

Venerabili fratri Archiepiscopo Gnesnensi.

Alexander PP. VII. Venerabilis frater, salutem etc. Etsi Nos aliis literis nostris Fraternitatem tuam et caeteros ecclesiarum istius Regni Praesules hortati sumus, ut accurata dioecesum visitatione, et omnibus episcopalis muneris officiis Diviui Cultus, et Ecclesiasticae Disciplinae in regionibus istis restaurationi sedulo incumbere studeant: tamen literis quoque peculiariter et nominatim satis id a te etiam atque etiam postulare voluimus, tum ob summam in Republica vestra auctoritatem tuam, tum ob insigne zelum, cuius praeclara experimenta cum ingenti laude, et eximio excellentis famae praeconio toti Poloniae praebuisti: quod nimirum uti etiam Ven. frater Episcopus Laudensis Nuntius Apostolicus saepe testatus est, utilitates, et res cunctas tuas Religionis Catholicae et publici boni rationibus posthabueris, atque adeo fortunis omnibus exutus, raro ac memorabili exemplo ita te ipsum Dei, et Coronae istius causae totum addixeris et plane devoveris, ut rebus pene collapsis sustinendis saevaeque tempestati avertendae plurimum prodesse potueris. Quae sane quo splendidiora et magnificentiora fuerunt, eo magis cupimus, ut constantia et perpetua, uti profecto speramus, esse velis, utque alios istarum Provinciarum Praelatos non minus exemplis, quam adhortationibus et omni officiorum genere ad universas veri Pastoris partes tam necessario rerum omnium isthic erigendarum, et restituendarum tempore strenue peragendas roborες atque confirmes: quemadmodum ex eodem Nuntio nostro particularius et distinctius audies. Ceterum Nos praestantium meritorum tuorum intuitu illustriora quaeque Pontificiae caritatis documenta Fraternitati tuae pro re, ac tempore praestare numquam omittemus, quorum interim pignus Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 10. Novembris 1657. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis Poloniae ac Lithuaniae.

Alexander PP. VII. Venerabiles fratres, salutem etc. Gravibus ac luctuosis temporibus clarissimarum gentium vestrarum, quae Catholicae Religionis studio, et generoso pectorum obiectu Reipublicae Christianae adversus immanes infensissimorum hostium vires iamdiu praesidio et propugnaculo sunt, ex animo prorsus indoluimus, et qua precibus ad Deum, qua paternis curis omnibus auxilium et opem ferre, quantum fieri potuit, profecto curavimus. Nunc saevum illum turbinem, licet perculsis et labefactatis, stantibus tamen rebus, consedisse plurimum sanc gavisi sumus, tamque insignis beneficii auctori misericordiarum Patri Deo laudes et grates etiam publice egimus. Sed ingenti gaudio, quo mens nostra completur, magnus laetitiae cumulus accedit ex concordi zelo et constanti virtute Fraternitatum Vestrarum, quae (uti Nobis Venerabilis frater Episcopus Laudensis Nuntius Apostolicus non semel retulit) in tantis procellarum fluctibus vel sustinendis, vel etiam sedandis insigniter enituit. Quare agite, Ven. Fratres, pergite laboranti adhuc Patriae tam necessario tempore subvenire: etenim quo tantae clades maiorem calamitatem rebus omnibus intulerunt, eo magis vobis enitendum est, ut Catholicae Religionis rationes, Ecclesiarum iura, et morum disciplinam pro virili sustentetis ac restituatis: quod equidem, benedicente Domino, et piissimo Rege, cui sane instamus, favente, futurum credimus, si in eam rem toto ex corde et omnibus Pastoralis sollicitudinis officiis serio incubueritis. Cum autem Episcopi munus omne duobus illis Visitationum et Synodorum capitibus vel praecipue contineatur, ad haec potissimum studiose et accurate peragenda Fraternitates Vestras summopere hortamur. Quam amantibus, quam etiam minacibus cum praeceptis, tum exemplis ipse Christus Iesus ad explendas veri Pastoris partes nobis nedum stimulos admoverit, verum etiam praciverit, quae Apostoli, ac deinceps eorum successores viri sanctissimi profuso quoque cum vita sanguine praestiterint, quae tam privatis scriptis, quam Conciliis per tot aetates usque ad Sacrosanctam Synodum Tridentinam publice celebritatis docuerint, ac praeceperint, vos certe non latet, Ven. Fratres, quos ideo imitatores Christi et aemulatores Sanctorum formam fieri gregis ex animo obsecrantes cupimus, et quoniam cupimus, etiam ut speramus, currentibus calcar addimus. Porro Nobis ab ipso Nostri Pontificatus initio nihil antiquius fuit, quam Urbem nostram in primis, et locum Sanctum, quem elegit Dominus, ab omni prorsus labe ac vitiorum sordibus, quantum in Nobis esse posset, purum et repurgatum custodire, quo promptius ac felicius ab universis Christifidelibus hiuc salutis nedum praecepta, sed exempla quoque peti possent. Idque practerea instituta et usque prosequuta per Nos ipsos (licet circumstent, et alio saepe avocent difficilium temporum tot graves curae) Ecclesiarum locorumque piorum diligenti visitatione urgere non desistimus, verentes nimirum ne forte increpationes adeo pavendas illas Domini per Ezechielem ad Pastores Israel non requirentes, nec pascentes gregem, in Nos converti mereamur; aut etiam ex ore Hieremiae illud: Vos dispersistis gregem meum, et ciccistis eos, et non visitastis eos, ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum. Quam sane visitationem suam cum a vobis nunc Deus clementer averterit, ut ea procul in posterum longe sit, etiam atque etiam providete; curate, ut greges vestros (quod in tanta rerum perturbatione necesse fuit) dispersos et debilitatos per quam diligenter visitetis; quod in eis infirmum est consolidetis, aegrotum sanetis, confractum alligetis, abiectum reducatis; quod perierat requiratis, ut qui vel hodie vobis multus est ad ignoscendum Deus, quantum vos caritatis et sollicitudinis erga sanguine suo redemptas oves impenderitis, tantum salutis et prosperitatis vobis, Ecclesiis, ac toti Reipublicae vestrae (quos in sinu cordis plane gerimus) reducere et cumulare velit. Cocterum qui cunctis Religionis, divini cultus, ac disciplinae ecclesiasticae rationibus in Provinciis istis melius, ac facilius pro re ac tempore consuli possit, eumdem Nuntium Nostrum non solum monitis ac mandatis, sed etiam peculiaribus facultatibus speciali Diplomate communicatis instruximus. Eum proinde audire omnino debebunt Fraternitates Vestrae, quibus Apostolicam benedictionem paterne largimur. Datum ut supra.

DXXXII.

Episcopus Cracoviensis pontifici grates reddit de solemni gratiarum actione in ecclesia s. Stanislai Romae pro felici armorum Polonicorum successu peracta. Litt. Episcoporum Vol. 38. fol. 173.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Quicumque summam Sanctitatis V. sollicitudinem reducenda Orbi Christiano pace contemplamur, et communem illam eamque aequabilem erga omnes nationes affectus paterni propensionem intuemur, agnoscamus necesse est Sanctitatem V. eius esse Vicarium, cui sacra pagina teste, aequalis cura est de omnibus; esse summum in Urbe omnium

nationum patria moderatorem et Patrem, vere Alexandrum magnum, qui non cupiditate imperandi, sed fidei Catholicae propagandae studio, affectu animoque Orbem complecteris universum. Ex hoc fonte profluxit illud, quod uti Sanctitas V. indoluerat gravius, cum Polonia ab haeresi et schismate saevissima tempestate excitata bellorum fluctibus obrueretur, atque eo nomine in Urbe frequentes per templa supplicationes instituerat, ita nunc cum, Deo propitio et Sanctitatis V. deprecatione vento secundiore utimur, et in portum provehimur, adeo ut non tantum terram aspiciamus, sed etiam urbes ab hoste armis repetamus, Sanctitas Vestra noviter successibus nostris exhilarata, Deo victoriarum authori solenni pompa, et quidem in aede Divo Stanislao sacra, vota exoluit. Qua eo loci votorum exolutione primum ostendit Sanctitas Vestra, quod Polonia pene extincta et intermortua, suisque in cineribus una cum sui ornamentis sepulta, rursus suo vigori et vitae restituatur, non alii secundum Deum quam Divo Martyri et Episcopo Stanislao in acceptis debeat referre, cui e privilegio fuit tam in vita quam post, sepultos e tumulo ad vitam revocare. Deinde vero illa supplicatione, qua amplissimorum Patrum purpuratorum frequenti cincta comitatu Sanctitas Vestra ideo in templum nationis nostrae se intulit, ut demonstraret, quanti Serñum Regem et Dominum nostrum gentemque Polonam faceret, quantum fortunatis eius progressibus recrearetur, quantum debellato Transylvano, et Suecorum viribus fractis laetaretur. Quocirca tam luculentis paterni affectus argumentis Sanctitatis V. devinctis, nihil aliud superest, quam ut quotquot et quanti sumus nutui et imperio tam indulgentis Patris addictissimi, prosperitatem omnem et diuturnam incolumitatem S. V. precemur; praesertim adventantibus corporati Dei solenniis, quae ut ille ipse Sanctitati V. laeta et fausta efficiat, ex animo opto voveoque, ac pedibus S. V. advolutus perpetuum meum obsequium S. V. devoveo. Posnania die 28. Novembris 1657.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus sacellanus et servus
Andreas Episcopus Premisliensis Electus Cracoviensis,
Vicecancellarius Regni Poloniae.

DXXXIII.

Rex Poloniae pontifici grates reddit, quod recuperationem Cracoviae publicis gratiarum actionibus celebraverit. Litt. Princip. Vol. 82. fol 251.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula Sanctitatis Vestrae pedum, meique et regnorum meorum humillimam commendationem. Coelum ipsum delectari in opere excelsi brachii sui, hoc est in victoria mihi data, existimo, quando video S. V. in terris successu regni mei recreari, atque inter clementem Deum et me populosque meos tanquam medium cum Apostolica gratiarum actione consistere, ac insuper vicinas beatae Sedi tuae gentes celebrioris gaudii per Urbes significatione ad easdem benigno Numini grates pro me referendas excitare. Erigor sane in spem magnam, pastoralem istam S. V. pro me apud Deum sollicitudinem accepturam placatiori semper vultu eandem Maiestatem Divinam, quae ad cumulandam Pontificia veneratione gratitudinem meam commovit, cor Vicarii sui, cuius ego pedibus hanc ipsam receptam Regni mei Sedem thronumque meum in scabellum substerno. Quemadmodum autem Rūdus in Christo Pater Episcopus Laudensis tam paternam S. V. prolixamque erga me voluntatem diligenter pro more suo mihi exposuit, ita devotionis meae, qua S. V. Apostolicam ad res deinceps gerendas benedictionem accipio, studiique in redintegrandis Sanctae Religionis rationibus mei ac praecipue humillimi, quo S. V. prosequor, cultus et reverentiae uberior credo erit interpres apud S. V., cuius benignitatem adeo singularem iterum pro debito veneratus, eidem me regnaque mea repetita humilitate subiicio et commendo. Datae Posnaniae die xii. mensis Decembris Anno Domini mdclvii.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

DXXXIV.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut nominatos episcopos Premisliensem et Cracoviensem, necnon designatum praepositum Plocensem confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 83. fol. 5.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum humilem Eiusdem benedictioni subiectionem. Nominatione pro me facta Rñdi in Christo Patris Dñi Andreae Trzebicki Episcopi Praemysliensis, ac Regni mei Poloniae Procan-

cellarii, tum et Praepositi Plocensis, in Episcopum Cracoviensem, orbata Sede illa, morte Rñdi olim in Christo Patris Dñi Petri Gembicki, venit ad dispositionem quoque meam Praepositura Plocensis, prima ac principalis post Episcopalem in illa Ecclesia dignitas: quam (usus iure meo) destinavi Ven. Boguslao Comiti in Lesuo, magnae spei iuveni. Qui cum suarum virtutum (ut eius praesefert indoles), tum paternorum Illustris Bouguslai Comitis iu Lesno Supremi Thesaurarii, primariae authoritatis in Regno meo viri, in Ecclesiam Dei et Regnum hoc meritorum stimulis, eam de se promittat expectationem, ut avitis non degener virtutibus universae Christianae Reipublicae proficuus fore speretur: feci non gravatim, ut huiusmodi sacerdotio non modo merita illius, verum etiam aetatem (quam sacrorum Canonum ad iustam legitimamque possessionem huiusmodi sacerdotiorum leges requirunt) praevenirem, obsecrans S. V., ut huic defectui potestate sua, quam unicam in terris veneror, subvenire, et super eo dispensare benigne dignetur. Quem abunde supplent universae Domus huius in Sanctam Dei Ecclesiam merita (quae cuilibet a primo fidei Orthodoxae in hoc Septeutrione exordio Annales huius Regni revolventi constare facile possunt) potissimum vero hoc tempore, Primatum tam in amplissimo Ecclesiastico et saeculari Senatu, quam primariis Regni huius officiis cadem familia obtinentc, notescere. Nec solus adeo favor meus in hanc perillustrem prosapiam ob maxima merita semper prouus huiusce piae, ut spero, largitionis in dictum Ven. Boguslaum Comitem causa extitit, potior a me habita ratio Religionis Sanctae, cui tanto magis eam familiam tali beneficio obstrictam reddere volui, quo mihi melius constat eius addictionem plurimum semper Ecclesiae Dei iu his partibus profuturam. Annuet, nihil dubito, Sanct. V. huic meae obnixae postulatioui, ipsiusmet Sanctae Ecclesiae utilitate et emolumento subnixae et in hoc unico adolescente universam domum Lesczynianam suo semper nutui mancipabit. Cuius benedictioni paternae me Regnaque mea humillime substerno. Datum Posnaniae die x. Mensis Ianuarii MDCLVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DXXXV.

Archiepiscopus Polocensis Ruthenus catholicus pontifici nomine episcoporum suae gentis supplicat, velit regem Poloniae monere, ut sacram Ruthenorum unionem contra Schismaticorum molitiones tueatur. Litt. Episcoporum Vol. 40. fol. 44, 45 et 192.

Beatmẽ Pater, Dñe Dñe Clementmẽ. Afflictissimae Patriae per foedifragos hostes tempora, in quibus non nisi latitare licuit, hucusque non permisere suae Sanctitatis sanctissimos exosculari pedes. Nunc quasi e latibulo aliquantisper prospicientes, tandem aliquando in unum congregati, Beatissimam Sedem V. cernui veneramur, implorantes destituti auxilium, ut paterne de nobis filiis suis scire et maturo providere consilio velit, nc ab hostibus Unionis Sanctae penitus absorbeamur. Ita enim ab illis odio plusquam Vatiniano prosequimur, ut Acheronta moveant de tollanda Sancta Unione, cui tam maximo odio nec modus datur resistendi, unicus nobis se obtrudit Smãe Sanctitati tuae supplicare, si alter eidem uon succurrit, ut Serñum nostrum Ioannem Casimirum suis interccssorialibus pro sua flectat auctoritate. Id ipsum Primaribus et Proceribus Regni inculcando, si enim alienae fidei suis nou exturbantur libertatibus, ut quid magis iufeliciores ipsis esse debemus, nisi quia Sacrae Rom. Scdi subditi simus, quod magis nobis amorem conciliare deberet. Procidentes igitur ad pedes suac Sauctit. iterum atque iterum supplicamus, ut de nobis omnium mortalium afflictissimis scire velit, et non permittat tam caram et multa difficultate acquisitam perdi Unionem, cum qua sacratissimos tuae Sanctitatis exoseulor pedes. Datum Suprasly 6. Aprilis 1658.

Beatitudinis Tuae Dñi nostri Clementissimi

Humillimi servi et subditi nomine omnium
GABRYEL KOLENDA ARCHIEPISCOPUS PLOCENSIS, ADMINISTRATOR METROPOLIAE KIOVIENSIS TOTIUSQUE RUSSIAE.

Beatissime Pater, Dñe Dñe Clementmẽ. Ad litteras nostras unanimes, quas tuae Sanctitati transmitto, non plus addo nisi profundissimam meam filialem submissionem. Significando Sanct. tuae, ne Successio Unita pereat Metropolitaua, procuravi in personam meam privilegium a Serñio Rege nostro Administrationis in temporalibus, habens adhuc a pie defuncto Metropolita Antonio Sielawa in spiritualibus: restat, ut tua Sauctitas benedictiouem paternam impertiatur, et ut de subdito et subiecto sibi scire

et disponere velit, qua fultus zelosus in vinea Domini efficiar operarius, et cum hoc sacratissimos prono vultu tuae Sanctitatis exosculor pedes. Datum Suprasly 6. Aprilis 1658.

Beatitudinis Tuae Dñi mei Clementñi

Humillimus servus et subditus
Gabryel Kolenda Archiepiscopus Polocensis Administrator Metropoliae Kioviensis totiusque Russiae.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Licet praeterita die cum duobus confratribus meis, nempe Rño Chelmensi et altero Rño Premisliensi, qui una mecum ad moderna Comitia generalia Varsaviensia convenerant, tuendae Sanctae Unionis ergo scripserim ad suam Sanctitatem, non incongruum tamen mihi visum est singularis quoque contestaudae submissionis meae causa ad suam Sanctitatem dirigere literas, et maxime quia etiam sua Sanctitas me quoque suis compellere dignata est, quas ego nunc de data 6. Iulii per manus Illñi Dñi Nuntii recepi, plenas paterni amoris et benedictionis, quae in hac afflictione nostra ita me consolatae sunt, ut singulare videantur addidisse calcar ad suaviter alacriterque perferendas omnes ingruentes adversitates. Nec dubium est, quod protegente paterna suae Sanctitatis benedictione omnia prosperrime cedent, et omnes iniusti Schismaticorum conatus facillime corruent. Hanc igitur et nunc obnixe implorando perquam humillime suae Sanctitatis exosculor pedes. Datum Varsaviae die 4. Augusti 1658.

Sanctitatis Suae

Humillimus servus et exorator indignus
Gabriel Kolenda Archiepiscopus Polocensis Administrator Metropoliae Kioviensis totiusque Russiae.

DXXXVI.

Auditor curiae primatialis Gnesnensis nuntio apostolico obitum archiepiscopi Gnesnensis notificat, eique transmittit litteras, quas idem nomine episcoporum summo pontifici de afflictis ecclesiae Poloniae rebus dare in procincto erat, sed morte prasventus expedire non poterat. Nuntiat. Polon. Vol. 70.

Illñe et Rñe Dñe, Dñc Benefactor Colendissime. Illñus Dñus Archiepus Gnesneusis, Illñae Celsitudinis Vestrae semper amantissimus, die hesterna hora secuuda post meridiem proh dolor! obiit. Quod Illñae C. V. quamprimum significandum censui tanquam sacrorum apud nos Apostolico Praesidi. Litteras ad Sñum iam pridem paratas languor continuus ac brevis per medicos promissa convalescentia subscribere ipsi non permisit. Has mitto ad Illñam C. V. ut ipsis quam optime consulat. Cum autem me non possim mocrore confusus resolvere, an sine licentia Illñae C. V. in loco ubi corpus depositum non sacro missae sacrificia possiut celebrari, rccurrendum potius pro hac facultate ad Illñam Cels. V. existimavi, quam concedi humillime peto. Plura ingens dolor scribere non sinit. Cum igitur tantum meum benefactorem miser amiserim, Divinae et Illñae C. V. protectioni me totum trado. Skiernieviciis die 16. Aprilis 1658.

Illñae Celsitudinis Vestrae

Humillimus cliens
Nicolaus Gnebinski A. C.

Beatñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum beatorum S. V. Pastoris vox audita est in terra nostra, dum literae S. V. Pastorales eorum, quae officii ac instituti nostri sunt, benigne nos commonuere. Et quanquam id unicum iam sollicita mente volvebamus, ut quamprimum res Ecclesiarum huius Provinciae saeva bellorum tempestate disiectas, ac pene collapsas pristino ordini restitueremus: Paterna hac tamen voce S. V. contra omnes pro Ecclesia Dei labores ita sumus obfirmati, ut nihil sanctius arbitremur quam exemplum ac pracceptum S. V. in visitandis et synodaliter corrigendis nostris dioecesibus, quantum est in nobis, strenue imitari ac illi morem gerere. Cum tamen res afflictae Regni nostri eo loco sint adhuc, ut multis integris Episcopatibus sub iugo hostili gementibus, aliis peste, ferro et flamma funditus dcletis, nonnullis magna ex parte in solitudinem versis, innumeris Ecclesiis in cineres redactis, plerisque spoliatis, ac earum Rectoribus vario mortis genere hostili manu sublatis, humanitus loquendo sit impossibile. Voluntatem S. V. nobis per has paterna charitate et solicitudine plenas literas pastorales intimatam sine mora adimplere, humillime S. V. supplicamus, ne per hoc aliquam renitentis obedientiae notam incurramus, si tam calamitoso tempore, dum adhuc inter malleum et incudem

haeremus, nos statim ad mandata S. V. in toto exequenda non accinxerimus. Verum in id totis incumbemus viribus, ut quisque nostrum in suo Episcopatu privatis visitationibus suae dioecesi morum ac disciplinae Ecclesiasticae vigorem restituat: et quantum per summam temporum iniuriam licet, eandem ad celebrandam Synodum disponat. Quod in nonnullis dioecesibus iam coeptum est, prout hoc Illm̃um et Rm̃um Dn̄um Episcopum Laudensem S. V. in Regno nostro Nuncium inter tantas Regni huius procellas, nihil de officio ac dignitate suae legationis remittentem, vitae sanctimonia et zelo virum plane Apostolicum atque talem, ut norma et exemplar absolutissimum omnium S. Sedis Apostolicae Nunciorum iure meritissimo sit appellandus, non latere minime ambigimus. Quamprimum autem ex hac immensa periculorum voragine, miserente Dño, nobis eluctari licebit, eo collimabunt cuncta nostra studia, ut omnino S. V. iussa debitae adamussim mandentur executioni. Interim vero, quod primo loco faciendum erat, humillimas S. V. agimus gratias, quod nostrarum Ecclesiarum aerumnas, atque adeo totius Regni statum afflictissimum paterna sua pietate et clementia sublevare non desistat, precibusque ardentissimis caelum exoramus, ut S. V. ad clavum militantis Ecclesiae tam sollicite excubanti, et vires et annos plurimos Deus Opt. Max. adaugeat. Exosculamur insuper venerabundi paternum S. V. pectus, a quo per eundem Illm̃um et Rm̃um Dn̄um Nuncium dies salutis ac plenariae in forma Iubilei indulgentiae nobis affulsit, futurae ut speramus felicitati Poloniae praeludens, quam nonnisi a Divina misericordia ac Sanct. V. benedictione exoptamus. Caeterum nos una cum Ecclesiis nostris eidem Pastorali curae S. V. humillime commendamus: et ad beatissimos pedes S. V. provoluti ipsos profundissimo cultu deosculamur. Datum e Congressu Episcoporum Varsaviensi die 12. Martii 1658.

DXXXVII.

Rex Poloniae nuntio apostolico grates reddit de ecclesiasticis ad sedem primatialem elevandis sibi propositis.
Nuntiat. Polon. Vol. 70.

Giovanni Casimiro per la Dio gratia Re di Polonia e di Svetia etc. Rm̃o Signore. Compiacenza non ordinaria proviamo nei ricordi che V. S. ci dà sopra il soggetto da nominarsi Arcivescovo di Gnesna, perche li troviamo adeguati alle nostre religiose premure, conformi alla bontà che in lei conosciamo, e ben degni di ministro apostolico. Accertiamo V. S. che per quanto s'estende la notitia che habbiamo dei Prelati predicati per capaci del governo di cosi insigne Chiesa, faremo scelta di quello che più proprio si giudicarà del servigio di Dio, e riceviamo intanto sotto la nostra Real protezione li beni dell' Arcivescovato. Confermiamo à lei il continuato desiderio di compensare il suo merito, e sodisfare alla benevolenza nostra con effetti di real gratitudine, e da Dio le auguriamo ogni bene. Posnania 29 Aprile 1658.

Gio. Casimiro Re.

DXXXVIII.

Idem rex Poloniae a pontifice petit, ut episcopum Varmiensem ad cathedram Gnesnenssm transferre velit.
Litt. Princip. Vol. 83. fol. 108.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater, Dn̄e Dn̄e Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Plurimum sane indolui tam immaturo ac inopinato obitui Rn̄di in Christo Patris Andreae de Leszno Leszchynski Archiepiscopi Gnesuensis, Primatis primique Regni mei Principis, quippe turbulento hoc in Polonia rerum statu, ad procurandam populorum mihi subiectorum salutem publicam, nec non ad pacem expulsis hostibus in ditiones meas reducendam, multum eius viri authoritate, prudentia, consiliorum fidelitate nitebar. In cuius locum cum de subrogando alio Primate deliberarem, non alius hoc calamitoso tempore aptior ad nominandum et ad proponendum S. V. mihi visus, quam ex eadem Comitum de Leszno familia, vetustate splendoreque gentilitio cum per se nobili, tum praeclare rerum gestarum gloria in toga et sago perquam conspicua, Rn̄dus Venceslaus Comes a Leszno Episcopus Varmiensis, vir praeterquam probitate morum, praeclaris certe animi dotibus a natura instructus, singularique humanitate et rara prudentia praeditus, cuius insigne argumentum dedit, et olim Serm̃o Vladislao fratre meo gloriosae memoriae Rege legatione in Regnum Galliarum egregie defunctus, et me regnante anno superiore, cum ei negotium abstrahendi Electorem Brandeburgicum a Sveticis partibus commisi, quod ille non minus feliciter, quam prudenter bonoque publico perfecit. Eum itaque virum de mea Domo Regia meritum et a natura virtuteque sic ad dignitatem Primatialem capessendam comparatum S. V. nomino, utque eum ab Episcopatu Varmiensi

ad Archiepiscopatum Gnesnensem transferre dignetur, S. V. rogatam esse volo, speroque fore, quod ea translatio Ecclesiae Gnesnensi pastore orbatae solatium, universo Clero ornamentum, mihi Regnoque meo subsidium sit allatura. Non potest latere S. V. quantopere omnium quidem, sed maxime Ecclesiasticorum, hostili barbarie et tot gentium inundatione fortunae in hoc Regno sint attritae bonaque devastata: quamobrem rogo, ut S. V. in expeditione sacrorum diplomatum rationem promovendi Archiepi habere, sumptusque solitos condonare velit. Quod cum a S. V. demisse peto, interim longaevum Pontificatum S. V. ex animo precor. Datae in civitate nostra Posnaniensi die XXIX. mensis Maii Anno Domini MDCLVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obsequentissimus filius

IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DXXXIX.

Archiepiscopo Polocensi Rutheno catholico pontifex significat, causam sanctae Ruthenorum unionis in proximis comitiis pro viribus tuendam regi ac proceribus cum ecclesiasticis tum saecularibus regni impense se commendasse.
Reg. Brev. An. IV. ep. 32.

Venerabili fratri Archiepiscopo Polocensi Graeci Ruthenorum Unitorum Ritus.

ALEXANDER PP. VII. Venerabilis frater, salutem etc. Literas a Fraternitate tua cum totius Catholicae Unionis Ruthenorum, tum proprio quoque nomine datas accepimus, et quanto istic in discrimine eiusdem Unionis rationes versentur, ingenti sane cum molestia intelleximus. Quamobrem pro rei magnitudine vehementer solliciti non solum piissimo Regi, ac Reginae Regnique Proceribus, quorum auctoritas et opes adiumento esse possunt, accurate perscripsimus, verum etiam Ven. fratri Episcopo Laudensi Nuntio nostro, qui de huiusmodi periculo sedulo ad Nos detulerat, mandata damus, quo eadem officia tempore repetat, aliaque ad eam rem pertinentia omnia serio curet, et quam maxime poterit adversariorum vim submovere omnino contendat; quod misericordiarum Patre tribuente futurum plane speramus. Erunt igitur tuae ac aliorum Venerabilium fratrum, et caeterorum Ruthenorum partes, illi se comites et socios omni diligentia et zelo in tuenda religionis ac Dei causa praebere. Nos profecto eius infuitae clementiae negocium hoc suum summis et assiduis precibus commendamus Fraternitati tuae, ac universae Ritus vestri Sanctae Unioui ex omni paterni cordis affectu Apostolicam benedictionem elargientes. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem die VI. Iulii MDCLVIII. Anno Quarto.

DXL.

Pontifex regem, episcopos latinos et Ruthenos catholicos nec non proceres Poloniae adhortatur, in proximis comitiis de successione regia habendis sedulo incumbant, ut ad regnum capessendum virum vere catholicum proponant, incolumitati avitae fidei, iuribus et libertatibus ecclesiae, prae primis sanctae Rutbenorum unioni pro viribus prospiciant, ac hoc in negotio curando nuntium apostolicum adiuvent.
Reg. autogr. Brev. An. IV. ep. 84, 88 et 90.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

ALEXANDER PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum audiverimus in Comitiis istis Regiae successionis post Maiestatis tuae tempora, quae diuturna et felicia praestet Dominus, actum iri, quamvis non dubitemus, quin pro singulari prudentia et pietate tua omnia prolixe curaturus et praestiturus sis, quae ad Religionis Catholicae et Divini cultus incolumitatem et bonum in tali negocio pertinere possunt, tamen pro ipsius rei gravitate ea qua par est cura et sollicitudine plane tenemur. Quare Ven. fratri Episcopo Laudensi Nuntio nostro scribimus, ut ea de re tecum diligenter agat, et plura quidem, quae paternus nobis amor et zelus domus Dei suggerit, ample referat. Eum igitur audies accurate, ac Divinorum beneficiorum, et huius praesertim in Regni miraculosa restitutione nuper accepti memor serio cogitabis, nihil tibi antiquius esse debere, quam ut Regnum, quod ipsius Dei clementia custodire tibi dignata est, ei tu quoque ac sanctae illius fidei conservare, et quantum humanis consiliis fieri potest, unice tutum ac munitum tradere velis: quod alia quidem ratione assequi non potes, nisi certe illud eiusmodi Successoris fidei ac tutelae commendatum relinquas, qui Catholicus vere sit, et non minus pietate ac religione zelo, quam caeteris virtutibus Regiis longe praestans. Ad idem hortari te quoque debet immortalis proprii nominis fama, quae profecto ex huius Electionis iudicio et facto tuo censenda et diiudicauda vel maxime pendet. Hanc autem, quemadmodum sanc speramus, ut eximia nunc apud homines laudum gloria, et olim aeterno in coelis diademate corenet Regnorum arbiter Deus

vehementer exposcimus, ad id Maiestati tuae omni ex paterno corde benedicentes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 10. Septembris 1658. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum primum audivimus Sanctae Ruthenorum Unioni in Comitiis istis periculum imminere, literas ad Maiestatem tuam dedimus, quibus hanc ipsius Dei et Religionis Catholicae causam tibi peraccurate commendavimus. Verum cum huiusmodi discriminis increscat assidue fama, non minus gloriae tuae quam orthodoxae fidei rebus adversa, ea sane qua par est incomparabili sollicitudine affecti et anxii denuo officia repetere cogimur, teque pro muneris nostri debito etiam atque etiam vehementer hortari ac monere, ne tantum Sanctae Religioni et existimationi nominis tui vulnus infligi ullo pacto patiaris, cum in tanta ac tam gravi re nobis conuivere aut dissimulare minime liceat, quemadmodum certe nec Maiestati tuae licere potest in causa tali tot ecclesiarum etiam Cathedralium cum insigni Metropolitana oeconomiam et statum, atque insuper Catholicae Religionis rationes potissimum amplexa, inconsulto, imo repugnante summo Universalis Ecclesiae Pontifice, te ingerere et attentare gravissimo cum tuae conscientiae onere et divinae Maiestatis offensa et indignatione. In quo profecto, Carissime in Christo fili noster, scrio cogitare debes, nullam amittendis ac evertendis Regnis rationem aptiorem esse, quam Omnipotentis Dei, qui ea pro arbitrio suo concedit et aufert, iracundiam provocare. Oblivisci porro non potes, quanto misericordiae et prosperitatis favore nuper in rebus longe angustioribus, ac propemodum desperatis ope divina sua tibi praesto fuerit, ita ut etiam peculiaris gratitudinis lege eidem responderc et obsequi arctissime tenearis. Id te praeclare et constanter praestiturum esse spectata et perspecta pietas tua plane pollicetur. Verumtamen si quid secus, quod nolit Deus, interim istic actum fuerit, erunt utique partes tuae omnino efficere, ut id nulla ratione et pacto executioni mandetur, ne Deus irascatur in finem, et quod inviti dicimus, pereant omnes, qui deliquerint de via iusta. Porro a Maiestate tua libenter audiemus rationes ac modos, quibus negocium totum istud adiuvari, ac tam noxii et scandalosi quamvis non executi decreti vestigium omne et memoria penitus auferri, et eius praeiudiciis occurri opportune possit. Nam si quid eiusmodi erit, quod auctoritate nostra praestandum et expediendum visum fuerit, id omnino prompte et accurate peragetur, cum praesertim pro certo habeamus Unionis sanctae conservationem magnopere tibi cordi esse, etiam ob gloriosissimi ac piissimi Regis parentis tui memoriam, qui pro eius institutione ac tutela tautoperc laboravit. Plura deuniversa hac re disseret Ven. frater Epus Laudensis Nuntius noster, cuius verbis aeque ac si Nos ipsi loqueremur fidem habebis. Nos Maiestati tuae custodem et directorem in viis suis Dominum enixe solliciteque precamur ex omni paterno corde benedicentes. Datum ut supra.

Venerabilibus fratribus, Nobilibus viris, Dilectis filiis, Archiepiscopis et Episcopis, Ordinibus Senatorio et Equestri Poloniae Comitia celebrantibus.

Alexander PP. VII. Venerabiles fratres, Nobiles viri, Dilecti filii, salutem etc. Audivimus in Comitiis istis vestris de Regia successione ad Coronam agendum esse; quod profecto si fiat, praetermittere pro gravitate rei et in vos paterna caritate non possumus, quin Fraternitates et Nobilitates vestras hortemur et moneamus cum Domino, ut cum omnino renunciari iubeatis, qui Catholicus non solum professione, sed etiam Religionis et zeli praestantia vere sit, quemadmodum omnes retro Reges fuerc, et veteribus Reipublicae istius legibus insigni Maiorum vestrorum pietate ac providentia diligenter cavetur. Porro magno suo bono Polonia experta est pias Catholicorum Regum virtutes, etiam civilis regiminis rationibus eximie salutares: cum enim in publicis oeconomiis omnibus recte constitutis ratio et proportio quaedam inter leges et Regem admirabili consensu contemperata reperiatur, cumque Respublica praeclara vestra legibus vel maxime Religioni et pietati Catholicae faventibus et accommodatis perfruatur, par quoque eiusdem pietatis et Religionis zelus in Rege necessarius est, ut ea recte gubernari et administrari possit, quod utique experientia et usus diuturnus etiam comprobavit. Sed quoniam de toto hoc negocio plura, quae summopere nobis cordi sunt, Ven. fratri Episcopo Laudensi Apostolico Nuntio vobis late ac distincte referenda mandavimus, ipsum sane ac si Nos ipsi loqueremur attente ac benevole audire debetis. Caeterum Nobis plane persuasum est inclytam Polonorum virtutem atque pietatem Regem non nisi vere Catholicum unquam dicturam, et secus vel meminisse tantae tamque celebris fortitudinis ac gloriae iniuriam esse. Qui dominatur in consiliis iustorum, Dominus dirigat pedes vestros in

viis salutis suae, quod cum enixe precamur, tum in eius misericordia confisi etiam speramus, vobis, Venerabiles fratres, Nobiles viri ac Dilecti filii, Apostolicam benedictionem toto ex animo largientes. Datum Romae etc. ut supra.

Venerabilibus fratribus, Nobilibus viris, Dilectis filiis, Archiepiscopis et Episcopis, Ordinibus Senatorio et Equestri Poloniae Comitia celebrantibus.

Alexander PP. VII. Venerabiles fratres, Nobiles viri, Dilecti filii, salutem etc. Quo paternae caritatis ardentiori affectu inclytam Nationem vestram, firmissimum iamdiu totius Christianae Reipublicae propugnaculum, in Domino complectimur, eo profecto magis dolemus eiusmodi tempora incidisse, quae minus fortibus et constantibus hominibus istic metum incutere possint, quo forte in res honestati et Religioni maxime adversas cum ingenti animarum suarum et existimationis detrimento prolabantur: quod etsi de vestri gloria et zelo pietatis Poloni Senatus dubitare non possumus, vehementer tamen commoti sumus periculo, quod in Comitiis istis imminere dicitur Sanctae Ruthenorum Unioni, ne adversariorum vi ac dolis detrimentum patiatur. Sed profecto in tali tantaque re ad animarum praecipue salutem, tot Ecclesiarum etiam Cathedralium cum insigni Metropolitana statum, et insuper Sanctae Fidei rationes potissimum pertinente nullum ius, nullaque auctoritas alicui potestati sub coelo esse potest, quam illi soli ab ipso Christo Domino in Petro, et Successoribus eius demandata ovium pascendarum cura, tanquam supra fidei petram fundatae ac stabilitae, adeo ut Apostolicae Maiestatis imminutae et violatae rei futuri sint, qui sine ipsius consensu et auctoritate aliquid in hac parte moliri ausi fuerint: in qua proinde Nobis connivere aut dissimulare minime licere poterit, cum praesertim ea Sancta Unio tot millium animarum salutem continens, huius Sanctae Sedis auctoritate non ita proinde instituta fuerit, ut etiam ex legum saeculi praescripto non nisi eo genere vinculi, quo colligata est, dissolvi queat. Coeterum in ea constituenda atque tuenda Patres vestri nedum votis, et apud hanc S. Sedem precibus, verum etiam auctoritate, studio et omnium rerum ope tantum claboraverunt, ut vere illorum pietatis illustre monumentum, ac opus proprium censenda sit, et idcirco etiam ipsi nunc in ea conservanda et strenue propugnanda eorumdem fortitudinem et zelum imitari certe debeatis. Quare, Venerabiles fratres et Nobiles viri in visceribus Christi unice dilecti, a vobis enixe petimus, ut si qui forte paulo imbecilliores sunt, eos confortare et robore praecingere velitis, ipsi constanter et inconcusse in Domino confisi, cuius praesentem opem in angustioribus ac pene desperatis rebus nuper experti estis, quique cum praeter universas humanae prudentiae et terrenorum consiliorum rationes vobis praesto fuerit, admonuit sane, ut vos quoque eius causae absque ullo mortalium cogitationum et rerum caducarum respectu inservire, et sanctum eius cultum et Religionem pro virili propugnare ac tueri divina spe ac fiducia pleni debeatis. Quod si forte, cum has accipietis, quod avertat Deus, aliquid secus ac debuit gestum fuerit, ut id omnino irritum et nullum declaretur, vel saltem nullo modo aut ratione executioni demandetur, hortamur ac monemus, utque in eam rem omnem auctoritatis vestrae, consilii et industriae opem serio impendatis. Venerabili fratri Episcopo Laudensi Nuntio nostro scribimus, ut in hoc negotio peragendo omnem omnino studii ac zeli vim adhibeat, pro certo habentes eum qua par est attentione auditum iri a Fraternitatibus et Nobilitatibus vestris, quorum piis consiliis et generosis conatibus faventem et propitium Deum ex corde poscimus, et Apostolicam benedictionem paterne largimur. Datum Romae etc. ut supra.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis Poloniae et Lithuaniae ad Comitia congregatis.

Alexander PP. VII. Venerabiles fratres, salutem etc. Etsi ad Universum Senatum, in quo Fraternitates vestrae, opportune providente Domino, principem locum obtinent, de Unione sancta Ruthenorum conservanda diligenter scribimus, tamen quoniam eius rei cum debitum, tum exemplum ad personas sacras vestras vel maxime pertinent, praecipuis quoque literis vos alloqui debuimus, et quemadmodum facimus ex officii nostri munere serio hortari ac monere, ut non solum ipsi in retinenda constantia vestra pactorum cum Deo et Ecclesia Sancta, etiam iureiurando firmatorum, memores esse velitis, sed omnes quoque auctoritatis et industriae vires exercere, quo eamdem fortitudinem aliis persuadeatis, et Sanctam Unionem tot myriadum animarum salutem complectentem omnino sarctam tectam tueamini. Profecto Maiores religiosissimi vestri eo sacros Praesules in Politico quoque statu insigni dignitate potiri, et e primis Senatus subselliis sententiam dicere voluerunt, ut si quid tale contingeret ad cultum Divinum

et Catholicam Religionem attinens essent, in ipsa Curia sanctae fidei et pietatis auctores et propugnatores praecipui, qui humanos omnes timores et respectus posthabentes solius Dei gloriae et veritati intrepide assereudae consulerent: quas porro muneris sui partes Poloniae Praesules, cum saepe alias, tum in hac ipsa re proximis gloriosae memoriae Vladislai Regis temporibus egregie et praeclare peregerunt. In praestando igitur illud ad quod sane tam Episcopalis, quam etiam Senatoria professio vos qua divino, qua humano iure constrinctos teneut, non decet trepidos, aut etiam nimis cautos videri, sed oportet summam in Domino spem habentes fortitudinem et robur inducre, ut honorificetur ministerium vestrum, et inde imbecillioribus ctiam fiducia et zelus addantur. Verum si quid interim, quod pro misericordia sua nolit Dominus, istuc novatum secus fuerit, ut id executioui nullo pacto mandetur, omnino volumus, et Apostolica auctoritate iubemus, iniungentes districte vobis, ut in hanc rem omnem prorsus auctoritatis, consilii et industriae opem impendatis, et ad hunc maxime effectum Ven. fratrem Episcopum Laudensem Nuntium nostrum attente audiatis, qui nullas in hac re studii et efficacitatis partes iussu nostro praetermittet. Idem vos praestituros esse planc speramus, et quamvis in re difficili et ardua vel mulierem fortem illam imitaturos, quae prementibus undiquc angustiis arbitrata est melius esse incidere in manus hominum, quam peccare in conspectu Domini. Id ipsa non minus malum, sed melius recte dixit, cui praemium in promptu esset inclyta apud homines fama, et in coelis reposita corona iustitiae. Utramque vero cum caeterorum adiectionc bonorum ut Fraternitatibus vestris reddat iustus iudex, ab eo petimus paterne benedicentes. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 10. Septembris 1658. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Venerabili fratri Episcopo Laudensi Nuntio Apostolico Nostro in Polonia.

Alexander PP. VII. Venerabilis frater, salutem etc. In transigenda pace inter Poloniae Regnum et Moschos audimus eam potissimum conditionem a Carissimo in Christo filio nostro Ioanne Casimiro Regc, et Polonorum Republica Magnum Moschoviae Ducem vehcmentes requirere, ut ipse totius Regni post obitum antedicti Regis successor in proxime celcbrandis Comitiis renuncietur; neque talem pactionem, ut sane par esset, omnino reieci, imo etiam cum periculo, ne demum in maximum Religionis Catholicae et animarum salutis detrimentum recipiatur, audiri. Quod etsi de spectata cum Regis, tum etiam Reipublice pietate et Religione minime credi posse videatur, tamen ut in tanta ac tam gravi re pro pastoralis officii nostri munerc ac debito, prout misericors Dominus concesserit, praeiudiciis omnibus, quae oriri alias possent, occuramus, Fraternitati tuae, cuius prudentiam, industriam et zelum difficillimis istius Regni temporibus experti plane sumus, praccipimus ac mandamus, ut omnes tuas et Apostolicae auctoritatis nominc nostro partes, ne quid tam absonum et a divina legc alienum decernatur, hortando, instando, protestando et omni alio meliori modo obsistendo constanter et accurate, quantum maxime fieri poterit, impendas et praestes, tibi (quatenus opus sit) ad hunc effectum omnem facultatem necessariam et opportunam tribuentes, quaeque forsau a te in hanc rem acta et gesta iam fuerint approbantes et confirmautes, Fratcrnitati tuae, cuius piis et egregiis conatibus aspirantem omnipotentis Dei gratiam enixe prccamur, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Anuulo Piscatoris die 13. Septembris 1658. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Veuerabilibus fratribus Archiepiscopo Polocensi Metropoliae Chioviensis Sanctae Ruthenorum Unionis Administratori, et Episcopis Praemisliensi et Chelmensi eiusdem Unionis.

Alexander PP. VII. Venerabiles fratres, salutem etc. Fraternitates vestras, de quorum etiam in hoc Sanctae Uuionis tuendae negocio constantia et zelo Ven. frater Episcopus Laudensis non semel ad Nos retulit, praecipuo paternae caritatis affectu in Domino complectimur, utque istam non minus Dei et Religionis Catholicae, quam vestrum causam strenue propugnare pcrseveretis, vehementer hortamur ac monemus. Qua in re idem Nuntius Apostolicus omni plane studio et auctoritatis nostrae ope vobis praesto erit, quem proinde diligenter audire debetis, omnem ex eius vcrbis voluntatem et sententiam nostram, cum in his, de quibus literae ad Nos vestrae agunt, tum in cunctis ad eandem rem pertinentibus rationibus distincte ac diserte percepturi, necnon a Nobis qua in praesenti discrimine, qua ctiam alias, quoties occasio tulerit, insigniora quaeque Pontificii patrocinii documenta relaturi. Fraternitatum vestrarum piis laboribus aspirantem et faventem benigne Dominum cnixe prccamur, et Apostolicam

benedictiouem ex corde prorsus impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 14. Septembris 1658. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Leopoliensi et aliis Poloniae et Lithuaniae Episcopis.

Alexander PP. VII. Venerabiles fratres, salutem etc. Gravi luctui, quem decreta in Comitiis istis successio Regia Ecclesiae Universae, et praecipue Nobis iuvexit, aliquid profecto levaminis eximia virtus atque constantia Fraternitatum vestrarum attulit. Ipsi enim unice zelantes legem ac iustitias Dei, et in viis antiquis Patrum vestrorum nou minus generose, quam pie persisteutes coeteris istius Regni Ordinibus intrepide restitistis, et quae gesta sunt improbantes ac reiicientes, iis nunquam consensuros, et Regem non nisi Religionem Catholicam prius expresse profitentem recepturos esse, solemui quoque adhibita protestatione, tam coram ipso Carissimo filio nostro Rege, compluribus Ordinum Senatorii et Equestris viris adstantibus, quam apud acta publica praeclare contestati estis. Igitur literas hac de re vestras, quae uti magnis iu malis apprime iucundae fuerunt, libenter legimus, et patri consolationum Deo qui non abstulit misericordias suas a Nobis, et mentes vestras virtutis suae robore accinxit, gratias ex omni corde persolvimus, enixe precantes, ut eamdem vobis fortitudinem et iusignem pietatis zelum etiam in posterum custodire ac tueri usque velit: nec enim tenebrarum principis in tanta piorum conatuum gloria et promeritis invidia conquiescet, neque praetermittet vos, qua dolis, qua terroribus, qua variis tentationum generibus impetere et omuifariam cribrare. Sed quoniam de perseverantia in sancto proposito vestra dubitare, atque adeo vel adhortationibus uti iam palam spectatae virtutis iniuria foret, eam potius ac vos ipsos, Venerabiles fratres, ut par est, cum praecipuis laudibus, tum singulari paternae caritatis voluntate in Domino plane complectimur. Haec et alia praeterea in eamdem sententiam a Ven. fratre Episcopo Laudensi plcuius coram audietis, quem egregiorum laborum adiutorem et socium deinceps etiam, ubi opus fuerit, experiemini. Apostolicam benedictionem Fraternitatibus vestris interim peramanter impertimur. Datum Castri Gandulphi sub Annulo Piscatoris die 5. Octobris 1658. Pontificatus nostri Anno Quarto.

DXLI.

Regina Poloniae pontifici Fantonum suum in Urbe agentem commendat. Litt. Principum Vol. 83. fol. 173.

Santissimo e Beatissimo Padre. Renderà alla Santità Vostra l'Abbate Fantoni inviato à cotesta Corte le più vive espressioni in mio nome d'uu'ossequio tutto devoto, e d'una osservanza inviolabile verso la S. V., supplicaudola di gradir benignamente l'offitio, come nato da un cuore tutto applicato à soffrir, come faccio, qualsivoglia travaglio e patimento per sollievo d'un afflitto Regno, e per l'essaltatione della Santa Sede. Hà egli in commissione di procurar costi la gratiosa speditione dell'Arcivescovado di Gnesna, che porta seco la necessaria convenieuza agli occhi di chi vede non senza lagrime la desolatione di queste miserabili Provincie, et insieme certa dispenza matrimoniale importantissima con altre mie petitioni. Intorno à che supplico la S. V., che si compiaccia di dargli intera credenza, come auche di partecipare al medesimo quelle gratie, che parerà che meriti la sua persona, come miuistro benemerito per servitii uotabili iu questa Corte, dovendo in mio nome baciare i Sñi piedi della S. V. come faccio io medesima qui col desiderio, pregando intanto alla S. V. dal Signore Dio lunghezza d'anni e felicità continua. Di Varsavia li 3 di Settembre 1658.

Di Vostra Santità

Obedientissima filia
Ludovica Maria Regina.

DXLII.

Puncta transactionis inter regis Poloniae et regis Svetiae deputatos ratione deditionis urbis Thorunensis conclusa. Nuntiat. Polon. Vol. 71.

1°. Sacra Regia Maiestas Polouiae et tota Respublica, ut clementiam suam testatam faciat tam in omnes Nobiles, quam rusticos Hollaudicos, qui ad civitatem Thorunensem confugerunt, quam singulos Regni Poloniae et Ducatus Prussiae subditos, ac caeteros omnes peregrinos et iucolas cuiuscumque conditionis ipsi sint, et partes S. R. Maj. Sueciae durante moderno bello, sicuti arma pro ipsis suscipiendo, vel in militaribus aut civilibus officiis constituti fuerint, nullam practensionem institui, sed quid-

quid ab uno vel ab altero factum vel omissum est, oblivioni traditum et perdonatum esse, ut nemini tam in personam, quam bona, statum, honorem, dignitatem vel substantias suas damnum inde evenire, sed in eundem statum et conditionem, in quo ante initum bellum constitutus fuit, eundem restitui volunt: cuicumque etiam tam Nobilibus quam ignobilibus huius Regni Poloniae et Ducatus Prussiae incolis vel exoticis libera data et concessa erit facultas in civitate permanendi, vel cum milite praesidiario discedendi, aut spatio trium mensium bona sua ei vel iis, cuicumque ipsis libitum fuerit, vendendi et modo supradicto itinere navali vel terrestri in cum locum, qui ipsis placuerit, absque omni impedimento discedendi.

2°. Quantum attinet civitatem Thorunensem, S. R. Maj. Poloniae pro se et successoribus suis eiusdem Magistratum et Communitatem, cives ac cuiuscumque status et conditionis incolas universos et singulos utriusque sexus, eadem qua olim clementia et gratia prosequetur ac tuebitur, omniumque simul anteactorum hisce clemeutissime impertitur amnestiam. Promittitque insuper vi specialis eo nomine benignissime concessi Diplomatis tam civitatem, quam etiam omnes et singulos praefatae civitatis cives et incolas circa iura ac privilegia in spiritualibus et civilibus sine ulla exceptione, in quo ante bellum fuit, statu per omnia salvos et integros conservatum iri.

3°. Quemadmodum S. R. Maj. Poloniae iam ante declaraverat nemini occasione eorum, quae trieunio abhinc circa occupationem urbis Varsaviensis acciderunt, in Illm̃um et Exm̃um Dn̄um Benedictum Oxenstirna Comitem de Korsolm et Vasta, Regni Succiae Senatorem, iuris quicquam competere, ita eadem nunc quoque repetit, praetensionemque illam tollit atque abolet. Cumque praedictus Dn̄us Comes hoc tempore, quo praesidium ex Thorunensi urbe deducitur, inde quoque decedet, liberum ipsi erit cum toto comitatu suo et domesticis, adeoque cum Ministris Regiis Sueticis omnibus et singulis, cuiuscumque illi sint nationis et ordinis, quorum circa administrationem Culmensem Palatinatus aut praesidii Thorunensis conservationem fuit, famulis undecumque oriundis, supellectili, curribus, equis rebusque omnino suis omnibus per Poloniam sive terra, sive aqua, quocumqne in ditiones Reguo Sueciae subiectas libuerit proficisci. Quod quemadmodum de memoratorum ministrorum coniugibus quoque et liberis intelligendum est, ita pari illi omues cum praesidio securitate fruentur. Operam quoque et curam interpositura est S. R. M. Poloniae, ut per terram et portus Serm̃i Electoris Brandeburgici libere transire possint, iussura praeterea ut ad asportandas res suas, quas in hac urbe et alibi in hoc Palatinatu depositas habent, tam de navigiis ipsis aut curribus et equis, quam de victu per totam viam sufficienter et sine dilatione prospiciatur. Quod si forte ex rebus suis aliquid hic relinquendum putaverint, id ipsis quandocumque et quocumque libuerit sive terra, sive aqua sine ulla praetentione, damno, mora aut molestia avchere licebit, exhibenturque in eum finem tot currus et equi, sive etiam navigia, quot usus et necessitas requisiverit.

4°. Cumque obsidionis diuturnitas proventuumque decrementum omnium facultates imminuerit, adeo ut ratio aliqua dissolvendorum publicorum privatorumque debitorum reperiri nequiverit, nemo eam ob causam circa abitum molestabitur, cavebitque autem unusquisque creditoribus suis de expediendis nomiuibus convenienti chirographa.

5°. Moneta S. R. Maj. Sueciae nomine et effigie impressa cum paris cum reliqua, quae in his oris viget, sic probitatis in pretio suo et usu relinquatur.

6°. Néque civibus incolisque Thorunensibus neque aliis, sive Nobiles ii sint sive ignobiles, cuiuscumque nationis, qui officio aliquo functi, ac servitiis S. R. Maj. Sueciae obstricti, vel partes eius secuti fuere, aut secuti insimulautur, negotium aut periculum quisquam facesset, sed iuribus suis et immunitatibus fruentur pari modo uti soliti fuerunt antea, ea etiam quae ipsis hac occasione ablata sunt restituantur. Hoc autem S. R. M. Sueciae reservat, ut omnes, qui res pecuniasque Regias versaverint et admiuistravcrint, ad rationes inde reddendas teneantur. Quocirca ipsis promittetur, ut cum Praesidio simul Mariemburgum vel alio abeant, atque quatuor septimanarum spatio ad sua huc redeant. Neque ab hac re quenquam aut ordinis aut negotiorum aut praetextus ullus excusabit.

7°. Nemo etiam siquidem Generalis maior de Bilau, neque ullus alius superioris aut inferioris conditionis praesidii officialis, vel ullus alius equestris aut pedestris miles, ob damnum in aedificia, praedia, personas spirituales vel saeculares illatum, multo minus propter debita vel promissa non servata arrestabitur aut detinebitur. Debita si quae notoria in urbe a Praesidiariis contracta sunt, ea civibus persolventur, quae vero parata pecunia solvi non possunt, pro iis debitores creditoribus suis singrapha

fidem suam obligabunt, se infra certum tempus solutoros. Nullaqu oque in alia bona mobilia bello aut alio quovis modo acquisita, equos vel alias res, cuiuscumque denominationis sint, inquisitio, revisio vel praesensio fiet. Res tamen et omnes apparatus Ecclesiarum, quae in Ecclesiis in praesentia eorum reperientur, de quibus tamen nulla inquisitio fiet, bona fide in urbe relinquantur.

8°. Tormenta omnia campestria Suetica, tum et duo mortaria, unum aeneum, alterum ferreum, et alia quatuor sex librarum tormenta cum globis aliisque pertinentibus ad devehendum necessariis, ut et pulvis tormentarius, plumbum, funes et alia ad civitatem non pertinentia, non solum libere sine impedimento dimittentur, verum etiam a parte S. R. M. Poloniae currus et equi necessarii ad praedictas res Thorunio Mariemburgum devehendas porrigentur. Quod si tanta copia curruum equorumque non suppetat, subministrabuntur a parte S. R. M. Poloniae equi currusque civium Thorunensium quotquot reperiri poterunt, qui bona fide Mariemburgo mox remittentur, aut etiam liberum erit ea, quae exportari non poterunt, in urbe relinquere, quae bona fide extradentur restituenturque quotiescumque ea repetierint, sive simul et una vice, sive per partes ea deportare voluerint, idque libere et absque refusione sumptuum. Simili modo a parte S. R. Maj. Poloniae promittitur necessarios currus, equos Praesidiariorum aegrotis et vulneratis Mariemburgum deportandis concedendos: si autem aegroti aliqui adsint, qui propter vulnus vel morbum vel defectum curruum et equorum modo deportari non possint, iis libera hospitia dabuntur et necessarius victus, singulis duae librae panis, duae librae carnis, duae mensurae cervisiae diurnae; restitutis autem ad sanitatem vel abire cupientibus salvus conductus, et currus et comitatus ad regimina eorum ipsos reducendos concedantur ad tempus requisitionis eorum officialium in eum finem remanentium, quod ultra sex septimanas non prolungabuntur a die egressionis Praesidii computando. Interea temporis obsides ab utriuque detinebuntur, donec aegroti Mariemburgum missi fuerint, et ut aegrotorum cura melius habeatur, Capitaucus, Locumtenens et inferioris conditionis officiales cum chirurgo relinquantur, quibus libera hospitia et victus porrigetur, et ii ipsi subsanationem destitutorum aegrotorum promovebunt, quorum tamen omnium speciale ante egressum praesidii registrum exhibebitur.

9°. Omnes Captivi, nempe Capitaneus equestris Taver, Capitaneus Ossowski pedestris, Commissarius Lode, Locumtenens la Passela, Adolphus Bou a parte S. R. M. Suetiae, et e contra a parte S. R. Maj. Poloniae et S. C. Maj. Maior Meier Locumtenens primus, Locumtenens Liude, Signifer Ioannes Conede, Signifer Zibaldus Hanszon, tum etiam omnes alii captivi, qui toto obsidionis tempore, vel in castra Polonica, vel in urbem capti abductique sint, et in captivitatem S. R. M. Polonicae et S. Romani Imperii exercitus, quam etiam S. R. Maj. Succiae Praesidiorum potestatem devenerunt, et adhuc sunt, neque in servitia bellica concesserunt, libera dimittentur, et ad quos pertiuent, restituentur.

10°. In maiorem et securiorem observantiam omnium supradictorum et infradicendorum articulorum haec ad nos Tractatus deputatorum manibus subscripta, et a S. R. M. Poloniae tum et Senatoribus suo et tertii ordinis nomine speciali rescripto confirmabuntur, et supra haec speciali reseripto ab exercitus Poloni Generali, tum simili rescripto Generalis exercitus Caesariani de securitate exeuntis praesidii cavebitur.

11°. Praeterea obsides a S. R. M. Poloniae Generosus Adamus Biskupski Capitaneus Vielunensis, et Generosus Nicolaus Comes de Ostrorog Capitaneus Garuoliensis dabantur, qui mox Mariemburgum mittentur, qui eo momento cum Mariemburgum pervenerint, id a Gubernatore vel Commendatore Mariemburgensi, Commendatori praesidioque Thorunensi significabitur, atque post eam significationem et curruum èquorumque subministrationem porta veteris civitatis interna ac externa Praesidio peditum S. R. M. Poloniae obtinenda tradetur, sub hac conditione, ut nemini intrandi facultas concedatur sine schedula a Commendatore Generali maiore de Bilau subscripta, neque exeundi sine schedula S. R. M. Poloniae officialis ad portam ad praesens excubantis. Post biduum autem, computatis noctibus, notitia obsides Mariemburgum devenisse data, totum Praesidium urbe secundum conditiones supra et infrascriptas excedet. Obsides quoque vicissim a Commendatore praesidii Generosus Benedictus ab Halten S. R. M. Sueciae Colonellus, et Generosus Leonardus Bok ciusdem Maiestatis Sueciae Vice-Colonellus in castris Regiis sistentur, qui pro reditu obsidum cavebunt, et Thorunii detinebuntur, medio itinere postea cum Regiis Polonicis permutandi.

12°. Praesidii Commendatori Generali maiori de Bilau, et caeteris omnibus tam superioris, quam inferioris conditionis officialibus, auditori maiori civitatis et artileriae ministris, caeteris quoque equitibus, dragonis et pedestribus ad praesidium hoc pertinentibus militibus, de supremo ad infimum

usque liber et securus discessus cum vexillis pedestribus et equestribus expansis, tuba, timpano et fistulis sonantibus, superiori et inferiori armatura, ardentibus funibus, globulis in orc et bombardis paratis in quemcumque modum quam honoratissime armari possunt, tum quoque cum uxoribus, infantibus, servis, famulis, aurigis, pueris et ancillis, aut in quam deuomiuationem venire possunt, ac pertinentibus curribus alias bagage, tota suppellectili et substantia absque ulla visitatione discederc concedetur. Caeteris quoque S. R. M. Sueciae officialibus et Ministris Thorunii commorantibus ad Praesidiarios non pertinentibus eadem cum tota eorum suppellectili ac substantia discedendi facultas datur.

13°. Praesidiariorum Commendator Generalis maior de Bilau, omnes superioris et inferioris conditionis officiales, auditor maior civitatis, et omnes artileriae ministri, similiter cquites, dragoni et omnes pedites de supremo ad infimum usque ad Praesidiarios pertinentes, et eorum uxores infantes, famuli, servi, aurigae et pueri, ancillae et quocumque nomine appellari possunt, cum pertinentibus curribus, equis et rcbus quibuscumque a S. R. M. Poloniae militibus Mariemburgum deducentur. Qui milites ad salvum conductum sufficieutes praedictum praesidium comitari, et adversus quosvis Polonicos exercitus et Caesareauos, Brandeburgicos, Gedanenses, Kosacos Tartarosque tueri et ad ultimum defcndere tenebuntur. Pro eius salvi conductus securo reditu a praesidii Commendatore idoneis obsidibus datis cavebit. Nimia quoque celeritate itineris non cogentur, sed ad maximum duo miliaria singulis diebus absolvent, liberum quoque ipsis erit ad tertiam diem, vel subveniente tempestate et intemperie aut iis interclusis in locis ad pernoctandum accommodatis pro requie querenda commorari, ubi liberali hospitio et victu tam pro hominibus quam equis necessario provisi erunt. Ductum autem itineris eum sequentur, qui illis a Commissariis S. R. M. Poloniae monstratus fuerit, liberum eidem erit, quo voluerit in viciua loca fortalitiaque in potestate S. R. M. Sueciae existentia iutra quatuordecim dies ab adventu Mariemburgum ciusdem oraesidii abscedere et transgredi cum omni a S. R. M. Poloniae, cuius gratia etiam obsides Regii ad eandem diem detinebuntur.

14°. In exercitibus et praesidiis, quae hoc discedens praesidium praeteribit, sub poena gravi vetitum erit nullum discedentium militem conscribere, vel alio quocumque modo abstrahere, sive in servitio S. R. M. Poloniae, aut S. C. M. aut Serñi Electoris Brandeburgici ipse antehac fuerit vel non fuerit, vel ex servitiis, quae antehac substinuit, cuiuscumque nominis, conditionis aut nationis discesserit. Si quoque aliquis equitum, dragouorum vel peditum officialis, aut officialium servus, cuiuscumque conditionis, aut nationis vel religionis ipsi sint, et in egressu vel post egressum praesidii servitia sua deseruerint vel aufugerint, ipsi ad instautiam suorum officialium in quocumque loco inventi fuerint, restitueutur et secundum tenorem iurium militum puuiantur.

15°. Si post hos tractatus subscriptos et ratificatos tam in urbe, quam itinere petulantia aliqua domus incendendo vel spoliando exerceatur, aut ullum aliud delictum perpetratum fuerit, tum neque Generalis maior de Bilau, neque ullus alius Officialis nomine mandato eorum subiectorum pro illato damno respoudeat, sed quilibet apprehensus delinquens iudicio, cui subiectus est, extradetur, etiam secundum tenorem articulorum militaris iustitiae rigorose punietur.

16°. Cum hic quoque Thorunii diversac facmiuae commorentur, quarum mariti praesentes non sunt, ipsis tamen etiamsi earum mariti ad hoc praesidium non pertinent, in primis coniugi Domini Generalis maioris Korycki cum virginibus, ministris, famulis, aurigis, puellis, ancillis, curribus, equis et tota sua substantia discedeudi facultas dabitur. Si autem unius vel alterius conditio non ferat modo discedere, illis liberum erit usque ad tempus ipsis accommodatum commorari, et cum ipsis abire si placuerit cum sufficienti comitatu, cum omnibus pertinentiis domesticis et tota suppellectili comitabuntur, et salvae eo, quo praesidium deductum fuit, deducentur.

17°. Si aliquis praesidiariorum discedentium ex rebus suis aliquid deponere vel oppignorare necessitate ductus fuerit, ei conceditur hoc data occasioue iu usum suum vel vendere vel recipere, in quem eventum literis salvi conductus munieutur.

18°. Cum etiam Principum, Comitum, Nobilium et ignobilium, tum ctiam diversorum officialium cadavera hic Thorunii relinquenda sint, et in locis, ubi iam deposita sunt, iutacta et inviolata permanebunt, usque dum S. R. M. Sueciae, vel Serñus Princeps ea aliorsum deportari, vel terrae demandari providebit.

19°. Antequam praesidium excesserit, prius Commeudator Generalis maior de Bilau in manu Commissariorum Polonicorum extradi curabit reliqua tormenta remque armamentariam.

20°. Promittit praesidii Commendator, se urbem bona fide tradere velle, neque ullos suppositos cuniculos, aut alium dolum periculumque subesse, quod non demonstretur.

21°. His transactis articulis subscriptis, omuis hostilitas cessabit et sublata erit, quaecumque in his transacta sunt, ea bona et sincera fide ac verbo Regio tenebuntur, et ubi notitia de obsidibus Mariemburgi receptis ad praesidii Commendatorem pervenerit, exinde urbis veteris civitatis externa et interna porta tradetur militi pedestri S. R. M. Poloniae obtinenda sub conditione Art. xi. dicta. Interea in nullo loco alio quisquam ipsomet vallo, muris munitionibusque urbis propius appropinquare, ut nec accessus ab extra promovere vel intra urbem fortiora propugnacula reddere. Et si supradicta in Art. viii. tormenta et res armamentaria cum quacumque suppellectili ob defectum equorum per terram deportari non possunt, S. R. M. Poloniae itinere navali ea Mariemburgum mittere curabit ad primum S. R. M. Sueciae requisitum, idque libere et absque refusione expensarum.

22°. In cuius rei fidem haec ab utraque parte deputatis Commissariis transacta et conclusa propriis manibus subscripta, et sigillis firmata sunt. Dabantur in Castris ad Thorunium die 23. Decembris Anno Domini 1658.

(L.S.) Ioannes Andreas Morstin Regni Cancellarius et Colonellus S. R. M.
(L.S.) Vladislaus Rey de Nagowice Serñae Reginae Cancellarius.
(L.S.) Bartholomeus Reuthenfeltz S. R. M. Secretarius manu propria.
Ericus Dracor S. R. M. Colonellus.
Benedictus ab Halten S. R. M. Colonellus.
Fridericus Tunder S. R. M. Sueciae Auditor.

DXLIII.

Pacta Hadiacziensia a Coeachis in summum Ruthenorum catholicorum damnum vi et minis extorta. Litterae et protestationes regis, episcoporum utriusque ritus ac nonnullorum procerum contra eadem pacta.
Nuntiat. Polon. Vol. 72. fol. 185.

Inter pacta quae dicuntur inita cum Kosacis sub Hadiacz 16. Septembris 1658. leguntur inter alia infrascripta, quae tamen hic aliquo modo reformata fuere, iurataque die 22. Maii 1659.

1.) Religio Graeca antiqua haec et talis, cum quali antiqui Rutheni ad regnum Poloniae accesserunt, ut penes suas praerogativas et ritus suos permaneat, quousque attingit lingua gentis Ruthenae in omnibus civitatibus, oppidis, castellis tam in Regno Poloniae, quam in Magno Ducatu Lithuaniae. Similiter in Comitiis, exercitibus, tribunalibus, non modo in Ecclesiis, sed publice in processionibus, in visitatione infirmorum cum sacra Synaxi, sepultura mortuorum, in omnibus denique ita sicut ritu suo libere et publice utitur ritus Romanus. Eidem Graecae religioni datur facultas liberae erectionis ecclesiarum, religionum, monasteriorum, tam novorum quam antiquorum renovationis et meliorationis.

2.) Quod attinet ad Ecclesias et bona antiquitus pro Ecclesiis religionis Graecae antiquae fundata, penes haec remauere debent Graeci antiqui orthodoxi. Quae Ecclesiae post praestitum publicum iuramentum fidelitatis per Praefectos legionum, aliosque Primates Exercitus Zaporoviensis in spatio dimidii anni tradentur per Commissarios ab utrinque destinatos. Huic autem fidei, quae est contraria fidei Graecae orthodoxae, quaeque discordias inter Romanam et antiquo-graecam gentem auget, nemo e statu spirituali et sacculari, Senatorii et Equestris, Ecclesias, monasteria, fundationes erigere et augere tam in bonis spiritualibus, quam in Regiae Maiestatis, nec non in propriis haereditariis quoquo modo debet, et vigore huius Commissionis non debebit perpetuis temporibus. Romanae vero fidei in Palatinatibus Kioviensi, Braclaviensi, Czernikoviensi liberum exercitium conceditur. Domini autem saeculares tam haereditarii, quam Officiales Regiae Maiestatis ritus Romani nullam iurisdictionem habebunt supra spirituales, saeculares et Religiosos ritus Graeci praeter debitum Pastorem. Et quoniam in mutua patria mutuae praerogativae et ornamenta mutua ad utrumque ritum pertinere debent, idcirco Pater Metropolita Kioviensis nunc in posterum futurus, cum quatuor Episcopis Luceoriensi, Leopoliensi, Praemisliensi, Chelmensi et quinto ex Magno Ducatu Lithuaniae Mscislaviensi iuxta proprium cuique ordinem in Senatu consedere debet, cum tali praerogativa et libero vocis usu, cum quali in Senatu sedent Illmi Dñi Spirituales ritus Romani, locus tamen Illmo Patri Metropolitae post Illmum Archiepiscopum Leopoliensem, Episcopis vero post Episcopos suorum districtuum assignatur.

3.) In Palatinatu Kioviensi Dignitates Senatoriae non debent conferri nisi Nobilibus Graeci ritus capacibus horum officiorum. In Palatinatibus tamen Braclaviensi et Czernikoviensi eaedem Senatoriae Eminentiae alternatim conferentur, salvo iure possessorum praesentium.

4.) Ut autem amor mutuus crescat in civitatibus Regni et M. D. Lithuaniae, ubicunque ecclesiae ritus Graeci erunt, aequali passu cives tam Romani quam Graeci mutuis libertatibus immunitatibusque gaudere debent, nec Graeca religio ad magistratum obex esse potest.

5.) Academiam Kioviae concedit S. R. Maiestas et Status Coronae erigendam, quae Academia talibus praerogativis immunitatibusque debet gaudere, qualibus gaudet Cracoviensis Academia, cum hac tamen conditione, ut in dicta Academia nulli existant Arianorum, Calvinistarum Lutheranorumque Professores, Magistri et Studiosi. Ne vero inter Studentes et Scholares ulla dissidii sit occasio, omnes alias scholas, quae prius in Regno erant, alias transferre iubebit Sacra Maiestas.

6.) Aliam praeterea Academiam concedunt S. R. Maiestas et Status Regni in M. D. Lithuaniae ibi, ubi pro ea commodus locus providebitur, quae similibus ac Kioviensis gaudebit legibus et libertatibus, sed tali quali Kioviae est erigenda conditione, nec similiter in ea intersint Arianorum, Calvinorum Lutheranorumque Professores, Magistri et Studentes. Ubicunque autem haec statuetur Academia, ibi nulla alia Studia perpetuis temporibus erigentur.

7.) Gymnasia, Collegia, Scholas et Typographias, quantae erunt necessariae, citra difficultatem erigere liberum erit, et libere studia exercere, et libros imprimere omnes in controversiis Religionum, sine tamen laesione Maiestatis Regiae et absque scommatibus adversus Regem Serenissimum.

All' Illño e Rño Monsignor Nunzio Apostolico.

Illño mio Padrone. In hac opinione semper fui, non disputar della precedenza nel Senato coi Vescovi Greci, ma simpliciter non ammettergli. Ho travagliato per diversi mezzi e istromenti, tra gl'altri per il Signor Fetera; finalmente è riuscita l'operazione, et i Vescovi Greci s'inchinano (et han mezzo concluso) à ringraziare Sua Maestà dell'honore, et à contentarsi stare come prima senz'haver i luoghi nel Senato, non essendo ciò conveniente alla professione loro religiosa e Monacale. Le raggioni con le quali gli ho fatto persuader tutto, dirò à bocca à V. S. Illña; adesso si rallegri V. S. Illña, quia haec omnia debentur foelicitati et paternae sollicitudini Illñae Celsitudinis Vestrae, cui deosculor manum come

(Varsavia 19 Aprile 1659.)

Suo Servo e Capellano
Il Vescovo di Luceoria.

Illño mio Padrone. Ogni giorno si lavora nell'accommodar il punto della S. Unione. I Signori Politici s'havevano attaccato à quella massima, ch è lecito (saltim al Papa) immutare ritus. Ma io con vivi argomenti dimostrai, che à noi non convienc di far queste dispute: Utrum Papa possit hoc vel illud? Nostrum est nella persona del Pontefice venerari Supremam Maiestatem et Vicariam Numinis iurisdictionem. Parlando però di quel ch'è, et non parlando di potentia Papae absoluta, vedo che 'l Santissimo no 'l farà.

1°. Perche vede che à questo voler trasmutar i Riti concorre la malizia de Scismatici, che pretendono questa trasmutatione per l'odio e rabbia contro la S. Unione, alla quale malizia et odio non può concorrere mai nè approvarla etiam indirecte Papa. Cosi non concede nè dispensa ai Laici di communicar sub utraque specie, ancorche integrae nationes toties supplicassent Sedi Apostolicae, promettendo la lor conversione alla vera Religione se ciò gli si concedesse.

2°. Perche la Chiesa è circumdata varietate, alienigena et Tyrus et populus Oethiopum hi fuerunt illic. La diversità de Riti è grand'ornamento e bellezza della Chiesa. Il Rito Greco est institutum Apostolicum, non tolletur per Sedem Apostolicam.

3°. Dove andaranno tant'animi di semplici, i quali apprehendunt magis externa et caerimonialia quam intrinseca fidei. Dove andranno i Preti Greci, i quali sono ammogliati, come transibunt ad sacerdotium latinum.

4°. È stata sempre cautissima la S. Sede nel conceder petita Graecorum. Basilius Imperator Orientis haveva mandato al Papa Giovanni XX. che permettesse, ut Ecclesia Orientalis haberet titulum Ecclesiae Universalis, saltim in suo territorio: minacciando che se Sua Santità no'l concederebbe era pronto à disunirsi dalla Chiesa Romana. Non li è stata conceduta mai tal'cosa, resistentibus Episcopis Italis et Gallis, i quali co'dottissimi libri han mostrato incongruentiam petiti. Non credo dunque che

i nostri Signori Senatori secolari si voglino appiglar più à questa speranza della dispensa Romana. Parleremo poi de beni, ma prima accommodandum est punctum primum Unionis. Non ho più tempo à scriverli più, restando per sempre (Varsavia) 9 Maggio 1659.

Di V. S. Illma e Rma

Obligatissimo servo
Il Vescovo di Luceoria.

Beatissime Pater et Sanctissime Domine, Domine Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae. Ad vocem Pastoris excitamur, dum a S. V. Pastoralis officii admonemur. Nec tamen ea vox dormientes invenit, quae ad pervigilem iusidiantemque furem vigilare ab antiquo praecustodivit. Quo enim decumanis ab eo fluctibus iactari avidius navem nostram videmus, eo attendere nobis et universo gregi impensius Servatoris Nostri praecepto edocemur. Inde est, ut cum praesenti attritae Reipublicae nostrae motu Schismata inconsutilem Ecclesiae vestem scinderc presumerent, tantum illius integritati providere voluimus, quantum et praecustodita conscientiarum integritas, et totius corporis permittere patique voluit magna iam partc consumpta sanitas. Magna spe e caelo erecti illius ad nostri couservationem non defuturam gratiam, cuius opportunam tempore suo experti sumus clementiam Qui etiam mora et patientia sanat, quae ipsa adversariorum consumit temeritas. Daturum non dubitamus diligentiae nostrae ac totius collegii humilium Sanctitatis V. Sacellanorum Illmum et Rmum Dominum Nuntium Apostolicum congruum testimouium, cuius circa conservationem Sanctae Unionis Ritus Graeci sedulam curam venerati sumus, et eiusdem scitu et consilio arduo huic negotio operas nostras impendimus. Caeterum Deum Maximum demisse precamur, ut possidendo componendoque in caulis suis universo orbi nominis Sanctitatis Vestrae excipiat foelicitatem, ac eidem ad multos annos tribuat perennitatem. Cuius iterum beatos devotissime osculamur pedes. Dabantur Varsaviae die 30. Maii 1659.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus servus et exorator
Venceslaus Archiepiscopus Gnesnensis.

Nos Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Poloniae et M. D. Lithuaniae et annexarum Provinciarum iufrascripti notum facimus, qualiter cum in moderuis nostris Regni generalibus Comitiis omnibus Regni nostri Ordinibus propositum, et ab iisdem requisitum fuisset, ut Pacta quaedam nuper per illustres viros Senatorii Ordinis Sacrao Regiae Maiestatis ac Reipublicae Commissarios ad pacem inter Polonam, et militiam Zaporovianam reliquamque Russiae gentem sancieudam et stabiliendam anno superiori 1658. mense Septembris coudita generali cousensu Ordinum et totius Reipublicae ratihabitione, lege atque etiam iureiurando firma et perpetuum robur habitura decernercntur: Nobis eadem illa Pacta penitus iuspicientibus, post collata saepius in communc cousilia, habitasque frequentes et graves de re tanti momeuti deliberationes, et auditis etiam aliorum doctorum senteutiis, non immerito visum fuit postulari a nobis aliquid cum diviuis humanisque legibus, ut tum aliis Catholici nominis amatoribus, tum in primis nobis ex officio divini honoris, et iurium Ecclesiae in hoc Regno custodibus et defensoribus neque ius, neque fas sit apponere calculum nostri consensus, ratihabitionis, approvationis, legis atque iuramenti.

Praecipuum quod importuno et infesto Schismaticorum studio agitur est, ut Sanctissima nonnullorum ritus graeci Episcoporum et populorum cum Romana Ecclesia Unio, quae ab annis circiter 60 suo primaevo vigori et honori in hoc Regno feliciter restituta florere, et louge lateque per Provincias Russiae propagari coepit, aboleatur, et quotquot sunt gracci ritus Uniti Episcopi exauctorentur, officiis, honoribus, ecclesiis, iurisdictione, omni animarum cura, bonorum possessione et usu priventur, Clerus saecularis et regularis proscribatur, omnes publico devotionis exercitio interdicantur, novarum crcctionum, fundationum, dotationum, provisionum decernantur incapaces.

Haec agi, scribamus, a quibusdam Sanctae Uuionis osoribus, notavimus tamen in hoc negotio singularis quoddam divinae providentiae artificium, quo factum est, ut in toto contextu praeteritorum Pactorum, quem ipsimet adversarii suis verbis conceptum scripto mandarunt et Ordinibus approbandum obtulerunt, nullam omnino feceruut expressam mentionem Unionis vel Unitorum, nullae suae factionis, quae se ab Unitis sufficienter distinguerent: sed se quidem et suum populum, quem nos Schismaticum vel Disunitum appellare consuevimus, intelligi voluerunt nomine Ecclesiae auctam, iuclytam, orthodoxam ritus graeci Religionem profitentis, liberae ab omni novitate, et humanis inventis, et peregrinis addita-

mentis: Unitos autem et Unionem significare voluerunt nomine novae Religionis et inventionis humanae, et divisionis ab orthodoxa Religione et seditiosae factionis, quae semper in Regno totaque Russia fuerit causa tumultuum, seditionum, bellorum, et multae effusionis sanguinis.

In quibus loquendi formis, siquidem manifeste abutuntur verbis, suum videlicet Schisma et haeresim appellando vetustam et orthodoxam ritus graeci Religionem, Unionem autem seditiosam factionem, censuimus nos non teneri obsequi illorum perverso et erroneo sensui, amplectendo eam, quam illi temere vocibus affingunt adscitiam, et falsam et rebus ipsis dissentaneam significationem: sed fas nobis esse duximus insistere naturali et verae vocum significationi, firmumque et ratum haberi volumus nomine avitae et orthodoxae ritus graeci Religionis significari eam, quae est Unitis propria, nomine autem novae et seditiosae factionis significari eam, quam sectantur Schismatici.

Quare quicquid gratiarum, privilegiorum, immunitatum, praerogativarum vigore istorum Pactorum nobis etiam consentientibus conceditur inclytae, vetustae, orthodoxae Religioni ritus graeci, proprium est eorum, qui Uniti sunt S. Ecclesiae Romanae: e contra quicquid sancitur et decernitur contra seditiosam noviter institutam, et ab Ecclesia orthodoxa avulsam segregationem vel factionem, in illorum recidit capita, qui ab Unione cum Romana Ecclesia sunt alieni. Quod tanto proniori voluntate admisimus, postquam ex non levi neque vana coniectura nobis persuasimus, auctores et scriptores praedictorum Pactorum bonae inter illos mentis homines studiose taliter aptasse verba, ut Pacta non sortiantur effectum, nisi in spem certam universalis concordiae, qua reducatur Unitas totius populi Roxolani cum Ecclesia Romana.

Quod si insistendum erit pravo maioris partis sensui et proposito, fatemur, omnia quae meditantur et moliuntur esse profana, nefanda, impia, quae comprobare consensu, et cooperari et sancire pactis, et firmare lege, et dare ius atque potestatem inimicis Ecclesiae, atque etiam conferre auxilium, ut deinceps quasi per ius et fas invadant Ecclesias, vim inferant Dei servis, fideles ad apostasiam vel compellant vel pelliciant, membra Christi ab eius corpore mystico resecent, patrimonium eiusdem diripiant etc. scelera sunt, quae nullo colore, nullo praetextu absolvi possunt a sacrilegiis et impietate in Deum atque homines, et enormibus innocentium iniuriis.

Haec profecto causa fuit, ob quam saepius inter Consessus amplissimorum Procerum diserte protestati sumus, quemadmodum etiam praesenti manifestatione nostra disertissime protestamur: Nos neque posse, neque velle quidquam agere vel facere, quo videamur cooperari aut concurrere ad concedendum aliquo pacto superius memorato robur, aut conferendum Schismaticis ius et potestatem ad ea patranda, quae cupiunt et intendunt, idest ad Unionem Romano-Catholicam solvendam, Episcopos Unitos exauctorandos et privandos, Clerum Unitum exterminandum, populum a libera professione Unionis arcendum, bona, quae hactenus in possessione et usu Unitorum fuerunt, Schismaticis extradenda et profananda, et similia.

Interim videmus et Schismaticorum malitiam nostra contradictione magis magisque exacui, et Catholicorum animos rerum futurarum metu in disperationem agi. Et illi quidem ab eo, quod expetere et extorquere coepernnt, ne latum unguem discedunt, minanturque arma, nisi obtineant. Hi autem certo persuasi sunt, Rempublicam hoc tempore non esse resistendo, et si praeter alia bella cervicibus nostris iam imminentia etiam Kozakorum furorem iterum contra nos provocemus, fieri non posse, quin succumbamus. Quod ipsi quoque negare non possumus. Nimis enim certum et evidens nobis est, Rempublicam bellis annorum undecim defessam, oppressam, saepius a tot diversissimarum nationum exercitibus Kozaticis, Tartaricis, Moscoviticis, Sueticis, Brandemburgicis, Ungaricis, exhaustam etiam civicis infestationibus, et quod omnium deterrimum etiam hodie trepidam praestolari in dies vim et arma hinc Suecorum, inde Moscorum. Quibus si interim socientur Kozaci suis viribus, et actuali societate Tartarorum insolentes insuper etiam spe validioris cum Turcarum Imperatore coniunctionis formidabiles, actum est de nobis, et quidem si sola esset metuenda iactura Regni terreni, et fortunarum nostrarum temporalium, sciremus nos praesertim Episcopi, omnem rem nostram terrenam et caducam posthabendam esse honori Dei, iustitiae, pietati, Religioni, sanctitati Ecclesiae. At gravius est, quod metuimus malum, quam sit abrogatio Unionis et oppressio Unitorum: nam una cum intereunte Regno necesse est, ut intereat tum ipsa simul Unio, omnisque Unitorum felicitas, tum universa per amplissimum Regnum diffusa Religio Catholica, cuius amplitudo et dignitas excedit conditionem Unionis et Unitorum incomparabili proportione. Hanc igitur Religionem Catholicam perdimus, nisi iam Kozacis etiam iniquissimis Pactis et conditionibus cito reconciliemur.

Non est profecto in potestate uostra (stante hoc rerum nostrarum statu) Unionem vel potius Unitos ex omni parte salvare: et tamen est in potestate nostra, ut praeter et contra voluntatem nostram pati aliquod Unionis et Unitorum detrimentum, reliquam quidem longe tamen maiorem Ecclesiae Catholicae partem et iunumerabilem Romano-Catholicae Religionis populum conservemus salvum et incolumem tam quoad animas, quam quoad corpora.

Illam igitur iniuriam et calamitatem Unitorum dolentes patimur, et ex vivo membrorum consensu, communique ab eodem spiritu provenieute sympathia non minus persentiscimus, quam nostram propriam: patimur tamen non sponte et volentes, sed inviti et coacti, et impotentes ad resistendum, ac proinde mere, pure permittimus, quod impedire nulla ratione possumus, et non aliter: id quod palam coram Sacra Regia Maiestate Domino nostro Clementissimo, totoque Senatorii et Equestris Ordinis circulo solemniter protestati sumus, et iterum iterumque pari solemnitate omni meliori modo et forma protestamur, et hanc ipsam nostram omnium communem sententiam, protestationem, manifestationem, declarationem scripto exoratam, et publica auctoritate munitam etiam posteris uostris notam testatamque esse volumus.

Quae ut tanto sit luculentior, profitemur equidem, nos prona voluntate acceptasse et approbasse, atque etiam nunc acceptare et approbare quidquid conferre potuit ad stabiliendam firmandamque honestam inter nos ex una, et militiam Zaporovianam ex altera parte concordiam atque pacem, ad ponenda quamprimum utrinque arma, generalemque omnium quae rebellionis tempore commissa sunt amnestiam, ad contestandam erga Zaporovianos totumque Russiae gentem Reipublicae omniumque Ordinum benevolentiam, ad confirmanda avita eorumdem privilegia, ad supererogandas novas libertates, exemptiones, favores et gratias, et denique ad concedendum eidem genti quicquid absque iniuria Dei, et laesione Christianae conscentiae concedi potuit. Caeterum ea comprobare, quae in Deum, in Ecclesiam Christi, in Clerum populumque fidelem cernantur esse impia, iniqua, iniuriosa, enormia, non erat nostrae vel potestatis vel voluntatis, atque hoc est quod protestamur, et protestari uon desistimus, nimirum de non praestito ad haec et alia consensu nostro, qui vim habuerit aut habere possit concessionis, placiti, approbationis, promissionis, contractus, statuti, iussi, vetiti, et cuiusvis ex nostra parte articuli et obligationis.

Non ergo robur habet Pactum aut Statutum: Quo I° Unitorum iura, privilegia, immunitates, praerogativae labefactantur et convelluntur, et quidquid unquam per viam gratiae a Serenissimis Regibus et Republica, aut per viam iuris et sententiam iudicum obtinuerunt, temere cassatur.

Quo II° iidem Uniti iure et possessione suarum dignitatum, officiorum, beneficiorum, iurisdictionum, cathedrarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, parochiarum, bononorum mobilium et immobilium, eorumque omnium usu et fructu privantur.

Quo III° Schismaticis confertur ius et potestas ad agendum contra Unitos, quae per violentiam et summam iniuriam agunt, aut agere parant.

Quo IV° in eosdem Schismaticos confertur possessio et usus honorum et bonorum spiritualium et temporalium, Ecclesiarum, Mouasteriorum, proventuum, utilitatum cuiusvis generis, quae olim erant in possessione Unitorum.

Quo V° iisdem Schismaticis tribuitur potestas ubivis locorum et in castris, etiam in loco Comitiorum et magnorum Tribunalium instituere publicas Processiones cum sacra Sinaxi ad aegrotantes, et solemnes suorum sepulturas, et agere quidquid agat Clerus Romanus pari libertate.

Quo VI° iisdem Schismaticis conceditur potestas erigendi novas Ecclesias, Monasteria, loca pia, et restaurandi vetera.

Quo VII° Epis Schismaticis confertur dignitas Senatoria, et praecedentia consessus in Senatu.

Quo VIII° soli Schismatici in certis Palatinatibus decernuntur capaces dignitatum officiorumque, exclusis Catholicis Romani ritus et Unitis.

Quo IX° iisdem Schismaticis in Civitatibus Regiis reservatur porta et accessus ad gerendos ubique publicos Magistratus.

Quo X° iisdem Schismaticis confertur ius Academiarum et aliarum Scholarum.

Quo XI° iisdem datur potestas edendi in lucem libros de materiis fidei et religionis controversiis.

Quo denique XII° quocumque modo, ratione et via confertur praeiudicium Primatui, auctoritati, dignitati, potestati, iurisdictioni, dominio, proprietati Sanctae Romanae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae, et eius Episcopo Supremo Christi in terris Vicario Sño Domino Nostro Pontifici Romano.

In talc igitur Statutum et Pactum non cecidit unquam nostra consensio: nam talia molientibus et armis atque vi extorquere volentibus nou contradicere, non erat voluntarie, libere, spontanee consentire; et vanum fuisset coutradieere, quousquc per impotentiam non licuit impedire: quin et temcrarium fuisset contradicere, quando praesentimus contradictioue augeri vim et malitiam, qua necesse fuit, et Unitos universalius perdi, et nos ipsos acerbius interire.

Postremo etiam illud hic commemorandum et posteritati transcribendum duximus, qualiter iidem Kosaci abusi infortunio et calamitatc Patriae nostrae a multitudine et potentia aliorum hostium oppressae, missis ad praememorata Comitia Legatis, et omnium Legionum Ablegatis magno et legationibus insueto numero, rem suam egerint: quanta violentia tum Saeram Regiam Maiestatem Dñum nostrum Clementissimum, tum Ordines Regni aggressi sint, quam turbide, importune, violenter ea omnia, quae hactenus recensuimus, extorserint, et quod iure merito acerbissimum et intollerabile visum fuit, etiam ut eadem ipsa iuramentis Regiis, Archiepiseopalibus, Episcopalibus, Senatoriis, Equestribus firmarentur, compulerint, et denique etiam invitos et renitentes, et vix invenientes viam, qua Deum innocentes conscentiae testem et suarum bonarum mentium iutcrpretem, salva conscientia et sine laesione tremendi nominis divini, invoeareut, implacabiliter eoegerint. Quae quidem intractabilis durities hominum tot nominibus Reipublicae obligatorum, et irreverentia Regiae Maiestatis, et despicentia omnium Ordinum, et aspernatio iustissimarum in contrarium rationum, et iniecta innocentibus vis atque metus, et iniusta extorsio immanem nobis visa est affcrre iniuriam dignam vindicari: coutra quam proinde specialiter protestamur.

Huius autem multiplieis manifestationis, declarationis et protestationis nostrae, ut memoria etiam in seram posteritatem non intercidat, eorum offieio ..... illam exhibuimus, et in actis publicis inferri et ingrossari postulavimus, prout etiam effective illatam et ingrossatam videmus. Ad maiorem autem fidem singuli mauu nostra subscripsimus. (Varsaviae 30. Maii 1659.)

Coram Vobis Illmo et Rmo D. Petro Vidono Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Laudensi, et Comite Smi D. N. D. Alexandri Divina providentia Papae Septimi Praelato domestico et Assisteute, ac ad Serñum Ioannem Casimirum Poloniae et Sueciae Regem Potentissimum, totumque Poloniae Regnum et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultate legati de latere Nuncio Apostolico, Ego Albertus Tholibowski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Posnauieusis compareo, et solemniter manifesto pro eo, Quomodo nuuc iu praesentibus generalibus omnium Statuum Regni Poloniae et M. D. L. Comitiis Varsaviae celebratis circa punctum approbationis Pactorum cum Cosacis, Ego pro debita mea erga Sanctam Sedem Apostolicam obedientia et reverentia, tum ex vi obligationis meae Episcopalis et Senatoriae, ut vera et saneta fides Catholica in Regno Poloniae et M. D. L. haereditaria uberius propagetur et dilatetur, non aliter in eandem approbationem Pactorum consensi, nisi ut Rutheni tam saeculares quam regulares sub obedientia Sanetae Sedis Apostolicae existentes penes suas Ecclesias, bona et iura couservarentur, et vi ac violenter eieeti spoliatique in possessionem suarum Ecclesiarum, bonorum ac iurium restituerentur et reintegrarentur, vel saltem ut per S. R. M. et Status Regni Poloniae et M. D. L. indemnitati Religionis et Eeclesiarum, bonorum et iurium eorum provideretur. Si autem extra omnem spem possidendarum Eeclesiarum suarum bonorum et iurium remanere debent, sicut coram Dño Deo et Sua Regia Maiestate, ac in presentia omnium Statuum et Ordinum Regni Poloniae et M. D. L. solemniter contra hoc punctum protestatus sum, ita et nunc coram Vestra Illma Celsitudine uti Smi D. N. D. Alexandri Diviua providentia Papae Septimi, et Sanctae Sedis Apostolicae Nuntio eandem meam manifestationem reassumo: et nisi iidem Rutheni tam saeculares quam regulares sub obedientia Sanctae Sedis Apostolicae existentes penes suas Ecclesias, bona et iura manuteneantur, aut aliquod illis et Religioni eorum inferatur praeiudicium, contra hoc Punctum solemniter iterum iterumque protestor. Datum Varsaviae 30. Maii 1659.

Albertus Tholibowski Episcopus Posnaniensis mpp. (L.S.)

NB. Similem protestationem reliqui Episcopi Latini coram eodem Nuntio singulatim emiserunt.

Sme et Bme Pater, Dñe Dñe Clementissime. His afflictissimis Patriae nostrae temporibus, antequam ex industria aliquam e gremio nostro personam nostris in negotiis ad Sanctitatem V. mittamus, praemittendum censui praesentem litterarum prodromum: per quem, devotissime prius exosculatis Suae Sanctitatis pedibus, quae in moderna Regni Diaeta contra Catholicam Ecclesiam gesta suut,

submisse Suae repraesento Sanctitati. Eo scilicet devenit infensa Catholicae Religionis hostis, Schismatica haeresis, ut cui vix serpere natura concessit, invisum coelo caput supra Ecclesiam erigere videatur. Funestum sane, nec unquam satis plorandum in florentissimo olim Patriae nostrae Regno hodie exortum est spectaculum, ut putaticium uec unquam stabile foedus cum hostibus statuatur, exitiale immensae Maiestati bellum indicitur, et dum per iniuriosam Deo concordiam Regno pax firma ereditur, ad maiores quam olim Ecclesiae Reique publicae discordias aditus reseratur. Schismatici quippe insolentibus Cosacorum viribus suffulti, nou modo Unionem Sanctam per Antecessores nostros iusigniter renovatam, per nos autem hactenus conservatam radicitus e Regno exturbare omnibus coutendunt conatibus, verum etiam Ecclesias, Monasteria, bona nostra, uosque ipsos tartareis deglutire faucibus conantur: immo si res ad aequam iudicii trutinam descenderit, Regnum libertatesque suas servili suae poteutiae subiugare haud verentur. Iuiquissima enim pacta a miuistro Sathana contra Deum, Ecclesiam Catholicam, Regnique immunitates commenta, Senatui proposita, diiudicata, votis publicis eomprobata robur suum, utinam brevi cnervandum, non ita pridem acceperunt: ubi illud inter caetera doloris praecipui materies est, quod novas Ecclesias erigere, Monasteria fundare, antiqua innovare, ampliare, meliorare prorsus prohibemur, ad ultimum rei nostrae exterminium. Et nuper Serñus Rex, Primates Reipublicae, exercituum Duces, Cancellarii, caeterique maiores Regni Proceres improba haec eorum adinventa publico eoque inusitato iuramento comprobarunt. Quarum rerum copias iam scio Sanctitati Vestrae ab Illño Nuntio esse transmissas. Iamque futurorum malorum persequutionumque nostrarum exordium in praesentis Diaetae epilogo experimur, dum Episcopatus nostros, et omnia Monasteria Unioni Sanctae quasi haereditaria, contra omne ius et fas violeuter e manibus eripi cernimus, publicas privatasque iniurias communibus adversariorum despectibus et cachinnis exponimur. Quid plura? Nos Unitos Pastores ad omnium temporalium iacturam, nobis concreditas millenas et millenas Christi Servatoris oviculas ad interitum declinare, haud obscurum est. Nos certe cum Illño Nuntio partes Unionis Sanctae totis tuebamur conatibus, toto Comitiorum tempore Varsaviae degeutes, substantias nostras consumentes, oportune et importune sollicitantes tum Regem Serñum, tum omnes Regui Proceres: huius rei causa vitam nostram cum sanguine Christi amore exponere prompti paratique fuimus. Sed heu tota noete laborantes uil caepimus, Deo meliora pro sua Ecclesia ad successiva tempora reservante. Quoniam vero Admiuistratoris officium in spiritualibus plurimum confert ad bonum regimen et Unionis Sauetae propagationem, idcirco enixe peto, ut ad temporalem a Rege Serño mihi collatam potestatem, spiritualem Sua Sanctitas applicare dignetur per breve Apostolicum. Ob defectum euim illius plurima experior inconvenientia multorumque inobedientiam, neque possum ita uti decet extendere regimen mihi a Sua Sanctitate, et Sacra Congregatione Propagandae Fidei nuper declaratum. Sicuti et recenter ab eadem Sacra Congregatione demandata mihi in puniendo quodam excessivo, ob defectum in spiritualibus, praecluditur executionis via. Et quod maximum est verendum, ne in hac revolutione Regni successio depereat. In reliquo magna mihi cura est confirmandi fratres meos debiles, ne tantae succumbant calamitati, maxime vero si ad honestam eorum sustentationem spes et modus deficiant: quem etiam ut Sua Sanctitas porrigere dignetur, humillime supplicans, Sanctissimos Vestrae Sanctitatis pedes devotissime exosculor. Varsaviae die ultima Maii Anno 1659.

Sanctitatis Suae

Humillimus cliens et servus
Gabriel Archiepiscopus et Administrator Russiae mpp.

DXLIV.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut nominatos episcopos Samogitiae, Valachiae et Culmensem confirmare velit.
Litt. Princip. Vol. 85. fol. 85, 102 et 138.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V. meique ac Dominiorum meorum humillimam commendatiouem. Fatalis Rūdi olim in Christo patris Petri Parcewski Mednicensis et Samogitiae Episcopi integerrimi, Senatorisque prudentissimi occasus non exiguis amplissimum Regni mei Senatum, iu hac praesertim conspiratarum contra Regna mea adversitatum caligine, offunderet umbris, nisi illas lucidissimarum virtutum Rūdi Alexandri Sapieha Episcopi Suffraganei et Praepositi Vilueusis, necnon Referendarii Magni Ducatus Lithuaniae dignissimi nativus dissiparet fulgor. Tanta enim divinarum ac humanarum scientiarum, vitae integerrimae cum vetustissima magnisque titulis illustrissima stirpe coniuncta, nec non clarissimorum in Patria meritorum huius viri

resplenduit gloria, ut in eo ad sublimiorem Ecclesiasticae simulque Senatoriae functionis gradum promovendo et divina et humana concurrerint suffragia. Quibus et ego praedeliberato iudicio meo subscribens, eum viduatae Ecclesiae Mednicensi et Samogitiae Pastorem nominatum Senatoriaeque dignitati adscriptum S. V. confirmandum praesento, maiorem in modum rogans, ut et nominationem hanc meam ratificare, et ipsius tantae claritudini paterni favoris sui lumine arradiare, nec expensarum circa expeditionem sacrorum diplomatum, quibus recepto more redimendis modernis bellis devastatus non sufficit Episcopatus, benignam rationem ac solitam erga Regni mei incolas benevolentiam habere dignetur, praestitae gratiae fructum ex meo filiali obsequio et ipsius perpetuo debitae venerationis cultu non inserenum semper receptura. Cui diurnum ac foelix imperium in hac suprema Sede humillime voveo. Datum Varsaviae die tertia mensis Maii Anno Domini MDCLIX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum S. V. meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Cum Rūdus in Christo Pater Mathias Kurski de ordine sancti Francisci Minoris Observantiae Episcopus Bachoviensis in Valachia ob adversam valetudinem, speciatim vero arteticos dolores et paralisim, qua tactus est, obeundo muneri Episcopali in tam remotis a Regno meo partibus par non esset, cumque Episcopatum libere in manus meas, cuius collatio mihi competit, libere resignasset, summopere me pro munere meo Regio esse sollicitum, ut praefato Episcopo eiusmodi successorem substituerem, qui iis, quae ad tam sublimem requiruntur Episcopalem dignitatem, virtutibus conspicuus, utilem Ecclesiae Dei posset navare operam. Talem quoniam Religiosum Patrem Athanasium Rudzienski eiusdem ordinis sancti Francisci Minorum Fratrum de observantia, virum praeter vetustam generis in Regno meo nobilitatem, doctrinae et virtutum ornamentis insiguem, et quod vel maxime huc pertinet, ardenti erga Domum Dei decoremque illius zelo praeditum plusquam compertus habemus, eum uti muneri huic parem nomino, et S. S. confirmandum propono, maiorem in modum rogans S. V., ut et nominationem hanc meam ratam habere velit, et solitas circa expeditionem bullarum expensas eidem condonare dignetur, siquidem nullos exinde redditus capere, praeter solum ductus zelo maioris gloriae Dei impendere non poterit laborem. Quam supplicationem meam dum a S. V. benigne admittendum spero, eidem diuturnum ac foelix iu hac suprema Sede imperium humillime voveo. Datae Varsaviae die XIX. mensis Iunii Anno Domini MDCLIX. Regnorum meorum Poloniae XI. Sueciae vero XII. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum S. V. Regni mei reique simul Ecclesiasticae status tristi hac bellorum iniuria afflictus prostatusve non dolorem tantum, sed curam meam excitat, ut relevandis quantum licet calamitatibus, restituendo templorum nitori, fidei Romanae Catholicae iu provinciis meis conservandae Regio officio provideam. Sed nulla imperii et ditionum mearum pars aut portio varietate, et magnitudine malorum Episcopatum Varmiensem facile anteiverit. Occupatus ille insessusque ad hunc diem praesidiis haereticorum, quicquid hostilitas vel insolentia haeretica valuit, toto inibi siuo effudit: acciti Lutheranae pravitatis propagatores, sacerdotes Catholici oppressi vel disiecti, spoliata delubra, fana profanata, veteres coloni artibus aut potentia degeneres, vel iniuriis et gravitate ouerum vertere solum, haereticamque Ducalis Prussiae in viciniam demigrare adacti, intenta malefidorum opera, et nobilis ille fundus ab Ecclesia Romana avulsus tanquam ramus sine arbore exarescet, vel postremo in terram alienigenarum spinas et vepres germiuaturus transplantaretur. Multum vero positum esse in Episcoporum virtute, probitate, constantia, olim atque recens experiendo didici. Quibus nominibus atque ornamentis longe effulget Rūdus syncere nobis dilectus Stephanus Wydzga Episcopus Luceoriensis. Claritudo viri notior est, quam ut multis commendari egeat apud S. V.; non enim in umbra et otio, sed publica in luce praeclaras animi dotes exercuit probavitque piae memoriae Serño Fratri meo Vladislao Regi, mihique plures per annos a concionibus plane os populi meruit, et cedro digna locutus. Admotus deinde publicis officiis Referendariatus primum, mox Secretariatus Regni, palmam ubique obtinuit sublimis eruditionis, gravissimae facundiae, magni et

inconcussi animi, gesto deinceps prudenter et pie Episcopatu Luceoriensi dignus apparuit, cui difficilior provincia gerendi et conservandi Episcopatus Varmiensis nominatione mea Regia deeernatur. Porro ut S. V. paterno erga rem Christianam dictamque Eeclesiam Varmiensem affeetu ac benevolentia innata mihi annuere, atque in condonatione sumptuum expeditionis favere viro stirpe et ingenio nobili dignetur, maiorem in modum rogo. De caetero S. V. diuturnum Pontifieatum ex animo precatus, me Regnaque mea paternae Sanctitatis V. benedictioni humillime commendo. Datae Varsaviae die xx. mensis Iulii Anno Domini MDCLVIII[I].(i.e.1658.)

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DXLV.

Idem rex pontifici nuntium apostolicum impense commendat, petitque, ut purpura condecoretur. Ibidem fol. 119.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V., mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Prodit tandem votis optimi euiusque dudum anhelata, ipsi iustitiae morigera, Vestrae vero Sanetitati cum primis gloriosa supplex mea interpellatio pro Rño Epo Laudensi Petro Vidonio, S. Vestrae apud me Nuntio. Quid vero petam, quamvis ipse reticuero, dictabit S. V. ingenita benignitas et accepta supremae potestatis reflexio, quae neseit aliter nonnisi ex eondigno merita praemiari. Porro quanta illa sint et qualia, loquitur diffieillimus Regni mei per haec ipsa tempora status, qua tempestate praedietus Rñus Episcopus Laudensis Apostoliea fultus eonstantia non trueulentos Martii furoris impetus, non praesentissima vitae perieula exhorrescere, non gelidi axis intemperiem et castrensia deelinare ineommoda, sed ubique suo, ubique nostro litare offieio, et quod potissimum laudandum S. V. paternam adumbrare euram, quam ipsius elemcntia e coelestis promptuarii penu afflietae Christianitati uberrime dispensat. Nec unius messis hi labores fuere, sed continuato sexcnnio indefessa illius enituit sollieitudo, ut catholicum Regnum a tot infernalibus undique oppugnatum furiis iam labascens, et tantae moli aerumnarum impar illius Petrae, quae in aeternum non commovebitur, virtute solidaretur. Hine eximia soliditate magnae pietatis et doctrinae adminculis adornata, nutantes plurimorum animos ad fidei et offieii metas revoeavit, alios muneris sui nec dum immemores ad sustenenda fortiter adversa roboravit, mihi ipsi permagno extitit solatio, cernenti utique tam insignem sacrae fidei et Eeclesiasticae dignitatis assertorem. Quibus uti Regalem meam fortunam utiliter obsecundavit, ita meruit, ut eidem Regalis Sacerdotii purpuram demisso meo apud S. V. adstruam suffragio. Et quamvis non addubitarim, eandem S. V. suopte genio ad munerandas virtutes prono, id honoris et premii exantlato illius ministerio maturare, tamen vel hoc ipso meriturum me de Pontifieia S. V. Maiestate existimo, si testatum orbi fecero, illos neutiquam remotis etiam gentibus probari non posse, quorum Apostoli oraculi delectus eensuram fecerit. Sed et ipsa iustissimae aequitatis postulat ratio, ut is, qui tantopere in procuranda Poloniae salute, Sanetae Romanae Ecclesiae, atque adeo totius Reipublieae Christianae commodo desudavit, Cardinalitiam exinde referat dignitatem, insigne S. V. in praemiandis virtutibus testimonium, meae vcro filialis in Sanetam Sedem subieetionis ae observantiae perpetuum auetoramentum. Atque uti humillimis meis idipsum eongemino preeibus, ita S. V. longaevam incolumitatem et felieissimum Orbis Christiani regimen a Deo Ter Maximo devotus cxopto. Dat. Varsaviae die v. mensis Iulii Anno Domini MDCLIX. Regnorum meorum Poloniae XI. Sueciae vero XII. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obseqentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DXLVI.

Episcopus Valachiae supplicat pontifici, ut resignationem suam probare, et successorem suum a rege nominatum confirmare velit. Nuntiat. Polon. Vol. 72. fol. 251.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissimc. Post oscula pedum S. V. Toties Beatitudinis Vestrae Supremam adoro Sedem, et ea qua possum maxima devotione Maiestatem veneror: ad euius provolutus pcdes per eius amorem, qui aeterno praest ovili, et Sanctitati V. in Ecclesia militante veram concedere dignatus est in Sede Petri successionem, supplico, quatenus S. V. specialem adversae valetudinis meae habcndo rationcm, ab onere residentiae in Episeopatu Valachiae me elibcrare, et meam in manus S. S. resignationem spontance et delibcrate factam recipere dignetur: paralysi etenim tactus

et arteticis summe debilitatus doloribus obire munus Pastoris in tam remotis partibus non valeo. Cum vero penes supra nominatas Ecclesias ex ordine S. Francisci a Sanctissima Sede Apostolica fratres Epi ereati per longam annorum seriem strenue in vinea Dei laboraverint, ac Scrīnus Rex Poloniae Dominus meus, cui collatio a Sanctissimis Sanctitatis V. Antecessoribus concessa est, S. S. Religiosum patrem Athanasium Rudzinski ordinis Minorum Regularis observantiae, multorum annorum professum, virum pietate et doctrina conspicuum, ac sane obeundo huic muneri parem proposuerit: iteratis vicibus S. V. pedes deosculor, rogans, ut S. S. admissa mea resignatione et cessione quo ad locum solummodo, praedictum Religiosum fratrem Episcopatui Valachiae praeficiendo, meam eliberare conscientiam, illique populo sine residente Pastore afflicto providere velit. Cum Residentia Episcopi ex Polonis assumpti huic genti semper gratissima, et Reipublicae Polonae utilissima agnoscatur, dubitationem de sufficienti secundum diguitatem meam Episcopalem provisione S. V. habere non dignabitur, quia ego coram Illmo et Rmo Dño Sanctitatis Vestrae in Poloniae Nuncio eam deducere ante formationem processus sum paratus. Negotium hoc altissimo S. V. iudicio commendo, atque me una cum pusillo grege meo totum Sanctissimis pedibus devotissime subicio. Scribebam Varsaviae in Polouia 1659. die hac 5. Iulii.

Sanctitatis Vestrae

Obedintissimus filius

Frater M. Marianus Kurski Episcopus Valachiae mpp.

DXLVII.

Metropolita Ruthenus catholicus pontifici de subsidio pecuniario sibi dato grates reddit, commendatque hospitium Ruthenorum in Urbe. Litt. Episcoporum Vol. 41. fol. 169.

Beatme Pater, Dñe Clementme. Sicuti clementis Principis est servo in necessitatibus succurrere, ita vigilantis et providi Pastoris pallantibus et derelictis ovibus opportuua providere pascua. Utrumque hoc mea a Sanctitate sua tenuissima experitur submissio. Et cum alias, tum nunc quam maxime in recenti subministrato ducentorum Ungaricorum subsidio. Cui non modo, solutione, verum etiam gratiarum actione cum ea, qua par est, non valeam respondere: illum, qui aeterna omnium est merces, ut copiosissime suae Sanctitati persolvat, exorare sieuti teneor, ita in posterum obligatum me fore promitto. Residentia ad aedes SS. Sergii et Bachi Romae, quae ordini nostro Basilianorum Ruthenorum a pie offerentibus dicata est, ea si quando est, vel esse poterit, sicuti uunc nobis magno ornamento et commodo, non quidem sumptu, commoditate et opibus, sed auctoritate et opportunitate ipsius loci, et ut alia omittam, clarissimum signum Unius nexus influxusque in membra Captis: quod osores Uuionis Sanctae, si quaudo adversarii animadvertunt, rumpuntur subito invidia et iracundia tabescuut. Ut ergo eidem aliquo saltem provideamus modo, cum Internuncium expediendi Romam non esse necesse Illmus Nuncius mihi nunc existenti Varsaviae persuaserit, in locum eiusdem Internuncii expedivimus Residentem ex ordine nostro Religiosum R. P. Innocentium Terpilowski cum socio, putando personam loco una et officio, et utrumque simul respondere personae. Quare unicum restat, ut a sua Sanctitate petamus, nimirum ut huius virtutum claritudini paterui favoris sui lumine arradiare dignetur, et affectu paterno eo ad se suseepto, nostras res per illum Sanetitati tuae propouendas, easdemque quietandas suae curae habeat commendatas. Etsi quaudo, tum hoc tempore, quo infernalis aper vineam Dñi divina ope plantatam, et ipsius Sanctitatis suae, tum Anteecssorum suorum, qua labore, qua diligentia et conatu irrigatam devastare molitur: Cuius tamen terrorem minime perhorrescentes confisi Divinae gratiae et Sanctitatis tuae patroeinio, post demissa pedum tuae Sanctitatis oscula, et humillimam mei omniumque Ruthenorum Unitorum, quorum mihi Pastorale officium per Admiuistrationem traditum est, commendationem, diuturnum ac felix imperium iu hac suprema Sede demisissime suae Sanctitati voveo. Suprasli 12. Octobris A. 1659.

Sanctitatis Tuae Dñi mei Clementissimi

Humillimus servus

Gabriel Kolenda Archiepiscopus Administrator Metropoliae Kioviensis Haliciensis totiusque Russiae mpp.

NB. Eandem subventionem 200. ducatorum rsliqui episcopi Rutheni catholici a summo pontifice acceperunt et grates referunt.

DXLVIII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut filio supremi regni marschalci administrationem abbatiae Tynecensis conferat. Litt. Princip. Vol. 84. fol. 35 et 69.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dūe Dūe Clementme. Post oscula beatorum pedum S. V., mei Regnorumque meorum humillimam commeudatiouem. Nou desunt mihi, uec defuerunt infido etiam Regni

huius statu, semper fidissimi Reipublicae Consiliarii ac Seuatores, soliti sive manu sive consilio et indefesso labore iussa votaque implere mea felicique adaugere successu. Praecipuus autem horum Magnificus Georgius Comes in Wisnicz et Iaroslaw Lubomirski, Supremus Marschalcus et campestris Dux exercitus Regni, anteriori rerum vicissitudine in revocandis ad saniora, evocandisque ad arma contra hostem non paucis Nobilium, pertrahendis item in bonas partes exercitibus, et deducendis insuper, quibus ipse praefuit, nec ulli discrimini defuit in obsidenda urbe Metropoli Regni Cracovia, persequendoque et profligando Religionis Ortodoxae hoste cnituit luculenter. Probavit demum suam virtutem in expugnandis, et de manibus haeretici vindicandis, me spectante sicut et absente, provinciae nobilissimae Prussiae civitatibus et arcibus, cum praecipuas mihi Regnoque ac ferme totam restituit provinciam, vel certe reliqua eius fortalitia ad summas adegit necessitates, ita ut inde propitio Divino Numine magnam spem evacuationis eorumdem locorum, vel tandem pacificationis Regni mei percipiam. Eius idcirco meritorum tanta est apud me ratio, ut non solum ipsius, sed et progeniei faveam iucrementis, certus accessurum multum optimae indoli, praecipue Ecclesiae Dei inde decoris, sicut et bonorum desolatorum Abbatiae Tinecensis commodi, si in eiusdem administratorem Venerabilis Hieronimus Comes de Wisnicz et Iaroslaw, praefati Magnifici Supremi Marschalci et Campiductoris exercitus Regni filius, morte Venerabilis olim Matthiae Poniatowski immediati Abbatis Tynecensis, ad meam pro iure nominationis S. V. supplicationem gratiose designetur a S. V. et instituatur. Et quoniam idem Venerabilis Comes ad priorem meam ad S. V., stante vita immediati Abbatis, humillimam iuterpositionem annorum dispensationem super Coadiutoriam eiusdem Abbatiae a S. V. nondum obtinuit, eandem supplicationem S. V. praesentibus gemino, dignetur simul autoritate sua eundem et habilem ad gerendam administrationem Abbatiae praenominatae iudicare, et hanc meam nominationem approbare ac confirmare, tum quoque habito iusto respectu desolatorum bonorum impensas pro expediendis Bullis vel penitus condonari, vel minori quantitate definiri. Quod reliquum est, ad beatos S. V. pedes provolvor et sanctam benedictionem expecto. Dat. Gedani die XXVI. Mensis Februarii Anno Dñi MDCLX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Sanct. V. meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Magnis rerum pro salute totius Christianitatis non solum in terribili illa ad Chocimum contra immanem rabiem et stupendam barbarorum multitudinem expeditione, verum etiam recentis in Regno et Dominiis nostris belli contra rebelles et foedifragos Schismaticos occasionibus fide, virtute et fortitudine gestis, meritissimae familiae sobolem, Venerabilem Stanislaum Lubomirski Comitem in Wisnicz et Iaroslaw, S. R. I. Principem, insigni virtutum pietatis et prudentiae exemplo, in Abbatem Tinecensem nominavi, ac Sanct. V. supplex proposui, gnarus rem et meritis Illñi avi et parentis eius belli et exercitus Regni mei Ductorum debitam, et Abbatiae illi Ecclesiaeque utilem me facturum. Quod negotium cum hactenus ob difficilem expeditionem ac aetatis insufficientiam nondum suum sortitum sit effectum, maiorem in modum S. V. peto, ut hanc nominationem meam ratam habere, ac authoritate sua suprema confirmare et defectum annorum dispensatione sua supplere dignetur, Procul dubio commoditatibus et bono Abbatiae illius consultura, et insignem pro fide Supremi Marschalci labores clementia sua compensatura. De caetero diuturnam S. V. vovendo incolumitatem Apostolicae eius benedictioni me supplex subiicio. Datum Lcopoli die XVI. Mensis Augusti Anno Domini MDCLX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

DXLIX.

Regi Poloniae pontifex gratulatur, quod in pace Olivensi nuper firmata indemnitati ecclesiae catholicae egregie prospexerit. Reg. Brev. An. VI. ep. 146.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Divini profecto Cultus et Orthodoxae fidei rationes omnibus temporibus Maiestati tuae curae cordique summopere fuisse plane compertum habemus. Eumdem porro pietatis egregiae zelum occasione pacis nuper Olivae transactae

Catholicae Religionis indemnitati praestitum a te praeclare fuisse, non sine magno animi gaudio ex literis tuis die x. Iulii datis audivimus: studium autem, quo Nos eius rei certiores a te fieri voluisti, gratum et iucundum inprimis fuit, et in huius etiam officii humanitate consuetam erga Nos, et hanc Sanctam Sedem observantiam et pietatem filialem tuam agnovimus, cui sane paternae caritatis incomparabili voluntate respondemus. Quare pro deprimendis tuis et Sanctae Religionis hostibus, adversus quos expeditionem apparas, auxiliatorem piis conatibus exercituum Deum summis precibus oramus, et ab eo Maiestati tuae et Universis tecum bella Domini proeliantibus Apostolice benedicimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 4. Septembris 1660. Pontificatus nostri Anno Sexto.

DL.

Eidem regi pontifex de victoria a Moschis relata gratulatur, significatqus in ecclesia s. Stanislai eam ob rem publicas Deo gratiarum actiones se peregisse. Reg. Brev. An. Pl. sp. 174 et 188.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Praeclaram et in primis opportunam de Moschis victoriam cum virtuti, tum foelicitati Maiestatis tuae summopere gratulamur. Nam profecto simul ac tam exoptatae rei nuncium allatum est, ex animo toto misericordiarum Patri Deo grates immensas egimus, tum statim has ad te literas dare voluimus incomparabilis gaudii ob rem Christianam bene gestam, et ingens gloriae tuae decus indices. Porro non dubitamus, quin omni ope curaturus sis, ut divinae clementiae manus huiusmodi Religionis Catholicae rationibus publico Provinciarum istarum bono tam coniunctis, quantum fieri maxime poterit, uberes fructus afferat, quod sane singularis prudentia et zelus tuus plane publicentur. Nos certe gratiarum Deo actionem publica quoque significatione celebrabimus. Interim omnipotentem eius dexteram in dies magis magisque piis conatibus tuis propitiam et faventem sedulo precamur, benedictionem Apostolicam amantissime largientes. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 25. Decembris 1660. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Insigni de Sanctae Religionis hostibus audita victoria statim eam felicitatem, quod iam te vidisse credimus, literis nostris Maiestati tuae gratulati sumus: ubi autem per celsitudinem primum licuit, ad Ecclesiam sancti Stanislai Nos contulimus, in qua bonorum auctori Domino pro tanto in vos et Rempublicam Christianam Universam beneficio debitas grates publice persolvimus: eumque precati plane sumus, ut huius successus prosperitate in Catholicae Religionis et istius Regni bonum quam maxime cedere pro misericordia sua velit, quod profecto speramus, plurimum in ea re quoque de pietate, prudentia et virtute singulari tua Nobis pollicentes. Haec autem vota dum omni ex corde prosequimur, Maiestati tuae, qua maiori et amantiori possimus, animi paterni voluntate benedictionem Apostolicam elargimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 22. Iauuarii 1661. Pontificatus nostri Anno Sexto.

DLI.

Rex Poloniae pontifici de relata Deo gratiarum actione grates reddit, eamque victoriam ipsius orationibus debitam refert. Litt. Princip. Vol. 86. fol. 53.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis V., mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Ubi primum Dominus exercituum victoriam mihi, mearumque copiarum Ductoribus de tumido Moschorum Duce ac eius Satrapis, unaque rebellibus subditis dignatus est elargiri, non intermisi mox communem hanc Ortodoxae Christianitatis laetitiam in sacrum unici Ecclesiae Parentis deferre sinum, Sanctitati nimirum Vestrae insignem coeli favorem literis explicare. Quod vero eximium istud Maximi Numinis beneficium aperto V. S. gaudio acceperit, ob ipsumque publicas praepotenti dexterae habuerit et retulerit gratias, paternam erga me meaque Dominia veneror et amplector V. S. benevolentiam atque propensionem, quae bonis nempe meis aeque ac suis ipsius afficitur et recreatur. Et certe non alias ea faustitas alterius est, quam cuius apud Deum meritis votisque stetit: pictatem ac benedictionem V. S. intelligo, quae hosce tales mihi armorum successus, totque anno proxime acto clades hostium et strages apud extensum Altissimi brachium conciliavit. Maiestati proinde cum primis Divinae, tum Sanct. V. fortunam, quanta est, acceptam volens

ac libens refero debiti utpote, necnon gratitudinis vice. Quoniam porro robustus Geryon iste, toties licet repetitis ictibus telluri violenter allisus, caput attollit adhuc viresque reparat, neque detritum sese demonstrat, sed attritum: idcirco ulteriores etiam meos Regnique mei, quos contra molior conatus impetusque futuros, benignissimo S. V. affectui supplex commendo, manuique illi, de cuius benedictione laurus et palmae sparguntur, prosperitatem meam ac meorum omnem, committo atque summitto, eandem ipsam benedictionem studiosissime precatus. Datae Varsaviae die XXII. Mensis Martii Anno Dñi MDCLXI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obedientissimus filiue

IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DLII.

Regem, episcopos et proceres Poloniae pontifex excitat, ut in proximie comitiis iura et libertates ecclesiae catholicae strenue tueantur. Reg. Brev. An. VII. ep. 1—17.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

ALEXANDER PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quo Poloniae Regnum e tantis malorum exundantium fluctibus, imperante nuper Domino ventis, admirabilius emersit, eo sane impensius eniti par est, quod Maiestas tua profecto facit, ut ipsi misericordi Deo pro viribus debitae gratiae referantur, eiusque sanctae fidei propagandae ac provehendae sedulo incumbatur. Quapropter in isto post res in meliorem statum divinitus commutatas primo Conventu ea potissimum decerni decet, quae religiosos animi grati sensus insigniter exprimant, palamque faciant Poloniam de more generositatis perpetuae suae non minus acceptorum beneficiorum depulsis periculis memorem, quam pie fuerit saevientibus turbinibus Altissimo supplex, quod praeterea nova et maiora in dies clementiae divinae munera provocare possit. Haec eximiae spectataeque pictati Maiestatis tuae curae cordique fore non dubitamus, illudque te prorsus effecturum confidimus, ut in istis Comitiis Religionis Catholicae rebus, et Ecclesiarum iuribus quam maxime cautum prospectumque sit. Verum de his omnibus particularius coram edisseret Ven. frater Archiepiscopus Larissenus noster et Sedis Apostolicae Nuncius, cui Pontificiae caritatis consilia studiaque latius prosequenti fidem integram ut habeas, plane cupimus. Interim Regiis piisque conatibus omnipotentis Dei dexteram usque faventem oramus, Maiestati tuae benedictionem Apostolicam amantissime impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 9. Aprilis 1661. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Venerabili fratri Archiepiscopo Gnesnensi.

ALEXANDER PP. VII. Venerabilis frater, salutem etc. Etsi Nobis persuasum est Fraternitatem tuam pro eximia erga Religionem Catholicam et Rempublicam vestram caritate omnia officia, quae tam difficilium temporum ratio postulat, in proximo Conventu Regni sua sponte praestituram esse: tamen quin ea cuncta admonitu nostro cum alacrius, tum prolixius exhibiturus sis, plane non dubitamus. Quare Ven. fratrem Archiepiscopum Larissenum Apostolicum Nuncium de his tecum nostro nomine agentem audies, et rebus praecipue ad Catholicae Religionis Divinique Cultus rationes pertinentibus omnia studia, operam et auctoritatis vires impendes. Praestabit auxilium de Sancto Dominus, a quo benedictionem Apostolicam Fraternitati tuae peramanter impertimur. Datum ut supra.

Eodem modo Episcopis et Senatorio et Equestri Ordinibus.

DLIII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut collegium Societatis Iesu Leopolienee a se in studium generale erectum approbet. Litt. Princip. Vol. 86. fol. 81.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum S. V. Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Tot inter tantasque licet rerum ac temporum difficultates, non facile tamen ullam pietatis atque oruditionis in Regno Regnique mei provinciis propagandae occasionem patior praeterire, ratus virtutes et literas longe validissima esse Rerum publicarum firmamenta. Cum vero nuper gravibus de causis ab Illmo Cardinale Ursino Regni Protectore S. V. proponendis res Catholica postularet, quatenus in Collegio Leopoliensi Societatis Iesu generale Studium omnis licitae facultatis institucretur; volens id quidem ac libens indulsi, atque ut Diploma erectionis Academiae et Universitatis extraderetur, permisi. Sanctitatem itaque V. impense precor,

quo Apostolicam huic institutioni meae approbationem et benedictionem dignetur elargiri, ac perpetuam apponere firmitatem. Quod unum interim ubi paterno S. V. affectui praesentibus commendavi, Sacram eius dexteram supplex mihi meisque deposco. Datae Varsaviae in Comitiis Regni Generalibus die xv. mensis Maii Anno Dñi MDCLXI. Regnorum Nostrorum Poloniae XIII. Sueciae XIV.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX.

DLIV.

Pontifex regi Antonium Pignatelli archiepum Larissenum nuntium apostolicum commendat. Reg. Brev. An. VI. ep. 77.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

ALEXANDER PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. In deligendo Praesule, quem Ordinarium Nuntium ad Maiestatem tuam legaremus, eas potissimum dotes ac virtutes secuti sumus, quae cum tibi acceptissimae, tum Religionis Catholicae rationibus in partibus istis quam maxime salutares esse possent. Iis igitur omnibus Ven. fratrem Antonium Archiepiscopum Larissenum Praelatum nostrum domesticum, et Assistentem spectate florentem istuc mittimus optatis tuis et expectationi publicae, ut Deo bene iuvante speramus, plane satisfacturum. Sed egregias eius virtutes, quas melius coram cognosces et diliges, commendare necesse non est: illud a te petimus, ut iis, quae de amantissima voluntate nostra, et aliis ad eius munus pertinentibus rebus nunc et deinceps aget, omnem fidem habere velis. Ille interim nostro nomine Maiestati tuae benedictionem Apostolicam ex intimo paterni cordis affectu profectam impertiet. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXIX. Maii MDCLX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

DLV.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut ecclesiam cathedralem Cracoviensem quibusdam privilegiis condecorare velit. Litt. Princip. Vol. 86. fol. 116.

Beatissimo Padre. Li Re miei antecessori professando alla Chiesa Cathedrale della mia Regia Città di Cracovia particolare veneratione, hanno di questa e della loro pia munificenza lasciato insigni e pretiosi argomenti, oltre li privilegi e titoli che l'autorità Regia poteva contribuirle. E perche anch'io vorrei lasciare qualche devoto ricordo di me alla detta Chiesa, mentre applico quanto comporta la calamità dei tempi, e le miserie dei popoli al risarcimento dei notabilissimi danni patiti dalla medesima nelle nemiche invasioni, supplico humilmente la S. V. à degnarsi di concorrere con le sue paterne gratie al maggiore ornamento di quella, e della dignità Episcopale con arricchirla di quelle prerogative più conspicue, che il Signor Cardinale Vidoni (à cui resta raccommandato questo affare) le rappresenterà da me desiderarsi. La consideratione in che hò la bontà, dottrina e prudenza del moderno Vescovo Monsignor Andrea Trzebicki benemerito nel servigio di Dio, del Regno e della mia Regia Casa, farà che con mia maggiore consolatione et allegrezza sentirò la consecutione dell'intento, la quale spero dalla paterna benignità di V. B. E con dichiaratione di obligare me e miei successori à perpetue commemorationi di questa, e di confermarsi sempre più nella figliale obedienza verso cotesta Santa Sede, inchinato insieme con li miei popoli alla benedittione di V. S. le bacio i Sñi Piedi. Varsavia il primo di Agosto 1661.

Di Vostra Beatitudine

Obedientissimo figlio
GIO. CASIMIRO RE.

DLVI.

Idem rex spolia quaedam a Mosco capta pontifici dono mittit, petitque, ut pro unione animorum inter milites suos instauranda preces ad Deum fundere velit. Ibidem fol. 146.

Bñto Padre. Nel seno di V. S. depongo il singolare dono della vittoria concessami dalla Divina Destra contro l'Inimico Moscovita, perche come à Padre Universale di tutto il Christianesimo, devo insieme offerirle riverentemente la divota mia volontà d'impiegare ogni prospero successo in profitto delle sante intentioni di V. B. e per servigio della Chiesa Cattolica. Il Signor Cardinale Orsino, à cui mi rimetto, rappresenterà alla S. V. le particolarità, e quanto opportunamente Dio, che mai mi abbandona nelle mie maggiori angustie, mi habbia nelle presenti assai sollevato, mentre nella diversità dei

pareri e difficultà di eleggere il migliore, ò meno pericoloso, essendo ciascuno di questi formato di potenti et ugali ragioni, della sola providenza Divina era, et è col benedire li esiti rendere lodevole et utile il consiglio di trasferirsi in Lithuania. Resta che si degni la Divina Bontà d'instillare in quella parte di soldatesca, la quale si è separata dai miei Generali, pensieri propri della dovuta fedeltà loro verso la patria, onde supplico V. B. non solo di gradire benignamente la presente contestatione del mio figliale ossequio, mà di far pregare l'onnipotente Dio per la restitutione d' una intera unione di animi nei miei esserciti, acciò non più si perda il frutto di tante vittorie che mi comparte e continuino questi miei dominii ad essere fortissimo antemurale della Cattolica Christianità. Inchinato insieme con li miei popoli alla benedittioue della S. V. le bacio li Sñi piedi. Dal mio Campo presso Glembok li 8 Novembre 1661.

Di Vostra Beatitudine

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

DLVII.

Pontifex ordines saeculares Poloniae adhortatur, ut in proximis comitiis ecclesiasticos eorumque bona contra iniquos invasores defendant. Reg. Brev. An. VII. ep. 99.

Dilectis filiis Nobilibus viris Senatoribus Saecularibus Regni Poloniae.

Alexander PP. VII. Dilecti filii Nobiles viri, salutem etc. Ingenti sane cum animi nostri dolore nuper audivimus, quantas rerum cunctarum angustias et calamitates, direptis et occupatis a militibus Ecclesiarum omnibus fere bonis, sacri Praesules et aliae personae Ecclesiasticae et Religiosae istic sufferre patique cogantur, neque solum carum vicem plane dolemus, sed veremur etiam, ne iniuriarum in Christos suos ultor Dominus, quam elapsis proxime temporibus Provinciis istis minitatus est, iram furoris sui, quod ipse pro miscricordia sua perpetuo dignetur avertere, super illas universam effundat. Huiusmodi severitatis exemplis historiae tam sacrae quam prophanae certo plenae sunt. Ne igitur eam semel experiamini, a Nobilitatibus vestris pro caritate paterna nostra etiam atque etiam petimus, atque adeo vos hortamur atque monemus, ut in istis Comitiis omnino ratio ineatur, qua depulsis ab eo tam iniustis vexationibus Ecclesiasticus Ordo privilegiis et immunitatibus suis recte potiri, cultuque Divino et publicis Regni commodis inservire de more quiete possit. Interest hoc profecto vel maxime Religionis Catholicae, interest Reipublicae Polonae totius, cuius ipsa Religionis orthodoxae conservatio, ut optime cognoscere potestis, anchora et fundamentum est. Quare nolite stabilitatis antiquae vestrae columnas debilitari, nolite contristare Praepositos sacros vestros, et cum eis hanc Sanctam Apostolicam Sedem matrem vestram: ipsi enim, ut Apostolus ait, pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes; hoc enim non expedit vobis. Coeterum Venerabili fratri Archiepiscopo Larisseno Nuncio nostro de tota hac re, deque omnibus aliis ad Comitia pertinentibus latius disserenti fidem habebunt Nobilitates vestrae, quas utique recentium beneficiorum Dei, et consuetae vestrae Maiorumque vestrorum Religionis et pietatis memores usque fore confidimus. Consiliis porro vestris aspirantem Deum enixe precamur, Apostolicam benedictionem peramanter impertientes. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die III. Decembris MDCLXI. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Eodem modo Universo Ordini Equestri Regni Poloniae.

DLVIII.

Regi Poloniae de victoria ab eius inimicis internis relata pontifex gratulatur, monetque, ne a militibus ecclesiarum bona occupari et vastari sinat. Reg. Brev. An. VII. ep. 137.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanui Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Alexader PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Maiestatis tuae literas die VIII. Novembris datas accepimus: de tam praeclara tamque opportuna victoria, quam de tuis et orthodoxae Religionis hostibus, Divina clementia largiente, retuleras, eamque pietati virtutique tuae summopere gratulamur. Sed profecto hanc tantam armorum foelicitatem cum perpetuam, tum etiam fructuosiorem longe redderes, si exercituum tuorum disciplinam ad praescriptum divinorum mandatorum, et ad ipsarum quoque militarium legum observantiam custodire, et eos ab inferendis iniuriis, damnis atque adeo bonorum praesertim Ecclesiasticorum occupationibus prohibere et coercere posses. In quam rem,

etsi te pro zelo iustitiae ac religionis tuo incumbere non dubitamus, tamen officii nostri debitum et amor in te singularis impellit, ut ad avertendam iram Domini, quae numquam magis imminet, quam ubi prolixius beneficia eius affluunt, et iure potiori gratitudinis responsionem efflagitant, hortationes et admonitiones nostras deesse non patiamur, uti coram omnia melius ex Ven. fratre Archiepiscopo Larisseno Nuntio nostro audies. Nos interim ex omni paterno corde Maiestati tuae secunda faustaque cuncta precibus accuratis exposcimus, Apostolicamque benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die IV. Februarii MDCLXII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

DLIX.

Senatorii et equestris ordinum praesides pontifici spondent, in contributione militari conscripta bonorum ecclesiasticorum rationem sese habituros. Litt. Principum Vol. 87. fol. 88 et 95.

Sanctissime Domine, Domine Noster Clementissime. Post supplicem meae erga S. Sedem devotionis oblationem, et oscula pedum Sanctitatis Vestrae. Quae mecum Illmus et Rmus Dnus Episcopus Laryssaenus S. V. a latere apud S. R. Maiestatem Dnum meum Clementissimum Nuncius Apostolicus egit, fiduciarias et mandata S. V. mihi exhibens, equidem praesentibus repetere superfluum esse censeo, cum non dubitem ab eodem Illmo Domino S. V. maturius planiusque id iam esse expositum. Pro debito cultu in Ecclesiae Sanctae et gloriae Divinae augmentum apposui omne studium toto praesentium Comitiorum Regni cursu, ut modis quibusque necessitati praesenti convenientioribus bona Ecclesiastica quantocius militari onere solvantur: quamvis etenim alia quoque incolarum Regni bona, et patrimonia etiam Nobilium, singulari militum respectu et iuramento eorum particulari munita, non fuerint satis libera ab extraordinariis contributionibus, id tamen aequiori animo tolerandum esse multi iudicavimus, quam aggravari haereditatem Christi, et iis expilationibus subditos Ecclesiasticos depauperari ac exinaniri, ut isti vix animas suas valeant conservare, quorum servitiis Ecclesiae Pastores atque ipsi Praesules ali et provideri debebant. Sed uti hucusque singulari divinae bonitatis beneficio tot calamitatibus pressi aerumnis nostris solvebamur, ita hoc interno omnium gravissimo Reipublicae nostrae malo, prout confidimus eiusdem benignitati, liberabimur: quod dum universi vovemus, non deficimus etiam operari multi quorum curae est foenerari Dño, ut eius clementia adiuti eo citius fiduciae et votorum nostrorum fructu potiamur. Me inde supplicem paternae Sanctitatis Vestrae benedictioni et humillima servitia mea pedibus S. V. advolvo. Dabantur Varsaviae XXX. Aprilis Anno MDCLXII.

Sanctitatis Vestrae Domini nostri Clementissimi

Humillimus servus
Paulus Ioannes Sapieha Palatinus Vilnensis Supremus Magni Ducatus Lithuaniae Belli Dux.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dne Dne Clementissime. Post oscula pedum S. V. nostrique et Reipublicae nostrae humillimam commendationem. Compertissimam semper habuimus S. V. curam ac sollicitudinem, quod sese ex altissimo illo Pastoralis Solii fastigio in universum gregem Christianum nostrique etiam Septentrionis populos benignissime extendit, sed et nunc eadem ex vere paterna erga calamitates nostras emicat compassione, quam S. V. tum clementissimi literis suis, tum ore Rmi et Illmi domini Archiepiscopi Larisseni Nuncii sui nobis contestata est, adhibitis simul Ordini nostro decentissimis stimulis, quibus ad arcendam hanc tempestatem, quae inter caeteras Regni nostri partes sacris quoque Praesulibus bonisque Ecclesiasticis nunc incubat, efficaciter excitaremur. Atque hoc sane quicquid est mali, quod omnino gravissimum esse fatemur, uti prorsus inexpectatum nobis accidit, ita animos nostros tanto intimius afficit pungitque, quanto feliciores nos fore speravimus, si bella, quae cum tot hostibus non sine evidentissimis Diviuae opis miraculis gessimus, in Ecclesiae Catholicae quam maximum desinerent solatium atque emolumentum. Sed quia id votum nostrum irati usque peccatis nostris Dei vindicta retardari ita voluit hactenus, eo acriore pietatis affectu ad placandum Numen et removenda illa, quibus id magis magisque offenditur, irritamenta concurrimus, habitisque extra ordinem solitum Comitiis, atque auspice Serno Rege ac Domino nostro Clementissimo, ea amplexi sumus remedia, ex quibus Vestrae etiam Sanctitati facile perspectu fuerit, nihil suae Regiae Maiestati, nihil et nobis pietate bonoque Ecclesiae antiquius, neque sanguinem et capita ipsa cariora esse. Quod restat, Deum O. M. precamur, ut aequas istas necessariasque tam sacrae quam civilis libertatis tuendae concordiaeque restituendae rationes ipse favoris sui auspiciis redderc efficaces, atque ad salutarem tum Ecclesiae tum

patriae nostrae finem elementer provehere dignetur. De caetero ad S. V. pedes provoluti eidem Pontificatum longaevum a Deo preeamur, Nos et Rempublicam nostram S. V. gratiae ac benedietioni quam humillime eommendantes. Dabantur Varsaviae die 1. Maii Anno Domini 1662.

Sanctitatis Vestrae

Devotissimus et humillimus servus
Ioannes Wielopolski Marsehalcus Nuntiorum Terrestrium nomine Ordinis Equestris mpp.

DLX.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut contributionem militarem a clero sibi concessam ratam habeat. Ibidem fol. 102.

Sñe ae Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oseula beatorum pedum S. V., mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Gravissimae Regni mei neeessitates faciunt, quod in his Comitiis ad exolvenda militi stipendia, omnium ordinum eonsensu imposita est contributio pcrsonalis ab omnibus Regni mei ineolis exolvenda. Et quamvis a tempore immemorabili observatum semper in Polonia fuit, ut quaeeumquae eontributiones pro defensione Regni ab aliis Ordinibus in Comitiis coneederentur, eas quoque consentientibus Episeopis status Eeclesiasticus persolveret, tamen ne quid dubii hac in re exoriatur, rogo S. V., ut consensum, quem Dñi Episcopi iu hiis Comitiis super hanc eontributionem a statu Ecclesiastieo exolvendam, gravissima urgente necessitate, praebuerunt, ratum habere, illisque potestatem tribuere velit, a reliquo Clero eiusmodi contributioncs exigendi: ita enim S. V. sibi persuadeat, quod hoe genus contributionis minus affieiet statum Ecclesiasticum, quam alia genera contributionum, quae anteactis temporibus usitata fuere; publiea vero res non leve inde eapiet subsidium. Denique S. V. longaevum Pontificatum ex animo preeor, eiusque protectioni me ac Regna mea eommendo. Datum Varsaviae die xvi. mensis Maii Anno Domini mdclxii.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

DLXI.

Idem rex a pontifice petit, ut nominatos episcopos Smolenscensem et Posnaniensem confirmare velit.
Litt. Princip. Vol. 88. fol. 146. et Vol. 84. fol. 167.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, meique ae Regnorum meorum humillimam commendationem. Etsi bellorum calamitas inter alias Regni mei provincias etiam Ducatum Smolenscensem et Episcopatum ibidem existentem funditus prope sustulit, et nihil praeter lugubrem faeiem reliquit: meum tamen erat in eam ineumbere euram, ut Ecclesiae Smolenscensi et gregi ex eodem Episcopatu disperso post translationem ad Cathedram Vilnensem Rñdi in Christo patris Domini Georgii Bialozor Episeopi antea Smolenscensis dignum deligerem suceessorem, pastorem et insimul Regni mei Senatorem. Hunc autem inter multos bene eonsideratum, quia praeter avitum a multis retro saeeulis Hetruria ex Maioribus suis Senatorium splendorem ctiam Sacerdotalis pietas, singularis eruditio, et in rebus beiie gercndis dexteritas Venerabilem Casimirum Paez, Praepositum Cathedralem Vilnensem et infulatum Geranonensem (cuius germanus frater Michael Paez Castrorum Magni Ducatus Littuaniae Metator maiorem partem Confoederati militis dicti Dueatus ad obedientiam meam reduxit), novissime ex eaptivitate Moscovitiea dimissum, hoc tam sublimi nobis deligendum obtulit gradu. Ideirco illum ad hanc Cathedram nominatum S. V. confirmandum supplex propono, maiorem in modum rogans, ut S. V. hanc meam nominationem gratam habere, et solitas eirea expeditionem Bullarum expensas, egestatis eius ratione habita, clementer eondonare, neenon minora hucusque habita beneficia, de quibus (cum Episeopalia desunt) Episcopalem et Senatorium statum sustentare posset, retinere, concedere dignetur. Quam supplieationem meam dum a S. V. benigne admittendam spero, eidem diuturnum ac felix imperium in hae suprema Sede humillime devoveo. Datum Leopoli die xvi. mensis Iulii Anno Domini mdclxiii.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Casimirus Rex.

Sñe ae Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oseula pedum beatorum S. V. meique ae Regnorum meorum humillimam commendationem. Ad stabiliendam tam regnantium quam

subiectorum populorum felicitatem vel inprimis pertinere arbitror exactam regiminis spiritualis rationem, ex cuius uniformi rectitudine nou dissonam et temporalium gubernationem subsequi compertum est. Istud vero regimen cum in Regno meo tanto operosius sit, quanto plures ex instituto eiusdem Regni tolerantur et exerceri dissimulantur haereses, inter primas Regiarum curarum mearum habeo, eos duntaxat regendis Ecclesiis admoveri viros, quorum eximia virtus doctrinae et prudentiae innixa subsidio, uberrimos possit in subiecto populo etiam inter has spinas producere fructus. Quocirca vacante nuuc Episcopatu Posnaniensi post mortem Rñdi olim Alberti Tolibowski immediati Episcopi Posnaniensis, debito studio ac diligentia prout viduatae Ecclesiae Pastorem, ita et ordini Senatorio in locum defuncti dignum successorem subrogare volens, inter alios Venerabilem Stephauum Wirzbowski Abbatem Paradysiensem, Referendarium Regni, dignum reperi, quem et tanto sacerdotio ornarem et in publicum accerserem consilium. Hic enim ob coniunctam cum splendore generis eruditionem ad hoc munus a nobis vocatus, ea virtutis et prudentiae laude hunc magistratum gessit, ut semper et Episcopalis eminentiae et dignitatis Senatoriae capacitatem praeseferret. Eum itaque ad dictam Posnaniensem ecclesiam in Epũm nominavi ac S. V. supplex propono, maiorem in modum rogans S. V., ut hanc nominationem meam approbare et confirmare dignetur, idemque Nominatus expeditionem Bullarum facile obtineat. Quam supplicationem meam dum benigne a S. V. admittendam spero, eidem felix ac diuturnum in hac suprema Sede imperium humillime vovco, meique et Regnorum meorum Sacram benedictionem expeto. Datae Leopoli die XIII. mensis Augusti Anno Domini MDCLXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obedientissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DLXII.

Idem rex pontifici dolorem de dissidio inter ipsum et Galliarum regem exorto testatur, petitque, ut expeditionem suam contra Moscum precibus et benedictione prosequatur. Litt. Princip. Vol. 88. fol 196.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dũe Dũe Clementissime. Post oscula pedum beatorum B. V. meique et Regnorum meorum humillimam commendationem. Transmissam mihi epistolam S. V. hisce diebus a Rño ad latus meum S. V. Nuntio accepi, una cum diserta explicatione eorum omnium, quae acta sunt Avenione. Fateor me illa expectatione, quam de negotii istius, quod inter S. V. et Christianissimum Galliarum Regem intercedit, facili complauatione animo meo concepcram parum decidisse, eoque gravius tulisse ea inter praecipua Christianitatis culmina dissidia, quae non nisi maximo eiusdem Christianitatis cum detrimento exorta sunt, hucusque non cessare. In eam nihilominus fiduciam erectiorem me facit nota Orbi S. V. aequauimitas et paterna lenitas, tum etiam Christianissimi Regis filialis in Sedem Sanctam devotio, quae non sinent S. V. per longiores differentias rem totius Christianitatis in apertum mittere discrimen, commissis secum primis eius Cardinalibus. Quod meum debitum testatus S. V., et in communem totius Christiauitatis perennem tranquillitatem studium, quam gratiosissimae S. V. benedictioni me cum hac, quam pro gloria Dei et Regui mei tranquillitate suscepi, in remotiores eiusdem partes contra hostem Moscum expeditione mea bellica, cui me accinctum paterna S. V. reperit compellatio, humillime substerno, et prosperitatem omnem ab Eadem provolutus peto. Datum in Castris ad Bialacerkiew Civitatem nostram die XX. mensis Octobris Anno Domini MDCLXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obedientissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DLXIII.

Pontifex regem Poloniae ad bellum contra Turcas fortiter gerendum excitat. Brev. An. IX. ep. 145.

Carissimo in Christo filio nostro Io. Casimiro Poloniae et Suetiae Regi Illustri.

ALEXANDER PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum hodie Turcarum tyrannus etiam successu rerum peccatis nostris facientibus inflatus, tantis opibus atque odiis iugulo Christianitatis instet, cogit Nos paternus animus huic uni pene rei tali tempore omnes vigiliae pastoralis curas et sollicitudines impendere. In hanc igitur causam nuper iis, quae neminem profecto latet, prolixe praestitis et eodem exhausti reliquiis aerarii derivatis, voces nostras cum ad Omnipotentem Deum, tum ad Principes Catholicos omnes iterum atque iterum extollere non desinimus. Quos inter cum sane Maiestas tua Regnumque Poloniae, qua Nobilissimae gentis fortitudine, qua locorum opportunitate rem

Christianam universam insigniter iuvare possit, ut hoc viribus omnibus quamprimum aggredi contendas, a te summopere petimus. Ita namque praeter propugnatae tam gravi tempore Reipublicae Christianae laudem ac decus aeternum, provide quoque prospicies securitati Poloniae, quae vel Hungaria sola, quod nolit Deus, penitus amissa, non poterit ad omne erudelis hostis arbitrium non magnopere perielitari. Et quoniam eum tam generosi pectoris Rege atque Natione agimus, non minus quam rerum propriarum respectus valituras esse credimus gratitudinis rationes erga optime de Polonia meritum Caesarem, ac potissimum erga Deum ipsum, qui praecipuo benignitatis exemplo singulari Polonorum virtuti assistens nuper a tot tantisque calamitatibus ereptum istud Regnum admirabiliter tutatus est, forsan ut nunc posset causae huic suae tam necessario tempore pares vices reddere. Neque profecto est, cur inimicum adeo potentem irritare verearis: nam omnium tempore experientia et historiae docent, quot alios quantosque Principes haec nimis cauta ratio fefellerit, atque adeo perdiderit, eum saevissimo et communi omnium hominum atque naturae aeque tam quiescentibus, quam lacessentibus vi ac fraudibus imminere nec ulli parcere, nisi tamdiu, quamdiu erudelitati et avaritiae insatiabili eius singulos evertendi, et in praeceps agendi commoda sese non praebuerit occasio. Timendus quidem usque tantarum virium hostis; sed magis ubi crastino solus fueris, quam hodie pluribus una conspirantibus et in Domini sancto nomine ad eius honorem fidemque tuendam caritate mutua coniunctis et armatis. Quapropter Omnipotentis dexterae praesidio summopere fidendum est, et animo alacri de piissimae ac fortissimae gentis istius more aggredienda res non minus necessaria, quam plane gloriosa et memoriae in omne futurum aevum immortalis. Porro cuncta latius coram edisseret Venerabilis frater Archiepiscopus Larissenus, cuius verbis ac si Nos ipsi loqueremur, fidem habere voles. Praesto sit piis pro sancta Religione conatibus Omnipotens Deus, a quo Maiestati tuae benedictionem Apostolicam amantissime largimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die prima Martii 1664. Pontificatus nostri Anno Nono.

Carissimo in Christo filio nostro Io. Casimiro Poloniae et Suetiae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quod omnibus votis atque precibus a Domino tamdiu postulavimus, ut Maiestati tuae, depulsis ab isto Regno bellorum calamitatibus atque periculis, et dein seditione militari composita, de tuis et sanctae Religionis hostibus plenam victoriam atque triumphos largiretur, id eum pro misericordia sua Nobis magna ex parte iam tribuisse, cum illius clementiae gratias immensas agimus, tum etiam inclytae virtuti ac sapientiae tuae toto ex animo gratulamur. Porro gloriae tantae fulgores, Omnipotentis dextera faciente, novis subinde incrementis ac titulis auctum iri speramus; hisque potissimum, quos hodie tibi cupit, et ultro iam defert Christiana Respublica ob defensionem et opem, quam immanibus Turcarum opibus atque odiis vehementer oppugnata nunc a te flagitat et expectat. Huc igitur, Carissime fili noster, omnes cogitationes et magnae laudis studium convcrte. Hinc insignia, qua penes Deum promerita, qua penes homines veri praeconii decora pete. Nos profecto hac de re tibi literis aliis nostris accurate scripsimus, sed summa rei gravitas atque necessitas facit, ut nullis omnino rebus in tali causa debito curisque sollicitis nostris plene satisfiat. Quare haec eadem officia latius repetet Venerabilis frater Archiepiscopus Larissenus Nuntius noster. Interim Maiestati tuae benedictionem Apostolicam amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 8. Martii 1664. Pontificatus nostri Anno Nono.

DLXIV.

Pontifex regem et senatores Poloniae admonet, ut Ruthenis catholicis privilegia et iura ipsis debita tandem concedant, ac bona episcopatus Premisliensis a Schismaticis violenter erepta eidem restituenda curent.
Reg. Brev. An. X. ep. 121.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Suetiae Regi Illustri.

Alexander PP. VII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Magna sane cum animi nostri molestia nuper audivimus, eo progressam esse Schismaticorum audaciam, ut Praemisliensis Unitorum Ruthenorum Ecclesiae bona praediaque armata manu violenter invaserit, et cicto per summam iniuriam Coadiutore Catholico eorumdem possessionem occupaverit retineatque. Quamvis igitur pro certo habeamus Maiestatem tuam, quo pietatis et iustitiae zelo spectate pollet, sua sponte minime passuram tam grave detrimentum illius Ecclesiae rebus atque personis diutius haerere, tamen a te quam maxime possimus vehementer petimus, ut quamprimum ea cuncta, quae ad Ecclesiam pertinent, restituantur et

Coadiutor in pristinam possessionem reducatur. Hoc profecto rem te dignam, bonis omnibus acceptam, et quod caput est, ipsi Deo iustitiae et Ecclesiarum suarum Protectori summopere gratam efficies. Quam obsequii divini gloriam, ut foeliciter acquirere valeas, ab eodem auctore bonorum accurate poscimus, Apostolica benedictione Maiestati tuae amantissime impertita. Hanc autem ad te defert Vener. frater Archiepiscopus Larissenus Nuntius noster, cui latius et distinctius eadem de re disserenti ut fidem omnem habeas et assensum plane praebeas, etiam atque etiam cupimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die prima Novembris MDCLXIV. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Venerabilibus fratribus et Dilectis filiis Nobilibus viris totius Regni Poloniae Senatoribus.

ALEXANDER PP. VII. Venerabiles fratres et Dilecti filii, salutem etc. Cum insignem Senatus Poloni pietatem et iustitiam probe cognitam et perspectam habeamus, dubitare profecto non possumus, quin audaciam Schismaticorum eo progressam, ut Ecclesiae Praemiliensis Ruthenae praedia armata manu violenter occupaverit, omnino reprimere velitis. Quare Venerabilem fratrem Archiepiscopum Larissenum Apostolicum Nuntium ea de re late ac distincte nomine nostro disserentem ut attente audiatis, et in bonorum possessionem Catholicus Coadiutor statim reducatur, qua maiori possumus animi paterni caritate et contentione postulamus. Porro Ruthenis Catholicis, ubi primum ad Unionem accesserunt, cum ab Apostolica Sede, tum ab inclyta Polonica Republica protectionis ac tutelae fides data est, quam servari et religiose custodiri omne fas et iura nunc exigunt. Has igitur promissiones opere compleri a generosa non minus quam pia Senatus vestri rectitudine, Venerabiles fratres et dilecti filii Nobiles viri, plane cupimus et expectamus. Quibus Apostolicam benedictionem ad omnem qua spiritualium qua temporalium bonorum profectum peramanter paterneque praeterea elargimur. Datum ut supra.

DLXV.

Rex Poloniae legato regis Svecorum Varsaviae liberum in eius domo confessionis Augustanae exercitium concedit. Nuntiat. Polon. Vol. 64.

IOANNES CASIMIRUS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Quod attinet publicationem die vigesima quarta mensis Aprilis in Anno praesenti Millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto factam ratione Exercitii Confessionis Augustanae, haec posteaquam alio sensu, quam mens nostra fuerit, recepta sit: idcirco pro meliori cuiusvis de voluntate nostra capienda informatione declaramus: Quod in domo, in qua commoratur Illmus Ablegatus Sermi et Potentissimi Regis Suecorum, licitum est unicuique et quovis tempore illuc venire, ibique omni libertate devotioni suae vacare. Insuper omnes, qui dictam domum Illmi Ablegati Sueciae visitaverunt, aut visitabunt Religionis suae exercitii gratia, ab omni poena et multa Edicti praesentis vigore nunc et imposterum absolutos et immunes esse foreque declaramus. Ad maiorem fidem publica praeconii voce ad tubae sonum haec publicari mandantes. Datum Varsaviae die 13. mensis Maii Anno Domini 1665.

CANCELLARIUS REGNI SUPREMUS. (L. S.)

Ad proprium S. R. M. mandatum
MATHIAS WYTZYNSKI Notarius Cancellariae etc.

DLXVI.

Episcopus Cracoviensis regem signis e coelo visis ad pacem in regno instaurandam monet. Nuntiat. Polon. Vol. 64.

Copia literarum a Rmo Antistite Cracoviensi ad Sermum Regem scriptarum de data 14. Iunii 1665.

Serme Rex, Dne Dne Clementissime. Non tantum communis totius Poloniae vox clamat et obsecrat Vestram Sacram Regiam Maiestatem, ut pacem internam largiri illi dignetur, et ab inchoato domestico bello desistat, verum etiam et sanguis manifeste et vere non ita pridem ex capite Salvatoris nostri in ipsius effigie defluens clamat et poscit eandem pacem, ut Vestra Sacra Regia Maiestas ipsi Deo, qui Vestrae Sacrae Regiae Maiestati in coelis copiosissimam remunerationem et recompensationem facere potest, iniuriam suam condonet et a bello domestico desistat. Intelliget Vestra S. R. M. seriem rei ex subscriptione inquisitorum pietate et doctrina insigni praeditorum, quos ad strictissimam inquisitionem hoc in negotio delegaveram ad Claustrum Buscense Monialium (distat Cracovia undecim milliaribus). Sed et illud non minori consideratione dignum, quod anno superiore in fine Iulii effigies

Matris Dei Dzierzgoviae in dioecesi Cracoviensi (distat milliaribus novem) aliquot continuis diebus lachrymas fuderit, quemadmodum Vestrae S. R. M. significaveram. Iam vero hoc anno non ita pridem altera imago Beatae Virginis in Samotubensi oppido plorans visa est: et novissime 22. Maii imago Salvatoris nostri in claustro Buscensi Monialium sub Regula S. Norberti viventium sanguine redundavit. Quid igitur ex his praemissis est concludendum? praeterquam quod tam crebrae in variis partibus Salvatoris nostri et ipsius Matris lachrymae aliquid mali nobis portendat. Quod si lachrymae hominum non possunt impetrare a clementia Vestrae S. R. M. desideratam pacem, ad summum impetrent lachrymae Matris Dei et sanguis Salvatoris nostri, qui quemadmodum olim infelicissimam deplorabat Hierosolimam, ita modo supra S. R. Maiestatis calamitosissimam Poloniam fundit lachrymas. Non despondeo animum, sed spem in Deo habeo, futurum fore, ut V. S. R. M. supplicanti reo clcmentiam suam exhibeat, et propter bonum pacificandae Patriae illum in gratiam recipiat, hoc ipso signa terribilia in bona convertet. Quod a V. S. R. M. per viscera misericordia Dei supplex efflagitans, humiliter exosculor manum Vestrae Sacrae Regiae Maiestatis.

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae Dñi Dñi Clementissimi

fidelis consiliarius, exorator et humillimus servus
Andreas Trzebichi Episcopus Cracoviensis.

DLXVII.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut divam Salomeam in beatarum album referre velit. Litt. Princip. Vol. 84. fol. 191.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V. meique ac Dominiorum meorum humillimam recommendationem. In hoc turbulento et pene fatali Reipublicae Polonae statu, cum et a foedifragis vicinis hostibus, et a rebellium Cosacorum colluvie ditiones et provinciae Regni mei undique vix non coniunctis animis et armis potentissime impetantur, viresque Polonae integro septennio durante in hocce Regno servili et intestino bello non leviter attritae et omni destitutae subsidio, tot hostium insultibus resistere non aliter valeant, quam Dei misericordia et benedictione accedente, soleatque pro peccatis iuste irata Dei dextera dilectorum suorum mediatione placari. Ideo cum Divae Salomeae peculiaris Regni mei Patronae ob insignia eius miracula votaque ad venerandum eius corpus reddentium solatia nomen in dics celebrius reddatur, meam populorumque meorum supplicem apud S. V. depono petitionem, dignetur S. V. eandem in Album Beatarum Sedis Apostolicae authoritate referre, ut ab omnibus Regni ac Dominiorum meorum incolis publica celebritate invocari, et per cam in tam arduis neccssitatibus a Deo auxilium impetrari possit: quo sic facilius tot hostium vires et molimina atterere confundereque, fidem, Religionem et populorum meorum iura defendere et conservare valeam. Quod reliquum est, S. V. pedes exosculor atque eius benedictioni paternae me ac Dominia mea subiicio. Datae Varsaviae die xvi. mensis Augusti Anuo Domini mdclxv. Regnorum meorum Poloniae vii. Sueciae viii. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

DLXVIII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut sibi subsidium quoddam pecuniarium donare, vel mutuo dare velit ad Turcas ac Tartaros Poloniam infestantes repellendos. Litt. Princip. Vol. 94. fol. 4.

Sñe ac Bñc in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum beatorum Sanct. V. meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Tristc omnino et quo minus speratum magis dolendum Sanctitati V. nuntium fero, rem Polonam adeo in arcto et praecipiti esse, ut iam non de opibus et fortunis, sed de salute ipsa prope desperetur. Christiani nomiuis teterrimus hostis et Regnorum helluo Turca, quod non ambigua et nutante fama, sed certo certius exploratum habeo, oecasionem malorum nostrorum in commodum vertens, bello me Regnumque meum impetere decrevit. Iam classieum horrendi belli Coustautinopoli insonuit. Iam delectus equitum peditumque et armorum ingens paratus per provincias Regno meo vicinas ct longius remotas habetur fervetque. Iam hostilitatis Ottomanicae prodromi seu primi velites Tartari, cum ad hunc usque diem societatis nomine et ostentatione lusissent, et missis nuperrimc iteratis uuntiis ac literis fidcm ac obsequium erga me et gentem Polonam obfirmassent, barbarc ius omne ct fas abruperuut. Iam nou solum partem exercitus nostri pro excubiis in Ukraina

stantem, et nihil adversi opinantem, conspiratione cum Cosacis facta, disiecerunt, sed victoriae impetu in alias cohortes, proximis Russiae et Volhiniae oris hybernantes, hostiliter invecti sunt, et nonnullis facile dispersis, in ulteriores Transvistulanas Regni mei provincias sese effuderunt, terroremque et stragem igne, ferro longe late dedere. Cuius rei atrox fama, et flebilis vox Christiani populi, fragorque cadentis Poloniae, tametsi non dubito, ad paternas aures S. V. aliunde perveniat: tamen mei etiam officii duco, calamitatum nostrarum gnaram et certiorem S. V. facere, ut quae parentum indulgentia est propensiore affectu liberis magis laborantibus immisereseat, ac quod medici solent, ubi vulnus est, ibi manum benigne apponat. Vulnus equidem acerbum et lethale barbarorum perfidia Poloniae nuper inflixit, quod nc destituente Christianorum Principum opera et adiutrice manu immedicabile succedat, mortemque postremo Poloniae, ac modico intervallo Christianae viciniae pestem et perniciem afferat, verendum. Antemurale Christianitatis pridem Polonia audiit, quo everso ac rupto hoc velut aggere quid proclivius, quam ut barbaria omnis Germaniam primo, mox Christianum Orbem inundet. Sustinuerunt et retuderunt olim Maiores mei Reges Poloniae ferociam et vim Tartarorum et Turcarum, stetit pro vallo et munimento invicta Polonorum virtus, ingenti gloria, egregio erga Christianitatem merito, sed tot per annos continuis bellis, variis eventibus, per clades, imo et per ipsas victorias domesticas attritos et fractos nos non pudet fateri. Intelligat Orbis, existimet S. V. non unum dumtaxat Turcicum bellum Poloniae imminere, quod potentissimi etiam Reges et validissimae gentes reformident, sed multarum et magnarum hostilitatum catena nos circumcingi. Moscus facta cum Suecia pace, et abrupto nobiscum pacis tractatu arma minatur, Cosacorum toties coercita rebellio iterum surgit, quidquid barbarum aut schismaticum est, contra Poloniam Catholicae Religionis laude claram, eoque adversariis verae fidei ingratam et invisam ex composito conspirat. Haec profusius S. V. non exaggero, sed perscribo, cuius paterna gratia et Pontificia cura mala nostra in animum, necessitates in sinum libenter uti spero admittere dignabitur. Erubescere non potest ultima necessitas, quae nisi clementia S. V. sublevetur, actum et conclamatum erit. Destinavi specialem Nuntium meum auxilii ergo decenter et humiliter apud S. V. implorandi, sed festinantibus periculis, festinantius agere me cogit necessitas summa vere et ineluctabilis, nisi benefica manu S. V. expediatur. Hoc illud tandem venit tempus, quo Mater Ecclesia filios suos non derelinquat, sed sinu protegat, subsidiis iuvet, arceat interitu. Haec occasio gravissima est, qua se Patrem mihi meisque populis S. V. ostendat, qua laboranti Christianae Reipublicae subveniendo tot simul beneficia non in unam dumtaxat gentem Polonam, fido obsequio et avita venceratione Sanctae Sedi devotissimam, sed in reliquam Christianitatem dignissime et incomparabili apud Deum et Orbem merito effundat. Edidit S. V. magnanimi et Pontificiae benignitatis specimen Rempublicam Venetam et Serñum Imperatorem adversus eosdem Turcas iuvando. Quidni spercm meam etiam varietate bellorum et temporum accisam et in arcto positam fortunam magnitudine Pontificia et florentibus rebus Sanct. V. adiutum iri. Quidni item speret S. V. restituta in integrum re Polona, si vel mutuo notabilis summa mihi credatur, Apostolicae Camerae integre restituendam fore. Reliquum est, ut S. V. me Regnaque mea iterato quam humillime commendem, ac foelicissimum et longaevum Pontificatum ex animo voveam. Datae Varsaviae die v. Mensis Ianuarii Anno Dñi MDCLXVII. Regnorum meorum Poloniae et Sueciae XVIII. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Casimirus Rex Poloniae et Sueciae.

DLXIX.

Idem rex pontificem de legato Constantinopolim misso, ac de induciis cum Mosco initis certiorem reddit, repetitque preces de subsidio sibi concedendo. Litt. Princip. Vol. 94. fol. 47 et 48.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clemcntñe. Post oscula pedum beatorum S. V., mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Iam alias detuli Sanct. V. de ingenti molimine Turcicae ac Tartariae barbariei contra ditiones meas, immo et de ipsius belli cruento praeludio, quod damnosa multis Christianorum millibus Tartarorum incursione constitit. Exindeque filiali recursu intimos paterni pectoris supplex pulsavi sensus, ferventissimas, quas etiamnum ingemino fundens preces, ut S. V. pro suo pientissimo erga Christi ovile zelo non patiatur benemeritum de re Christiana Regnum tam inopinato perire: verum suapte benignitate et Christianorum Principum incitamento dignetur a praesentissimo exitio servare gentem, quae sola inter Orthodoxos populos vetus Asiatici equitatus robur conservat, quo hactenus quantum Christianorum rebus profuit, et aemula virtute hostilium turmarum vires distinuit, tantum damni

casu suo (quem avertat Deus) non dubie est allatura. Porro nunc S. V. necessario exponendum duxi, qualiter Magnum Legatum meum Constantinopolim mittendum destinaverim, non tam sperans me leniturum hoc officii genere barbarum illud supercilium, aut insano belli apparatui moram aliquam iecturum, quam ne videar piorum Regum, ipsis saeris paginis celebratorum exempla destituere, qui Christianorum sanguinem ac misellae plebeculae interitum quandoque vel proprii decoris liberali concessione antevertere non erubuerunt. Praecipua tamen mea est intentio nosse penitus altiores praepotentis illius Monarchiae conatus, utique consideranti mihi forsitan non ex vano spargi Portam Ottomanicam, exploratis nuper Natiouis Germanicae viribus, Sarmaticis vero (si Deus permittat) attritis, Borysthene una cum deditiis Cosacis Turcici iuris facto, tum demum tota vi Christianitati incumbere velle, ac velut praecisis aliis praedam sibi certam facere. Huic vero tam difficili ac periculorum plenae legationi delegi virum non solum generis claritudine, verum etiam magnis rebus gestis illustrem Comitem Radzieiowski, quem per utriusque fortunae varias sortes exercitum virum maturi consilii agnovi dignumque censui, cuius prudentiae ac dexteritati rem tanti momenti committerem. Proinde paternae S. V. benedictioni simul ac favori eundem repraesento, obnixe rogans, dignetur benignissima sua clementia illum solari in iis, quas e penu Apostolico supplex flagitat gratiosis declarationibus, sentiatque Christi Vicarii benevola in se charismatum dona, qui pro tota Republica Christiana non solum privati peculii iacturam, sed ipsius vitae lubens offert ac subdit discrimen. In quo siquidem et universum Regnum meum maxime ac evidenter versatur, id una mecum paternae Sanct. V. tuitioni et patrocinio quam diligentissime commendo, cidemque longaevam iucolumitatem, ac prosperrimum orbis Christiani regimen filiali voto et cultu devotus exopto. Datae Varsaviae die XVII. Mensis Februarii Anuo Dñi MDCLXVII. Regnorum meorum Poloniae et Sueciae XIX. Anuo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñc Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regnorum meorum humillimam commendationem. Alternas rerum vices et tristitia laetis misceri, si quae terrarum ac gentium uspiam Polouia certe mea experitur, quae toties extremis casibus allisa et iam conclamata iterum surgit, et per ipsas strages ac discrimina magis forteseit duraturque. Quod nos singulari providentiae supremi rerum arbitri, cuius nutu Regna et Reges stantque caduntque, meritissime tota devotione adscribimus, neque dubitamus, ferventem in istis oris Religionis Catholicae zelum admirandam istam curam et protectionem divinae manus demereri, sine qua nullatenus esset, ut humanis consiliis adco frequenter res Polonae arduae et disperatae parvo saepe negotio, et modico intervallo sublevarentur. Nihil plane opportunius accidere potuit, quam Pax Moscovitica, seu Indueiae verius, quae ad tredecem annos cum firma spe tractandae interim perpetuae pacis, et cum reciproca ad praesens strictioris amicitiae obligatione non infeliciter, prout temporum praesentium ratio permittit, sanctae et iuramentis ab utrinque Commissariorum corroboratae sunt. Provisum etiam Religionis Catholicae exercitio in ditiouibus Moscho ad tempus permissis, quod nos boni augurii ducimus, eum gens ista in Schismate pervicax et Catholico nomini infensissima modo iam a nostris Saeris non abhorrere incipiat. Restat id mihi curandum, ut coniunctionem armorum adversus Turcas et praedones Tartaros ad minus defensivam cum Magno Duce Moscoviae missa quam primum Legatione paciscar. Cuius rei iacta sunt aliqua fundamenta per Commissarios meos, concIusio tamen ipsa ad conferendum per mutuas Legationes adhuc est delata. Erigere quidem in spem melioris fortunae et Deo auxiliante credo me validiorem fore ad reprimendum Turcicum bellum: non tamen sine gravi causa subvereor, ne ista Polono-Moschovitica pace magis Turca et Tartarus irritetur, ac graviore belli mole Poloniae incumbat. Adveniunt undique Nuntii, Silistriam, Valachiam, Moldaviam aliosque accolas populos strepere armis et minis contra Poloniam, ac licet robur ipsum Turcicum differri possit ad mensem Iulium vel Augustum, praesentio tamen, quod Tartari hostilitatis Turcicae prodromi, iuncti Valachis, excursionibus Poloniam infestabunt, Camenecciam fortissimum propugnaculum circumcingent et fame urgebunt, exercitus meos more suo continuo lacessent et fatigabunt. Quorum omnium pro devotione mea S. V. certiorem facio, rogatam iterum ac iterum volens, ne subsidio pecuniario notabili me et Regnum meum fulcire gravetur. Non desunt adhuc uobis arma et fortes viri militiae prompti, sed rerum gerendarum ac praesertim nervus belli pecunia penitus defieit, cogitque magna necessitas, ut gratiam et liberalitatem Sanctitatis V.

pro exercitu contra tam formidandum Christianitatis hostem sustentando advocem. Celebrabit cam clementiam Sanctitatis V. eiusque inclytum nomen Christianus Orbis; Polonia autem mecum ream se accepti beneficii profitebitur. De reliquo S. V. longissimum rei Christianae imperium ex animo voveo, ac me Regnumque et Dominia mea eius gratiae humillimae commendo. Datum Varsaviae die XXIII. mensis Februarii Anno Domini MDCLXVII. Regnorum Poloniae et Sueciae XIX. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obedientissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

PONTIFICATUS CLEMENTIS PP. IX.

DLXX.

Rex Poloniae a pontifice petit, ut nominatum episcopum Chelmensem confirmet. Litt. Princip. Vol. 94. fol. 248.

Sanctño ac Beatño in Christo Patri, Dño Dño Clementi Divina provid. Papae IX. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum S. V. meique Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Inter primas Regiarum mearum curarum accenseo eos dumtaxat regendis Ecclesiis admoveri viros, quorum eximia virtus doctrinae et prudentiae innixa subsidio uberrimos in subiecto populo producere fructus, et non solum praeesse, sed etiam operoso in vinea Christi prodesse labore possit. Cum itaque post ascensionem Revñdi Thomae Lezynski Episcopi Chelmensis in Episcopatum Luceoriensem et Brestensem Ecclesia Chelmensis legigitimo pastore destitueretur, maxime pro munere meo fui sollicitus, ut in vacantem hanc Episcopalem dignitatem eiusmodi nominarem succedancum pastorem, qui suis virtutibus ad eius munus rite et condigne obeundum utilem et Ecclesiae Dei et Reipublicae posset navare operam. Talem Venerabilem Ioannem Rozycki Praepositum Cathedralem Gnesnensem, vacante sede Archiepiscopatus Gnesnensis post recentem decessum Revñi Venceslai Comitis de Lesno Archiepiscopis Gnesnensis Administratorem generalem, tum Administratorem perpetuum Abbatiae Mogilensis, et supremum Thesauri nostri Notarium, virum antiqua generis nobilitate, praestanti erga Nos fide, rerum maximarum usu ac insigni experientia, et quod ad rem praestantem attinet, ardenti erga Domum Dei et decorem ipsius zelo praeditum plus quam pro comperto habens et expertus, in Episcopum Chelmensem nominandum censui, nominatumque ad confirmandum S. V. supplex propono. Cum vero reditus istius Episcopatus pacatis temporibus non plus quam summam Mille aureorum Ungaricalium exaequasse liquido constet, praesenti vero bellorum calamitate adeo sint attenuati, ut non modo aliquis ex illis possit sperari fructus, sed etiam magnis in reparationem desolatorum bonorum istius Ecclesiae opus sit impensis: obnixe S. V. supplico, dignetur ex solitis circa Bullarum expeditionem pensionibus gratiose remittere, ipsumque circa beneficia specificata, videlicet Praeposituram Gnesnensem et Abbatiam Mogilensem, benigne conservare, plurimum ornamenti istius nominati confirmatione Domui Dei allatura. De caetero S. V. diuturnam incolumitatem et felicissimum S. Sedis Apostolicae regimen filiali submissione apprecor, eiusdemque paternae benedictioni ac protectioni me et Regna mea humillime subiicio. Dabantur Varsaviae die XII. mensis Iulii Anno Dñi MDCLXVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obsequentissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DLXXI.

Idem rex pontifici de consilio circa secundas nuptias ineundas secum communicato grates reddit. Ibidem fol. 327.

Beatissimo Padre. Con sensi di figliale osservanza e gratitudine ho ricevuto gli affettuosi non meno che prudenti consegli della S. V., e per l'amore che porto à questi miei Regni, e per la stima

singolare che faccio della confidenza, con la quale V. S. si è compiaciuta di aprirmi i suoi paterni et amorevoli pensieri, sarei per abbracciare volentieri l'occasioni di passare alle seconde nozze, se la mia età et i miei travagli non mi portassero ad altri pareri, assicurando V. S. che i bisogni urgentissimi di questi Regni minacciati da tante potenze barbare et infedeli richiedono un rimedio più efficace, e più pronto di quello che potrebbe risultare dal mio matrimonio per la sicurezza della Catolica Religione. Farò tuttavia le più mature riflessioni alle benigne propositioni di V. S., et alle convenienze e necessità presenti di questi stati per preudere quelle risolutioni che saranno più opportune al beneficio publico della Christianità, e ne farò parte con tutta confidenza à V. S. E mentre non posso finire queste righe senza suplicarla di novo della pronta promotione di Monsignor Bonzi tanto partiale di V. S. premendomi molto di vedcrlo Cardinale per servigio della Chiesa e mia sodisfattione, conseguo questa lettera chiusa al Secretario, e bacio a V. S. i santissimi Picdi. Varsavia 26 Luglio 1667.

Di V. Santità

(Epistola autographa.)

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

DLXXII.

Idem rex pontifici archiepiscopum Armenum catholicum Leopoliensem Romam in ecclesiae suae negotiis euntem commendat. Litt. Princip. Vol. 95. fol. 66.

Beatissimo Padre. A Vostra Santità saranno ben noti i meriti di Monsiguor Nicolò Toroscovicio Arcivescovo Armeno di Leopoli, poiche reggendo di molti anni quella Chiesa, più Nunci della Santa Sede havranno dato piene notitie delle lunghe fatiche da lui sostenute per cooperare all'unione del suo grege, et al conservarlo nella più pura dottrina della fede Cattolica Romana. Spero ancora che Monsig. Pignatelli Arcivescovo di Larissa, presentemente Nuncio di V. B., accompagnerà questo Prelato con tutte quelle relationi et attestati, che ponno meglio informarla dello stato e necessità di detta Chiesa, e renderla più certa delle sue qualità. Nondimeuo per motivo di quel zelo di Principe Cattolico, che son tenuto di contestare in ogni occorrenza, e per più chiara testimonianza della consideratione in che ho le virtù di questo soggetto, supplico anch' io la S. V. di riceverlo con paterna benignità, e compartirgli quelle gratie nella sua dimora in Roma, che più ponno animare lui e tutta la numerosa natione Armena alla costante obedienza verso di V. B. e di cotesta Santa Sede. Della mia figlial osservanza sarà atto ben giusto il professarne singolare obligatione à V. S. alla di cui benedittione insieme con i miei popoli m'inchiuo e le bacio i Santissimi piedi. Varsavia 29 Agosto 1667.

Di Vostra Beatitudine

Obedientissimo figlio
Giovanni Casimiro Re.

DLXXIII.

Idem rex Poloniae a pontifice petit, ut Alberto Korycinski novo episcopo Camenecensi praeposituram Miecboviensem concedat. Litt. Principum Vol. 95. fol. 68.

Sñc ac Bñc in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei ac Regnorumque meorum filialem commendationem. Praesentaveram Sanctissimo nuper vita functo ad Episcopatum Cameneccnsem, in Podolia Regni mei extrema provincia, Revñdum Albertum Korycinski Praepositurae generalis Miechoviensis administratorem, virum generis claritudine ac insignibus in Ecclesia Dei et Patria meritis commendatum. Cum tota illa provincia Tartaricis et Kosaticis sit inscssa exercitibus, qui ferro et igne grassati eam ad extremam vastitatem redegerunt, ita ut civitas Camenecia et pauculae arces, que moenibus propulsant hostem, in vasta existant solitudine, omnino necessaria interpositione mea apud Sanctitatem Vestram suffragandum censui praefato Rñdo Korycinski, obnixe exoraus, dignetur S. V. pro paterna sua reflexione retentionem dictae Praepositurae Miechoviensis eidem Rñdo Episcopo non gravatim concedere: siquidem pacatioribus quoque temporibus ob infidam Barbarorum viciniam semper aliquod reclinatorium in penitiori Polonia Episcopi Camenecenses ex Apostolicae Sedis et Regnum Poloniae beneficentia habuerunt. Nunc autem ipsa exigat rei necessitas, cum memorata civitas et Episcopatus Camenecensis pene in partibus infidelium merito sit censendus. Neque ullatenus conveniat, ut praefatus Rñdus Korycinski titulo Episcopali vitae sustentandae rationes commutet. Quod omnimoda diligentia commendans gratiae Sanctitatis V. eidem longaevam

incolumitatem et prosperum Orbis Christiani regimen filiali apprecor cultu. Datum Varsaviae die XXX. mensis Augusti Anno Domini MDCLXVII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

DLXXIV.

Conventio inter Gallorum regem et electorem Brandeburgicum circa electionem regis Poloniae. Nuntiat. Polon. Vol. 81.

Articoli fra il Re di Francia e l'Elettore di Brandenbourg.

1.) Desiderando il Re Christianissimo far piacere à l'Elettore di Brandebourg, et obligarsi il Signor Duca di Neubourg e per l'antica amicitia, che passa fra la Maestà di detto Rè e li sudetti Signori Prencipi, promette e si obliga in virtù di questo trattato di non più sentire le offerte promesse, sollecitationi e domande fattegli fin hora, e potrebbono ancora farsegli del Regno, ò alla vacanza della Corona del Rè Giovanni Casimiro hora regnante tanto nelle parti della Polonia, quanto altrove, e di desistere dalle sollecitationi, raccommandationi et informationi, che Sua Maestà può similmente haver fatte in Polonia et altrove per la promotione de' Signori Prencipi di Condé, ò Duca d'Anguien suo figliuolo, quando succederà il caso della vacanza, ò per la morte della Macstà del Rè di Polonia, che regna di presente, o mediante la sua abdicatione, c che caso che qualche Prencipe francese, particolarmente il Signor Prencipe di Condé ò Duca d'Anguien volessero aspirare alla Corona di Polonia, impedire e rendere in qualche maniera difficile l'effetto di questo trattato, Sua Maestà farà in modo che se ne astenghino, nè patirà che si contravenga di sorte alcuna à questa conventione ò direttamente ò indirettamente, nè in qualsia altro modo. Nè meno Sua Maestà Christianissima insinuerà ò procurerà che il Convoglio della sua militia Polacca sia data à qualch'uno contro le leggi et le Constitutioni della Republica.

2.) La Maestà Sua per le sudette ragioni d'amicitia con l'Altezza dell' Elettore di Brandebourg e il Signor Duca de Neubourg promette di più in buona c Regia fede di convertire apertamente ò secretamente, direttamente ò indirettamente al desiderio dell'Altezza dell'Elettore di Brandebourg e del Signor Duca di Neubourg tutti li suoi ufficii, sollicitationi, credito, insinuationi et altri mezzi tanto appresso il Rè di Polonia, quauto appresso la Republica e membri di quella in favore di detto Signor Duca di Neubourg, nel modo che si trattarà più amplamente, ò sia quanto al matrimonio del Rè di Polonia con la Prencipessa dl Neubourg, caso che Sua Maestà non vi habbia repugnanza, ò sia che in caso della vacanza per la morte ò abdicatione, ò resignatione di d. Signore, il Sig. Duca di Neubourg possa arrivare immediatamente alla Corona mediante l'elettione della Republica, in che Sua Maestà Christianissima procederà con ogni sorte d'ufficii, cure, raccommandationi, e couforme Sua Altezza Elettorale e il d. Signor Duca di Neubourg giudicaranno essere più à proposito, nel modo che si discuterà più amplamente come di sopra, e darà conseguentemente ordini conformi à quest' intentione alli suoi Ambasciadori e Ministri tanto in Polonia, quauto altrove.

3.) La Macstà Christianissima, l'Altezza Elettorale di Brandebourg e il Signor Duca di Neubourg non pretendono in modo alcuno con questa conventione di derogare alle leggi, costumi e libertà della Republica.

4.) Et havendo Sua Maestà Christianissima già dato per tutto c Sua Altezza Elettorale in particolare certezze tauto ferme e tanto solide, che non desidera niente con maggior passione, che un breve fine delli rumori presenti e gucrrc nella Fiandra, e che sempre sarà pronta ad accettare le conditioni d'una ragionevole e sicura pace; la Maestà Sua dichiara, che sempre resta in quei scntimenti, come anche in quelli di continuare, procurare et aiutare con tutta la sua forza la quiete e tranquillità dell' Imperio, e l'Altczza Elettorale che nou ha altro fine che il commune riposo dell' Imperio, e che pigliandosene una cura particolare nelle prescnti cougiunture, promette e si obliga per mezzo di questo trattato, di secondare uu'opera ancora tanto salutare e tauto utile à tutta la Christianità per stabilire con la sua mediatione interposita, et altri ufficii e cure come pace raggionevole, e per prevenire à tutti li mali che la continuatione di questa guerra potrebbe causare alli vicini e sopra il tutto alla quiete dell' Imperio.

5.) Sua Altezza Elcttorale promettc c si obliga ancora di non intrigarsi iu modo alcuno nella presente guerra fra il Rè di Francia e di Spagna nella Fiandra nè altrove, se non cou li buoni ufficii che porrà interporre per ottenere uua buona pace, come già si è detto.

6.) Sua Altezza Elettorale promette, c si obliga conseguentemente, di non concedere alcun passo, quartieri, nè levate di genti da guerra ne i suoi Stati per qualsia Rè, Potentati, Sovrani, Prencipi ò Potenze, senza eccettione tanto nell' Imperio, quanto fuori di esso, che volessero mandar truppa in Fiandra, se non in conformità delle Constitutioni dell' Imperio, e particolarmente del trattato della pace di Munster et Osnabrug, capitulationi di Francfort, e secondo li limiti e conventioni della lega del Reno, di che si fà mentione nel seguente Capitulo.

7.) Come anche Sua Altezza Elettorale cooperarà, che la parte della Westfalia osservi la sudetta cosa per conservare la quiete e la pace nell' Imperio.

8.) Per maggiormente corroborare l'amicitia e la buona corrispondenza fra il Re Christianissimo et il d. Siguor Elettore, l'Altezza Sua promette d'entrare di nuovo incessantemente nella lega del Reno, c di consentire alla prorogatione di quella per tre anni, con le conventioui che si faranno più particolarmente senza intervallo colla M. S. delle quali pure si tratterà incessantemente in Ratisbona.

9.) Il presente trattato sarà ratificato dall'una c dall'altra parte nello spatio di due mesi dopo la data; li sudetti Commissarii e Deputati hanno fatto due duplicati del presante trattato, l'uno de' quali si è riservato quello di S. M. Christianissima, c l'altro quelli di S. Altezza Elettorale, e si hanno promesso reciprocamente di ratificarseli l'un l'altro fra due mesi da hoggi. In fede di che hanno sottoscritto li due duplicati del presente trattato e postovi li sigilli delle loro armi.

Fatto in Colonia sopra la Spree li 15 Decembre 1667.

CLXXV.

Rex Poloniae pontifici firmam voluntatem regno abdicandi significat, quod ne faciat, idem ipsum dehortatur.
Litt. Princip. Vol. 96. fol. 243 et 282. Reg. Brev. An. II. fol. 12.

Bmo Padre. Hebbe V. B. subito esaltata al Sommo Pontificato il pio pensiero di consigliarmi ad un nuovo accasamento, già che alla Divina Volontà era piaciuto poche settimane prima di chiamare al cielo la Regina Ludovica Maria mia consorte amantissima, c son certo che il puro zelo della Religione Cattolica e l'amore suo paterno verso di me c di questi miei popoli la mossero à cosi viva premura, espressa all'hora con sua lettera di proprio pugno. Molti rispetti di conscienza, e di publico e di privato stato, mi hanno obligato à lungamente ponderare, se da dovero si poteva con tal mezzo sperare la quiete in questi Dominii, ò almeno moderare i mali dai quali fuori e dentro per tant'anni sotto i titoli di diverse cause stravagantemente sono travagliati. In fine oltre che l'istessa mia età poco contribuisce al persuadermici, non scopro se uon iucertezze pendenti più tosto (quand'io pure per altro potessi risolvere di accasarmi) al mutare solamente il titolo alle presenti diffidenze, ò al pericolo di accrescerle, che alla dispositione di sopirle, c constituire le cose in stato di sicura e continuata unione del Regno. E perche senza di questa ogn'altro fondamento di difesa dai mali interni et esterni, c particolarmente dalle insidie del Turco, sarà capace di lasciar libero il consiglio e le forze proprie à questo Governo, perciò, Padre Santo, parmi necessario di proponermi quella adesso, per l'unico scopo di ogni mia applicatione, e provedendo al peggiore e forse già imminente male che può succedere, dispassionarmi da ogn'altra mia sodisfattione c consequentemente da ogni mezzo e rispetto di conseguirla. In ordine à che ancora havendo già da alcuni anni considerato, non senza mio incessante dolore, che se tra le lunghe agitationi di questi dominii, cosi per le cause esterne come per l'interne succedesse un interregno, difficilmente si potriauo impedire i più strani sconvolgimenti, mosso dal zelo per la Religione Cattolica Romana, per la sicurezza della libertà de miei popoli, per l'intiera conservatione di questo Regno, Gran Ducato di Lithuania e Provincie congiunte, e dal desiderio sincerissimo che nel sopranominato interregno sia libera l'elettione di un Successore, sempre ancora sono andato osservando se si apriva alcuna congiuntura di provedere per quanto è nell'arbitrio e consiglio humano ad un male, i di cui effetti potriano diffondersi in tutto il corpo della Christianità. E perche à me è cosi incerta l'hora della morte, come à ciascuno dei viventi, nè posso provedere lo stato uel quale lasciarei questo Governo, e perciò trovandomi in età assai avanzata, secondo l'ordinario corso della vita humana, hò risoluto stando presentemente il gran respiro per la tregua con Moscoviti di rinuntiarlo liberamente agli Ordini del Regno, e permettere à miei popoli l'elettione di un Re Successore. Partecipo con figliale riverenza à V. B. questa mia risolutione non solo per eseguire l'intentione data nella mia risposta alla sopr' accennata lettera della S. V., mà perche con questa notitia possa per tempo e con l'orationi, e con l'opere impiegare la sua paterna pietà

e cura, acciò quest'attione nel suo corso et esito impetri e goda le divine benedittioni. E con questa occasioue uon lascio di ricordare à V. S. di haverla supplicata e fatta supplicare con il maggior rispetto et efficacia di concedermi la tanto giusta sodisfattione di promovere Monsig. Bonsi al Cardinalato. V. S. sà l'impegno nel quale mi trovo, e di nuovo le rappresento, che la virtù del Prelato, e la passione mostrata in ogni mio interesse, in che gli hà bisognato far spiccare ugual generosità e prudenza, richiedano ch'io accresca sempre premura all'instanze. Finalmente io non sò non numerarmi trà i benemeriti di Santa Chiesa, e credere superiore ad ogn'altro rispetto in questo particolare quello di consolar un Principe et un Re, che nel suo Governo ha ridotto la Religione Cattolica non senza contrasti, difficultà et inimicitie interne et esterne in assai maggior libertà di quella in che l'hà trovato, e che perciò doveva essere sin'in tempo di Papa Alessandro particolarmente nel modo del procedere corrisposto con accreditamento e gratitudine. Ciascuno applaude all'inclinatione che hà V. B. di giustamente consolar tutti, e particolarmente i Principi, e nondimeno sono io ancora nel puro termine di sperar le sue gratie, e forse solo à cui una sola sia ò disputata ò diferita con dannose conseguenze, benche, Padre Santo, io habbia proceduto e proceda come se l'havessi più pienamente conseguita. Il Sig. Cardinal Orsino rappresenterà à V. S. molte altre particolarità spettanti à queste matcrie, e perche ancora uella prima successivamente occorrerà di portarne in mio nome à notitia di V. B. molte altre, la supplico di ascoltarlo benignamente ncll'una e nell'altre, e prestarle quella fede di cui è ben degno anche per se stesso pienamente. E con speranza pur ferma di haver à godere le sue paterne gratie inchinato alla benedittione di V. S. le bacio i Sñi piedi. Varsavia 30 Maggio 1668.

Di Vostra Santità

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

Sanctñio ac Beatñio in Christo Patri D. D. Clementi Div. prov. Papae IX. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dũe Clementñe. Post oscula beatorum pedum S. V., mei Regnorumque ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Religionis est et meae erga Sanctam Sedem devotionis, ut S. V. quem Vicarium Eius, per quem Reges regnant, agnosco et veneror, filiali obsequio et confidentia deferam, quoties illustre aliquod mutationis concernens intervenit momentum. Plures iam sunt anni, cx quo curis et actate fessus boni publici Regni mei providus, et salutis animae meae, quam inter regnandi artes operari est difficile, satagens, proposueram Statibus Regni pro Electione libera, adscito regnaturo post fata mea Principe, orbitati meae commodisque publicis consuerent. Disiecto vi et ordine fatorum paterno hocce consilio meo, et auctis annis meis malisque publicis, non aliud meis et subditorum rationibus convenire reperi, quam abdicato in manus Reipublicae imperio, eam in liberrimo Electionis exercitio et me in optione vitae constituere, quam residuo dierum meorum et parandae aeternae quieti commodam iudicavero. Id me in futuris Comitiis certo executurum Senatoribus huc convocatis die hesterna declaravi. Praecipue vero mihi curae est S. V. consilium hoc meum approbare. Qua de causa Illñum et Rñum Dñum Galeatium Marescottum Archiepiscopum Corinthieusem, Nuucium S. V. Apostolicum, de coustantia et rationibus instituti mei amplius edocui S. V. omnia fide relaturum. Atque tam iu antecessum Diadema meum benedictione Sanctae Sedis assumptum ad pedes S. V. depono, non aliud inde resumpturus, quam eandem S. V. benedictionem, sub cuius nutu et auspiciis reliquum vitae trausigere desidero. Sit hoc voluntarium ambitiouis mundanae animae et Regno meis oblatum sacrificium gratum in oculis S. V., et ad gloriam saeculi et Poutificatus Sanct. V. augeat exempla illorum, qui per iacturam terrenorum non pocnitendo commercio portum salutis quaesivere. Nec credat S. V. perdere se filium, qui sub firmo erga S. V. obsequio lucrari auimam suam non respiciens retro coutendit, aut perdere Coronatum e filiis, succrescet euim benedicente per manum S. V. Deo dignus, qui impleat Thronum meum, et ego sponsor esse ausim, non alium subditos mihi populos assumpturos in Principem, nisi qui Religione Catholica et obedientia erga Romanam Ecclesiam ad solium hoc gradiatur. Conferet procul dubio S. V. in eam rem operam studiaque sua, et statibus Regni huius sub interregno concordiam internam, et verae Religionis amorem paterna sua admonitione instillabit. Hoc est quod et ego Regno huic et ad praeseus a S. V. flagito, et in excessu e Throno commendatum curabo, existimans bene me subditos meos relicturum, ubi illis nihil de protectione Sanctae Sedis et obsequio in matrem Ecclesiam decesserit. Interim S. V. longaevam a Deo valetudinem et foelicissimum Sanctae Sedis Apostolicae regimen filiali devotione exopto, ac eiusdem paternae Sanct. V.

protectioni mc Regnaque mea humillime commendo. Dabantur Varsaviae die XIII. Mensis Iunii Anno Dñi MDCLXVIII. Regnorum meorum Poloniae et Sueciae XX. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae Obedientissimus filius

IOANNES CASIMIRUS REX POLONIAE ET SUECIAE.

Carissimo iu Christo filio nostro Ioanni Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. IX. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Maiestatis Tuae literas die 30. Maii datas reddidit Nobis dilectus filius noster Cardinalis Ursinus, earumque tenorem et obfirmatam de Regno dimittendo seutentiam tuam voce quoque prosecutus est: quam rem omnem utique Nos non sine paternae caritatis impensa sollicitaque cura et attentione audivimus. Nunc autem summa rei gravitas exigit, ut pro impetrauda luce, quam in tam arduo negotio bene dirigamur, ipse Pater lumiuum enixis precibus adeundus Nobis omniuo sit: quod idem adhuc etiam a Maiestate Tua fieri plane cupimus, et ab ea summopere petimus, ut in huiusmodi tanti ponderis deliberatione, qua communi istius Regni bono, qua Christianitatis uuiversae rationibus recte consulatur. Nos equidem a prima usque Pontificatus nostri die mentis oculos iu res tuas tuique Regni conversos et fixos habuimus, atque primis ipsis literis manu propria scriptis rogavimus Maiestatem tuam, ut ad secundas nuptias transcundo Regiae domus suae successioni prospiccre vellet, quo Religionis Catholicae et publicae quietis res istic illesae atque immotae permanerent. In his cogitationibus solius communis boni zelo ducti, nec ulli prorsus affectui aut propensioui quorumcumque respectuum humanorum iudulgentes usque praestitimus, huiusmodi sensus M. T. per Nuntium nostrum identidem insinuantes. Quare non sine magna profecto sollicitudine audire potuimus, M. T. in abdicandi Regni proposito mentem omnino fixisse, cum inde periculum impendat nedum pacis et quietis subditorum tuorum convellendae, verum etiam rei Christianae totius et Religionis Catholicae rationem non mediocriter perturbandarum. Hinc nos muueris nostri debito nimium deesse merito videremur, nisi (quod ex toto corde facimus) iterum a te vehementer postulemus atque flagitemus, ut de retinenda corona consilium nostrum accipere omnino velis, atque saltem hanc rem universam animo complexus eam ita regere, ut Successoris Electio sequi possit absque ullo damno, aut etiam si possibile sit cum emolumento et lucro Sanctae Religionis ac totius istius Regni, quod se tamdiu tantoque cum suo bono sub regimine domus amplissimae tuae fuisse gloriatur. Nos profecto huic eidem rei atque fini cunctis animi viribus ex parte uostra efficaciter incumbemus, tum erga personam praeclarissimam tuam in quocumque statu te constitueris, eandem paternae caritatis eximiam voluntatem certe retinebimus. Quod autem attinet ad Venerabilem fratrem Episcopum Biterrensem, Nos eum precipuo sensu existimatiouis et benevolentiae prosequimur, neque Nobis utriusque rei causae quoque particulares desuut, eumque summopere Nobis cordi fuerit Maiestati tuae in re presertim tanto studio peroptata satisfacere posse, impedimenta quae hucusque posternae propensionis huius effectui obstiterunt, permoleste tulimus. Caeterum inprimis graves et adhuc matura consideratione plane dignae sunt eae rationes, quas omniuo in hac re perpendere debemus, uti Maiestas tua, quod credimus iam audivit, ac rursus audire poterit ex Venerabili fratre Archiepiscopo Choriuthi Nuntio nostro, cui fidem omnem habere volet, illud profecto sibi persuadens omnibus in rebus, quibus nobis permissum fuerit, gratificari tibi posse gaudium nostrum tuo par usque fore. His animi paterni sensibus Maiestati tuae benedictionem Apostolicam amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 7. Iulii 1668. Anno Secundo.

Carissimo iu Christo filio nostro Ioanui Casimiro Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

CLEMENS PP. IX. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi Maiestas tua ex aliis literis, quas nuper ad eam scripsimus, intelligere potuit, quam iugenti molestiarum et sollicitudiuum cumulo mentem nostram impleverit cousilium ab ea de Regno dimittendo susceptum, tameu cum assidue Nobis cogitautibus usque plura et maiora succurrant, qua detrimenta, qua pericula cum Reguo isti, tum etiam Reipublicae Christiauae toti ex huiusmodi re proculdubio hisce temporum articulis extitura, denuo te rogare et iu Christi visceribus obsecrare constituimus, ut omnem cogitationem hanc deponere velis, aut saltem suspeudere, doncc Nobis de causis, quae te movent, certioribus plane redditis, de re tanta et ad conscientiam quoque tuam vel maxime pertinere communicatis Nobiscum cousiliis, maturius deliberare possis. Quare si quid in hoc habes, quod animae tuae rationes tangat, etiam atque etiam a te petimus, ut antequam aliud quidquam decernas, id amori paterno uostro fideuter aperire nou omittas,

memor quod animae tuae rationem Deo reddere in re praesertim ad tot aliarum animarum et populorum securitatem et salutem omnino spectante districte tenemur. Age igitur, Carissime fili noster, patrem tuum salutaria suadeutem audi, respice tot hominum millia, quae Deus curae custodiaeque tuae credidit, ex tali facto tuo graviter periclitatura, et privatos voluntatis tuae quoscumque sensus, quamvis alioquin generosos, publico bono nedum Regni tibi domuique amplissimae tuae tam devoti atque devincti, sed universae rei Christianae multo generosius remitte atque condona, aut certe tantisper in tempus opportunius provide differ, uti cunta planius ex Venerabili fratre Archiepiscopo Corinthi Nuntio nostro coram audies. Quam profecto sentcntiam ut animo aeque pio ac praecelso tuo pro summa misericordia sua Dominus insinuare dignetur, eum enixe precamur, Maiestati tuae benedictiouem Apostolicam amantissime impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem ctc. die 12. Iulii 1668. Anno Secundo.

DLXXVI.

Ludovicus XIV. Gallorum rex cardinali Rospigliosi, intercedat apud pontificem, ut Io. Casimiro quondam regi Poloniae quasdam a se collatas abbatias confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 96. fol. 233.

A mon Cousin le Cardinal Rospigliosi.

Mon Cousin, Apres avoir disposé en faveur du Roy de Pologne et de Suede Jean Casimir des abbaies, dont sest dimis mon oncle le duc de Verneul: L'amitié ma porté encore a recurir a nostre Saint pere conjointement avec luy pour obtenir le gratis de bulles des mesmes benefices. Et comme je scai par experience ce que peut vostre intercession en de pareils rencontres, jc unis la demande par cette lettre aussy affectueusement que si cestoit pour moy mesme. Je massure, que vous ne me refuseres pas cette nouvele preuve de la consideration, que vous avés pour moy, et quelle ne sera pas moins heureuse que tant dautres que vous maves données, et que je noublierai jamais. Cependant je prie dieu quil vous ayt, mon cousiu, en sa saint et digne garde. A S^{t} Germain en laye le 27^{e} doctobre 1668.

(Lettre autographe.) Louis.

DLXXVII.

Pontifex ordines regni Poloniae admonet, ut virum omnino catholicum in regem eligant. Reg. Brev. An. II. fol. 69.

Dilectis filiis Universo Ordini Equestri Regni Poloniae.

Clemens PP. IX. Dilecti filii, salutem etc. Infixa cordi nostro de Comitiis rebusque vestris impensa cura literas et officia cumulare iubet, et quamvis de spectato Religionis Catholicae studio vestro, necnon erga Patriam amore singulari certi simus, monitis et hortationibus opportune ac importune indesinenter instare, ut in eligendo Rege solum Orthodoxae fidei Regnique totius animi vires unanimiter conferre velitis. Quod in re tanta si temporibus omnibus effici debuisset, hisce profecto tam difficilibus rebus undiquc ingruentibus adeo necessarium est, ut absque gravissima culpa et communi totius Orbis reprehcnsionc vel minimum connivere non liceat. Quare plurimum, Dilecti filii, concorditer omnes ad salutem Patrii et eiusdem praeclarissimi Regni conspirate, atque Polonae generositatis ac verae virtutis hoc novum experimentum vetcris gloriae decoribus debitum in praesens adiicite. Coeterum Vcnerabilis frater Archiepiscopus Coriuthi Nuntius nostcr in omnem hauc rem edisseret. Nos interim, ut vota communia qua nostra, qua vestra feliciter eveniant, in conspectu Domini supplicibus precibus insistentcs vobis, Dilccti filii, benedictionem Apostolicam quo maximo possumus amantiori affectu paternae caritatis impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem ctc. die prima Decembris 1668. Anno Secundo.

Eodem fere modo Nobilibus viris Ordini Senatorio Regni Poloniae; Venerabilibus fratribus, Nobilibus viris et dilectis filiis, Archicpiscopis et Episcopis, Ordinibus Senatorio et Equestri ad Regia Poloniae Comitia convenientibus.

DXXVIII.

Eosdem ordines regni Poloniae pontifex admonet, ut in proximis electoralibus comitiis rem Ruthenorum contra Schismaticos fortiter tueantur. Reg. Brev. An. II. fol. 115.

Vencrabili fratri Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. IX. Venerabilis frater, salutem etc. Etsi certo scimus, Fraternitati tuae pro singulari pietatc ac eximio zelo, quo pollet, omnes Religionis Catholicae rationes in proximis Comitiis curae cordique futuras esse: tamcn cum ab haereticis multa moliri tali tcmpore soleant, et partim etiam

audiamus, in his praesertim quae pertinent ad S. Unionem Ruthenorum, in quos odia Schismaticorum semper ardentia, nunc etiam specialiter invehuntur, a te quo maxime possumus affectu Pontificio petimus, ut eos omnino commendatos habeas, et ab hostium iniurüs atque dolis sarctos ac tectos tuearis, uti plenius coram audies ex Ven. fr. Archiepiscopo Corinthi Nuutio nostro, cui fidem omnem habebis. Nos interim Fraternitati tuae propitium et conatibus piis aspirantem Dominum sedulo precamur, atque benedictionem Apostolicam peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die etc. 9. Ianuarii 1669. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Eodem modo Regi, Episcopis et Ordinibus Senatorio et Equestri etc. Regui Poloniae.

DLXXIX.

Memorandum de Moscovita in regem Poloniae nequaquam eligendo, mense Ianuario anni 1669. conscriptum et comitiis electoralibus exhibitum. Nuntiat. Polon. Vol. 82.

Moschus non fiet Catholicus, quia est pervicax in suo Schismate, quia iam pertentatus in negotio Religionis frustauee, ideoque hoc modo. Cum Ablegati Poloni e Moscovia rediissent, et relationem rei gestae facereut, hoc etiam primum retulerunt: quod Dux Moschoviae sit pius Princeps, cum lachrymis pacto iuramento confirmavit, et quando Palatinus Czerniechoviensis in sua oratione verbis ex Apocalypsi usus fuit, multum se exinde contentum demonstravit. Postremo valedicendo rogavit Ablegatos, ut sanctos patres Patriarchas Alexandrinum et Antiochenum inviserent, qui ad ipsum pro depositione ex sede Metropolitaua Nicauoris Patriarchae Moschovitici venerant et Moscuae tum subsistebant. Fecere id Domiui Ablegati salutando simul et valedicendo Patriarchis, quos diserta oratione Dñus Palatinus Czerniechoviensis allocutus iusinuando ipsis, ut sicuti pax stetit inter duos Monarchas, ita posset stabiliri pax aeterna inter duas Ecclesias. Respondit nomine Patriarcharum Metropolita Gazensis, vir doctus 23. annis Romae in Collegio Graecorum uutritus, quod id Patriarchae plurimum exoptent. In materia Religionis nihil amplius accidit. Hinc rumor sparsus per totam Polouiam, Ducem Moschoviae inclinari ad fidem Catholicam. Religiosus quidem Dominicauus, qui cum Dño Potochi Palatinide Braclaviensi in captivitatem ductus, anuis tredecim Moscuae detentus pencs Cancellariam, habuitque notitiam cum Patriarchis, ac speciatim cum Metropolita Gazensi, publicavit et verbo et scripto: Patriarchas multum propendere ad Uniouem Rutheuorum cum Ecclesia Romana, rebaptizationem damnasse et sustulisse, Biblia expurgassc et correcta maudasse imprimi opera Gazensis conformiter ad Latina Biblia, excommunicationes solitas prohibuisse. Hinc motio a Rege et Episcopis suborta cogitandi de augeuda re Catholica. Datum hoc negotium Vicecancellario Regni Episcopo Culmeusi, qui litteras Regias ad Patriarchas et Metropolitas Moschoviticos conscripsit, et Moscuam die 31. Martii expedivit, Legatum ipsorum ad Ducem cum interpretatioue litterarum Ruthenice. Ad has litteras nullum responsum acceptum, quamvis frequentes Legationes et litterae posthac ad Regem nostrum dirigentur. Visitabant etiam cum permissione Regis Legati Moschovitici Rmum Vicecancellarium, qui fuerat ab illo Dominicano certificatus, illos in negotio Religionis cum ipso tractaturos (sciebant enim de litterarum expeditione ad Patriarchas et Ducem): ubi avide surrigebat aurem Dñus Vicecancellarius, nihilomiuus manentes per duas horas in audientia ne minimo verbo id innuerunt. Evanuit igitur spes ex cura ulteriori pro unione Religionis: hoc tamen litterae adiunxerunt praefatae, quod uobis constet, Ducem ea de re minime cogitare: quae etiam satis discrete fuere conscriptae cum determinatione loci iu sede ipsius Ducali et temporis in mense Iulio, quatenus Archiepiscopi et Episcopi possent conferre. Asseruut unanimiter periti animorum, et superstitionis Moscoviticae conscii de ipsorum contumacia infrangibili in sua religione, quemadmodum id audivi ex discursu D. Akselberg Ablegati Caesarei iu Moscuam directi, qui ibidem satis diu mansit. Dominus Palatinus Czerniechoviensis retulit, quod non id intendunt Moschi, ut ipsi Catholici fiant, sed Poloni fiant Rutheni: quod et iam homo quidam dignus et pius die 12. Septembris Moscua scripsit, nullam scilicet spem esse Catholicismi Romani vel Unionis in Duce, filiis et tota natione Moscovitica.

Quantumvis Candidatus Moschus fieret Catholicus, unius dumtaxat personae esset accessio, nullo Ecclesiae incremento, Moschoviticum Imperium, quemadmodum haud Polonico uniretur, ita nec fidem nostram acceptaret. E contra Cosaci et Rutheni nostri, qui maiorem medietatem Poloniae occupant, alienarentur a Rege Catholico facto. Palliata Religio periculosa et damnosa. Id prudenter veretur Roma, et Sanctissimus D. N. totis uititur viribus, quatenus Moschus fuco Religionis non deludat nos,

et non fiat Rex Poloniae, pie et prudenter ea de causa Brevibus ad Senatores Regni transmissis. Ferret exemplum tempore Regis Stephani promissae et mentitae fidei Gregorio XIII. Frustranea fuit legatio Antonii Possevini: et aliud exemplum Heleuae Moscoviticae uxoris Alexandri Regis, quae ideo coronata non fuit, quod nullatenus Catholica fieri vellet. Exemplum Iagiellonis non quadrat, qui ex paganismo integrum lumen fidei orthodoxae suscepit. Schismaticus radicatus in erroribus suis difficilior ad conversionem, potissimum quando illiciis Regiae dignitatis tantum ducitur, bonae fidei Catholicus esse nequit. Alia nunc quoque tempora, quam sub Iagiellone, rudi adhuc saeculo, nec corrupto haeresibus, quae nunc nulli occasioni nocendi rei Catholicae indormiunt.

Smolenscium non putatur restituendum, quod adeo a Moschis adamatur, ut fortalitium hoc intitulent Patriam Ducis sui. Possumus etiam Smolenscium et Transboristenem per Tractatus perpetuo Pacis vigore pactorum Andruszeviensium recuperare: et licet id nobis restitueret, esset dumtaxat hamus, quo cum escae illicio electo totam sibi Poloniam attraheret.

Dilatare fines Poloniae non opto, et laudo consilium Augustorum coercendi iuxta terminos Imperii: quemadmodum vastum corpus ita Regnum difficile movetur, et pluribus ictibus patet. Nihil in publicum accrescit dilatione Regni, nisi quod privatorum opes crescant, ac Reipublicae turbae et bella augeantur. Ukraina, Transboristhenes, Severia, patrimonia Reipublicae, census pro se recipiebant ac pro Republica nihil, vel modicum: interim Respublica insolentiam ex ipsorum avaritia ortam coacta cohibere, et hinc occasiones rebellionum tanto sanguine civium millionibus, vigintannali bello cum extrema sua perditione exolvit.

Heu quantum potuit terra pelagoque parari,
Hic quot serviles hauserunt sanguine dextrae!

Milliones essent quidem Reipublicae utiles, sed facilius dicuntur, quam dantur. Frustra etiam imaginamur nobis aureos montes in Moscovia, quando pro Provinciis per inducias ad pacificam possessionem concessis post summam ingentem appromissam vix millionem exolvere, idque partitim, nec potentes plenam dare solutionem, moneta suppleverunt, utique ex defectu aureorum et talerorum, siquidem ipsi monetam suam Dziegi dictam censentes esse optimam severe prohibent eam extra evehi. Hic sumus in ea penuria, ut nostris oneribus haud sufficiamus, habemus cuprea pondera in Fabrica Boroliniana cusa, quibus nos ferreo saeculo redimimus. Solum debitum Brandeburgici 400000. talerorum pro Elbinga, et 120000. pro Drahim grave sedet, huic facile consuletur per recompensam ex gratia copiarum auxiliariarum vel commemoratione magnorum a Republica beneficiorum acceptorum, numquid haud tam rigidus exactor erit praetensionum suarum, et dabit locum inventionibus Domini Oberbek, qui natus ad carpendam Rempublicam nunquam desistit ab illa aliquid avellere.

Potentia coniuncta prout terribilis erit inimicis nostris, ita et nos terrore complere potest, et inimicitias nobis accumulare. Iam Turca minatur nobis audita tantum Pacis cum Moscho conclusione, quid si nos univerimus, iam non tantum minari, sed saevire incipiet, et certo uobis bellum denunciabit, et inferet. Moschovia remota pace fruetur, apud nos Tartari iurati et hostes, totaque Barbaries vicina nos absque intermissione infestabit, quemadmodum declaravit Varsaviae Dedetzaga et furiose discedere voluit, audiens ab aliquo incerto post abdicationem Regis Moschum regnaturum. Sueci et Brandeburgicus aliique suspectam habebunt potentiam, et certo certius contra nos confoederabunt se. Ferebatur, quod Brandeburgicus expediverit Palatinidem Parnaviensem ad Ducem Moschoviae, monendo illum, omnes Principes contra ipsum consurrecturos, si affectabit Regnum Poloniae.

Candidatus Moschoviticus ipse Dux ob senium, iunior filius octennis ob iuvanilem aetatem incapaces Regni: senior filius habet sexdecim annos, hunc parens et Moschovia haud dimittet, retinendo in spem successionis in Throno post patrem. Habemus apud nos exemplum Vladislai, quem licet electum pater Sigismundus et patria ad Moschoviticum imperium haud dimisit. Casu vacaturi sceptri Moschovitici certo haereditarium dominium propter advitalitium Polonicum senior filius naturalis successor minime negligeret, et sic vel utrumque Regnum teneret (et ego censeo incompatibile Regnum Poloniae cum altero), vel nobis palam abiectis ad patrium solum et solium recurreret. Incompatibile autem sic deduco. Iura nostra non permittunt, ut Rex extra Regnum resideat, et extra fines discedat. Grave fuit nostris Maioribus, quando Budzini Comitia celebrabantur, quando consilia et iudicia tempore Venceslai Bohemi et Ludovici Ungari peregre peragebantur, quando Cracoviam, Posuaniam, Camenecum et alias munitiones integrasque provincias alienigenae gubernarunt, quando praefati Reges semel tantum

cum exercitibus armatim ingrediebautur Poloniam, quando provincias locuplctiores extcri administrabant, et viciniores sibi usurpabant, ac haereditariis Regnis incorporare volebant, quando terram Dobrinensem cum aliquot arcibus Duci Stetinensi, Firelunensem Ogolicum suis adhaerentibus cedebant. Vladislaus Iagiello cum esset Hungariae et Poloniae Rex, equitatum Polonicum attrahebat, et perdebat in defensionem Regni Hungarici contra Turcas, postremo cum plurimis Polonis ad Tumbras periit. Sigismundus senior amando patriam nostram oblata sibi Regna Hungaricum et Bohemicum respuit. Henricus tertius propter innatum erga Galliam amorem clandestine abiecit Coronam. Propter Sigismundum tertium, et ipsius posteros Suecia quid nobis intulerit, infandum non renovo dolorem. Prudenter non pridem Sueci scripsere Cardinalem Regem cum aliis incompatibilem.

Deterret me etiam a filio Ducis Moschoviae ruditas, quod sit illiteratus, quid ex ipso erit? Talis Rex tantum asinus coronatus. Poloni, gens culta et facunda, indigent Rege digno ad consilia, iudicia et negotia Reipublicae apto. Potentia vicina ipsius esset nostris libertatibus gravis et insidiosa: posset nos viribus suis ex minima occasione et offensa facillime domare, absolutumque et haereditarium Dominium inducere, Religionem Graecam usque ad Ungaros lungc late diffusam per totam Poloniam deducere et praedominantem efficere. Alieni erant Maiores nostri ab Austriacis et Germanis metu magnae et vicinae potentiae. Cave tibi ab Austria vicina Polonia, clamabant ad nos Hungari, Bohemi et similes nobis gentes. Libera olim Regna, quae liberae electionis Regibus gaudebant, semel tantum potentem vicinum eligentes in haereditatem et servitutem sensim sine sensu corruere. Ita semper accidit: accessorium sequitur principale. Auxilia a Moschis non omnino secura essent. Populus Romanus sociis defendendis orbe potitus est. Imperium Orientis, Regnum Hungaricum et aliae nationes per subsidia Turcicae periere. Franci Gallos, Saxones Angliam et alia Regna auxiliando occupavere. Sed denique frustra caput oneratis cogitationibus de Moscho, quando ille de Regno Poloniae ne quidem fortasse cogitat, necdum id prodidit ullo verbo aut signo: oblatam filio suo in Regnum successionem per Commissarios plenipotentiam a Republica habentes respuit.

Legatus ipsius per Varsaviam Venetias non pridem commeando edixit, Dominum suum haud aliter Regnum Poloniae acceptaturum, nisi ut haereditario iure ipsi tribuatur et Senatores Poloni ita ipsi sint subditi, prout Moscuae Boiari. Narzezochin coram Principe Curlandiae dixit, quod dare filium Ducis Polonis sit perdere et animam et corpus ipsius Principis. Legi quandoque in libris Metricae Regni relationem legationis Michaelis Arburdae hominis versati, directi a statibus Lithuaniae ad Ducem Moschoviae anuo 1572. pro notitia, utrum filium suum Fedorem non expeteret fieri Regem Poloniae et Magnum Ducem Lithuaniae. Super hac propositioue superbus leges porrexit dicens: Filius noster, non filia seu foemina, ut cum ipso dotem aliquam demus. Si cupiunt illum habere Regem suum Status Regni et Lithuauiae, dent Nobis Arces et Terras, prout expedit. Filius Fedoris Regnum haereditet. Regnum Poloniae et Magnus Ducatus Lithuaniae a nostra natione nihil abstrahat. Quando animam Fedoris, vel alicuius ex ipsius familia Deus repeticrit, corpora ipsorum in Moschoviam nostra progenici advehantur, nec in Polonia sepeliantur. Livonia tota cedatur Moschoviae. In titulo scribatur prius Regnum Moschoviae, Poloniae et M. Ducatus Lithuaniae. Quod si expedierit Lithuania regimen nostrum a Regno Poloniae se separando, erit nobis peragratum. Tanti emitur servitus Moschovitica: saevitiam et alia non exprobro, qui possunt his remedia dari, etiam fortasse coeperunt esse civiliores.

Indignitas rei deliberationem de Moscho cum Duce susceptam oppressit.

DLXXX.

Dux Radivilius metropolitam Kioviensem schismaticum ac supremum Cosacorum Zaporoviensium ducem invitat, suos populos hortari velint, ut marchio Brandeburgicus veluti potentissimus protestantium et schismaticorum protector, ac catholicorum acerrimus osor in regem Poloniae eligatur. Nuntiat. Polon. Vol. 82.

Copia litterarum Principis Boguslai Praefecti stabuli M. D. L. ad Pseudo-Metropolitam Kioviensem Fulcalscium, profugum et rebellem Patriae.

Perillustris et Rme Pater Metropolita Chioviensis, Domine et Frater. Contristaverat equidem Patriam nostram perversorum Procerum maliguitas a longo tempore, Serñum eius moderatorem et in illo universum orbem Polonum et Lithuanum dolosa iactando pernicie. Desideratum tamen diu votorum nostrorum et Religionis Evangelicae cogitatum non modo nostrae sinceritatis, verum et omnium horisontis Ukrainensis incolarum recreavit desideria, Quando Serñus Rex cum dolenda Maiestatis suae

iactura, iam penitus in Comitiis praesentibus abdicando Regno, destitutos consilio non minus et praesidio pravorum subditorum lusui lubricae fortunae exposuit animos. Respondeat coelum votis nostris, et fidei nostrae in immensum dilatet augmentum. Porro plurimum interest tam Vestrae Dominationi quam perillustri D. Generalissimo exercitus Cosatici Zaporosiensis, una cum toto exercitu aut nunc aut nunquam res nostras restituere. Et quia securius est, ut concordemus simul consilia, uniamus vires et potentiam contra Papistas. Princeps Illmus Brandeburgicus omnes immunitates tam gentis Ruthenae, quam exercituum Zaporosiensium praecipue in integro sacrosancte et illaese sacramento firmando spondet, vovet, per superos iurat, quod non tantum in usu illarum libere conservabit, sed et aliae plures novas addendo perpetuo sancitis legibus gaudere permittet, modo concordibus Vestrarum Dominationum suffragiis Thronum Regni Poloniae occupet. Dinasta etenim est fortis, magnanimus, maturae deliberationis, Religionis Graecae defensor, hostem semet Romanorum fidei semper profitetur, munificentissimus, Domui nostrae addictissimus Euryalus. Ad latus suum Consiliarios impios (quemadmodum praeteritus Regnans, qui pacis proferunt nomina, et fraudis minantur omnia) non patitur. Verbo talis tantusque omnes alios Monarcha supergredi videtur dexteritate sua, cui in comparationem nemo venire potest. Ergo cum thronus Polonorum nunc omnibus numeris accuratissimum respiciat prospiciatque Regnantem, totis Vestra Dominatio cum universa gente sua velit in id conspirare viribus, ut praefatus Monarcha tanquam veteranus Candidatus Augustus in Regem Poloniae, si non votis, saltem motibus eligatur, qui Patriae tranquillitatem, Ecclesiae incrementum, Religioni Graecae liberum exercitium, subditis libertatem restituet, suum Promotorem in summum evehet. Coeterum desideriorum intimabit Dominationi Vestrae instructus in omnibus Dñus Archimandrita meus, (id est Slucensis ille, qui fuit in convocatione proxima praeterita), et ut fidissime id ipsum a Vestra Dominatione spero, ita vel unice exoro, maneoque semper

Dabantur (Branscii die 24. Februarii 1669).

Vestrae Dominationis Addictissimus frater

Boguslaus Radivilius Praefectus Stabuli M. Ducatus Lithuaniae.

Copia litterarum eiusdem ad Generalissimum Cosacorum Zaporoviensium.

Perillustris Dñe, Generalissime exercituum Zaporosiensium. Desideratum diu Regiae Maiestatis cogitatum nostrum quam desideratissimum expectatum iam in praesentibus Comitiis effectuatum, quando superstes Regnans inter mortuos, vel potius sepultos connumeratus est. Quis author huius? quibus machinamentis hoc tentabat? Credo innotuisse non Dominationi Vestrae, verum universo orbi, quando continuo temporis fluxu, ex quo rogatus evasit, astu subtili lupus insidiabatur ovili, incendendo lites Patriam inter et liberam Rempublicam, hoc scopo si non ipse regnet, modo suum efficiat Regnantem. Hasque omnes fraudes vulpino tegebat animo, pacis quidem gerendae nomen, sed dolosum minabatur omen. Qua in re innocentissimus agnus (Rex videlicet) permittens se abuti, modo ob istos dolos celatos totius orbis derisui datus. Cum vero exercitibus Zaporosiensibus et libertatibus Vestrarum Dominationum non mediocris inde intentatur clades, nunc tempus acceptabile, nunc resumere vires opus est. Viduata Patria, cum sine mora debeat providere sibi Patrem familiae, non aliquem alium pro rato proximiorem et addictissimum Patriae (ut opinor) habere potest, quam Principem Illmum Brandeburgicum, qui est Monarcha potens, clemens, liberalis, non pauper, nummis abundans, habet in aestimatum Religionem Graecam, ciusque defensor, hostis in caput Papistarum. Non tantum omnes libertates Vestrarum Dominationum antiquas et recentes immune et sacrosancte sacramento obvallat, verum et novis additis, aeterna eas donabit indemnitate. Magni enim aestimat gentem Vestrarum Dominationum, et praecipue vires unitas potentiamque Tartarorum, vocando uimirum ad suam amicitiam legiones utriusque exercitus Vestrarum Dominationum. Qua in re praecipue compellat Dominum Metropolitam Kioviensem, pro tunc apud Vestras Dominationes ob eorumdem malevolorum impetitionem residentem, Pastorem Vestrarum Dominationum, Dominum meum et fidissimum Achatem, cui confidentissime omnem meam offero propensionem, ut communi consilio et auxilio Vestrarum Dominationum Thronum Regni Poloniae ac si per electionem possidere possit, uti quondam electus Augustus fuit. Ardentissime id ipsum apud Vestras Dominationes, ac exercitum Zaporovianum viribus Crimensibus Tartarorum unitum affectat et desiderat. Quibus etiam exercitibus in vim stipendiorum summam duorum millionum candidissime vovet, et in futurum vobis quibuscumque Vestrarum Dominationum deditissimum se declarat. His omnibus commissis Domino Metropolitae ad invigilandum, id apud Vestras Dominationes expostulo studium, et ipse

cum tota domo mea (mentibus subdolis orbi monstratis) uuice hunc Principem in Throno Polono Regnantem divinitus oro et spero, cum sim toti exercitui Zaporiviano addictissimus et Vestrae Dominationi Dabantur Branscii (dic 24. Februarii 1669).

Favens ad obsequia semper
Boguslaus Radivilius Pracfectus Stabuli Magni Ducis Lithuaniae.

DLXXXI.

Magnus regni marschalcus ac praeses ordinis equestris pontificem de Michaelis Korybuti in regem Poloniae elections certiorem reddunt. Litt. Princip. Vol. 96 et 98. fol. 122 et 265.

Sñe Pater. Pro ea humillima obligatione, quam ex debito et innato pene domui meae erga Sanctam Sedem foveo zelo, cum submisso et obsoquioso cultu defero ad notitiam S. V., qualiter hodierna die suffragiis totius Reipublicae Regnique Poloniae electus est in regalem thronum Serñus Princeps Dñus Michael Coributus Wisnioviezchi, meus ex sorore frater, nunc vero acclamatus faventibus superis Rex Poloniae Magnusque Dux Lithuaniae. Fateor Sanct. V. me non alio motu quam solo boni publici studio, ac totius Christianitatis emolumento eo cooperavisse, ut ex gremio nostri habeamus Regem, qui et amorem possideat populi eoque disponat, quod Sanctae Sedi ac toti orbi Christiano proficuum atque infractum esse valeat in augmentum sanctae fidei, Ecclesiae propugnaculum, antemuralis huius murus stabilimentum, necnon S. V. paternum solatium ac obsequium nostri. Cuius benignissimos nutus hac coelitus oblata occasione ad obsequium S. V. dispositos exoptaudo Sños ciusdem pedes humillime deosculor.

Sanctitatis Vestrae
(Epistola autographa.)

Humillimus et obssquentissimus ssrvus
Stanislaus Princeps Lubomirschi.

Sñe et Bñe Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum beatorum Sanct. V. nostrique Equestris Ordinis Regni Poloniae et M. D. L. humillimam commendationem. Profectam ex paterno S. V. animo simulque in praesenti Elcctionis actu obscrvatam admonitionem tali suscepimus veneratione, qualem cum singularis S. V. crga nos propensio, tum debitus tanti in terris nominis exigebat cultus. Perennet is S. Vestrae ad publicum totius Christianitatis commodum tendens ac collimans zelus! Perennet vigilans, quam in Pastorali officio agnoscimus, laudamus et veneramur, sollicitudo! Pariter optimus parens erga filios suos innata fertur inclinatione, atque in nos S. V. digna omni adoratione, digna pro cuius longaeva incolumitate faustique in Republica Christiana successibus devota ad supremum Numen expediamus vota. Haud saue nostri eloquii est referre illud Sanctitati et Beatituti Vestrae, quibus aut quantis Electorale munus nostrum praevia duntaxat S. V. benedictione Caelestis Maiestas secundaverit favoribus. Dederamus forsan Poloni non mediocrem Externis omnibus censurae occasionem, cum a tot retro anteactis saeculis aliunde Reges, quibus paruimus, Sceptris Sarmaticis applicaremus. Fatorumne illud erat irretractabile decretum, an quidem Maiorum nimio plus circumspecti scrupuli ipsimet eventus, quibus interdum indoluimus, iuterdum prospere usi sumus, dudum iudicavere? Nunc quia, Dei voluntate uniformes voces et millena suffragia disponeute, sanguinem de sanguine osque de ossibus uostris, orthodoxa avita Religione, gentilitiis decoribus, spectata vitae probitate, rectisque moribus populo suo praeiturum Michaelem Korybuthum Ducem in Wisniowiec Regem Poloniae et Magnum Ducem Lithuaniae concordissimis vocibus diximus, ne ulli apud nos inexpertae virtuti, sed inter nos natae et edueatae indoli salutem et incolumitatem Christiani huius antemuralis commisimus, haud quaquam dubitamus Sanct. V. operi huic paternam benedictionem suam impertituram, simulque filium hunc catholicissimis parentibus ortum reique Romano-Catholicae pro viribus suis affuturum, pro quo Sanct. V. humillime supplieamus teuerrimo affectu suo prosecuturum. Regnabit utique ille eodem, per quem Reges regnant, favente, seque spiritu suo priucipali confirmante cum populo suo charissimus et utilis, tum S. V. observantissimus. Hoc spondent sui incorrupti mores, idem Illñus et Rñus Dñus Archiepiscopus Corinthi S. V. ad status et ordines Poloniae et M. D. L. nuntius fusius S. V. explicabit. Nos interim ad pedes beatos Sanctitatis Vestrae prouissimis in debitam venerationem studiis procumbentes nos, nostraque omnia Christo suaeque vicariae in terris potestati devotissime commendamus. Dabantur Varsaviae post foelicissimam inaugurationem Electionis S. R. M. Dñi nostri Clementñi dic XIX. Mensis Iunii Anno salutis MDCLXIX.

Sanctitatis Vestrae Dñi nostri Clementñi
Obsequentissimi filii et servi
Felicianus Rewicki Subdapifer Regni Marsalcus Equestris Ordinis mpp.

DLXXXII.

Michael rex Poloniae electus pontifici a se susceptum rerum regimen notum facit. Litt. Principum Vol. 98. fol. 310 et 311.

Sño ac Bño in Christo Patri Dño Dño Clementi Div. prov. Papae IX. Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Pont. Max. Dño Clemcntissimo.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V., mei Rcgniqne mei humillimam commendationem. Ad anxias S. V. curas, quarum non minor pars Regni Poloniae orbitas S. V. cxercebat, censui pertinere S. V. cum deferre nuntium, me totius liberae gentis concordibus suffragiis ad Thronum Regni Poloniae die XIX. Innii electum, tandem hesterna VII. Iulii die post capitulationem conclusam et inramentum religiose peractum Sceptrum Polonum, maximis studiis et votis externorum Principum petitum, feliciter capessivisse. Mirabitur Orbis me Regni indigenam, nullis fultum cxterorum commendationibus, ab omni remotum ambitu, concordi Ordinum Regni voce ad onus regendi regnandique in Polonia assumptum. Manus Domini fecit haec, et opus solius dexterae Excelsi. Atque dum humeros impares licet tantae suppono moli, S. V. amantissimum Christiani Orbis et Poloni parentem demisso cultu et filiali obseqnio veneror: beatissimisque eiusdem advolutus pedibus paternam supplex flagito bencditionem, minimo filiorum suorum S. V. eam non gravetur impertiri: benedicat mihi anima tua, ut Polonae Aquilae iuvcntus meis sub auspiciis renovetur, Religio Catholica per Regnum annexasque Provincias et maior gloria Dei proferatur. Validum hoc Christianitatis antemurale terrori sit et formidini iis hostibus, cum quibus a tot annis gravi et ancipiti dimicat bello. Haec S. V. nuntiare suadet et erga S. V. mea summa devotio, tum et Antecessorum meorum erga Sanctam Sedem constans et perpetua reverentia. Eius impulsu dum haec scribo, me Regnumque meum santissimis orationibus, tum et Paternae S. V. protectioni diligenter commendo. Datae Varsaviae die IX. (sic) mensis Iulii Anno Dñi MDCLXIX. Regni mei I. Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius
MICHAEL REX POLONIAE ELECTUS.

Sño Padre. È piacciuto alla Bontà di Dio fare apparire li effetti delle efficaci orationi di V. S. per una Elettione Pacifica in questo Antemurale di Christianità, nell'esser concorsa di consenso universale con liberi Voti la Nobiltà tutta ad elegermi a questa Corona. Ne dò hora la parte debita a V. S. con speranza ben certa che sia per sentir gusto del frutto conseguito della sua Paterna sollicitudine. Confesso a V. S. questo di conoscermi impari di forze al peso del Governo di tanti Popoli, mi resta con tutto ciò speranza di haver a goderc dalla Providenza Divina assistenza speciale, e da V. S. Paterni ricordi e gratie spirituali per rinvigorirne la mia debolezza, di che porgo voti ben caldi al Cielo e nc supplico la S. V. A la quale pregando da Dio molti anni di vita a Beneficio di Chiesa Santa, et humiliato alli Sui Piedi le ricomando me stesso c questi Popoli, e le chiedo la Sua Santa Benedictione. Varsavia 11 Luglio 1669.

Di Vostra Santità

(Epistola autographa.)

obsequentissimo figlio
MICHELLE ELETTO RE DI POLOGNIA.

DLXXXIII.

Metropolita Ruthenus catholicus pontifici supplicat, velit regem et proceres Poloniae exhortari, ut s. unionem Ruthenorum contra iniquas Schismaticorum et Cosacorum molitiones viriliter defendant, suadetque, ne aures iis praebeat, qui patriarchatum Ruthenum erigendum proponunt etc. Litt. Eporum Vol. 52. fol. 158 et 224.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post laetos fanstosque Unioni nostrae hac electione proxime praeterita dies. Quando nimirum Pacta Vladislaviana magnis conatibus Schismaticorum reassumi tentata, paribus ant maioribus per nos subruta fucre: suprema eidem Unioni pariter ac Fidei Catholicae per michinamenta Cosaco-Schismatica, supplicemque eorundem Reipublicae porrectum libellum intentatur dies. Certe a septuaginta annis conditae conclusaeque cum S. Romana Ecclesia Ruthenorum Unionis illis persecutionibus assueti nec in praesens expavescere, dummodo Sanctitatis Vestrae Dñi mei Clementissimi sollicitudo ac tutela opportune accedat. Solebant Sanctissimi Praedecessores S. V. non modo ad Sacram Regiam Maiestatem, Rempublicam eiusque Proceres hoc super Unionis decrimine Apostolica scribere Brevia, sed et censuras necessarias contra quoscunque dignitate praefulgentes, casu quo tales atheopoliticas rationes vellent ruinare Unionem, Illño huius Regni Nuntio concredere, qua-

tenus ille, visis eorum perversis consiliis et maledicta illa ratione status salvandi cuncta licere, primo dictus Illũus Dominus Nuntius ad commiuationem, post ad fulminationem contra tales Statistas deveniat. Alias si hic a Sanctitate Vestra contra tales non evaginabitur gladius, millenas et millenas harum terrarum Catholici cogitabunt rationes, ut si non in toto, saltem in parte bona Ecclesiastica Unitorum cedant Schismaticis. Divina gratia ita volente omnia fere beneficia cum fundationibus villarum Nos Uniti possidemus, supra decem millia Ecclesiarum in Unione facile numeramus. Schismatici vero in Regno Poloniae Magnoque Ducatu Lithuauiae conatibus Unitorum, quandoque etiam brachio saeculari adhibito, si enim in primitivis temporibus, permittente divina patientia, mali habebant potestatem bonos ad malum compellere, multo magis nunc de beneplacito Dei, boni possunt et debent molos ad bonum adstringere, penitus extenuati: soli Cosaci moribus vix non Turcae, fide Schismatici ob potentiam qualemcunque fastidio nobis Uniti sunt. Ideoque Sanctitas V. pro muncre paterno nou desit Patrocinio commendando nimirum hoc magnum Illmo Dño Nuntio Unitorum negotium Interim cum tota Russia sacris pedibus S. V. advolutus me gratiae S. V. quam impense devoveo. Suprasli die 30. Iulii An. 1669.

Sanctitatis Vestrae Dñi mei Clementissimi

Humillimus servus ad pedes

Gabriel Kolenda Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae.

Sme ac Bme Pater, Dne Dne Clemeutissime. Post rupta Comitia Coronotionis Regiae supervenere Cosaci spiritu nequam Tukalscii Pseudometropolitae ipsorum inflati, desiderant commissionem nos inter Unitos et ipsorum Spirituales Schismaticos. Annuit Rcspublica ob differentias Unitorum et Dissunitorum componendas bonaque per nos iuste possessa exdividenda. Unde vehementer timeo, ne isti Catholici Commissarii tracteut non catholice res nostras, sed potius politice, scilicet Episcopatum Premisliensem uon ita pridem per Schismaticos occupatum adiudicando, atque Archimandriam Leszczensem per R. P. Cyprianum Zochowski magnis ac zelosis conatibus vindicatam restituendo. Certo certius haec mala irruent super nos, si Dominus Archiepus Gnesnensis Primas Regni in Commissarium destinabitur. Ecce, Beatissime Pater, ingcutes effudi cxpensas hisce ultimis ruptis Comitiis, quo impedirem astum et molimina Schismaticorum, adhuc tamen ipsi Ecclesiastici illi sunt (ut saepe Rex noster Serñus dictitat,) qui promovent haereticos atque antagonistas uostros. Vel unicum rerum nostrarum solamen sunt Brevia Sanctitatis V., quibus meam personam et Unionem commendat, et fortis ac inconcussa plane protectio Illmi Dñi Nuntii Apostolici promovendae Unioni, confundendoque Schismati invigilantis. Et iam opera eiusdem Illmi Nuntii effectum est, ne Boguslaus Princeps haercticus ingrediatur Regni Seuatum, meus alioquin magnus antagonista, cum quo de recuperanda Ecclesia celebrem in Tribuuali Magni Ducatus Lithuaniae litem gero. Anno sequenti eviucam Ecclesiam cum omnibus pertinentiis, et sat pinguibus decimis, licet Ukraina et Schismatici, idem cum ipso sentieutes, clament contra me. Supplicem interim S. V. parrigo libellum in causa alioquiu iustissima pensionis Vladimirieusis, quam habui ex seriis partium controversiis coram Illmo Domino Nuntio cum meo Episcopo Vladimiriensi ac Brestensi Benedicto Glinski unito. Iusserat Illmus Dñus Nuntius me in possessione pensionis manuteneri (quemadmodum insero Decretum emanatum manutentionis), ille tamen dictus Epus Vladimiriensis expedivit Romae commissionem cum inhibitione, ubi etiam inaudito cxemplo et lege non fuit apposita clausula (quemadmodum semper apponitur): non retardata solutione pensionis per Sedem Apostolicam impositae; ut nimirum quotaunis Episcopatus Vladimiriensis (uti pinguior) in subsidium Sedis Metropolitanae Chioviensis ademptae persolvat florenos sexcentos monetae Polonicae. Nolo ego ligare manus Dño Archiepiscopo Regni, Commissario a S. V. ad huuc effectum determinato, hoc tantum a S. V. peto, ut Dñus Archiepiscopus Gnesnensis iudicet hanc causam in petitorio, in possessorio autem quandoquidem ego obtinui, et Antecessores mei, manutentionem apud Illmum Nuntium, aliosque antecedaneos pariter Nuntios Apostolicos: ideo iubeat S. V. per Sacram Congregationem vel de Propaganda Fide, vel Episcoporum Consilii Tridentini per Rescriptum, ad me directum, procedere Illmo Dño Nuntio Apostolico ad extradendas executoriales litteras mandati manutentionis cum clausula: non retardata solutione pensionis Vladimiriensis sexcentorum florenorum iu personam meam, cui ex persona Autecessorum meorum competit manutentio, uti decreta Nuntiaturae sonant. Ut enim fatear Sanctitati V., ita me evisceravi publicis expensis, ut vix sufficiam pro auctoritate Metropolitaua in Comitiis comparere. Dictus vero Dñus Epus Vladimiriensis, venationibus continuis inhaerens, vix me superiorem suum ac ordinarium honorans, lucris et commodis privatis attendit, opes aduuat, non quas applicet reparandis Ecclesiis, cradicandis Schisma-

ticis, litibus cum ipsis agendis, sed quas penes se asservet, de quibus valeat illud: Avaro tam deest quod habet. Expecto iustissimum rescriptum S. V. quo committat Illmo Nuntio Apostolico procedere ad extraditionem executorialem epistolarum cum clausula: non retardata solutione pensionis Vladimiriensis. Interim Commissarius, qualisqualis ille sit Dñus Archiepiscopus Regni, iudicet causam in petitorio, per nullam enim aequitatem potest modo retardari solutio pensionis, adiudicata debitaque mihi, Antecessoribus ac Successoribus meis. Dum hanc gratiam S. V. ardenter reposco, eiusdem sacros pedes devotissimo veneror osculo, benedictionemque Apostolicam imploro, maneoque

Sanctitatis Vestrae Dñi mei Clementissimi

Cracoviae 30. Novembris Anno 1669.

Humillimus servus ad pedes
Gabriel Kolenda Archiepiscopus Metropolita totius Russiae.

PS. Cogitant hic instinctu Domiui Archiepiscopi aliorumque Politicorum colloquia nobiscum et Disunitos inter statuere, Patriarcham in Russia erigere, dummodo faciant pacem in diebus suis.

Sanctmc ac Beatme Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post rupta Comitia, iam ternas scribo, supplicans Sanctitati Vestrae in variis Ecclesiae et desideriis meis privatis: Nunc repeto postulata eadem. Et quidem requiruntur Brevia Sanctitatis Vestrae Domini mei Clementissimi (ratione collocationis Metropolitae iu Senatu) tum ad Sacram Regiam Maiestatem, tum ad ordinem Senatorium ac Equestrem. Quibus in Brevibus dignetur S. V. inculcare Sacrae Regiae Maiestati et ordinibus Unionis S. Romanae Ruthenorum defcusionem. Ego quidem foecunda benedictione Sauctitatis Vestrae suffultus, quantum possum in Domino, socia protectione Illmi Dñi Nuntii, resisto conatibus Schismaticorum atque eorundem defensoribus, scd si Dominus in Scnatu Regni me collocaverit, penitus corruct Schisma. Et licet hoc in Regno aliqui veliut colloquia nos iuter et Schismaticos iudicere, Patriarcbiam Ruthenam erigere, quo facilius avellantur Rutheni ab obedientia Pseudo-Patriarchae Constantinopolitano: tamen, Beatissime Pater, ut ingenue fatear, eo vergunt talia consilia, ut Metropolia mea, succedentibus fatis, annihiletur, et nequam Ukraina palpetur. Non accuso Serenissimum, de quo magnam rerum nostrarum spem concepi, sed illam Ecclesiasticam personam timeo, de qua in anterioribus iam scripsi Sanctitati Vestrae. Ideoque provideat Sanctitas Vcstra de Coadiutore Metropoliae, quem praeseutavi Sanctitati Vestrae per Illmum Dñum Nuntium Apostolicum: voluntatem ac oraculum Sanctitatis Vestrae non audebit ullus violare, imo probabit Serenissimus.

Aliud quod in votis erat supplicare Sanctitati Vestrae pro expeditione rescripti Apostolici vel per Sacram Congregationem de Propaganda Fide, vel per Congregationem Episcoporum, quatenus Illmus Dñus Nuntius, non obstante praeiudiciosissima Commissione recens Romae contra me expedita (in personam Archiepiscopi Regni) ab Episcopo Vladimiriensi unito, suffraganeo meo, procedat ad extradendas executoriales litteras iuxta maudatum manutentionis in hac Nuntiatura Poloniae emanatum. Solitum enim erat, ut Vladimirienses Episcopi in beneficium Sedis Metropolitanae Chioviensis persolverent annuatim Antecessoribus meis pensionem Sexceutorum florenorum Polonicalium: et nunc modernus Episcopus Vladimiriensis vult hoccc excutere onus, quod non modo ex decretis, Brevibus Sanctmorum Pontificum, sed et receuti manutentione Illmi Dñi Nuutii Apostolici iustissimum est. Cur ergo retardari debet solutio? cur illa clausula omnibus commissionibus trita et vulgaris, Non retardata solutione pensionis, non fuit apposita Romae? Libenter comparebo citatus coram Archiepiscopo Regni, delegato Commissario Sanctitatis Vestrae, sed ille potest procedere in petitorio, non autem possessorium impedire, aut legare manus Illmo Domino Nuntio, ne extradat executoriales sui mandati de manutenendo litteras. Expecto beneficum rescriptum Sanctitatis Vestrae. Et interim praeter illa superius requisita alia privata optarem Sanctitatis Vestrae Brevia, nimirum ut Sermus Rex et Proceres Regni Ecclesiastici consurgant contra ausus civium Vilnensium, qui volunt me privare et spoliare iurisdictioue supra cives locatos in fundis Ecclesiarum Ruthenarum Vilnae. Iu caeteris civitatibus gaudeo iurc gladii, et subsunt dictae iurisdictioni, soli cives Vilnenses ob aliqua capita perversa conantur infringere iura Metropoliae Chioviensis. Cum his iuribus accessimus ad complexum Sauctae Romanae Ecclesiae, et sunt nobis firmata tum a Sauctissimo Clemente VIII. praedecessore Sauctitatis Vestrae, tum a Sigismundo tunc Rege Poloniae. Incassum abiret Metropolia Chioviensis, ubi haec iurisdictio Metropolitana annihilaretur. Nec pro me, sed pro iuribus Ecclesiae zelo. Utiquc, Sanctissime Domine, admissi sumus ad omnia iura et privilegia, quibus gaudent Praelati Sauctae Romana Ecclesiae, meretur authoritas Metropolitana, ut

pacifice fruatur (quemadmodum sui antecessores) iurisdictione Vilnae, secuti Episcopi Vilnenses gaudent et fruuntur. Tres integras septimanas consumpsi Cracoviae, ut huic attenderem causae, sed video cives Vilnenses subodoratis rationibus meis differre iustitiam volunt, interim Ecclesia vim patitur. Instantissime hac in re addat Brevia Sanctitas Vestra, cuius in hac appendice Orbis constitus servus et indignus concreditarum animarum Pastor sacros deosculor pedes, benedicique exoro

Cracoviae Decembris 1. Anno 1669.

Sanctitatis Vestrae Dñi Dñi Clementñi Humilñus et obsequentñus servus ad pedes

Gabriel Kolenda Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae.

DLXXXIV.

Pontifex regem et ordines regni Poloniae hortatur, ut in proximis coronationis comitiis ecclesiam catholicam et sanctam Ruthenorum unionem pro viribus defendant. Reg. Brev. An. III. fol. 215.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Regi Poloniae Illustri.

Clemens PP. IX. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum audiamus in Comitiis Regiae Coronationis proxime futuris actum iri de Schismaticorum adversus Catholicam Ruthenorum Unionem improbis postulatis: etsi non dubitamus, quin Maiestas tua pro singulari pietate et prudentia sua prolixe curatura et praestitura sit, quae ad incolumitatem et bonum tanti negotii et religionis orthodoxae pertinere possunt, tamen pro ipsius rei gravitate ea, qua par est, cura et sollicitudine cordi penitus infixa plane tenemur. Quare Ven. fratri Archiepiscopo Corinthi Nuntio Apostolico scribimus, ut ea de re cum Maiestate tua diligenter agat, et plura quidem, quae paternus erga te Regnumque nobilissimum amor atque domus Dei zelus suggerit, ample ac distincte referat. Eum igitur attente audies, ac divinorum beneficiorum, et huius praesertim tam admirabili adeptione Coronae nuper accepti memor, serio cogitabis, nihil tibi antiquius esse debere, quam ut Regnum, quod ipsius Dei clementia tribuere tibi dignata est, ei tu quoque ac sanctae illius fidei, quantum humanis consiliis fieri potest, incorruptum et addictum servare, ac in medio tot hostium atque difficultatum unice tantum ac munitum reddere velis: quod alia quidem ratione assequi non potes, nisi Catholicae Religionis et Ecclesiarum res atque omnes, ut indubie futurum esse confidimus, inviolate persancteque custodieris. Id idem hortari te quoque debet immortalis proprii nominis fama, quae profecto ex primis regiminis novi gestis censenda et iudicanda vel maxime pendet. Hanc autem, quod insignis virtus et religio tua pollicetur, ut eximia nunc apud homines laudum gloria et olim aeterno in coelis diademate coronet Regnorum arbiter Deus, precibus accuratis vehementer exposcimus, ad id Maiestati tuae omni ex paterno corde benedicentes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xxiv. Augusti mdclxix. Pont. nostri Anno Tertio.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis Poloniae et Lithuaniae ad Comitia congregatis.

Clemens PP. IX. Venerabiles fratres, salutem etc. Quamvis ad universum Senatum, in quo Fraternitates vestrae, opportune providente Domino, principem locum obtinent, de Unione Sancta Ruthenorum conservanda diligenter scripserimus, tamen quoniam eius rei cum debitum, tum exemplum ad personas sacras vestras vel maxime pertinent, praecipuis quoque literis vos alloqui debuimus, et quemadmodum facimus, ex officii nostri munere serio hortari ac monere, ut non solum ipsi in retinenda constantia vestra pactorum cum Deo et Ecclesia Sancta, etiam iurciurando firmatorum, memores esse velitis, sed omnes quoque auctoritatis et industriae vires exercere, quo eandem fortitudinem aliis persuadeatis, et Sanctam Unionem tot myriadum animarum salutem complectentem omnino sarctam tectam tueamini. Profecto Maiores religiosissimi vestri eo sacros Praesules in Politico quoque statu insigni dignitate potiri, et e primis Senatus subselliis sententiam dicere voluerunt, ut si quid tale contingeret ad cultum divinum et Catholicam Religionem attinens, essent in ipsa Curia sanctae fidei et pietatis auctores et propugnatores praecipui, qui humanos omnes timores et respectus posthabentes, solius Dei gloriae et veritati intrepide asserendae consulerent: quas porro muneris sui partes amore divino succensi Episcopi Poloniae saepe alias etiam in hac ipsa re egregie et praeclare peregerunt. In praestando igitur illud, ad quod sane tam Episcopalis, quam etiam Senatoria professio vos qua divino, qua humano iure constrictos tenent, non decet trepidos, aut etiam nimis cautos videri, sed oportet summam in Domino spem habentes fortitudinem et robur induere, ut honorificetur ministerium vestrum, et inde

imbecillioribus etiam fiducia et alacritas addantur. Quapropter Apostolica auctoritate iubemus, ut in hanc rem omnes consilii, sacerdotalis constantiae zelique vires impendatis, et ad hunc maxime effectum Ven. fratrem Archiepiscopum Corinthi Nuntium nostrum attente audire voletis, qui nullas in hac re studii et efficacitatis partes iussu nostro praetermittet. Idem vos pariter praestituros esse plane speramus, et quamvis in re difficili et ardua Maiorum vestrorum vestrique similes omnino futuros. Huiusmodi non minus debitis, quam gloriosis laboribus praemium in promptu erit, inclyta apud homines fama, et in coelis reposita corona iustitiae. Utramque vero cum coeterorum adiectione bonorum ut Fraternitatibus vestris reddat iustus Iudex, ab eo petimus, paterne benedicentes. Datum ut supra.

DLXXXV.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut privilegia sedis primatialis Gnesnensis conservare, et episcopum Camenecensem ad sedem Leopoliensem transferre velit. Litt. Princip. Vol. 98. fol. 434 et 460.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis Vestrae, ac humillimam Regni mei commendationem. Posteaquam liberis populorum suffragiis delatum adeptus sum Regnum, in id tota primum incumbendum mihi putavi cura, ut cuilibet sua integre iura et praerogativae constent: quod ipsum solemni iuramento in futura felici coronatione mea firmare propositum habeo. Cum vero status spiritualis non modo aliis praeemineat, sed tam in Senatu quam in Tribunalibus ab incunabulis constitutae huius Reipublicae supremum obtineat locum: is illi honos durantibus sceptris meis ut semper habeatur, pro innata mihi ac debita pietate omni studio adnitor. Et quoniam antiquissimo iure Rñus in Christo pater Dñus Archiepiscopus Gnesnensis, Primas Regni cum titulo Primi Priucipis Regni, eiusdem ecclesiastici ordinis decus est, iure meritissimo tantae diguitatis praerogativa exigit, ut eius me assertorem promptissimum exhibeam, et apud S. V. inter primas preces hanc praecipuam interponam, quateuus S. V. eiusdem praerogativis favere dignetur, et ne quidquam sub clemeutissimo Pontificatu suo de eisdem deliberari a quoquo sinat, quo solidius princeps ista Praelatura diminutionem, si quae irrepsit in suis privilegiis, abolere possit. Id porro tanto confidentius a S. V. humiliter postulo, quo non mihi solum, sed universo Regno notiora sunt praeclarissima Primatis moderni merita, qui ita nuper prudenter Interregis potestatem exercuit, ut in tam probato rerum omnium statu pacatam mihi statiouem cura indefessaque vigilantia reddiderit: Ecclesiae vero sanctae non modo de iuribus imminui quidquam non permiserit, sed sartam tectamque immo auctam sua vel in primis sollicitudiue conservaverit. Minime itaque mirum S. V. videri debet, quod tam insignia Praelati huius merita praecipua primaque commendatione proscquar, submissaque prece contendam, ut eum commendatissimum habere velit: quod uberius nomine meo Illñus et Rñus Dominus Cardinalis Regni Protector exponet S. V., cuius beatissimos pedes iterum demisso osculo veneror. Dabantur Varsaviae die XI. Septembris Anno Domini MDCLXIX.

Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V., mei Regnique mei humillimam commendationem. Viduata nuper obitu Rñdi Ioannis Tarnowski Praesulem Cathedra Archiepiscopatus Leopoliensis efflagitat. Cuius solatio simul ac orbitati prospectum esse cupiens, delegi virum generis claritudine, doctrinae, pietatis ac morum praestantia commendatum, Rñdum Albertum Korycinski Episcopum Camenecensem, Praepositurae Miechoviensis perpetuum administratorem, quem S. V. praesentarem et nominarem pro ea exorans, ut ipsum ad praefatam ecclesiam Leopoliensem cum retentione Praepositurae Miechoviensis benigne promoverc dignetur. Meruit is apud Apostolicam S. V. clementiam calculi mei suffragium, inculpatae vitae per plures annos in aula Praedecessorum meorum laudabiliter trausactae testimonio, et hactenus rite gesti Episcopatus Camenecensis experimento, ut cum ad operosam hanc Archidioeccsim, quae vastis provinciis Graeco Schismate infectis insita est, non solum dignum, sed et parem iudicem atque illum talem S. V. quam diligentissime commendo. Quod dum pro officio meo siucere exequor, S. V. optimam valetudinem et fortunatissimum diuturnumque Rcipublicae Christianae regimen devotus exopto. Datae Cracoviae die XII. mensis Octobris Anno Domini MDCLXIX. Regni mei Primo Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

DLXXXVI.

Idem rex pontifici, ut B. Stanislaum Koetkam inter sanctos referre velit. Litt. Princip. Vol. 84. fol. 242.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V., mei, populorum ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Nobilitatis Sarmaticae clypei dum Apostolici solis fulgore recreantur, gratum spleudorem Alpibus referre consuevèrunt, qua fortes, qua pios addecet. Utramque lauream detulit nationi Polonae Vicarium iusti Iudicis, nempe Summorum Pontificum effatum in nonnullis viris, qui eas coelo et terra teste meruerunt. Nuuc S. V. offert se, ac prima mea, quae caelitibus debeo, regnandi libamina sibi vendicat, cognata mihi e materna stirpe pietas, iam alias a compluribus Antccessoribus meis Regibus Poloniae Sedi Apostolicae maiorem in modum commendata, et a maguis gloriosissimae memoriae Pontificibus Clemente VIII. et Paulo V. probata piissimi iuvenis e Societate Iesu Stanislai Kostka, qui generis sui nobilitatem religiosa primum, dein coelesti gloria cumulans, Orbis arcus dccus audit et praesidium, Alexiique Romani redivivum nupero saeculo specimen, miraculorum maguitudine et pertinaci populorum recursu admirandus. Hunc iam Pontificio oraculo beati nomine insignem, ac in altarium et imaginum aequa Divis olim declaratis veneratione in possesso isthic existentem, ut Sanctitas V. Missae ac officii dignatione recolere concedat, obnixe et pcrquam ardenter expeto. Iunioris huius Stanislai virtus magno illi Pracsuli et Martyri apud Polonos paene S. V. me supplicante favorem, imo ultro se offerens Poutificia bcniguitate excipiatur, ut qui non solum totius Imperii Turcici vires, scd plerarumque omnium remotissimarum gentium Machumetanarum immeusos exercitus ante annos quadraginta apud Chotimum et Cameneciam (ultimum in hisce oris Christianitatis propuguaculum) caelitus immissa vi profligavit, gcntem suam a certissimo excidio tutatus. Is ipse nunc et periclitanti Christianitati et laboranti Patriae contra eosdem hostes eos praesentiorem afferat opem, quo dignori cultu pcr S. V. ratihabitionem implorabitur. Sanctissimo Sanctitatis Vestrae respectui commendare amplius vix mei esse puto, satius mc ipsum paternae eiusdem bcnedictioni. Cui optimam valetudinem et prosperrimum ac diuturnum Orbis Christiani regimcn devotus exopto. Datum Cracoviae die XXV. mensis Octobris Anno Domini MDCLXIX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
Michael Rex Poloniae.

DLXXXVII.

Metropolita Kiovieneis Ruthenus catholicus a pontifice petit, ut coadiutorem cum futura euccessione a se designatum confirmare velit. Litt. Episcoporum Vol. 52. fol. 223.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Cum indics curis, laboribus ipsisque senescentibus attritus annis rationes expendo aeternas, horret animus, me hactenus Divina gratia vicisse, et tam modicum pro Ecclesia Dei illaborasse: cogito tamcn ac volo, donec vita superstes, res Ecclesiae omni meliori modo augere. Quos inter modos non postremus cst Coadiutorem cum futura successione substituere (prout consuevere Metropolitae antecessorcs mei pracveniendo tali methodo ruinis, quas Unioni per vacantiam Sedis Mctropolitauae unitae mirabantur Schismatici), et Sanctitati Vestrae promovendum proponere. Sane diu volvcbam animo, cuinam tantum Coadiutoriae imponerem onus, nec certe vidi aequalem muneri Metropolitano digne sustentando in aliis subiectis (quae etiam Illñus Dñus Nuntius modernus bene perspecta habet) capacitatem, quam rcperi in Rño Patre Cypriano Zochowski, sacrae Theologiae Doctore Romano, Archimandrita Leszczyensi, viro alioquin doctrina, pietate, nobilitate ac zelo huic officio pari, et in Romana curia optime noto. Hunc crgo et non alium in successorem meum S. Vestrae praesento, Eandenque Sanctitatem V. quam instanter reposco, dignetur de more et stylo Curiae beneficiariae Sanctitatis V. dictam Coadiutoriam in personam Rñi P. Cypriani per Secretariam Brevium expedire, consentiens ex nunc ad hunc effectum unicuique cxpeditioni Coadiutoriae cum futura successione. Ita cnim et mei alleviabuntur labores, expensacque hactenus in immensum pro tuenda Unione Sancta effusae, debitis superinductis tempcrabuntur, et ipse hac dignitate animatus animosius operabitur: Schismatici vero scientes bene esse provisum de sede Metropolitana Chioviensi, demittent cristas, nec tam facile gaudebunt aggredi Unionem. Hoc dum solatium Scnio me a S. V. impensissimis expeto votis, pedibus eiusdem advolvi atque bcnedictione Apostolica expleri ore cordeque desidero

Sanctitatis Vrae Dñi Clementissimi

Humillimus obsequentissimus ad pedes servus

Cracoviae 19. Novembris 1669.

Gabriel Kolenda Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae.

DLXXXVIII.

Regi Poloniae pontifex significat, iura et privilegia sedis primatialis Gnesnensis infringi nunquam se passurum. Reg. Brev. An. III. fol. 257.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. IX. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Privilegiorum, quibus insignis Ecclesia Gnesnensis Apostolicae Sedis concessione potitur, conservationi et indemnitati quemadmodum Maiestas tua pie postulat, pro rerum ac temporum opportunitatibus usque praesto erimus. Coeterum eiusdem Regiae pietatis vel maxima laus erit, si praestiteris, ut istius religiosissimi Regni erga Sanctam. hanc Sedem debita perpetuaque veneratio etiam in Apostolici Nuntii persona rite colenda, et eius praerogativis, honorificentiis et rationibus omnibus protegendis regiminis tui temporibus eximie praeluceat; neve quid eorum, quae ad hanc rem pertinent, ullo modo diminui contingat, sed omnia prorsus inviolata serventur, aut etiam tam pio, tamque mira divini iudicii sorte promoto Principe glorioseque regnante, in maiorem Dei gloriam et eius in terris Vicarii reverentiam adhuc magis exornentur atque provheantur. Haec penes insignem zelum et religionem animi praestantissimi tui meminisse superfluum plane fuit; verum sollicitudo et cura perurgens, quam de Sanctae Sedis huius honore ac dignitate gerimus, ut id vel in his Regni tui primordiis etiam atque etiam tibi commendemus, impellit. Sed quoniam cuncta planius ex Ven. fratre Archiepiscopo Corinthi Nuntio nostro coram intelliges, reliquum est, ut Maiestati tuae, quod omni paternae mentis affectu certe facimus, Apostolicam benedictionem amantissime impertiamur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 23. Novembris 1669. Pont. nostri Anno Tertio.

DLXXXIX.

Rex Poloniae nuntium apostolicum invitat, ut Czestochoviam ad matrimonium suum cum Eleonora archiducissa Austriae solemniter benedicendum veniat. Epi Cracoviensis ea de re cum nuntio apostolico tractatio. Nuntiat. Polon. Vol. 85.

Copia di biglietto scritto dal Rè a Monsignor Nuntio.

Michael Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Rme in Christo Pater. Quemadmodum cunctos successus nostros singulari Numinis providentiae debemus; ita semper eosdem ad auspicia Santae Sedis Apostolicae referre devoto sensu exoptamus. Cum igitur, disponente eadem divina gratia, ac Serñi Romanorum Imperatoris accedente fraterno amore, his ipsis Carnisprivii diebus inituri sumus sacra Matrimonii vota cum Serma Archiducissa Eleonora, suae Maiestatis charissima sorore, in Monte Claro Czestochovicnsi, coram illa sacrosancta Deiparae Imagine fontis misericordiarum et miraculorum inexhausta scaturigine, Paternitatem V. peramanter requirimus, ut pro die 16. Februarii opportune ad praedictum locum accedere, atque his ipsis votis nostris adesse velit, additura Neosponsorum solatio pondus Apostolicae benedictionis, cui Paternitatis V. prompti officii exhibitioni congrua grati animi significatione respondere non intermittemus, atque interim eandem optime valere cupimus. Datum Varsaviae die 30. Ianuarii Anno Domini 1670.

Michael Rex.

Copia literarum Illmi Dni Episcopi Cracoviensis ad Illmum Dnum Nuntium Apostolicum.

Serñus Rex dominus meus Clementissimus misit ad me D. Lubienski Ecclesiae meae Cathedralis Canonicum, ut Illmae D. V. concederem facultatem benedicendi matrimonium eiusdem Serñi Regis cum Serma Archiducissa Austriae Eleonora, quam ego facultatem libentissime mitto Illmae D. V. una cum gratiarum actione, quod hoc in passu Illma D. V., ut forte posset, noluerit praeiudicare iurisdictioni meae ordinariae pro summa sua prudentia, quam summe veneror, ac mea paratissima semper obsequia Illmae D. V. prompte defero. Kielciis 17. Februarii 1670.

Illmae et Rmae Dominationis Vestrae

Servitor paratissimus
A. Episcopus Cracoviensis.

Copia responsi Illmi D. Nuntii Apostolici ad Illmum Dnum Episcopum Cracoviensem.

Illme et Rme Dne, Dne Observandissime. Si actus petendae aut acceptandae facultatis benedicendi matrimonium S. R. M. cum Serma Archiducissa Austriae Eleonora in hac Czestochovicnsi ecclesia ineundum, quam ad me suis in literis die 17. currentis mensis Kielciis datis, et a Domino Canonico Lubienski mihi redditis mittere Illma D. V. scribit, esset de genere indifferentium, adeo ut nullum mihi successoribusve meis in similibus casibus praeiudicium inferret, utique a me tanquam eiusdem Illmae

D. V. studiosissimo nullatenus fuisset omissus. Verum quia posset is tractu temporis in exemplum trahi, placeat idcirco Illmae D. V., ut hac in re sensa animi mei consueta ingenuitate illi aperiam, mihimet scilicet me suadere minime posse, voluisse ipsam tali assensu quidquam muneri meo detraxisse. Explorata siquidem mihi est exemplaris illa veneratio, qua Illma D. V. facultates Apostolicis Nuntiis a Sancta Sede indultas respicit, quas inter illa est (quod cidem innotescere existimo) seorsivo Brevi elargita, ut quoquo loco libere Pontificalia exercere iisdem liceat. Quapropter praefatum benedicendi assensum, quamvis penitus mihi non necessarium eatenus ab Illma D. V. missum huc esse reor, quatenus ita voluerit, prout congruum erat Serni Regis petitionibus facere satis, a quo (me prorsus inscio et omne aliud cogitante) supponitur missus hac super re istuc praefatus D. Lubienski, Maicstate Sua me tali permissu indigere et facultate specifica circa similia haud frui forsan existimante, lieet hoc etiam casu absque eo quod praefatus Dnus Canonicus istius itineris hac hyemali tempestate incommodum subiret, et Illmae D. V. hoc in negotio molestus esset, potuisset de more huiusmodi licentia a Parocho peti, cum in similibus materiis animarum curae Praepositi consueverint haec munia simplicibus etiam presbyteris requisiti de facili permittere. In his idcirco termiuis, nec alias et citra omne mei facultatumque mearum praeiudicium litteras Illmae D. V. praefatas accepi, eandem ut credat rogans, quod sicuti omni meo conatu in id semper incumbo (prout sibi constat), ut Illmorum Eporum Iurisdictio corumque dignitatis decus nullum unquam detrimentum aut diminutionem patiantur, ita vicissim indultas muueri meo a Summis Pontificibus praeemineutias sartas tectasque servare omnino teneor. Quod sane Illmae D. V. pro eximia, qua fulget, erga Apostolicam Sedem observantia, atque praeclara ipsius prudentia pergratum, et eommendatione dignum videndum esse non ambigo. Cum his paratissima mea obsequia Illmae D. V. defero. Datum Czestochoviae die 26. Februarii 1670.

PONTIFICATUS CLEMENTIS PP. X.

DXC.

Pontifex regi Poloniae et archiepiscopo Gnesnensi, ut sanctam Ruthenorum unionem contra nefaria Schismaticorum et Cosacorum molimina tueantur. Reg. Brev. An. I. fol. 4.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili uoster, salutem etc. Supremam Ecclesiae Universae procurationem vix a Spiritu Sancto accepimus, Vicariamque impares licet Pontificis sempiterni subivimus potestatem, cum a principe tenebrarum, qui inducias nunquam Catholicae Religioni facit, amarissimam Nobis in amplissimo isto ac quam maxime dilecto Regno sollicitudinum messem parari comperimus, dum eum adversus sanctam Ruthenorum Unionem infernas vires exercentem, electorumque fidelium numerum imminuere satagentem cognovimus. In Apostolica autem statione diu Nos noctuque commissum super gregem excubantes opponere conabimur arma lucis, concreditasque Nobis oves perducere contendemus in pascua immarcescibilis foelicitatis. Tanti vero solatii perceptionem ultro Nobis pollicemur, eximiam perspectamque pietatem ac fortitudinem Maiestatis tuae vigili paterna mentis consideratione revolventes: nihil enim tam arduum pro Orthodoxae fidei iucolumitate tuenda occurrere unquam poterit, quod aut animus tuus aggredi, aut robur perficere nequeat. Excelsae huiusce spei firmitati indubitanter innixi irritos omnino adversarii, cum quo luctamur, conatus fore confidimus, teque coeli iura strenue propugnante iniquas Schismaticorum voces comprimendas planc in gutture eorum esse non dubitamus, nec speciosa promissa fictique terrores, quibus impiam promovere causam student, de consilio Nos ac constantia Maiestatis tuae anxios habent: aderit uempe a dextris tuis scieutiarum Dominus, nefarios dolos aperiens, sentiesque te omnia posse in eo, qui asseclas suos confortat. Praebe igitur, Carissime fili noster,

loquenti in Nobis Numiui sedulas aures, occlude eas petitionibus aras ac templa cvertentibus, divinique cultus securitati militans, generosa per Deputatos tuos, quos Ostrogium conveuturos audivimus, postulatorum reiectione improbis desertoribus regalc pectus oppone. Inconcussum tam validis stans fundamentis erit Regnum tuum, debitamque gratae observantiae responsionem ab Augustissimo solio magnitudinis suae ille, per quem mirabiliter regnas, benigne respiciens, aeternam mansuram imponet capiti tuo coronam gloriae. Plura in hoc maximi momenti negotio nostro nomiue edisseret Venerabilis frater Archiepiscopus Corinthi Apostolicus Nuntius, cui plenam a te praestari fidem cupimus, nostrique Principatus primordia praeclaro aliquo propensac erga Maiestatem tuam benevolentiae documento insignire exoptantes, quo amantiori sanc in Domiuo possumus charitatis sinu tibi benedicimus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die x. Maii MDCLXX. Pontificatus nostri Anno Primo.

Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo Gnesucnsi.

Clemens PP. X. Veuerabilis frater, salutem etc. Perspecta Nobis adeo est vigilantia, qua Fraternitas tua assidua istic excubat accuratione in promovendis pro suo muuere Ecclesiae rationibus, simulque adversis ab eadem incursibus propulsandis, ut omnino quiescere in Apostolica statione possimus. Quia vero commissa nuper a Spiritu Sancto suprema animarum tutela diu Nos noctuque urget ad divini cultus incolumitatem enixe tuendam, nullum sane exactissimae solicitudinis experimentum emittere decrcvimus, ne impositas Nobis partes minus exequi videamur. Cum autem improba Schismaticorum audaeia lethales iu sanctam Ruthenorum Unionem iras acuat, fictisque promissis inviolata eorum iura proseindere contendat, Fraternitati tuae in hoc maximi momenti uegotio strenuam eorumdem defensionem iniungimus, atquc orthodoxae Religionis custodiam demandamus. Indeficientem infortuniorum diluviem, quae Rempublicam Universam obrueret, si iniquis Cosachorum postulationibus subscriberetur, exculta longo rerum usu prudentiae tuae solertia apprime cognoscere poteris, atque idcirco abs re in praesentia dueimus ea singillatim recensere. Excita igitur, Venerabilis fratcr, opportuna pro rei gravitate repagula, milita validis pro Dei causa consiliis, nostrisque curis operae tuac sedulitate modum quamprimum impone. Ampla rependet praemia ingenti cum foenore Pontifex omnium saeculorum inclytis laboribus tuis, Nosque qui eius in terris, immerentes licet, Vicariam gerimus potestatem, iugibus benevolentiam nostram, ubi per occasionem licuerit, beneficiis testatam usque tibi faciemus. Uberius paternos sensus nostros explicabit Venerabilis frater Archiepus Corinthi, cui integram fidem praestare poteris, tibique interim cx animo bcnedicimus. Datum Romae apud S. Petrum etc. die x. Maii MDCLXX. Pontificatus nostri Anno Primo.

DXCI.

Rex Poloniae Clementi PP. X. de eius assumptione ad summum pontificatum gratulatur. Litt. Princip. Vol. 99. fol. 141.

Sñio ac Beatñio in Christo Patri, Dño Dño Clementi Divina providentia Papae X.
Sacrosanctae Romanae et Universalis Ecclesiae Poutifici Maximo,
Domino Clementissimo.

Sñc ac Bñc iu Christo Patcr, Dñe Dñc Clcmentñc. Post oscula pedum beatorum Sanct. V. meique et Regni ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Non minor eius laetitiae pars, quam Orbem exhilarat Catholicum et in me redundat, dum S. V. coclesti nutu et suffragio Electum Christi Vicarium intellexi. Si enim Ecclcsiae orbitas, crepto e vivis S. V. optimo Praedecessorc, non nisi tristis et aecrbis doloris plcna Christianum Orbem iu moerorem traxit, faustus hic nuntius toti Catholico gregi, qui curac Pastorali S. V. est subiectus, ingens foenorat solatium. Hoc Regnum Dominiaque mea cum impleat, filiali cultu et subiectione supremam hanc et coelo ipsi confinem gratulor S. V. dignitatem. Vota mea superis nuncupo, S. V. diu sospitem et omnigenae foelicitatis auctam incrementis conservent in hac Ecclesiasticae navis gubernatione, quae tot procellis et fluctibus agitatur, mittant auxilium ab alto. Provideat Princeps Pastorum, ut Orbcm Christianum tot bellorum tumultibus fessum S. V. pacatum regat, imperet ventis ut quiescant, paternaeque S. V. obediant voci. Turca immanissimus occupata Candia ferox et insultans, concordia et viribus Catholicis minuatur sternaturque, Clementum Pontificum egregius semper in Poloniam favor et affectus crga me Regnumque meum patescat. Haec vero mea vota dum intime et sincero promo pectore, omne studium, observantiam et filialem promptitudiuem meam nutui addico S. V. eiusdemque paternae protectioni me Reguum et Dominia mca commendaus

longaevum et foelicissimum Rei Christiane Imperium S. V. auguror, eiusque Pontificiam de genu exoro benedictionem. Dabantur Varsaviae die xx. Mensis Maii Anno Dñi MDCLXX. Regni mei Anno Primo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

DXCII.

Idem rex pontifici Galeatium Marescottum archiepiscopum Corinthi nuntium apostolicum in Urbem revertentem commendat. Litt. Princip. Vol. 99. fol 190.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V., mei ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Redit ad S. V. ceu radius ad proprium iubar Apostolicae Sedis Nuncius Rñus in Christo Pater Galeacius Marescottus Archiepiscopus Corinthi, mihi et Sarmatiae populis relicto eo maiori desiderio sui, quo ampliori specimine effulserat istic, cum insignis pietas ipsius, tum magnis dotibus fulta prudentia. Spectavit totius Regni huius in Electione mea panegyris tam digni Praelati amplitudinem. Suspexit gravissimo ministerio temperatam morum ac civilitatis suavitatem. Excepit vocem Oraculi Divini pro concordia et Catholicae fidei propagatione non solum interpretem, verum etiam praesentissimum stimulum. In tractandis vero mecum et cum Proceribus Regni huius, quae sibi aut desuper cummissa fuere, vel temporis exigentia requirebat negotiis, potissimum in praeveniendis nedum avertendis quibusvis minimis etiam scrupulis, qui aliqua ex parte deliberare viderentur, de puro Catholici regiminis zelo alium Sancta Sedes nec fervcntiorem neque potest unquam desiderare efficaciorem. Tantis stipatum meritis ac virtutibus autumo reperturum etiam absque Regali commendatione apud aequissimum Vicariae Divinitatis iudicium Pontificiae benignitatis exhibitionem et messem praemiorum. Quae sicuti non ambigo ipsi non defututa, ita meam S. V. filialem eamque ardentissimam repraesento instantiam, ut praefatum Rñum Archiepiscopum Corinthum tam praeclaris in Ecclesia Dei meritis conspicuum condigna stola decorare, et exantlatos labores paternae beneficientiae levamine dignetur consolari, sentiatque grata Polonia tam in mittente, quam in recipiente Pontifice in Apostolico Nuncio adauctam clementiam. Quod superest, S. V. longaevam incolumitatem Orbis Christiani commodo devotus exopto. Datum Varsaviae die xi. mensis Iunii Anno Domini MDCLXX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

DXCIII.

Pontifex regi Poloniae Franciscum archiepiscopum Adrianopolitanum novum nuntium apostolicum commendat. Reg. Brev. An. I. fol. 98.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Regi Poloniae Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi tanta locorum distantia disiungimur a Maiestate tua, praeseutes animo tamen eidem sumus, Regiasque prope virtutes sedulo contemplamur. Iucuudum cnim hae Nobis adeo spectaculum praebent, ut excitatum alte cordi nostro ab imminentibus amplissimo isti Reguo undecumque periculis paternarum sollicitudinum tumultum non parum sedent atque compescant: solidam nimirum pro Divini cultus tutela in pietate ac fortitudine tua spem constituimus, validumque in iisdem ad orthodoxae Religionis incolumitatem asserendam praesidium Nobis pollicemur. Praeclaros autem eximiae erga Te cxistimationis nostrae sensus uberius declaraturi, Apostolicae Sedis apud Maiestatem tuam ordinarium Nuntium Venerabilem fratrem Franciscum Archiepiscopum Adrianopolitanum, Praelatum nostrum domesticum et Assistentem, pontificiae istic mentis interpretem allegamus. Hunc nimirum generis splendore praecipuum, ob vendicatas vero sibi a magistratibus gestis laudes in hoc non minus nationum theatro spectatum, tuique demum nominis studiosissimum, ut perhumauiter accipias, ac de propensa in Te charitate nostra prolixe disserentem perlibenter audias, pronamque insuper eidem in posterum quoque in aliis ad provinciam ipsi demandatam spectantibus fidem praestes, summopere cupimus. Voluntatem enim ultro tuam non secus ac nostram sibi conciliaturum omnino confidimus, ubi praestantia, quibus ample praeditus est, decora in lucem dabit. Prospera interim Maiestati tuae a bonorum omnium auctore Deo cunta precamur, atque Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xv. Iulii MDCLXX. Pontificatus nostri Anno Primo.

DXCIV.

Rex Poloniae cum pontifice amice quaeritur, quod supradictus nuntius apostolicus ad nuntiaturam Hispaniarum missus, et ad cardinalatum promotus non fuerit. Litt. Principum Vol. 100. fol. 6.

Sñc ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementiñc. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regni et Dominiorum meorum filialem commendationem. Insperata omnino mihi accidit, a Nuntiatura Poloniae ad Hispanicam promotio Rñi in Christo patris Archiepiscopi Corinthi Marescotti: qui sane tali hinc discessu non desiderium magis sui, quam iusti doloris causam mihi et nationi Polonae reliquit. Patietur beniguitas Sanctitatis Vestrae gravem exinde animi mei sensum in paternum eius sinum deponi, eo maiori fiducia, quod Regnum Poloniae totaque haec natio aliquot annorum commemoratione Sanctitati V. optime uotescat. Amplitudo Regni mei tot magnorum populorum in unum collectum ac ingens robur nulli alteri Regno et genti decedat: atque si erga Sedem Apostolicam reverentia, erga fidem Catholicam ardenti et invicto zelo comparetur, etiam forte praecedat. Non exagero fortitudinem et gloriam bellorum, quibus contra Ecclesiae Romano-Catholicae iuratos hostes, Turcas, Tartaros, Schismaticos natio mea fatigatur. Attollere Crucis signa et sacra Domini bella praeliari anniversarium, immo perpetuum genti Polonae est. Pro Unione Russo-Graecorum cum Latinis quantum consiliis et ferro etiam nunc laboretur, vel hoc argumento sit, quod florentissimis et feracissimis Ucraniae terris tot iam annis carere, quam Unionem Gracci ritus non retinere levius existimemus: tractatum pacis, quem sola Unitorum causa difficilem reddit, magno rei politicae dispendio et Regni periculo trahamus; vitam, fortunas et sanguinem civium pro defendenda re Christiana in aciem aleamque mittamus. Audeo ego affirmare Sanctitati Vestrae, si de protectione Uuitorum vel paulum remittam, si Abbatias et templa ab Uuitis recens recepta relinquam; si res Disunitorum ad eum statum, quo sub antiquis Regibus fuerunt, revocem, plane momento pacem domesticam cum Cosacis concludi, et bellorum ab intra ab extra tempestati obviam iri posse. De me ipso, quam maioribus meis Regibus Poloniae pro Religione Catholica paria faciam, quam Schismaticos Episcopos, vulgo Vladicas, Senatu arcere, Haereticos deprimere palmarium ducam, neque sine aliqua iuvidia ac perturbatione rerum mearum oppugnatoribus orthodoxae fidei me opponam, conscientia mille testes, si alii deficiant, mihi suffragabitur. Principem virum Radziwilium, Mareschalcatus Lithuaniae et Praefecturae Samogittiensis (primariae dignitates istae sunt) spe et ambitu deiectum, sola ea causa quod Calvinista esset, sparsum exinde in vulgus rumorem ac suspicionem, quasi non integra fide, sed cum restrictione mentis iuraverim, Rñus Archiepus Corinthi candide informabit. Palatinum Trocensem magnae dignationis a Schismate ad Latinum ritum traductum, Episcopatus, Abbatias et templa Graeco-Unitis, Privilegiorum vel decretorum meorum auctoritate adscripta, novi Principatus et innati in rem Catholicam affectus mei documentum sunt. Quidni ergo ex merito dolorem intendam? quidni Corouam meam extra nominis ambitionem, certe Catholicam et Christianissimam, minore loco Romae haberi, et per eius limen ad aliud Regnum tamquam superius Nunciis Apostolicis gradum aperiri, quaerens indoleam? Notum sane est a talibus primis exemplis ad alia exempla Curiae Romanae viam monstrari, et Poloniae quasi de facili toleranti, minus licet aequa dehinc subtimeri. Sed tamen sperare meliora de Sanctitate V. non desiuo, cum Clementem gratum pridem et populare Regno meo nomen cogito, cum prima auspicia Pontificii regiminis mihi iusta ac aliis amica ac laeta fore voto et affectu praecipio. Ingredior in eam spem futurum, ut Sanctitas Vestra paterna sua providentia aspera haec in vias planas componat, vim ac effectum nominis sui in me meosque exerceat, clementissimo iudicio suo palam faciat, non minus quid in Ecclesia Catholica caeteris, quam quod Regibus Poloniae ex merito et paritate Coronae debeatur. Sanctitati Vestrae longaevam incolumitatem et felix Reipublicae Christianae imperium humili devotione ad extremum apprecor. Datum Varsaviae die VI. mensis Augusti Anno Domini MDCLXX. Regni nostri Anno Primo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
Michael Rex Poloniae.

DXCV.

Archiepiscopo Gnesnensi et regi Poloniae pontifex B. Stanislaum Kostkam patronum Poloniae cum officii et missae celebratione a se constitutum significat. Reg. Brev. An I. fol. 153 et 177.

Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. X. Venerabilis frater, salutem etc. Veras profecto artes publicae foelicitatis servandae egregie didicisse videntur sapientissimus Senatus, ac religiosissimi Ordines Regni Poloniae,

sedulis ubi studiis supernorum sibi civium conciliare benevolentiam, Divorumque cultum amplificare contendunt; adversarum enim potestatum labefactari nequit incursibus coelesti munita praesidio populorum salus. Nobis autem adeo cordi semper fuit praeclarissimi istius Regni incolumitas, ut pronis idcirco exceperimus auribus humillimas preces eximiae pietatis indices, quibus Fraternitas tua publica praeseferens vota solemnibus sacrificiis atque officio istic coli Beatum Stanislaum Kostkam efflagitavit. Eum vero qui sanctorum principatum tenet supplicitcr adivimus, deque illius sententia prius edocti expetitos eidem honores perlibenter indulsimus, imitari scilicet fore, ut vos non pigeat, iure confidimus, quem celebrare delectat. Age igitur, Venerabilis frater, tuarum exemplo virtutum praestantissimum obsequentium in moribus gentium inclyto Reipublicae Patrono triumphum para; excelso nimirum sic muneri tuo apprime responderis patriaeque securitati optime consuleris. Indeficientem solidae huiusce laetitiae segetem Poloniae ex animo optamus, atque iuterim Apostolicam benedictionem Fraternitati tuae, Senatui caeterisque Ordinibus paterne prorsus impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XII. Augusti MDCLXX. Pontificatus nostri Anno Primo.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Pontificiae charitatis solatia sunt religiosa studia, quibus in electos Dei impense fertur, eorumdemque sedulo cultum amplificare contendit Maiestas tua. Intelligere nimirum sic probe videris praeclaris hisce artibus perfecti decoris Regio capiti coronam comparari, firmissimisque Regna propugnaculis muniri. Eximiae idcirco pietati tuae Poloniae universae vota ad nos defercuti indulgere ultro exoptantes, expetitos Beato Stanislao Kostkae e Societate Iesu Missae atque officii honores perlibenter concessimus, uti ex Apostolico diplomate clarius innotescit. Lucidissimum enim hoc Christianarum virtutum sydus praecipuis istic coruscare fulgoribus dignum censuimus, salutarem unde Christiano Orbi duxit exortum. Gaude igitur, Carissime in Christo fili, tantoque sub Duce egregiis religiosae praestantiae documentis militare coelo ne cesses, indeficientem nempe populis tuis foelicitatem atque antcferendam Caesarum triumphis lauream promereberis. Perennis huiusce gloriae adeptionem Maiestati tuae ex animo precamur, atque Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XIX. Augusti MDCLXX. Pontificatus nostri Anno Primo.

DXCVI.

Archiepiscopum Gnesnensem et regem Poloniae pontifex exhortatur, ne metropolitam Ruthenum catholicum a Vilnensibus permolestari sinant. Reg. Brev. An. 1. fol. 182.

Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo Gnesneusi.

CLEMENS PP. X. Venerabilis frater, salutem etc. Supervacaneum profecto fuerit Venerabilis fratris Gabrielis Archiepiscopi Metropolitae Ruthenorum unitorum, a civibus Vilnensibus in exercitio suae iurisdictionis iniustis vexationibus lacessiti Fraternitati tuae commendare. Streuuus enim in patrocinandis Ecclesiae iuribus, quo flagras, zelus Ruthenorum apud te diserte causam oravcrit. Currenti tamen Pontificiae sollicitudinis admovere calcaria decrevimus, ut ad possessionem quoque contendas propeusionis addicendae tibi paternae nostrae charitatis. A Venerabili fratre Archiepiscopo Adriauopolitano sensus in hac re nostros ubcrius accipies, atque ad nova usque promerita excitaberis. Ut opem igitur huic tuam ad rem ex voto conficiendam pro virili tribuas, vehementer cupimus, tibique iuterim, Venerabilis frater, Apostolicam benedictionem ex animo impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXX. Augusti MDCLXX. Pontificatus nostri Anno Primo.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi perspecta late pietas eximiisque coruscans notis religio Maiestatis tuae validum ultra praestandum esse a te Venerabili fratri Archiepiscopo Metropolitae Ruthenorum Unitorum adversus civium Vilnensium vexationes patrocinium omnino suadent, pro demandata tamen a Spiritu Sancto Nobis rationum ad Ecclesiam suam spectantium tutela, inclyto in iisdem asserendis zelo tuo faces addere decrevimus, ut ad praeclara usque decora comparanda novis in dies ardoribus effervescas. A Venerabili fratre Archiepiscopo Adriauopolitano Nuntio nostro enucleate quid contra competentem eidem Metropolitae in colonos addictos Ecclesiasticis

sui ritus fuudos exercentes iurisdictionem Vilnenses moliantur: huic igitur ut pronas aures praebeat, causaeque Dei praesto esse velit Maiestas tua, enixe eandem rogatam volumus, cui Apostolicam interim benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae ut supra.

DXCVII.

Rex Poloniae pontifici, ut nominatum epum Smolenscensem confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 100. fol. 109.

Smc ac Bmc in Christo Pater, Dne Dne Clementmc. Post oscula beatorum pedum S. V., mei ac dominiorum meorum filialem commendationem. Quoties apud S. V. mihi contigit intervenire in negotiis virorum genere et meritis erga Sedem Apostolicam conspicuorum, toties autumo meum exolvere officium, dum omnigenum adstruo Ecclesiasticae dignitati couventum. Meretur ampla et praecipua prosapia in Regni mei Magno Ducatu Lituaniae, et elicit praesens suffragium meum Maguifico viro Nicolao Pacz Castellano Vilnensi, supremi Ordinis iu hoc Reguo inter Primarios Senatori. Qui bellicis togatisque meritis commendatissimus, dum transire e Senatoria sella ad Episcopalem intendit, vir alias maguae authoritatis pietatisque ac eruditiouis plenus, petiit a me omnino uccessariam interpositionem apud S. V., ut ipsi velit gratiam dispensationis impertiri super consecratione ad titulum ad praesens nudum Episcopatus Smolenscensis, quem Moschovitica arma possident. Idque ex eo siquidem uxor illius foemina alioqui illustri orta genere, graudis aetate ac honestate idipsum praefato marito suo concedit, et iu manibus proprii Episcopi circa separationem perpetuam thori iuramentum continentiae praestitit: quod uberius patebit Curiae circa cardinem rei. Ego porro Clementissimo S. V. Nomini et erga me affectui Paterno debebo, quicquid tam insigni viro operabitur in bonum iutercessio mea, ut voti compos ab Apostolica benignitate existat. Interim S. V. lougaevam incolumitatem et prosperrimum Orbis Christiani Regimen devotus excepto. Dabautur Varsaviae die 1. Meusis Octobris Anno Dni MDCLXX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
Michael Rex Poloniae.

DXCVIII.

Idem rex Poloniae commendat pontifici ecclesiam nationalem s. Stanislai in Urbe, petitque, ne eandem a quocumque molestari permittat. Litt. Princip. Vol. 100. fol. 165.

Smc ac Bmc in Christo Pater, Dne Dne Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V. mei Regnique ac dominiorum meorum submissam commendationem. Implorant patrocinium meum Regium aliqui Nobiles Poloni Romae agentes, contra nuperam violentiam illatam Ecclesiae uationali Sancti Stanislai a Dno Vicesgerente, quod milites armatos in eandem Ecclesiam nostram immisit, a quibus expilatum Ecclesiae Archivum, aliaeque insolentia tempore Divinorum in illo templo celebratorum perpetratae sunt cum summo scaudalo et contemptu totius nationis, nullo respectu habito protectionis meae Regiae, qua templum illud uationale complector. Intellexi praeterea unum ex Provisoribus eiusdem templi, eo quod se insolentiae militium opposuit, uec pecuniam Ecclesiae auferri permisit, in ius vocatum iniusto Decreto condemnatum esse, et hucusque ab codem Dni Vicesgerentis officio immeritis molestiis affici. Quare rogo S. V., ut iu authores et complices huius violentiae animadverti, supradictum Provisorem hominem innocentem a molestiis iniustae litis liberari iubeat, ac providere dignetur, ut inposterum protectionis meae Regiae totiusque uationis Polonicae condigna ratio habeatur. Quod cum a S. V. accuratissime peto, eiusdem pedes osculor. Varsaviae die XIX. mensis Novembris Anno Domini MDCLXX. Regni mei Secundo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
Michael Rex Poloniae.

DXCIX.

Intercessio archiepiscopi Adrianopolitani nuntii apostolici in negotio investiturae ducatus Curlandiae. Nuntiat. Polon.. Vol 85.

Uuiversis et singulis praesens hoc nostrum Protestationis Instrumentum nunc et pro tempore inspecturis, lecturis et audituris, Salutem iu Domino sempiteruam. Apostolici muneris debitum ex iniuncta nobis a Smo Dno Nostro Clemente Divina providentia Papa X. ad Sermum Michaelem Poloniae Regem, et ad universos ipsius Regni et ditionum fines legatione, qua fungimur, exigit, ut ea, quae ad animarum

salutem et ad Catholicae Religionis fructus provehendos, et ad ipsius iura tuenda pertinere noscuntur, sedula cogitatione pensemus, et ut sarcta tecta in omnibus habeantur, omnem conatum nostrum et curam assidue impendamus. Cum igitur ad aures nostras pervenerit, proxime renovandam fore per Serenissimum Michaelem Poloniae Regem quandam Investituram Ducatus Curlandiae, quamquam sperandum sit, quod a Serñio Rege pro ea, qua iusigniter eminet, pietate sua, et pro ipsa, quae in Regno ac ditionibus suis inconcussa floret, Catholica Religione nihil adiiciendum sit, quod ipsius Catholicae Religionis ac S. R. E. iuribus praeiudicium afferre possit; imo quod ea omnia executioni demandanda sint, quae vel ex Constitutionibus Comitiorum, praecipue anni 1661. et 1667., vel ex particularibus conditionibus praecedentium investiturarum ad Ecclesiae Sanctae iura tuenda, et ad Episcopatus Curonensis et Piltinensis rationes illaesas et immunes servandas ordinata sunt: tamen ne in renovationibus huiusmodi forsitan factis vel faciendis aliquid apponi, seu comprobari contiugat, etiam ad instantiam obtinere sperautium, quod impedimentum aut praeiudicium aliquod etiam insubsistenter et de facto inferre possit iuribus Catholicae Religionis et S. R. E., et potissimum ne per investituram feudalem huiusmodi forsan faciendam, seu forsitan factam Episcopatus Curonensis et Piltineusis, seu aliis nominibus nuncupatus incorporetur vel comprehendatur in investitura huiusmodi, aut secularizetur, seu quovis alio titulo aut nomine e gremio ac dispositione Ecclesiae Catholicae Romanae, licet invalide et inutiliter ficret, avellatur, idem Nuntius Apostolicus Serñio Regi Michaeli preces porrigit, ut super tam grave re omnino praecavere atque abstinere dignetur, apprime menti revolvens, quanta eidem Serñio Regi beneficia Deus Omnipotens Maximus contulerit, sive animi dotes inclitas, sive regale diadema, sive augustissimum consortium, sive plausus et obsequia totius Orbis enumeret, sive etiam quod omnium maximum est, Religionis sanctae decus ac zelum suum in omnibus spectet. His itaque tot tantisque donis Regius animus decoratus, et uberiorem etiam coelestium donorum foecunditatem, benedicente sibi Altissimo, expectans, sponte sua et assiduis religiosissimi prudentissimique Senatus excitus officiis nihil intentare volet, quod inclyto nomini suo vel minimam adimat splendoris scintillam. Verum ut sui muneris partes idem Nuntius Apostolicus adimpleat, neve silentium pro acquiescentia desumatur, expresse coram Deo et hominibus cunctoque Catholico Orbe protestatus fuit, et protestatur de invaliditate cuiuscumque actus, conventionis aut pacti quoquomodo iuribus Sanctae Romanae Catholicae Ecclesiae, et potissimum circa Episcopatus Curonensem et Piltinensem, et pertinentias ac iurisdictiones illorum inferentium: et ex nunc tales actus, conventiones aut pacta nulla et invalida, et illegitime facta etiam ex defectu potestatis declarat, non solum praemisso, sed etiam alio meliori et efficaciori modo, forma etc. de quo etc. omnibus etc. Praesentibus DD. Ioanne Ludovico Piccinardi et Simone Ciacca, testibus etc. Datum in aedibus nostris Varsaviae die xxvm. Novembris 1670.

DC.

Regem Poloniae et Romanorum imperatorem pontifex exhortatur, ut ad Turcas repellendos inter se foedus iueant.
Reg. Brev. An. I. fol. 271.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Implacabilibus odiis in Christianam Rempublicam fertur nequissimus Turcarum tyrannus, nostrisque ditiouibus servitutem imponere votis immanibus parat. Compescuit hactenus Polonia suorum militum robore insanos tanti hostis furores, ac pro firmissimo munimento reliquis Catholicorum Provinciis fuit. Verum quamvis celsissimae huiusce gloriae praestantiam novis usque heroicae fortitudiuis experimentis ab inclita natione confirmandam, regnante istic in praesentia Maiestate tua, pro certo habeamus, quiescere tamen in Apostolica statione non possumus, bellicum ubi in apparatum finitimis istis in regionibus a Turcis collectum considerationem convertimus: etenim nuperis si triumphis tumidi ac prolixa foelicitate ebrii superarent, quod misericordiarum pater avertat, aut istius Regni aggeres, vel dissidentem Hungariam a perduellibus allecti subigerent, quo loco se res Christiana habitura esset, non siue uberrimis lacrymis cogitare possumus. Cum igitur de summa rei agatur, annuente eo, in cuius manu sunt corda Regum, Carissimum filium nostrum Leopoldum Imperatorem electum ad ineundam tecum pro commuui incolumitate tuenda armorum societatem impense incitare decrevimus. Selegimus vero tanti operis administrum Ven. fratrem Franciscum Archiepiscopum Florentinum, nostrum apud te Nuntium: hunc nimirum de adversarii viribus apprime edoctum, tibique ac toti isti Regno addictissimum pro virili certaturum, ut gravissimi momenti negotium

prospere conficiat, omnino confidimus. Omnes idcirco rumpet moras, atque extraordinarii Nuntii titulo insignitus ad Carissimum filium nostrum Leopoldum Imperatorem electum se conferet, publicae saluti nostro nomine consulturus. Uberius ab eodem sensus nostros acceperit Maiestas tua, cui summopere probandos fore non dubitantes, Apostolicam eidem benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXIV. Ianuarii MDCLXXI. Pontificatus nostri Anno Primo.

Carissimo in Christo filio nostro Leopoldo Hungariae et Bohemiae Regi Illustri in Romanorum Imperatorem Electo.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Sitit inexplebili aviditate Catholicorum sanguiuem immanissimus Turcarum tyraunus, et fidelium laniena summopere delectatur: intensis idcirco conatibus laborat, ut iucundum hoc infeusissimae nequitiae suae comparet oblectamentum. Nos vero, quibus immerentibus licet sempiteruus Pastor sui gregis custodiam demandavit, intimis pene cruciatibus angimur, ubi immineus aliquod concreditis Nobis ovibus infortunium reformidamus. Cum autem acceperimus quidnam nuperis triumphis tumidus iu Poloniam Huugariamque medietur, studium ac curas nostras sollicite istuc convertere, publicaeque saluti ex animo consulere decrevimus. Quia vero nullum praesentius impendeutibus malis admoveri posse remedium ducimus, quam si Maj. tuae vires ad compescendos Barbarorum hostium impetus una cum Carissimi filii nostri Michaelis Poloniae Regis copiis coniuugantur: Ven. fratrem Franciscum Archiepum Floreutiuum extraordinarium ad te Nuntium allegamus, qui tanti foederis momeuta enixe uostro nomine tibi edisserat, atque in praesenti discrimine in tuam publicamque causam totus incumbat. Hunc autem genere non modo agendarum rerum peritia praecipuum, sed de Poloniae quoque Regis sensibus apprime edoctum Maiestati tuae gratum futurum pro certo habentes, ut plenam insuper eidem gravissimi negocii summam pertractanti non secus ac Nobis loqueutibus fidem praestes, interim cupimus, Apostolica benedictione tibi, Carissime fili noster, amantissime impertita. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXIV. Ianuarii MDCLXXI. Pontificatus nostri Anno Primo.

DCI.

Metropolita et episcopus Chelmensis Rutheni, enarratis diris persecutionibus, quibus ecclesia Ruthena perpetuo impetitur, supplicant pontifici, ut B. Iosaphat in sanctorum album referre velit. Litt. Eporum Vol. 54. fol. 9.

Beatissime Pater. Iterum supplices recurrimus ad suam Sanctitatem, maxime cum inaudiverimus brevi aliquot Beatos in numerum Sauctorum adscribendos, ut B. Martyrem Iosaphat quondam Archiepum Polocensem iu simul simili honore coudecorare dignetur. Nobiscum pro eodem supplicat Magnus Ducatus Lithuaniae, sub cuius olim tessera in Martio campo ingeus exercitus Moschorum profligatus. Supplicat Samogitia, cuius fines attingunt Prussiam et Livoniam, quam dum subiugasset ex una parte Suecus, ex altra Elector Brandeburgicus, sed uterque haereticus, iam saucta fides Catholica vacillare coepit. Coepit etiam hostis periculum uullum suspicans perturbari et temere, e coutra debellati Catholici in gaudium prosiliere, et armis viribusque reassumptis quasi iu uno die, sine exercitu poteutissimas hostium catervas internecioni dederunt. Quibus caesis, dum omnes singularem Dei provideutiam admirantur, et ecce clam invectum in illam Regionem corpus Beati Iosaphat propalatur: cui gloriosissimam victoriam grati cives adscripserunt. Denique tota Russia nobiscum supplicat humillime pro acerrimo zelatore Sanctae Unionis, pro qua religiosissime occubuit. Intuere, Beatissime, lachrymas Sauctae Unionis, necnon sanguinem copiosissimum eiusdem, quam dum Schisma divellere a sancta fide Catholica omnibus viribus couatur, impissimos ausus contra Regnum Poloniae tentare per viginti et aliquot annos non desistit. Cosaci, Tartari, Suecі, Brandeburgici, Valachi, Transilvani, Mosci aliique hostes quid aliud facere, nisi instrumenta Schismatis, inter tot tantosque strepitus armorum vox perfida ubique personabat, ubi sunt Uniti cum Ecclesia Romana, quos ab ea nec minae, nec preces, nec tormenta divellere poterant. Quot sunt fame perempti in Severia, quos sunt flammis extincti in Lithuania, quot in Russia variis cruciatibus enecati, in Volhinia hucusque ipsi Praesules Uniti quanta patiautur ob fidem Catholicam, nou latitat Sacram Congregationem de Propaganda Fide. Respice, Bne Pater, calamitosum statum Sanctae Unionis, quinimo fidei Sauctae Catholicae, quam atrox haeresis necuou perfidum Schisma eradicare intendit. Clarifica Patriae nostrae in praesidium acerrimum Sedis Apostolicae Propugnatorem Beatum Iosaphatum, quem Sanctitatis Vestrae piissimi praedecessores suut polliciti in Sanctorum commercium recipere.

Debebit illi Sanctitati Vestrae immortales, nos vero nunquam satis persolvendas gratias. Interim Sanctitatis Vestrae pedes submisso ac filiali veneramur osculo. Supraly ultimo Ianuarii 1671.

Sanctitatis Vestrae Dñi, Dñi nostri Clementissimi

Humillimi servi ad pedes
Gabriel Kolenda Archiepiscopus Metropolita Chioviensis,
Haliciensis totiusque Russiae mpp.
Iacobus Susza Episcopus Chelmensis et Belzensis mpp.

DCII.

Pontifex regi Poloniae Angelum archiepiscopum Damiatae novum nuntium apostolicum commendat. Reg. Brev. An. II. fol. 4.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Iucundum adeo Pontificiae charitati spectaculum praebent eximia pietas inclytumque animi robur, quo adversus innumeros pene Orthodoxae religionis hostes coeli iura sarta tectaque tuetur Maiestas tua, ut arctioribus in dies nexibus voluntatem Tibi nostram devineiri sentiamus. Paterno autem pro Te uniee prosequimur amori, novas usque suppetitandas faces omnino confidimus a Venerabili fratre Angelo Archiepiscopo Damiatae, Praelato nostro domestico et assistente, quem ordinarium ad Te Nuntium mittimus: tuarum enim praesens aestimator virtutum praeclara Nobis ad eiusdem inerementum continenter suggeret argumenta. Excipiendum vero hunc perhumaniter, validumque praestandum eidem a Maiestate tua divini cultus ad amplificationem Regiae auctoritatis praesidium profecto non dubitamus, id nempe et praecipua eiusdem Nuntii tuarum laudum studiosissimi generis animique decora, et ingenita Tibi religio suadebunt. Ut nostra negotia pertractanti plenam ipsi fidem tribuas, interim cupimus, Tibi, Carissime fili noster, Apostolicam benedictionem amantissime impertientes. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die v. Maii mdclxxi. Pontificatus nostri Anno Secundo.

DCIII.

Regi Poloniae ensem et pileum et reginae auream rosam benedictos pontifex transmittit. Reg. Brev. An. II. fol. 76.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Heroicae fortitudinis palaestra iusigniumque ferax palmarum campus Polonia est: quot enim in circuitu Orthodoxae Religionis recenset hostes, tot Regibus suis admovet stimulos ad triumphos. Cum autem exercituum Dominus ad hanc immortalem laudum possessionem praeclarissimis gestis occupandam Maiestatem tuam selegerit, Nos qui divini cultus tuorumque decorum incrementum summopere cordi habemus, iis te instruere armis decrevimus, quae ingenitam Tibi pietatem eximio Catholicae fidei amplificandae zelo flagrantem novas usque provocent ad coronas. Pileum igitur, solemni quem ritu consecratum inclytis assertoribus suis ad illustrium incitamentum facinorum non nunquam dono mittit Ecclesia, Regio Nos capiti tuo designamus in galeam, qua scilicet tectus populis tuis salutem, adversis vero partibus excidium pares. Ut autem strenua exequi consilia, celsissimaeque expectationi respondere valeas, ensem quoque Pontificiis benedictionibus praestantem in impietatis iugulo usque figendum tuo brachio addiximus, propensissimae erga Te voluntatis ingentisque, qua virtutes tuas prosequimur, existimationis perpetuum monumentum. Utrumque munus, a Ven. fratre Archiepiscopo Damiatae Nuntio nostro Maiestati tuae rite tradendum, istue deferet Dilectus filius Petrus Koricinski Cubicularius noster, Nobis ob generis animique decora admodum probatus, Tibi vero nascendi iure atque egregia observantia addictissimus. Excipiendum quocirca eundem a Te praecipuis humanitatis significationibus profecto non dubitantes, Tibi interim, Carissime in Christo fili noster, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xviii. Octobris mdclxxi. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Carissimae in Christo filiae nostrae Eleonorae Poloniae Reginae Illustri.

Clemens PP. X. Carissima in Christo filia nostra, salutem etc. Eximiarum virtutum splendor, qui Maiestatem tuam ad populorum imitationem in excelso positam perfecti decoris corona circumdat, Pontificiam charitatem adeo oblectat, ut ad insigne aliquod propensae voluntatis testimonium tibi praestandum egregie Nos provocet. Auream quocirco Rosam sempiterni veris imaginem referentem, iisque

tantummodo spinarum aculeis septam, quos ingenita tibi pietas Regio cordi admoverit ad salutem, ab Ecclesiae viridariis decerptam atque Apostolicarum ditatam rore benedictionum ad te mittere decrevimus, paterni sic erga te amoris nostri magnitudinem luculentissime declaraturi. Praeclare vero ita de religiosa praestantia tua sentimus, ut uberrimos Nobis cum foenore divinae gloriae ad incrementum e floribus fructus polliceamur. Solidae huiusce spei enunciator prolixius fuerit Ven. frater Angelus Archiepiscopus Damiatae Nuntius noster, qui praedictum praecipui amoris nostri pignus Maiestati tuae rite tradet. Ut sensus igitur in hac re nostros exponenti plenam eidem fidem tribuas, interim cupimus, tibi, Carissima in Christo filia nostra, Apostolicam benedictionem amantissime impertientes. Datum ut supra.

DCIV.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut sibi facultatem notabilem particulam ligni sanctae crucis, quod Lublini apud patres Dominicanos asservatur, extrahendi concedat. Litt. Princip. Vol. 101. fol. 356.

Beatissimo Padre. La tenerezza del paterno affetto, con il quale la Santità Vostra si è in più congiontura mostrata propensa verso la mia filiale divotione, è tale che apparentemente fa vedere al mondo, quanto si stenda la sua cordialità conosciuta tutta applicata alla propagatione del Cristianesmo. Io che tra gli altri Principi ho maggiori occasioni di meriti appresso cotesta Santa Sede Romana, tanto per la varietà di tante Religioni, che si trovano in questi miei Regni antemurali della Cristianità, quanto per le continue guerre, che sempre habbiamo contro i nemici della Santa Croce, nutrisco desiderio havere appresso di me una parte notabile del Santo Legno della Croce, che si trova in questi miei Paesi per potere con il mezzo di Tesoro sì pretioso atterrire le Barbarie de' nemici di quella, e particolarmente hora, che mi si presenta l' occasione, che un Chiaus Turco si trova quì inviato dalla Porta Ottomana per dichiararmi la guerra. Il zelo della Religione, che conservo, mi fa stimar necessaria la direttione di sì insigne ogetto per esser non solo provisto alla difesa della Cristianità tutta delle temporali, ma anche delle spirituali armi. Con la premura maggiore supplico però la S. V. a sentire quanto in questo proposito le sarà significato dal suo Nuntio, essendo sì questo come l'Arcivescovo di Firenze benissimo informati della mia volontà, come anche delle qualità della reliquia sudetta, che si trova appresso alli Religiosi di Santo Domenico nella città di Lublino, e prego medemamente dar gli ordini opportuni a chi bisogna. Che tutto riconoscerò dal paterno della S. V. affetto, et intanto per beneficio generale auguro alla S. V. molti anni di vita, et inchinato alla sua benedittione la supplico benignamente con la sua Paternità impartirmi. Varsavia li 15 Dicembre 1671.

Di Vostra Santità

Obedientissimo Filio
Michele Re (di) Polonia.

DCV.

Excerpta ex relatione, quam metropolita Ruthenus catholicus de conditione suae metropoliae, deque varia sanctae Ruthenorum unionis fortuna cardinalibus S. C. de Propaganda Fide transmisit. Ex tabulariis eiusdem S. Congregationis.

Eminentissimi et Rñi Principes S. R. E. Cardinales de Propaganda Fide etc.

Intenti alii novum Hispanico sceptro conquisivisse orbem, alii vero suspirent cum Alexandro novos ambitioni suae subiecisse mundos: ego semper gloriabor in Christo, hanc Ruthenam gentem per amplissimum Poloniae regnum, magnum ducatum Lithuaniae annexasque provincias degentes ad obsequium vestrum, Emiuentissimi Principes, per me excultam, probe scire, quid sit Romana Sedes, Mater et Oecumenica omnium Ecclesiarum Domina. Non nego in hac gente domanda et curanda per annos septuaginta meos Antecessores Chiovienses egregie desudasse: sed novos huic Sedi reliquisse laborum aestus, quibus ego diu noctuque sudans et algens hunc partum quinquennalem edidi, quem praesento Eminentiis VV. considerandum, rogans Deum coeli patremque misericordiarum, ut reliqua prodigorum filiorum caterva Sanctae Romanae Ecclesiae uberum praebet nobiscum dulcedinem, atque eodem lacte fidei enutrita feritatem Cosacicam, in qua confidit, exuat et mitescat. Interim dum debito meo respondeo, Eminentiarum Vestrarum sacras purpuras devotissimo veneror osculo

Suprasly 18. Decembris 1671.

Eñarum et Rñarum Dominationum Vestrarum

humillimus servus
Gabriel Kolenda Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae etc. mpp.

Emis ac Revmis Dñis Dñis S. R. E. Cardinalibus de Propaganda Fide.

Redeunte Archiepiscopatu Polocensi, Vitepscensi et Mscislaviensi per Pacta inita cum Moscho ad possessionem Reipublicae, primum adhibui curam, ut sacrae exuriae Beati Iosaphati Archiepiscopi Polocensis una cum tumba argentea quadraginta millibus constante Poloniam reveherem. Innumera sum per integros XIV. annos passus difficultates ac pericula in vehendo hocce sacro deposito, cui insimul concredita ac iniuncta fuere sacra Divi Casimiri ossa. At tumba, ne magnum occuparet spatium, debuit in partes multas frangi, ac postea in reditu Polouiam magnis meis expensis reparari. Sub hostium, dum fugerem cum sacris lypsanis et thesauro B. Iosaphat per partes Russiae, occurrit mihi exercitus Sueciae: querenti, quonam proficiscerer, respondi: ad Regem vestrum, victorem et potentem pro reddenda obedientia tanquam moderno possessori huius Regui. Exceptus humanissime et salvusconductus provisus conducebar usque ad Regem Carolum Gustavum. Et cum aliquot leucos ab illo distarem, conversus ad salvumcouductorem dixi: redirent ad exercitum, quia in tanta vicinitate Regis opus non habebam conductoribus. Illi abscesserunt in sua, ego vero quam citissime Varsaviam, quae a Rege nostro Casimiro obsidebatur, perrexi. Sic ope divorum Regui Patronorum e manibus Sueticis mirabiliter liberatus sum cum sacra supellectili.

Anno 1667. diebus Octobris vix unquam in M. D. Lithuaniae audita pompa introduxi B. Iosaphat Vilnam ad Monasterium Smae Trinitatis. Primo tamen locaveram tumbam cum corpore extra moenia portae Troicensis sub tentario Illmi Generalissimi Pac. Facile dixerim eo centum et amplius confluxisse millia hominum, Episcopi tum Latini, tum Uniti cum Capitulo, Clero Vilnensi, ac omnibus Ordinibus miro ordine ornabant processionem. Habita est concio sub tentorio a Domino Epo Chelmensi super illud: Ingredere benedicte Domini, cur foris stas? Finito sermone sex equi mei, soliti vehere Beatum, aptati currui; sed his miraculose reuitentibus movere triumphalem currum, sex alii equi Illmi Generalissimi Pac, mitiores admoti; vano tamen conatu, quia nec isti voluerunt trahere cum sacro corpore currum. Intulit proinde omnis populus illic adstans: trahendum esse humanis non equinis viribus. Hinc per medium plauc milliare mille manus sereno coelo Senatorum ac Noblilium per plateas civitatis Vilnensis traxerunt currum. Quo quis propior, eo felicior reputabatur. Perventum sic cum tumba et corpore sacro ad ecclesiam Smae Trinitatis PP. Basilianorum Unitorum. Interim Schismatici Vilnenses ad ecclesiam S. Spiritus e opposito degentes, iussi ad gloriam Iosaphati sonare campanas, uti sonarunt coacti quidem. Tormenta vero cum innumeris bombardis in cimiterio Schismaticorum collocata continuo explodebantur. His iam exuviis sacris iu aede Smae Trinitatis positis, habita est concio a moderno Epo Vitepscensi, tunc simplici Religioso, super illud: Et occurrentes Seniores civitatis dixerunt ad Samuelem: Pacificusne est ingressus tuus? Eadem concio dedicata fuit Illmo Pac Generalissimo. Octo integris diebus processionibus, communionibus, conversionibus Schismaticorum et Haereticorum, tum etiam miraculis, uti resuscitatione unius pueri, aliisque voluit sexcentis Dominus honorare suum Martyrem, qui ad occludenda ora Schismaticorum dicentium: nihil adesse in tumba argentea praeter saxa et cineres, expositus est palam corpore suo hactenus integro; et habita concio super illud: Videte et palpate, a R. P. Stephano Martycz Kiewicz Basiliano Hegumeno Vilnensi. Sub illud tempus mansiouis exuviarum Beati celebrata Vilnae congregatio Basiliana. Multa in illa internum regimen coucernentia conclusa post ad effectum faciliter deducta.

Imminebat tempus cum Beato Martyre pergendi Polociam, unde exsulaverat. Non absimili pompa superius relata ex ecclesia Smae Trinitatis ad ecclesiam Metropolitanam Vilnensem deduxi, et habita concio ex uno ex Societate Iesu super illud: Benedictus Gad, requievit in petra tabernaculi sui. Tandem et ibi per aliquot dies veneratione debita cultus, instante hora et die exitus Vilna numeroso tum concurrente populo, fuit datum Vale civitati Vilnensi nomine Martyris Beati, ab eodem Episcopo Vitepscensi moderno super illud: Da mihi animas; quae concio dedicata fuit Illmo Procaucellario M. D. Lithuaniae. Quibus ad solatium Unitorum, conversiouem et confusiouem Schismaticorum gloriosissime peractis, iter suscepi cum corpore sacro Polociam. Quascumque transibam vias, et oppida et civitates ingens occurrebat pro devotiouibus ex revocatione Schismatis populus.

Metam fecit laboribus ac expensis hac iu parte meis duodecima Novembris anni 1667. natalis et sacra Beato dies, qua divina favente gratia licuit Polociam ingredi. Reducem Beatum incolae ab exilio longo redeuntes quo potuerunt plausu, comitatu, apparatu, explosione tormentorum, tractione manibus currus exceperunt, et habita concio in Cathedrali S. Sophiae Basilica a Dño Episcopo Vitepscensi

super illud: Circumspice Ierusalem Orientem: ecce enim veniunt filii tui, quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab Oriente usque ad Occidentem in verbo Sancti, gaudentes in honorem Dei. Typis data est dicta concio. Divinis tum quoque ingressus Beati claruit portentis. Schismatica enim quaedam, per septennium aridam manum gestans, dum fidei plena tangit tumbam, sensit vigorem manui restitui. Blasphemus sclopetarius Schismaticus tormenti impetu in altum fertur, postea misere deiicitur et letaliter convulneratus non supervixit; aliaque innumera Unionem sanctam probantia per hunc Beatum ostendit Dominus mira. Et modo crescentibus undique votivis prodigiosa per illum operatur Deus.

Eodem anuo Comitia Regni Varsaviae celebrata fauste Unitis cesserunt. Lege enim publica personae et bona presbyterorum Unitorum, tum etiam bona fundationis Nobilium liberata sunt ab oneribus militaribus. Villae quaedam Monasterio Zyrowicensi Unitorum, me et Episcopo Vitepscensi procurantibus, ad honorem miraculosissimae Virginis per Rempublicam donatae. Et quod caput rei est, nihil in favorem Schismaticorum stetit.

Anno 1668. coepi Palatia residentiarum mearum ubique diruta aedificare. Vilnae euim pro hoc fine supra 20000. florenorum expendi. Palatium Polocense, Novogrodecense, Rutense, Minscense restauravi. At Vitepscense et Zyrowicense a fundamentis erexi. Quod totum difficillimis temporibus coelesti plane adiutorio suffultus feci. Atque utinam rediissent tempora Antecessoris mei et redditus, videret S. Sedes Apostolica, quod operarer pro Unione. Nam vero saepissime Comitiis Varsaviensibus, ne infelix Schisma praevaleat, iuterveniens uua cum Coadiutore meo plane exhaustus sum. Tribunalia item Vilnensia, Minscensia, Novogrodecensia, ubi ut lites ecclesiarum mearum cum Maguatibus ex voto cedant, conviviis opulentis ac donis notabiliter consumor. Iisdem artibus ad expugnanda corda malevolorum Unionis in Comitiis utor. Testes sunt Illñi Domini Nuntii Apostolici mearum Varsaviensium expensarum.

Hoc anno pariter 1668. in Archimandria mea Suprasliensi propriis sumptibus duas vestes argenteas pro imaginibus Salvatoris et B. Virginis confici, deaurari et lapidibus licet uou adeo pretiosis ornari curavi. Unaquaeque illarum duodecim millia florenorum Polonicalium constat. In eadem Archimandria Palatium Residentiae a fundamentis erexi, et Casimirum Regem hic Supraslii recepi. Hanc ego Abbatiam sanguine meo vindicavi. Potens enim collator Chodkievicius, occupatis bonis ac Monasterio, me quoque stricto ad collum ense occiderc ausus. Sed cum ad excipiendum pro immunitate Ecclesiae ictum genuflexissem, praesentibus Religiosis Monasterii, servus ille, tanti sceleris executor, magno terrore (videns me genuflexum et resolutum) perculsus, dum sponte illi e manibus framea cadit, confusus ad collatorem tyrannum fugit. Collator vero, quasi rediens in se (bene enim crapulatus erat) confunditur, me deprecatur, et tandem quantocius abscessit ex Monasterio et bonis. Nisi hanc Archimandriam sanguine meo partam haberem, nullo pacto possem substentari, et commode negotia Unionis in Comitiis Varsaviensibus (distat enim 25. leucis Supraslium Varsavia) peragere.

Anno 1669. Hoc anno contingit Regem Casimirum abdicasse Poloniae Regno, et sane in melius Unitis, quibus semper difficultabat minimas etiam expeditiones ob maledictas rationes Status et Cosacorum contra Unitos supplicationes. Longe benevole nobiscum procedit modernus Serñus Michael Rex. Solet enim varia subscribendo privilegia quaerere, an sit aliquid contra Unionem? Talem zelum impressimus ipsi per Illños Nuntios Marescottum, Nerlium et modernum Ranuzzium, audacter in hac parte semper loquentes et desudantes. Mirabiliter uon pauci Senatores et Nobiles saeculares defendunt Unionem, tacentibus Senatoribus Ecclesiasticis Latinis praeter Domiuos Praemisliensem et Chioviensem Episcopos Latinos. Et haec genuina fuit iutentio mea sedendi in Senatu, ut nimirum et persona mea activitate Reipublicae pollens valentius contra Schismaticos insurgerem et res Uniouis defenderem. Post abdicatiouem Regis Casimiri, Sede vacante Regni, indicta sunt Comitia, seu convocatio generalis ab Archiepiscopo Gnesneusi de more gentis: in qua convocatione, tempore Interregni, solet hydra Schismatica et haeretica contra Unitos erigere capita: ideoque una cum Coadiutore meo moderno mature veni Varsaviam, et diu noctuque factis consiliis cum Illño Dño Marescotti omnes Senatores rogavimus, ne quid contra Unionem patiantur statui. Interim contiuuis tractamentis inclinabam ad votum Unionis nobiles Nuntios Palatinatuum pro convocatione missos, nec frustrati voto, omnia desiderabilia Unioni lege sancita fuere, videlicet reassumpta omuia iura et libertates Unitorum super Ecclesias et bona. Item in iutegrum conservata sunt iura Unitorum super Episcopatu Praemisliensi, et Archimaudria Leszczynensi per Episcopum Vitepscensem praesentem recuperata. Unde staute hac lege erit impossibile

tentare Schismaticis contra iura praedicta. Additum item lege publica, apostatantes ab Unione exilio et confiscatione bouorum puniantur. Schismatici vero nullam legem favorabilem lucrati sunt, ex quo omnia desideria sua per nobiles Nuntios haercticos promovebant, suos autem Schismaticos nec unum (quod est signum brevis ruinae Schismaticorum) in praeseuti conventu, qui loqucretur pro illis, habuerunt. Porro Nuutii haeretici, ut viderunt aliquas praetensiones suae sectae admissas fuisse, donis acceptis non curarunt praeteusiones Schismaticorum contra Unitos urgere, Catholicis ad illos dicentibus: non promoverent fidem Graecorum uti Cosaticam plebciam et rusticam, quin potius Unitorum fidem veram Romanam, fidelium Reipublicae hominum altricem tuerentur. Sic de conculcatis Schismaticis triumphavimus cum Illmo Dño Marescotti, nullis tuuc praesentibus Episcopis nostris.

Anno 1669. iustabat diebus Maii Electio Regis Poloniae, semper equidem perniciosissima Unioni, quia plerumque in favorem Schismaticorum Nobilium et Cosacorum nefanda contra nos conceduntur. Hucusque haerent nobis Pacta Vladislaviana iu Electione eius extorsive per Schismaticos stabilita. Timebam vehemenler praesentem Electionem, eo quod Schismatici Ecclesiastici scripserint ad Tukalscium et Cosacos, ipsos fuisse oppressos in convocatione praeterita per me et legatum Apostolicum, qui animam suam nihil aestimabat, dummodo Unitos cum bonis eorum servaret. Hoc effecerunt precibus suis apud Doroszenko et Tukalscium, Pseudo-Metropolitam ipsorum, ut nomine Cosacorum pro tollcuda Unione mitteretur supplex et prolixus libellus. Plurimum nocuisset Unioni, si pervenisset Varsaviam sub tempus Electionis, sed quia finita iam Elcctione, redditus moderno Scrño Michaeli, non fuit lectus nisi in Comitiis Coronationis Cracoviae, neque ibi ob rupta Comitia et non bene firmatum Regis thronum habuit suum effectum: nonnisi in tertiis Comitiis Varsaviae dicta supplicatio Unitos et Sacram Congregationem de Propaganda Fide afflixit. Continebat illa Cosacorum supplicatio virolenta Unioni puncta, nempe reddendas Schismaticis omnes Ecclesias et bona Unitorum, quae per Regnum Polouiae et Magnum Ducatum Lithuaniae ac per Russias albam, nigram et rubcam reperiebantur. Et non tantum generaliter complectebatur Archiepiscopatus, Episcopatus, Archimandrias, Hegumenatus, fundationes tum regales, tum nobilium, sed in particolari signanter hacreditates Unionis et Ecclesiae recensebant. Inter alia Unionem vocabant Schismatici speluucam latronum, ex qua ego cum aliis Episcopis prodibam, et novissime aliquis, dictus Cyprianus Zochowski, stipatus militari manu more latrouis Orthodoxam Archimandriam Lesczcynensem invasit et occupavit. Promittebant summam Reipublicae pacem, si haec Unitica tolleretur lues, et duae antiquae in hoc Reguo, Romana et Constantinopolitana manerent Religiones. Uniti transircut ad ritum Latinum et beneficiis alerentur Latinis, Graecis vero ut violenti possessores cederent. Hic immediatus sermo ipsorum fundatur in diplomate Regni, quod Schismatici habent, Constitutione Regni sub Vladislao Rege firmatum. Ubi hoc habetur, casu quo Uniti transirent ad ritum Latinum, omnes Ecclesiae et beneficia ipsorum ritui Graeco Disuuitorum aggregabuntur et reddentur. In hoc diplomate confisi semper instant apud Rempublicam Cosaci instinctu Tucalscii et Pseudo-Episcoporum super transitu nostro ad ritum Romauum. Quibus respondemus, ac perpetuo respondebimus, nos ex avis et pro avis nostris fidei et ritui assuevisse Romano, sed in praesenti trausitum a ritu ad ritum non expedire. Tunc autem expedire, si adsit consensus Sñi Domiui Nostri, Respublica, cum sit laicae potestatis, non potest mutationem hauc ritus iudicere uobis. Sic informamus Dominos Nuntios, ut dicant Regi et Senatoribus, et Domiuus liberet uos e faucibus Schismaticorum, sicuti iu moderna Electione factum.

Quotquot potui pecuniarum et victualium colligere pro hac occasione, coacervavi: quotidiana mensa Nobiles et Nuntios ac Senatores laute tractabam, animos ipsorum conciliando ad votum Unionis. Interim cum Illmo D. Marescotti excurrebamus ad omnes Senatores in negotiis Uuionis Sanctae: valuit plurimum multos sanguine vinctos habuisse, qui meas et Unionis acerrime tuebantur partes. Dūum quoque Episcopum Vitepscensem modernum ad omnes sessiones publicas mittebam, ut cum iuribus et privilegiis Unionis adesset ibi semper, et informaret illos, qui a partibus nostris erant. Omne tulimus punctum, nec unum praetermisimus iota, quod argueret nos negligentiae. Ante omnia douis datis Illmo Dño Felici Potocki, Mareschalco Comitiorum Electiouis, secretissimo rescivimus, quid et quae puncta variorum Palatinatuum promovebant Schismatici: subinde communicata nobis fuerunt supradicta puncta, quibus lectis stupebamus talia moliri Schismaticos. Erat ibi ipsorum desiderium desideriorum, pacta reassumere Vladislaviana, item pacta commissionis Hadiacensis, Zvorovieusis, item ut Episcopatus Praemisliensis perpetuo Disunitis cederet, Archimandria Lesczcynensis restitueretur, aliaque innumera, cor

nostrum penetrantia, in ruinam Unionis conscripserunt. Ergo iam informati de intentione nobilium Schismaticorum comparavimus nobis magnum numerum nobilium Catholicorum et Senatorum, qui tantae temeritati Schismaticae coutradicerent. Illi pariter dicuntur quinquaginta millia florenorum distribuisse pro felici exitu supradictorum punctorum: unice nos iuvit, quod pacta Regis iuramento firmanda non ante, sed post Electionem Regis statuebantur. Sacculis anteactis Rex nou eligebatur nisi Pacta prius scribebantur, et sic facile quisque Schismaticorum nobilium, libera praeditus voce, intrudebat et infarcinabat Unioni damnosas clausulas. Modo autem contrarium evenit, siquidem post electum Regem formabantur Pacta, diligentissime curavi, ut frigide tractaretur Punctum Religionis Graecae Disunitorum, quin potius efficerent, ut punctum Schismaticorum ad ultimum diem concludendorum Pactorum restringeretur. Ita factum est multum laborantibus in hoc nobilibus Catholicis ac Senatoribus, et quod mirabile dictu, Haereticis faventibus Unioni. Venit tandem Schismaticis funesta et ultima Pactorum conventorum dies. Ipse adfui, et in loco Palatinatui Vilnensi praefixo sedi. At Episcopus Vitepscensis sedulo accurrebat modo ad hunc modo ad alium privilegia Unionis ostendendo, rogando ut contradicerent Schismaticis. Et quia praevidimus, Schismaticos Nobiles cum protestationibus abscessuros, effecimus per omnem potentiam, ut acta Varsaviensia clauderentur, et illa die non liceret ulli ex Schismaticis contra Unitos ingrossare protestationem. Et hoc, divina gratia, per D. Marschalcum Comitiorum obtinuimus. Interea compositis statum et personam Regis tangentibus Pactis, cauda religionis Schismaticae desideriorum producta est in fine. Non defuit qui promovebat illam magnae notae Catholicus, iuvenis, eloquens, cognomine Fredro, magnus Gubernator Crosnensis. Hunc Dominus post sex dies palpabiliter castigavit: in domo enim cuiusdam meretricis ictu letali accepto in momento periit. Hic magno concitato clamore instabat legi puncta fratrum Nobilium religionis Graecae eadem libertate cum Catholicis gaudentium, et quod opprimerentur nimis ab Unitis, conquerebatur. Quid est enim Unio, aiebat ille, nisi causa bellorum et turbinum in Republica, cui Cosaci longe necessarii erant quam Uniti. Post hanc liceutiosam infernalis buccae orationem lecta fuerunt superius scripta puncta Schismaticorum. Tribus aut quatuor horis disceptatum et contradictum per Catholicos. Tandem clamantibus protestantibus fuit lectum non quod Schismatici desideraverant, sed quod nos terminis generalibus sine offensa Reipublicae et laesione Unionis scripsimus, videlicet: Quod vero attinet religionem Graecam, quia in praesenti Electioue ob gravissima Reipublicae negotia non potuit perfecte tractari, ad futuram coronationem hoc seponimus, et utramque partem tam Unitorum quam Disunitorum penes iura antiqua utriusque partis, praevia executione per Commissarios nostros facienda, conservabimus.

His auditis maior clamor et stridor dentium Schismaticorum protestantium super nullitate omnium Pactorum subortus. Citatis equis miserunt Schismatici ad Acta Varsaviensia pro admissione protestatiouis solemnis contra Unitos et Rempublicam, sed forcs bene occlusas Curiae Varsaviensis repererunt. Interim Illmus D. Marscalcus Comitiorum clausit actum saeculis memorandum eloquenti oratione, agendo gratias pro Rege electo, pactis conclusis et laboribus per octo septimanas patienter susceptis: cui de more gentis gratiae habitae ab uno ex Senatoribus, altero ex Nobilibus. Sed, ut dico, ista omnia conclusa fuisse in magno tumultu et vociferatione Schismaticorum in tautum fureutium, ut unus ex Schismaticis nobilibus Praemisliensibus Iawarowski impetuose irruerit contra Episcopum Vitepscensem modernum, volens ictum frameae contra ipsum dirigere, repulsus cum ignominia per Catholicos illic adstantes dicentesque: Si hacc Varsaviae in Comitiis aguntur, quid facturum Praemisliae aut in Ukrainia cum Unitis? Sic faventibus superis finiit comoedia nostra, vel tum cognovimus parvas iam vires superesse Schismaticorum: nam vix triginta nobiles Schismatici in hac Electione rivabantur nobiscum, cum in aliis Electionibus mille et plures difficultabant negotia Reipublicae tractando negotium Religionis Schismaticae. Adde quod semper habuere sui ritus et fidei Senatores Ruthenos, Nuntios nobiles garrulos et clamosos: istis omnibus (Unionem quondam perimentibus) nunc destituti fuerunt, praesentibus tunc multis ipsorum Pseudoepiscopis cum aliis Archimandritis, qui benc cribrati a nobis redierunt iu sua.

Eodem anno 1669. instante Dieta Coronatiouis, instabant mihi uovae et intollerabiles expensae Cracoviae longe dissitae effundendae. Pro solo palatio, quod conduxeram Cracoviae, mille florenos dedi; et duodecim millia et amplius per tota Comitia Coronationis insumpsi. Et licet ob livorem aliquorum contra Serñum Coronatum rupta fuerint Comitia Corouationis, tamen quia iuxta Pacta conventa Rex tenebatur omnibus iura, privilegia, rescripta antecessorum Regum confirmare et subscribere, periculum instabat, nc Schismatici quoque, quod non effeceruut per Comitia, efficerent per subscriptiones. Statim

cum Illmo D. Marescotto officiales Regni et Magni Ducatus Lithuaniae, quibus id incumbebat, rogavimus, ut S. R. Maiestatem hanc in partem praecustoditam esse velint, ne Electionem suam miraculosam, quam debet Deo et Ecclesiae, talibus in favorem Schismaticorum deturparet subscriptionibus. Idem repetiit S. R. Maiestati et gravissime inculcavit, impetrata audientia, Illmus D. Marescottus. Tot tantisque Rex provocatus instantiis promittebat omnes favores Unioni. Timebat tantum, ne aliquis Minister Status subreptitie porrigat ad subscribendum Schismaticorum privilegia. Nos sine mora cum Episcopo Vitepscensi moderno, visis omnibus iuribus Unitorum et privilegiis tot Regum, illa omnia cum suis datis et annis, ac medulla rei in duabus magnis chartis pergameneis extendimus, restrinximus, apud S. R. M. subscripsimus, et bina utrabique sigilla Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae apponi curavimus. Schismatici vero innumeras videndo difficultates abstinuerunt a subscriptionibus, differentes hoc impium votum in illud tempus ad normam Messiae Hebraeorum: Si forte Doroszenko et Cosaci praevaleant. Hac spe tantum aluntur. Contigit Pseudoepiscopos ipsorum per diversa palatia Cracoviae devotiones suas et missas cantatas peragere, ut rescivi, misi Episcopum Vitepscensem ad Illmum Episcopum Cracoviensem, qui zelose exercitium tale ut in civitate pure Catholica prohibuit, et citari coram se illos fecit. Et cum dicerent se esse Episcopos, interrogavit, an essent Uniti, responderunt, Orthodoxos; ait ille: Uniti sunt Orthodoxi, illi vero Schismatici. Et sic cessavit ululatus luporum Photianae labis.

Ut magis magisque Unionis Sanctae auctoritatem et maiestatem repraesentarem Reipublicae, ex re censui Unionis fore, si publice duodecimo Novembris B. Iosaphat martyri sacra ipse cum assistentibus Episcopis, et Slavonico musicae meae cantu ad cathedralem S. Stanislai Cracoviensem, praesente Rege et Republica, cantatam celebrarem missam. Cui voto annuit libenter Illmus D. Cracoviensis una cum Capitulo. Quod totum felicissime successit die statuto in praesentia Regis, Illmi Marescotti, Archiepiscopi Gnesnensis, omniumque Reipublicae Ordinum. Concio habita a Dño Episcopo Vitepscensi super illa verba: Ego sum pastor bonus. Ubi inter alia prolata fuerunt B. Iosaphati verba contra Schismaticos dicentis: Illorum Episcopi sunt Catascopi, h. e. exploratores. Deducebat Episcopus Vitepscensis, ipsos esse vere exploratores Reipublicae, praesentibus tunc Pseudoepiscopis Leopoliensi, Praemisliensi et Archimandrita Slucensi. Est Cracoviae typo data concio et dedicata S. R. Maiestati, grate acceptando illam Serenissimus dixit: dispensandas esse has conciones in Ucrainia pro conversione Cosacorum. Non diu post praevio assensu meo subscripta Coadiutoria Polocensis in personam dicti Episcopi Vitepscensis, quem etiam elegeram mihi in Coadiutorem Metropoliae.

Anno 1670. ruptis Comitiis, alia Comitia diebus Februarii statuta sunt, et haec pariter rupta ob studium et aemulationem aliquorum Magnatum Regem suae gentis pati nolentium. Misi pro dictis Comitiis Episcopum Vitepscensem, ut attenderet rebus Unionis. Venerunt et missi a Doroszenko urgentes supplicationem illam superius memoratam, ut Respublica responderet directe. Sex commissarios Ostrogiam destinavit, qui omnes lites in puncto religionis et status terminarent, terminata lege publica Comitiorum approbarent. Tota difficultas fuit in formanda Instructione et Plenipotentia commissariis: quapropter incomparabiliter desudante Illmo D. Marescotti et Episcopo Vitepscensi intra illum consessum Senatorum iura Unionis deducentibus, fuit ad mentem Unionis Iustructio concepta. Hinc ut eidem commissioni Ostrogiensi assisterit, missus est praefatus Epus Vitepscensis, et bonos effectus illius commissionis hactenus experimur. Quandoquidem dicta commissio conclusa fuit cum Hanenko, cui modo assistit Respublica, et promovet illum in Ducem exercitus Cosacorum: procurat autem vehementer degradationem et necem Doroszenko rebellis. Atque utinam cum Tukalscio palo infigantur ambo, quia Ostrogii Hanenkoviani Delegati, acceptis Ungaricis Ostrogii, dixerunt: ipsos non curare de fide, sed ut libertates antiquas in Ukrainia habeant.

Ante adventum Illmi Dni Nerlii Archiepiscopi Florentini meis propriis sumptibus comparavi typum Slavonicum, et iam Vilnae in Monasterio SS. Trinitatis PP. Basilianorum in lucem edita Breviaria Slavonica iuxta Menologia graeca, eliminatis tamen Sanctis Ruthenis Kioviensibus ignotis S. R. Ecclesiae. Rumpuntur Schismatici invidia, eo quod paulatim ipsorum Slavonicae vilescent typographiae. Dabitur enim brevi nostrorum copia librorum. Supplicaveram S. Congregationem per Illmum D. Marescotti pro declaratione, quinam esseut Sancti ex illis, quorum catalogum misi per eundem Illmum. Video decisionem hac in re esse arduam: nam ex una parte pie credendum illos evasisse Sanctos temporibus antiquis Russiae et Constantinopolis Sedi Romanae obedientis, ex alia parte miracula, quae per illos Schismatici patrari dictitant, nobis non innotescunt. Integritas corporum vel unctioni balsami, vel beneficio terrae,

et stupendis Criptis Chioviensibus adscribenda. Dixerim tamen superstitiosos facile Ucrainenses Ruthenos ea incorruptibilitate corporis credidisse sanctitatem animae. Concederc autem cultum illorum sub conditione, nempe quatenus sunt Sancti, et hoc non videtur: satius aeterna suspensio decisionis circa hoc maneat, quam decisiva Sanctae Scdis propaletur sententia. Eodem anno 1670. praesente iam Illmo D. Nerlio convocata Comitia. Qui voluit informari exacta adhibita diligentia de rebus Unionis, statimque apposuit manum pro tuenda illa, et praecipue quantum potuit, arcebat Schismaticos tum a latere Principis, ne servirent, tum a subscriptionibus Regiis, ne illas obtinerent. Quod etiam ursit Illmus D. Ranuzzius Nuntius Apostolicus modernus. Cura fuit praecipua Illmo Nerlio conservandi Unionem omni meliori modo. Videbat enim illam saepe vulnerari per Schismaticos, non semel Officiales Regni et S. R. Maiestatem exhortatus est, ut communicato cum Nuntio consilio, et sumpta informatione ab illo et a Metropolita Russiae, subscribcret graeci ritus privilegia. Quod Rex promisit se facturum. Contigit tamen quadam nocte Canonicum Varsaviensem Lipscki, bene Sedi Apostolicae notandum, vix non subscripsisse in personam unius Schismatici Episcopatum Vitepscensem et Mscislaviensem: quod statim rescivit Illmus D. Nerlius, de noctu misit ad Dnum Vicecancellarium Regni dolorem suum cidem repraesentando, quod ab Ecclesiastica persona, idque Regente suo Dno Lipscki, tantum scelus hac nocte tentatum sit in favorem Schismaticorum. Ecce iam tota dioecesis Polocensis et Vitepscensis, sanguine B. Iosaphat clara, subintrante lupo pessum ibit. De mane vero huic subscriptioni mature obviavit Illmus Nerlius, sed hactenus non est sopita ambitio ambieuntis Schismatici: dicitur enim per discessum Illmi Nerlii per Cancellariam minorem Magni Ducatus Lithuaniae dictum expedivisse privilegium. Data iam est informatio Illmo D. Ranuzzio, qui non parcet omnibus conatibus pro revocatione horum apud S. R. Maiestatem collaborare. Et ego cum Episcopo Vitepscensi pergo Vitepscum, cuius est ipse in possessione: si forte ille nequam degradatus per decretum regium Episcopatu Leopoliensi, attentaverit illos Episcopatus, citabitur pro hisce Comitiis proxime futuris. Interim iuridice monebimus Diocesanos, ne hunc novum et inauditum Epum pro pastore colant, habentes proprium Episcopum Vitepscensem pastorem.

Huius anni Comitia caepta et conclusa feliciter, in quibus approbata est lege publica Commissio Ostrogiensis terminis generalibus et nullo pacto Unioni nocivis: vide quantum profuit illi Commissioni invigilasse, et quantum debet Unio Sacrae Congregationi de Propaganda Fide et S. Apostolicae Sedi.

Iam diu rueret Schisma, si Illmi Ecclesiastici Episcopi Latiui et Senatores os suum aperirent tum in Comitiis, tum in secretis Consiliis coram Rege. Atque ut lucremur illos pro parte nostra, et certos Unio habeat Patronos, unicum Sedi Apostolicae porrigo remedium. Ut nimirum, quotcumque per Agentes suos in quovis iudicio, vel apud Datariam vel Secretariam Brevium, vel per supplices libellos apud Sanctitatem suam instant et petunt, semper difficultetur gratia, et remittatur pro informatione ad Illmum Nuntium Apostolicum: hic vero tamdiu illos in suspenso teneat, donec probet ipsorum activitatem et effectum fuisse practice applicatum in beneficium Unionis. Et potissimum doceat illos S. R. Ecclesia habere in honore Metropolitam et Episcopos Unitos. Vehementer enim scandalizamur, quod ab Ecclesiasticis Episcopis Latinis contemnimur, a Saecularibus honoramur et promovemur. Nisi hoc medio Sancta Sedes contra illos utatur, vilipendio semper ducent Metropolitam et Epos. Summopere aedificamur ex Illmis Nuntiis Apostolicis, quod in praesentia illorum nos aequali complectantur honore. Dixi enim non semel Episcopo Cracoviensi et aliis: Nos pati omnia pro fide, caeterum in ritu Latino pariter Senatores fuissemus, sicut et illi, et sciremus hac auctoritate uti, sicut et illi. Nec pulsamus fores ipsorum pro danda eleemosyna, sed ut Unionis iura Senatoria voce, qua pollent, sarta tectaque esse velint. Nihilominus ipsi audientias apud ipsos nobis difficultant, ut quandoque Metropolita et Episcopi cogantur vel abscedere, vel turpiter diuque expectare in anticamcris ipsorum. Res mihi est contra Epos Poloniae nescio cur tangentes digitis coelum et vano inflatos tumore: nam Episcopi Lithuaniae Senatores, qualem meae personae pro iure habent respectum, nullo negotio. Talia inconvenientia potest remediare Sancta Sedes Apostolica, ut indigitavi. Memorandum tamen, quod in praeteritis Comitiis praesente et urgente Illmo D. Nerlio effeci, nempe cum aliis Episcopis Senatoribus vestitu sacro Ritus mei indutus coronavi Regiuam modernam Poloniae, propter quod incredibili Schismatici conficiebantur invidia. Similiter ad Pacta conventa Regis me subscripsi ut Metropolita Chioviensis Unitus, quod Successores posteri Uniti cum facilitate sequentur exemplum.

Hoc anno Episcopatus Mukaczovieusis per Hungariam et Transylvaniam cura Patrum Societatis Iesu, et Illmae Principissae Sophiae Batori-Racoziae cum mille sexcentis Ecclesiis cessit Unioni.

Instante toties dicta Principissa ad me, et mittente viaticum pro Episcopo Ruthcno Unito, fuit expeditus illuc D. Ioannes Malachowski Episcopus Praemisliensis, qui in vicinitate et contiguitate sui Episcopatus cum Mukaczoviensi commodissime poterit utrobique Pastorali respondere curae. Post haec Episcopatus Mukaczoviensis incorporatus erit Metropoliae Chioviensi, et Uniti Episcopi mittentur ex Russia pro illo Episcopatu.

Praemisliensem Episcopatum quinque millibus Ecclesiarum constantem non pridem Unitis creptum adhuc maledictae ratioues Status (ut aiunt frigidi Catholici Regni Ministri) non suadent recuperare, ideo ad tempus supersedere iussus est D. Episcopus Praemisliensis.

Magnam hoc anno contra Schismaticos eorumque confraternitatem Vilnensem terminavimus litem. Ab anno 1660. praetendebat confrateruitas dicta locum in Senatu Civitatis Vilnensis. Pro informatione sciendum Praetorium Vilnense viginti quatuor personis Consularibus et Scabinalibus constare, quorum medietas est ritus Latini, alia usque in hanc diem est ritus Graeci Uniti, labore olim et cura B. Iosaphat martyris, dum Vilnensem hegumenum ageret, id factum, trementibus, sacvientibus semper hac de re Schismaticis. Plane sub tempus commissionis meae Vilnensis renovata fuit a Schismaticis supplicatio, ut ipsi Ruthenici Schismatici Vilnenses habeaut locum in praetorio, sed iis secuudum vetusta quaedam S. Casimiri Regis privilegia deuegata. Quo enim vergat ista praetensio Schismaticorum, nisi ut facti Consules et Scabini Vilneuses portarum et clavium civitatis Domini aperiant portas, et introducant Cosacos cum Tucalscio vel Moscovitam, uti de facto in excidio urbis huius anno 1655. per Moschum successit. Nam tum iutrantem Moschovitam hostem Schismatici Vilneuses cum suis spiritualibus, cantibus, crucibus et panibus salutarunt uti Orthodoxae fidei defensorem. Quod non facturi quando summa pace Consules creabuntur? Moris est Civitati Vilnensi pro Comitiis Varsaviam duos de gremio Magistratus Latinum et Unitum cum instructione secreta mittere, qui missi solent intervenire omnibus Consiliis Reipublicae habentes vocem passivam non activam. Quomodo ergo secure ista Schismatico Consulari concredi possunt? Profecto ex ipsis Comitiis in Ucrainiam ad Cosacos scriberet, et revelaret Reipublicae Consulta. Iam ergo vacante officio Consulari aut Scabinali inter Unitos, ditiores Schismatici cupidi honoris convertuntur ad Unionem, uxores et filii eorum eiurato Schismate confitentur, et Sacram Synaxim apud PP. Basilianos Unitos sumunt, et huius conversionis fidem in scriptis praesentant magistratui, qui statim admittit iu locum vacantis officii Vilnensis. Sunt quandoque tales conversi zelosiores Unitis natis. Anno praeterito ideo insignes tres Schismatici ad Unionem conversi, quorum primus creatus Consul, secundus Scabinus, et tertius Notarius Civitatis Vilneusis renunciatus. Porro officiales Uniti habent iurisdictionem super omnes cives Religionis Graecae Schismaticae, quod vehementer perstringit illos.

Potentia Schismaticorum in hoc Regno.

Episcopatus Luceoriensis dives et potens villas quadraginta, Ecclesias parrochiales quinque millia continet, praeter Monasteria Monialium dissolute et sine claustro viventium, Hegumeuatuum et Archimandriarum. Episcopus modernus est Princeps naturalis Czetwertensis de genere Suetopolcorum. Cuius patruus Schismaticus pariter, sed uxorem nostram Unitam de familia Wognorum duxit, et filios duos, tres autem filias ex illa suscepit. Uxore zelante ipse quoque favet Uuioni, et vix uon est Unitus. Redux Volhiuia hoc anno XXVII. Octobris invitatus veni in domum ipsius, et honorefice exceptus fui: Episcopus quoque non audebat per se, sed per patruum suum me instantissime invitabat, quatenus descenderem ad ipsum. In hoc Episcopatu, et in alio Praemisliensi ac Leopoliensi plurimi reperiuntur Rutheni Schismatici Nobiles, sed fere omnes pauperes, idiotae, impotentes, non eloquentes, idcoque ne timendi, nisi quod pro Schismate facile tumultus ad normam Cosacorum conciteut.

Episcopatus Leopoliensis immediate confertur, seu praesentatur Regi ab Archiepo Leopoliensi ritus Latini. Nulla bona et villas habet. Statim enim ac Schismaticis cessit, occupata fuerunt bona per potentiam variorum Magnatum. Reditus ipsius sunt ex parochis Ecclesiarum, quas dicitur sex millia numerare. Habet Leopolis typum Slavonicum, et libros continuo edit. Est Leopoli, sicut et Vilnae confraternitas Schismatica, potens ac dives, ac in dies ditescit eleemosynis et piis legatis, habet exceptionem a iurisdictione Episcopi sui ob certa uescio quae privilegia Patriarcharum Constantinopolitanorum. Iam pridem Episcopi Leopolienses vellent et tentant subiugare dictam confraternitatem, sed non potuerunt unquam. Monasterium huius confraternitatis et Monachi diriguntur non a persona Ecclesiastica, sed a Saecularibus, delinquentes Monachi puniuntur et loco moventur per sacculares personas de gremio

confraternitatis. Quod absurdum obiicimus ipsis dicentes, indignum esse Religiosos iudicari et poenis affici a Saecularibus, et Patriarcham Constantinopolitanum mente captum esse, qui permittat ista Saecularibus. Quamobrem id factum est? nisi quod placet confraternitati de magnis fructibus et reditibus pro arbitrio disponere, et hinc filias suas dotare. Quod si placuerit Deo Unionem quandoque ibi concludere, opus erit tollere hanc confraternitatem, subdendo illam Episcopi iurisdictioni.

Episcopatus Praemisliensis quinque millia Ecclesiarum censet, et habet duos Pseudo-Episcopos, unum Winnicki, alterum Hoszowski, qui diviserunt sibi in partes villas et bona opima dicti Episcopatus.

Adest apud Schismaticos Episcopatus in Ducatu Severiae dictus Novogrodecensis, hic etiam facile duo millia Ecclesiarum habet. Episcopus illius Sedis schismaticus est, vir doctus, vocatus Baranovicz. Studuit quondam Chioviae, et solet edere libros haereticos Slavonico idiomate, et eos dedicat Duci Moschoviae.

Numerus Ecclesiarum Schismaticorum cum Monasteriis per totum Magnum Ducatum Lithuaniae potest ascendere ad septuaginta Ecclesiarum.

Nihil nos in Magno Ducatu Lithuaniae magis affligit, quam civitas Mohilovia, potens, dives et schismatica. Pulsa hinc Unio per pacta Zboroviana, Ecclesia Sancti Salvatoris cum quinque millibus florenis, quae ex traiectu fluminis percipiebantur quotannis, violentissime Unitis erepta. Poterit ibi introduci Unio, rebus Ukrainiae compositis.

Praecipuum fulcrum et asilum Schismaticorum sunt Cosaci. Ad istos statim recurrunt, si quando lis est ipsis cum Unitis.

Post persecutiones toties motas per Tucalscium et Doroszenko, non adeo laeditur Unio; laederetur autem, si Cosacos inter mille scissiones et divisiones non intercederent. Alii enim Doroszenkum, alii Hanenkum, alii Mnohokresznum ducem Cosacorum per Moschum institutum sequuntur. Sic Ucrainia in tres factiones dispertita non potest uniri contra Unitos, Dux Moschoviae medietatem Ucrainiae per pacta Andrussoviana tenet, et fortiter coercuit petulantiam suorum Cosacorum, quod Respublica hactenus non fecit cum suis.

Videndo Doroszenko et Tucalscius non bene suadere ipsis protectionem Turcicam, tacitis viis suadent Duci Moschoviae, ut nullo pacto Chioviam restituat, imo procuret, ut sit Dominus et possessor totius Ucrainiae. Interim volebant, ut ipse esset supremus meditator in puncto religionis Unitos inter et Schismaticos. Acceptavit hoc ipse et semper in omnibus Commissionibus et Legationibus urgebat, respondentibus nostris Legatis Reipublicae: quod pro supremo mediatore fidei et ritus non recognoscebant alium praeter Romanum Pontificem, illi soli hoc iudicium et discerniculum fidei verae a falsa est relictum a Christo Domino. Caeterum Uniti cum Schismaticis Regni nostri non indigebant ulla mediatione externi Principis, cum in hoc Regno habeant diplomata, privilegia et leges Comitiorum unusquisque sua. Non sit ergo (aiebant Commissarii et Legati nostri) Dux Moschoviae nimis sollicitus de Ruthenis Regni et Reipublicae Poloniae: est enim falcem in alienam immittere messem.

Ad haec Naczczokin Consiliarius et Commissarius Ducis Moschoviae in commissione Cagini anno 1670. celebrata clamabat: Quid est hoc, quod vester Kolenda Metropolita recepto Archiepiscopatu Polocensi iubet presbyteros radere barbam et mystaces, iubet insuper calceamenta more Latinorum gestare? Replicarunt nostri, et praecipue Dñus Referendarius Magni Ducatus Lithuaniae et Palatinus Mscislaviensis, quod alium titulum et respectum merebatur Illmus Dñus Kolenda Metropolitanus Chioviensis et totius Russiae, uti sanguine nobis Senatoribus iunctus. Sciret D. Naczczokin cum suo Duce tantum nomen Illmi Metropolitani in hac Republica lacessere, et attenderet potius suo clero Moschovitico. Ad haec exarsit vehementer Naczczokin.

DCVI.

Episcopos et proceres regni Poloniae pontifex iterum exhortatur, ut sanctam Ruthenorum unionem in proximis comitiis viriliter tueantur. Reg. Brev. An. II. fol. 89.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis Poloniae et Lithuaniae ad Comitia congregatis.

Clemens PP. X. Venerabiles fratres, salut. etc. Sedulis ubi Pontificiae mentis excubiis amplissimum Poloniae Regnum lustramus, innumerisque pene obsessam hostibus orthodoxam istic Religionem

nem contemplamur, ingentes in Nobis sollicitudines excitari intima cordis testificatione sentimus. Curas tamen nihilominus nostras eximie levamus, dum accuratam in Fraternitates vestras considerationem convertimus. Vobis enim ad Catholicae fidei defensionem istis in regionibus pietate, consiliis operaque strenue excubantibus, irritos usque futuros adversariorum conatus omnino confidimus. Praeclara vero Religiosae huiusce fortitudinis documenta iure merito a vobis exigimus in praesentia pro sarta tecta tuenda sancta Ruthenorum Unione, toties a Schismaticis subdolis artibus impetita, totiesque a vobis inclyta propugnatione servata. Cum enim in proxime habendis Regni Comitiis, fucatis publicae tranquillitatis promissis, adversus sancita a Maioribus vestris ad animarum salutem divinique cultus propagationem cum Ruthenis pacta, ingenito in fidem Catholicam odio indulgentes iterum Schismaticos insurrecturos audiamus, ut vires omnes exerceatis, impiaque postulata egregio nisu propulsetis, Apostolicis vos hortationibus monemus, atque a perspecta constantia vestra prorsus expectamus. Agite igitur, Venerabiles fratres, egregium zelum vestrum excitate, vosmet ipsos imitamini, coelique causam pro virili asserentes, contendite ad palmas immortalium triumphorum: muneri sic nimirum vestro apprime responderitis, insigniumque laborum Pontificem sempiternum indeficientem retributorem habueritis. Plura de hoc maximi momenti negotio a Venerabili fratre Angelo Archiepiscopo Damiatae iussu nostro accepcrint Fraternitates vestrae, quibus interim Apostolicam benedictionem ex animo impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die II. Ianuarii MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Eodem modo Senatorio et Equestri Regni Poloniae Ordinibus.

DCVII.

Regem Poloniae Pontifex monet, ut Theodorum quendam echismaticum pro coadiutore archiepiecopi Leopolieneie Armeni eese gerentem e regno pellat. Reg. Brev. An. II. fol. 92.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi Venerabilis frater Angelus Archiepiscopus Damiatae Apostolicus apud Maiestatem tuam Nuntius prolixe Nos docuit, quo animo sis adversus quemdam Theodorum Vartanovicz temere audentem se Coadiutorem asserere Venerabilis fratris Archiepiscopi Leopolicnsis Romae commorantis, facultate scilicet ad id munus obeundum a Patriarcha Schismatico Armenorum improbe obtenta: eidem tamen Nuntio nostro insuper iniunximus, ut novos usque eximiae in hanc Sanctam Sedem, ad quam praedictae deputationis ius unice spectat, observantiae tuae stimulos addat, Regiamque praesertim opem imploret ad eliminandum a Polonia praefatum Theodorum, ne fidelium Armenorum grex non ita pridem in ovile Domini redactus scandalum patiatur in pastore a Schismatico sibi praeposito, simulque omnes intelligant, quae sors eos maneat, qui ad Ecclesiasticas dignitates obtinendas ad Schismaticos confugiunt. Ut igitur praedicto Nuntio nostro gratas de more in hoc negotio praestes aures, tuisque promeritis solidum continenter adiicias incrementum, vehementer cupimus, Maiestati tuae Apostolicam benedictionem interim impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die III. Ianuarii MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

DCVIII.

Eidem regi pontifex concedit, ut per nuntium apostolicum particulam ex ligno s. crucis in eacrario Dominicanorum Lublini asservato extrahere possit. Reg. Brev. An. II. fol. 99.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Delectati in Domino mirifice sumus literis Maiestatis tuae decima quinta Decembris ad Nos datis: a Rege nimirum eximium erga lignum sanctae Crucis obsequium profitente, solidamque in eodem ad reprimendos immanissimorum hostium conatus spem reponente, praeclaros in dies orthodoxae Religionis ad incrcmentum omnino Nobis triumphos pollicemur. Inclytae quocirca pietati tuae propensacque in Te mirum in modum voluntati nostrae morem gerere volentes, Ven. fratri Angelo Archiepiscopo Damiatae accurate iniunximus, ut omnem nostro nomine apud fratres Dominicanos Lublinenses impendat operam, quo Maiestas tua pii voti compos fiat. Sensus igitur in hac re nostros ut ab eodem prolixius accipias, interim cupimus, Tibi, Carissime fili noster, prospera cuncta ex animo precantes, atque Apostolicam benedictionem amantissime insuper impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXIII. Ianuarii MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

DCIX.

Rex Poloniae pontifici calamitosa regni conditione enarrata supplicat, ut sibi ad bellum subsidium quoddam concedere velit, atque christianos principes hortari, ut unitis viribus sibi ad Turcas repellendos adsint.
Litt. Principum Vol. 102. fol. 65.

Sñe ac Bñc in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum S. V., mei Regnique ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Hactenus nec dum lassata neque satiata tot Christianorum Regnorum ruinis Othomanica tyrannis, suo in arcano cogitationes alebat, donec adversis Regni huius casibus arctisque rebus in consilii sui fortunam adhibitis, bellum immane nullis agitatum causis sola publice latrocinandi libidine tandem Poloniae conflaret. Et fecit fidem atrocis istius suae mentis arrogantibus iuxta et minacibus ad me perscriptis literis, quibus Ucrainiam et gentem Cosacorum subditorum meorum expetitae a rebellibus protectionis titulo in suum ius devenisse affirmavit, cui tuendo ferrum se capere et in campum Martium vere novo descendere. Iam contractae toto Oriente in unum vires conglobantur, iam non longe a conspectu finium validi ac numerosi exercitus panduntur, iam Scythae intima Russiae persultant et circumsonantia Istrum, Tyram, Hypanion barbara arma late per campos funduntur, et venisse summam Regni diem et ineluctabile fatum, vix est qui ambigat. Terrent me interim funesti Provinciarum tot casus, tot ante oculos gentium, urbium, insularum magna cadavera Turcicae immanitati in praedam et famem facta. Accedit Moschus, cui semper fides et religio post sua commoda et fallere iureiurando perinde ac loquendi modus habetur, ex insidiis gravissimo Reipublicae tempore id agitans, ut occupatis cum Christianitatis hoste a tergo iu Russia incumbat. Vires, quas Turcae obiiciamus, sane fateri S. V. non erubescam, haud invenio pares. Camenecum Regni mei antemurale primum impetum aegre sustinebit. Fuerunt Poloni, fuit inclyta quondam bellisque virisque Sarmatia, nunc mutatus est color optimus. Bellis ex se invicem nascentibus, ac nexis diversisque hostibus, postremo civilibus malis fessi, non iam de victoriae gloria, sed de salute dimicare reliquum habemus. Ego sane non faciam animam meam pretiosiorem quam Sanctam Matrem meam Ecclesiam et Sedem Apostolicam, quam Reipublicae Christianae integritatem ac meorum subditorum tutelam. Feram usque ad reliquias hunc sanguinem, quem non impiger pro Deo, et populo mihi concredito devoverim. Video enim in illis ipsis campis pene adhuc pulvere stantia Maiorum meorum signa, video fusum unctis Regum corporibus mixtumque barbarico sanguinem, video Poloniae et Ungariae valida pectora in victimam concidisse, fortunae loco habiturus, si ad Serñas illas umbras malignae Lunae Othomanicae aspectum obscuraturus addar. Denique in his praecipitiis nihil remedii superesse video, quam ut Dominum exercituum humilibus votis fatigem, ne istam haereditatem suam det in opprobrium, ut dominentur ei nationes: tum supplex ad S. V. accedo, Clementissimi Patris benignitate praesens Regni mei periculum, atque in eo totius Christianae rei incolumitatem et summae curae habendam sibi existimet, atque cum Supremo Numini vota solvere, tum bello nervum utilem efficaci providentia quamprimum subministrare, Principes Christianos ad auxilium Regni mei excitare dignetur. Prolixius desiderium meum S. Vestrae exponet Illñus et Rñus in Christo pater S. R. E. Cardinalis Ursinus, Regni mei Protector. De reliquo S. V. longaevum ac felix rei Christianae imperium auguror, ac mihi subditoque mihi populo Pontificiam benedictionem humiliter exoro. Datum Varsaviae die XVII. mensis Martii Anno Dñi MDCLXXII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

DCX.

Rex et cancellarius Poloniae pontifici academiam Cracoviensem commendant. Litt. Princip. Vol. 102. fol. 71 et 77.

Sanctñio ac Beatñio in Christo Patri D. D. Clementi Div. prov. Papae X. etc.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Clementissime. Post oscula pedum S. V., mei Regnique ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Quo magis compertum est literarum patrocinium promptum et expeditum apud S. V., eo fidentius Universitatem Studii Cracoviensis veterem Regni mei Scholam S. V. impensius recommendo. Sane dignum censeo, ut domicilium hoc literarum favore benignitateque sua S. V. complecti non gravetur. Fidei Catholicae zelus, erga Sanctam Sedem fervor, cultus et observantia a quadriugentis prope annis viget floretque in eo loco serie non interrupta. Haereses, quae peregrine iu Septemtrionem irrepserant, doctrina, eruditio Alumnorum Universitatis saepius fregit et habetavit. Et cum meorum Antecessorum beneficientiae, protectioni Academia haec sit obnoxia,

quorum insedi thronum, eorumdem erga eandem pronum retineo animum: supplexque a S. V. postulo, iura, privilegia eiusdem Universitatis exemplo suorum Praedecessorum manutenere confirmareque dignetur. Agnoscat videatque Septemtrio S. V. clementia, benignitate res suas sustentari. Et quidem hoc ego inter alia paterni erga me affectus referam argumenta. Longaevum interim et felix rei Christianae imperium S. V. voveo, eiusdemque protcctioni me Regnumque meum diligenter commendo. Datum Varsaviae die xvii. mensis Martii MDCLXXII.

Eiusdem Sanetitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V. A primaeva sua fundatione Universitas Studii Cracoviensis ita in clientelam et praecipuam Reipublicae curam conccssit, ut eiusdem integritati, iurium conservationi non aliter ac propriis prospectum fuerit. Quoties adversi aliquid imminebat aut prcmebat antiquam hanc Regni Scholam, Ordines Regni iurium, immunitatum conservationi unicc intendebant. Et iam S. V. Praedccessoribus supplicabant, ne Universitas haec a tot annis de Ecclesia et Regno benemerita aliquid iurium pateretur dispendium. Quod certe nunc pertimescit, dum in Curia Romana iura, privilcgia et cxemptiones a Serñο fundatore concessae, a tot Regibus confirmatae vocantur in dubium. Professores quieti, literis innutriti proccssu fatigantur, et in strepitum vocantur forensem. Indoleo tali litigio atteri Universitatem in ea temporum iniquitate, quae in Regno nostro omnium depressit aut evertit fortunas. Prout igitur Ministro status, legumque patriae custodi incumbit earum indemnitatem tueri, ita S. V. humillime supplico, vetera iura, privilegia Universitatis, quae disiungi a Republica nequeunt, dignetur conservare, nec patiatur eam in Septentrione virtutis ac eruditionis magistram circa iura sua periclitari. In his angustiis paternam S. V. clementiam Universitati adfuturam, veluti nullus dubito, ita humillime postulo, annorum prope quadringentorum opus Scholam hanc in praecipitium haud permittat detrudi: quinimo ruentem totque adversis fatiscentem sublevct attollatque. Faciet S. V. rem toti Rcgno gratam, et clementiam, quam ipsum nomen S. V. pollicetur, abunde testabitur. Iterato beatos S. V. exosculor pedes, eidemque humillima mea devoveo servitia. Datum Varsaviae die xxiv. mensis Martii Anno Domini MDCLXXII.

Eiusdem S. V.

Humillimus servus
CANCELLARIUS REGNI POLONIAE.

DCXI.

Regem et archiepiscopum Gnesnensem pontifex adhortatur, ut Polonos ad animorum concordiam revocent.
Reg. Brev. An. III. fol. 156.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quae sit Pontificiae mentis sollicitudo universae Christianae Reipublicae, istiusque praesertim Regni ad incolumitatem ex Apostolica statione diu noctuque excubantis, coniicere ultro potuit Maiestas tua ex accuratis studiis, quibus ad propulsandas immanes Turcarum vires per ordinarios huius Sanctac Sedis Nuntios, ac per extraordinariam Ven. fratris Francisci Archiepiscopi Florentini ad Carissimum in Christo filium nostrum Leopoldum Imperatorem Electum legationem, validum elapso ab hinc anno Poloniam inter Germaniamque sancire foedus contendimus. Tristati vero summopere sumus, earumdem ubi vigere istic adhuc discordiarum semina intelleximus, quae salutarem satagentibus Nobis tanti operis confectioncm pracpedierunt: intestina enim huiusmodi dissidia exteras non modo suppetias inancs reddunt, sed proprium quoque Regni robur enervant. Cum igitur praecipuum Regnorum munimentum animorum concordia sit, ad hanc opportune conciliandam sedulas curas nostras convertimus, datisque in candem causam hortatoriis literis, Venerabili fratri Angelo Archiepiscopo Damiatae iniunximus, ut in hoc maximi momenti negocio partcs nostras impleat, inclytaeque propugnationis iaceat fundamenta. Humillimis interea precibus misericordiarum patrem obsecramus, ut votis nostris annuat, impertitaque ad orthodoxam Religionem tuendam populis istis unanimitate, praestandisque ab hac Sancta Sede pro temporum angustiis, nec non petentibus Nobis a coeteris Principibus Maiestati tuae subsidiis viam sternat. A divina vero bonitatc huiusmodi solatia exspectantes, Tibi, Carissime in Christo fili noster, amantissime benedicimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xxx. Aprilis MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. X. Venerabilis frater, salutem etc. Pontificii cordis aculei sunt intestina istius Regni dissidia, paternisque curis nostris Polonia praebet campum doloris et messem amaritudinis: hiantes enim in eiusdem exitium hostis immanissimi fauces contemplantes, domesticas inter dissensiones orthodoxae Religionis in perniciem insignem istic Barbaris parari triumphum animadvertimus. Opportunam itaque rebus afflictis opem allaturi, Fraternitatem tuam eximio servandae Reipublicae zelo flagrantem ad conciliandum pro communi salute tuenda animorum concordiam impense inflammare decrevimus, magnam utique in spem venientes fore, ut te auctoritate, consiliis operaque sedulo in id incumbente imminentibus universae Christianae Reipublicae infortuniis omnino prospiciatur. Sane quam metuendae Turcis sint futurae conspirantes in unum Poloniae vires, inflictae üsdem toties invicto Marte clades aperte testantur; eadem vero in praesentia quoque manet ipsos sors, concordibus ubi conatibus ad propulsandos eorum impetus coaluerint. Age igitur, Ven. frater, in tanto rerum discrimine totum te patriae incolumitati devove, excitatos a patre discordiarum tumultus comprimere accurate contende. Muneris enim ita tui partes non tantum impleveris, sed illas etiam nomini tuo laudes comparaveris, quas inclytae propugnationis auctoribus publicorum beneficiorum remuneratrix fama respondet. Plura de hoc maximi momenti negotio a Ven. fratre Angelo Archiepo Damiatae iussu nostro accipies, cui prorsus a te praestari aures cupimus, Fraternitati interim tuae Apostolicam benedictionem peramanter impertientes. Datum ut supra.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Sollicitis quamvis Pontificiae meutis excubiis ex Apostolica statione iam pridem prospexerimus mala, quibus in praesentia Regnum istud conflictatur, nullamque sive per ordiuarios sive per extraordinarios Nuntios omiserimus operam, quo comminatis infortuniis tempestive consuleremus: non mitius tamen Nos iacula feriunt, eo quia fueriut praevisa, altius quin imo Nobis cor confodierunt, qui scilicet periclitantem iu validissima istius Regni aggressione, quod firmissimum hactenus Orthodoxae Religionis propugnaculum fuit, uuiversae Christianae Reipublicae securitatem in uberrimas effusi lacrymas proprius contemplamur. Quia vero Turcarum audacia a gliscentibus adhuc istis in regionibus intestinis dissidiis vires capit, magnaque ex parte in domesticis Regni discordiis ulterioris victoriae spem reponit: enixis idcirco precibus iterum iterumque Maiestatem tuam in Domino obsecramus, ut in eorumdem extirpationem accuratissime incumbat, et si quae regium animum retrahunt conceptae in contumaces ultiones, publicae eas incolumitati donet. Sane si secus accideret, nec acceusas, quod Deus avertat, istic faces restingui contingeret, proxima procul dubio habenda foret istarum provinciarum desolatio, quae divisionem consequitur, verendumque esset summopere, ne Turcarum in direptionem omnino concederet Regnum, a quo communem in defensionem conspirante insignes iisdem toties inflictas clades, ad perennem inclitae Nationis gloriam, publicorum beneficiorum remuneratrix fama aeternae saeculorum memoriae consignavit. Age itaque, Carissime fili, excita in Te ad Regnum fidemque servandam heroicae fortitudiuis sensus, lenibusque blandientis humanitatis officiis, tum praeeuntis constantiae exemplo subiectos Tibi ordines magis magisque concilians, in propulsandis immanissimorum hostium conatibus exhibe Te re ipsa omuium caput immortali corona donandum. Igitur dum apud Catholicos Principes ad submiuistranda publicae causae propera subsidia officiorum nostrorum incitamenta dirigimus, uostraque etiam ex parte, qua per temporum angustias licuerit, suppetias praeparamus: nihil aliud reliquum est, nisi ut concordibus viribus, sine quorum consensu quicquid auxiliorum aliunde comparetur, frustraneum esset, ad asserendam propriam salutem tuam populorumque Tibi subiectorum fortitudinem militaturam innotescat. Plura de paternae charitatis nostrae magnitudiue a Ven. fratre Angelo Archiepiscopo Damiatae accipiet Maiestas tua, cui propitium faventemque exercituum Dominum humillimis interim votis precantes, Apostolicam insuper benedictionem amantissime impertimur. Datum Romac etc. die xv. Octobris mdclxxii. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DCXII.

Rex Poloniae pontificem de foedere cum magno Moscoviae duce contra Turcas inito certiorem reddit, petitque, efficiat apud principes christianos, ut et ipsi eidem accedant. Litt. Principum Vol. 102. fol. 117.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Clementissime. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Infinita illa ac imperscrutabilis Divinorum iudiciorum

abyssus, quae Regnorum ac Imperiorum terminos, temporum vices et momenta posuit in potestate sua; unico omnipotentiae halitu actutum praestat, quod humanorum conatuum quamvis extreme satagentium vis consilii nequit efficere. Constat optime Sanctitati Vestrae quantopere saeculis anterioribus allaboratum sit a pientissimis Pontificibus Antecessoribus Sanctitatis Vestrae, necnon ab Imperatoribus Romanis, ut cum Magno Moschorum Ducc contra potentiam Othomanicam, quae reliquae Europae pedetentim incumbit, ligamen defensivum et offensivum concludi et perfici posset. Id nunc sua sponte per summam miserantis Dei super Christiano populo clementiam obvenit. Si quidem post longas disceptationes et maximarum difficultatum resolutiones, ac aliquot mensium comprehendinationes, tandem praefatus Magnus Dux Moscoviae pacta Andrusoviensia et subsequentes omnes negotiationes approbavit, ligamen defensivum et offensivum contra Mahometanos specialiter Turcas et Tartaros mecum, et cum Regno Poloniae conclusit ac stabilivit, exercitusque suos coniungere, et in casu gravioris potentiae Turcicae omnibus viribus Imperii sui mihi assistentiam praebere sacrosancte appromisit: ac ut reliqui Principes Christiani ad hoc sacrum foedus invitentur, in hoc Tractatu expressum est. Quae cuncta coram magnis Legatis meis corporali iuramento comprobavit, literasque clarigationis ad Sultanum Constantinopolitanum et Tauricanum Tartarorum Hanum dedit: quibus declarat se terra marique Pontico ditiones eorum infestaturum, si contra me quid hostilitatis attentaverint. Beatissime Pater, habet Sanctitas V. ingentem Pontificatu suo pii solatii et gloriae messem. Multi enim Pontifices et Caesares optavcrunt videre, quod videt Sanctitas V., nempe unum legamen contra Turcas Poloniae et Russiae nationum, quibus solis terra mariquc facilior prae cunctis aliis gentibus ad recuperandam Constantinopolim via patet. Respiraret ab impendentis interitus metu Italia, criperentur sacra Salvatori nostro loca a foeda barbarorum spurcicie, et tot misellae Christianorum animae ab ergastulo dirae servitutis liberarentur: si reliqui Christianorum Principes, deposita vel saltem ad tempus remissa exitiali, ac gloriae ipsorum prorsus iniuria inter se contentione, quisque pro modulo distraheret vires Othomanicae potentiae, cui dum singuli pugnabunt, certo certius omnes vinci posse in confesso est. Sanctitas vero Vestra resumat tam commoda, et supra vota salubri occasione ardentem spiritum divinorum illorum Pontificum Urbanorum, Eugeniorum, Piorum, Xistorum, et quorum auspicatum numerum adimplet Clementum, ad excitandum zelum Europeorum Principum. Ipsa quoque Sanctitas V. pro paterna sua cura Regni mei rationibus consulere, et pia munificentia fovere dignetur adeo facilius expediendum et utilius obeundum huius sacri belli progressum. Quae cuncta filiali cultu Sanctitati V. repraesentans, ac Pontificiae eiusdem trutinae et benedictioni maiorem in modum recommendans, interim longaevam incolumitatem S. V. devotus exopto. Datum Varsaviae die XIII mensis Maii Anno Domini MDCLXXII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
Michael Rex Poloniae.

DCXIII.

Regi Poloniae de foedere cum magno duce Moscoviae contra Turcas inito pontifex gratulatur, et principes catholicos ad id accedendum adhortari promittit. Reg. Brev. An. III. fol. 173.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Eximiae Nobis argumentum laetitiae attulerunt Maiestatis tuae literae, de sancito adversus Turcarum tyrannum Magno cum Moschorum Duce tuorum ad salutem populorum foedere Nos edocentes; humillimas vero misericordiarum Patri gratias egimus, qui causae suae adesse adeo praeclaro documento testatus est: etsi autem praesens temporum conditio Catholicos Principes alio intentos habet, nullum tamen accuratissimae sollicitudinis experimentum omittemus, quo eos ad publicam incolumitatem asserendam vehementer inflammemus. Cruciamur interim ex animo, memori ubi mente revolvimus, ob intestina istius Regni dissidia irritas cecidisse Pontificii cordis curas, quibus sedulo incumbentes retro ab hinc elapso anno per Apostolicos Nuntios Poloniae non modo, sed universi quoque Catholici gregis securitati tempestive consulere studuimus: firmam nihilominus in eo, in cuius manu sunt omnium potestates, spem constituimus, fore, ut ad inclytos conatus tuos benigne respiciens in spiritu furoris sui confringat capita inimicorum suorum. Age itaque, Carissime fili, accingere gladio tuo super femur tuum, et quamvis consistant adversum Te hostium immanissimorum castra, ne timeas a facie eorum: hi enim pugnabunt in curribus et in equis, Tu autem in nomine Domini exercituum victoriam reportabis. Enixa Nos in hunc scopum vota continenter

nuncupabimus, Maiestati interim tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertientes. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die IV. Iunii MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DCXIV.

Rex Poloniae pontifici de galea et ense et rosa aurea benedictis sibi et reginae dono missia grates reddit.
Litt. Principum Vol. 120. fol. 153.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Clementissime. Post oscula pedum S. V., mei ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Inexhaustum Apostolicae benignitatis gazophylacium quo uberiora gratiarum egerit missilia, eo notiori attributo divinam repraesentat ideam. Quamvis enim totum hoc immensam opificis sui adoret dexteram, nunquam tamen pressius illi adhaeret, quam dum sentit beneficam ac donorum munificam dispensatricem. Feror ego eo quo par est cultu ac veneratione erga Sanctam Sedem, trito illo incedens calle, quem Praedecessorum meorum et gentis Polonae constans ac inviolabilis Catholicae Religionis zelus, et si inter infernales haeresum turbines aperuit, pietas solidavit. Sed ad praesens dum effusa S. V. paternae benevolentiae exhibitio me sacratorum armorum Galcae et Ensis munimine, Regiam vero Consortem meam Aureae Rosae benedictae honestamento decoratos esse voluit, quae dona per Venerabilem Cubicularium S. V. Petrum Korycinski huc allata, ac congruae dignationis excepta officiis, altera sacrarum Pentecostes feriarum die rituque solemni de manibus Rñdi Archiepiscopi Damiatensis Nuntii S. V. in principali templo civitatis huius ambo recepimus, adeo me devinctum S. V. agnosco, ut cum recogitem ac expendam, quanam ratione debitam referam gratissimi sensus expressionem, non aliam magis adaequatam adinvenire possum, quam ipsissimam eamque totalem filialis sensus et propensissimae voluntatis erga paternum S. V. affectum contestationem. Galeam hanc non ferri temperatura, sed Pontificiae sacrationis acie firmissimam acceptavi ceu gloriam honoris et opus fortitudinis. Mucronem porro veluti praesentissimum Divinae tutelae praesidium, qui praecedat bellatores meos, ut sciant gentes, quae cum blasphemia veniunt contra sanctuarium Domini, adesse nobis auxilium de coelo: Christo pugnare, Christo vincere, non nobis, sed Sanctae Sedi trophea parare cupimus ac optamus, dummodo S. V. hisce suis sacris initiis ulteriores Apostolicae opitulationis succursus de paterni affectus exuberantia addere dignetur. In qua mea petitione me ullatenus immorigerum arbitror, dum recolo, Deo nil gratius gratiis precibus admixtis. Regina quoque Consors mea ex parte sua specialibus literis paternae S. V. respondet munificentiae. Interim eo quo maiori possum, ardentiorique animi affectu S. V. felicissimum Orbis Christiani regimen cum longaeva incolumitate perquam devotus exopto. Dabantur Varsaviae die XI. mensis Iunii Anno Domini MDCLXXII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

DCXV.

Regem Sueciae ad suppetias Polonis contra Turcas ferendas pontifex invitat. Reg. Brev. An. III. fol. 219.

Serñο Carolo Regi Sueciae.

CLEMENS PP. X. Serñe Rex, salutem et lumen divinae gratiae. Immanis Christiani nominis hostis Poloniae cervicibus imminet, propediem Hungariae gravis, nec vicinis modo, sed et longinquis quoque regionibus vastatis metum allaturus. Maiestas tua eiusmodi ditionibus populisque praeest, quibus non expectare patrios inter fines, sed proferre ad exteros bella gloriosum, ideoque procul dubio sperandam eam inde operam minus fore negligendam, quae inconditas barbarorum acies procul a finitimis invicto Sueciae Regno provinciisque arceat. Ut omni conatu in id incumbas, et sive strenuo armorum subsidio, sive provido conciliandis iis, qui opem ferre possent, studio ab ignota hactenus imbecillitatis labe foederatam Sueciae gentem vindices, tibique prospicias, paries dum proximus ardet, suadent prudentiae leges, imperandique rationes omnes. Sed eae nihilominus sunt Apostolici muneris nostri partes, ea commissi nobis ex alto Christiani gregis sollicitudo, quae illata ipsi a barbarorum feritate discrimina siccis oculis contemplari non patimur, dumque omnes fere Principes ac Reges literis et hortationibus in publicae asserendae incolumitatis causam advocamus, praeterire silentio Maiestatem tuam non debuimus, quae ab iis contentionibus affectibusque semota, quibus caeteri omnes fere Principes implicantur, praestare plurimum et propriis viribus poterit et alienis. Hac generosum animum tuum fiducia compellamus, eaque comparandae Regio tuo nomini immortalitatis media suggerimus, quibus praecipuum

ad universas mundi plagas promereri Maiestas tua valeat decoris gloriaeque plausum; sed utique et apud bonorum omnium auctorem Deum, cui militat, qui infidelium arma aususque retundit, ad opimas luminis veri divitias, quae solidae foelicitatis compendium aestimantur, acquirendas viam facict oportune latum Christianae pietatis experimentum. Utrumque ut assequatur Maiestas tua enixis interim a divina bonitate precibus postulamus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXIX. Octobris MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DCXVI.

Regi Poloniae extraordinarium nuntium apostolicum pontifex commendat. Reg. Brev. An. III. fol. 223.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi non levia hucusque de paterna erga Regnum istud sollicitudine nostra Maiestati tuae praebuimus argumenta, ut hanc nihilominus Tibi universaeque Christianae Reipublicae magis etiam magisque testatam faciamus, Ven. fratrem Franciscum Archiepiscopum Thessaloniccnsem, ob generis animique praestantiam, atque ob gesta praecipua cum laude praeclara munia admodum spectabilem, Regiaeque insuper personae tuae mirifice studiosum, extraordinarium ad Te Nuntium mittimus, quo tanto tui Regnique in discrimine consiliis, hortationibus, incitamentis ad propriam incolumitatem strenue asserendam infirmos corroberet, fortes inflammet totusque Tibi ac Religioni militet. Ut igitur eumdem humaniter excipere, ac de impensis a Nobis apud Catholicos Principes ad publicam causam prospere iuvandam enixis officiis prolixe disserentem libenter audire velis, magnopere cupimus, Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die V. Novembris MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DCXVII.

Eumdem regem pontifex hortatur, ne archiepiscopi Gnesnensis auctoritatem a laica potestate infringi permittat, et archiepiscopo insinuat, ut ad persecutiones evitandas Romam veniat. Ibidem fol. 246 et 261.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi primaria ecclesiastica dignitas, qua Ven. frater Nicolaus Archiepiscopus Gnesnensis in isto Regno refulget, eximiae pietati perspectaeque in hanc Sanctam Sedem observantiae filiali Maiestatis tuae satis superque incitamento fuerit ad eundem a quovis potestatis saecularis iudicio immunem reddendum, Ven. nihilominus fratri Angelo Archiepiscopo Damiatae ordinario apud Te Nuntio nostro mandavimus, ut paternos in hac re sensus nostros ad publicam Regni tranquillitatem unice directos prolixe aperiat Maiestati tuae, nostraeque sic sollicitudini consulat. Ut gratas igitur eidem aures praestare velis, ex animo cupimus, Tibi, Carissime fili noster, Apostolicam benedictionem amantissime impertientes. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die XXV. Novembris MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo Gnesnensi.

CLEMENS PP. X. Venerabilis frater, salutem etc. Anxios profecto Nos magnopere habet discrimen, in quo se constitutam esse scribit Fraternitas tua. Etsi enim Regis pietatem eiusdemque filialem in hanc Sanctam Sedem observantiam perpendentes, nullam tibi a sacculari potestate illatum iri iniuriam iure merito confidimus: quia tamen quandoque coerceri legibus nequit effrenis multitudo, optime idcirco factum duxerimus, si te imminentibus periculis absque mora in praesentia subtraxeris, ingruentemque tempestatem in tuto positus declinaveris. Sollicitos in hac re sensus nostros ab Apostolico Nuntio diserte acceperit Fraternitas tua, cui divinam custodiam ubique praesentem precamur, et Pontificiam benedictionem ex animo impertimur. Datum Romae etc. ut supra.

Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo Gnesnensi.

CLEMENS PP. X. Venerabilis frater, salutem etc. Ingravescentibus in dies adversus personam ac dignitatem Fraternitatis tuae in isto Regno periculis, pastoralis sollicitudinis nostrae munus ducimus, te malis imminentibus tempestive subtrahere, nostraeque charitatis in sinum paterne recipere. Te itaque, Venerabilis frater, enixis non modo propensae voluntatis significationibus hortamur, ut ad nostrum patrocinium magis magisque demerendum isthinc discedens absque mora Romam te conferas, sed Apostolica

insuper authoritate id tibi praecipimus, qui scilicet huiusmodi praeceptum rationibus tuis admodum salutare reputamus. Iudivisum interim itineris comitem Fraternitati tuae tutelarem Angelum ex animo precamur, atque Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud Sancta Mariam Maiorem etc. die III. Decembris MDCLXXII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DCXVIII.

Ioannes Casimirus quondam rex Poloniae pontifici de Michaele rege conqueritur. Litt. Princip. Vol. 102. fol. 298.

Bñο Padre. Non so non creder l'animo di V. S. in una grande amarezza doppo l'invasione e progressi del Turco nel Regno di Polonia, ben potendo la singolar sua prudenza riflettere, che quella smembrattione della Republica Christiana è tanto più considerabile, quanto che l'Ottomano fa centro del suo Imperio quelle provincie, le quali già furono di esso poco avanti di un' secolo i limiti. Io lasciai quel governo, mà riteuui e conservo quell'amore che à tutte le conditioni de gl'huomini è commune verso della patria, et in mè tanto maggiore deve esser, quanto superiore è stata la sorte di esservi nato Principe, e di havervi molti anni regnato. Se dunque nelle paterne viscere di V. B. sensibilissimo sarà il dolore nell'udirsi rapita cosi nobil parte del suo gregge con tanto oltraggio del nome Christiano, inesplicabile è ancora certamente il mio, che deploro la medesima calamità, e temo notati ben presto d'un'ignominia i miei successori, si come sono avisato, il Regnante acconsente di prostituire la Corona col titolo di tributaria. So per esperienza, che la confusione di varii voleri trà una libera Nobiltà, la quale mai unitamente concorre in un Decretto, o mai lascialo perfettamente eseguire, à pena talvolta concede di elegere in luogo di benefitio il minore dei mali. In questo caso nondimeno dicono che il Serñο Rè Michele habbia scelto il peggiore, se in vece di resistere à tumulti (giustamente o ingiustamente che siano stati concitati contro d'alcuni graudi e de i più valorosi soldati) in molti modi vi ha contribuito, perche nè opportuua, uè honesta, nè utile non sarà giudicata giamai l'attione di dividere il Regno col Turco, e soggettare il rimanente al tributo, mentre si trova in capo della mossa generale della Nobiltà, applicato con la violenza senza alcuna forma di ordinato e retto giuditio à privare delle dignità, dei patrimonii, dell'honore e della vita non solo i secolari, mà il primo de gl'Ecclesiastici. Colpano senza alcun accusatore, senza alcuna pruova, anzi contro ogni probabilità di corrispondeuza col Turco Monsignor Primate, e li General Sobieschi, Tesoriero Morstini et altri, dopo che questi in publico et in privato hanno predicata per prossima l'invasione dell'inimico, supplicando il Rè di applicarsi alla difesa della patria; e quello che è più detestabile, insidiano nell'honore e nella vita del Generale e di tant'altri quegli istessi, che prima in ogni angolo del Regno, auzi iu ogni casa divulgavano poche settimane sono la falsa opinione che la minacciata guerra del Turco era una chimera del Primate, del Sobieschi e dei loro amici, e non si fa riflessione che l'ordine Equestre chiamato per difendere la patria hoggi non s'impiega che in depredarla con più innumanità del infedele e barbaro nemico, il quale nondimeno sin'adesso altra oppositione et altro ferro non ha veduto che di coloro, i quali sono calunniati di tradimento. Per troncare le differenze si è più volte trattato di iutrodurre qualche mezo per assicurare una vera rinconciliatione e fede trà il Rè e quelli che egli chiama malcontenti, e mi è noto che i Nonti di V. S. hanno impiegato per ciò ogui officio, mà egli mai sinceramente ha lasciato aprirne adito. Ho io scritto efficacissime lettere à molti Senatori et altri principali del numero di quegli che mi conservano ogni rispetto e gratitudine, con esortationi favorevoli al Rè, mà questo troppo coustante nella compiacenza d'interpretare siuistramente tutte le mie attioni, anche di più benefitio suo e del Regno ne ha fatto sempre pretesto (forse più per sua che per mia sventura, come il tempo potrebbe mostrare) per impedire le mie sodisfattioui, offendere e danneggiare le mie creature, i miei Ministri e qualunque ama il mio nome. Non riferisco già questo à V. B. perche io mi sia alienato dalla beuevolenza verso il Regnante, e dal desiderarli ogni giusta prosperità, perche l'oggetto del ben publico è superiore à la passione ch'io potessi havere per tanti dispiaceri da lui ricevuti, mà per dare à V. B. una sincera notitia delle mie buone intentioni, e insinuare insieme la necessità di difendere l'immunità della Chiesa nella persona del Primate, e di prender cognitione di chi del medesimo Collegio dei Vescovi ha fomentato, anzi è stato l'ordine Equestre il quale già violentemente sormonta l'autorità Senatoria e Reggia non si usurpi poi ancora la Sovranità nel Clero, tanto più arditamente quanto che alcuni Prelati con patti e giuramenti s'incorporano nelle confederationi di quell'ordine con onta del loro carattere. Io l'ho bensi per affare arduo, e che portarà seco la necessità di molte circouspettioni, mà nondimeno con tante

calamità patite in diversi tempi (invasione di nemici esterni, discordie trà la Nobiltà, confusione ne' stati, desolatione del paese, penuria di danaro, mancanza di fortezze munite, disubidienza, povertà universale, e impraticabilità di godere nè da vicini, nè da lontani soccorso, fanno hoggi tutte unite il più miserabile spettacolo, cosi puo esserc che questo induca l'una e l'altra parte alla ragionc, e chc rientrati in questa nella riverenza dovuta alla Chiesa passino ancora alla giustitia di concedere, che pacificamente ciascuno secondo le legi diviue e le patrie giustifichi le sue attioni. V. S. è quella unica la di cui opera non dovrebbe cader sospetta, e per la quale dovriano illuminarsi, quando l'ira divina non habbia decretato di lasciarli perdere nella loro presente cecità, e benche io sia certo, che la S. V. non ha bisogno di maggior impulso della propria pietà, con tutto ciò nell'inconsolabile mio dolore mi sarà pur lecito prendere almeno il conforto di sodisfare à questa parte ancora del mio zelo, col supplicar V. B. di porgere in solevamento di quel Regno la sua benigna mano con quei mezzi, che per sè, e per la veneratione la quale ogni Rè e Principe Christiano riguarda i suoi paterni officii, pono impedire l'imminente e tottal perdita di quel antemurale della Christianità. Io intanto ratificando à V. B. la mia filiale osservanza, inchinato alla sua Apostolica benedittionc le bacio i Sñi piedi. Nevers 28 Novembre 1672.

Di V. Santità

Obedientissimo figlio
Gio. Casimiro Re.

DCXIX.

Dux Brunsvicensis et comes palatinus Rheni pontificis exhortationibus obtemperantes Poloniae praesto fore promittunt. Litt. Principum Vol. 102. fol. 304 et 312.

Beatissimo in Christo Patri ac Dño Dño Clementi X. etc.

Beatissime Pater. Sanctitatis Vestrae rescriptum Apostolicum die 25. praeteriti mensis Octobris datum ea qua par est acccpi veneratione, eiusque sanctissimam mentem et sententiam in succurrenda Polonia, et a Turcarum invasione et truculentia liberanda exinde abunde intellexi. Et sicuti piissimum hoc S. V. in antemurali hoc Regno conservando studium immortalem meretur gloriam, ita nihil magis mihi est in votis, quam ut pro ea, qua S. V. et Sanctam Sedem Apostolicam merito prosequor, observantia et devotione hoc in negotio obedientiam meam filialem reipsa testificari, et opem quandam ad incolumitatem huius Regni, ex cuius conservatione totius fere Christianae Reipublicae salus pendet, conferre possim. Cum autem fama nunciet, pacem inter Serñum Poloniae Regem et Turcam detrimentosis quamvis conditionibus nuper esse conciliatam, et Regnum hoc a Barbaris bello non amplius vexari, non opus quidem iam esse videtur eo, quod tam anxie desiderabat, auxilio. Quoniam vero intestini motus nobilissimum illud Regnum adhuc concutiunt, et status illius in mutuum exitium ruere videntur, non dubitandum, quin V. S. authoritatem suam eo sit interpositura, ut exitiales hi tumultus quam citissime sedentur, et conciliatis dissidentium invicem partium animis interna tranquillitas ibidem reflorescat. Et si forsan, quod Deus clementer avertat, inclytum hoc Regnum a Barbaris de novo infestis armis impetatur, et eo iterum redigatur, ut auxilia aliorum Principum ad hostilem illorum impetum retundendum implorare necesse habeat: tunc sane pro mea parte nihil in me patiar desiderari, dummodo rerum Germanicarum facies et status permittat, ut Priucipes Imperii, qui propter motus nuper in eo excitatos iam aegre proprias ditiones tuentur, exteris suppetias ferre possint. Interim tamen certa me tenet fiducia, Beatitudinem V. pro paterno suo in Germaniam affectu et laudabili in pacem zelo eo quoque alloboraturam, ut Imperium Romano-Germanicum ex nuper exortis turbarum fluctibus ad exoptatum laetae tranquillitatis portum perducatur, et arma, quae immenso rei Christianae damuo in propria viscera derigere videtur, iunctis consiliis et viribus ad immanem infensissimi et perpetui Christianorum hostis violentiam et crudelitatem propulsandam potius convertat. De me vero hoc sibi S. V. penitus persuadeat, me omnia ea, quae ad scopum hunc desideratissimum obtinendum, atque ad V. Beatitudinis et Sanctissimae Sedis Apostolicae commodum et Ecclesiae Catholicae incrementum facere poterunt, summo studio et enixa diligentia esse curaturum. Denique quod primum mihi summumque semper erit, S. V. eiusque benedictioni Apostolicae me diligenter et sedulo commendo, Deumque ter Optimum Maximum ex animo veneror, ut B. V. totius Orbis Christiani et Ecclesiae Catholicae bono diutissime servet incolumem. Dabantur in palatio meo Hannoverano die xxx. Novembris mdclxxii.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus et addictissimus servus et filius
Ioannes Fridericus Dux Brunsvicensis et Luneburgensis.

Beatissime Pater. Veneror ea qua par est amini devotione Sanetitatis Vestrae laudatissimas curas, quibus se tranquillitati publicae adeo sollicite impendit: quia vero hane infensissimus Christiani nominis hostis Turca in Septemtrione truculentis victoriis turbare pergit, haud immerito de opportunis iisque validis remediis cogitandum est, quibus ferocibus immanis victoris triumphis primo quoquc tempore debiti limites statuantur. Eam in rem tanto maiore semper ferebar studio, quanto ardentioribus desideriis optabam Polonorum Regno omnem fclicitatem. At enim ea modo Germaniae est turbatio, ut plerisque illius Principibus (ncscio quam iniqua sorte) vix aliud concessum sit, quam publicas Christiani Orbis calamitates cum gemitu spectare et sustinere. Affulserat non modica spes restaurandi avitam Religionem in Hollandiae partibus per Regis Christianissimi arma: et vero haec ipsa spes ab Imperatoris et Regis Catholici sancitis cum haereticis foedcribus sociisque armis evanescit, ac insuper mea aliorumque Catholicorum Principum ad Rhenum sitae provinciae a diversis belligerantium exercitibus ita devastant, ut accisae nobis omnes sint vires barbari hostis in Polonia progressus sistendi, id quod acerbius afficit, quo gravius inde rei Christianae atque Catholicae damnum ab improvisis hisce Germaniae motibus creatur; neque sanc rebus ita turbidis quidquam vel consilii vel opis fluctuanti Poloniae afferri poterit ab iis, quibus se suaque tuendi media auferuntur. Quod si Sanctitas Vestra paternis suis adhortationibus Catholicorum arma in Turcicos furores converterit, magnum sane rei Catholicae bonoque publico emolumentum accresceret. Ego omni studio ac sollicitudine adnitor, ut eonsiliis meis, cum alia me omnia nunc destituantur, conferam, quae ad rem tanti momenti ac ponderis facere visa fuerint. Explicassem haec ipsa dilucidius Sanctitatis V. destinato ad me Nuntio, Archiepiscopo Thessalonicensi, nisi illum adornandi longinquioris itineris festinatio a desiderato alloquio impedivisset. Pervolvo me ad S. V. pedes cum reverenti osculo, ac me meosque liberos clementissimis gratiis ac benedictionibus quam possum humillime commendo. Ex residentia mea Dusseldorpiensi die 3. Deeembris 1672.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus et obedientm̃us filius et servus
Philippus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni.

DCXX.

Archipiscopus Gnesnensis cardinalem Alterium pontifici a secretis de calamitosa regni conditione certiorem reddit.
Litt. Episcoporum Vol. 55. fol. 224.

Eminentissime ac Rm̃e Dñe, Dñe et Patrone Colendissime. Abunde satis innotuit non nobis duntaxat Polonis, verum universo Christiano Orbi, cum Sm̃i Domini Nostri, tum Eminentiae Vestrae intimi doloris sensus, quem e paterno corde elicuit tot Provinciarum Turcarum armis a Regno avulsarum, et cum primis Cameneco, Podoliae Metropoli expugnata, nunquam sufficienter deplorata iactura. Equidem non diffitemur iustam eam esse Numinis iram, vitiis criminibusque nostris iure merito debitam; sed non minus eidem calamitati contribuisse domesticas dissensiones, ultimum plerumque Regnorum excidium, tum deinde fatalem quendam torporem, et ad famam belli Ottomanici, ut ita dicam, profundissimum lethargum. Permittat me oro Eminentia V. paululum altius atque fusius quam liceat literis eorundem malorum scaturaginem aperire, quo luculentius cuivis possit constare gravissimae calamitatis origo. Eminentia porro Vestra a me candide et verc edocta benignissime providere velit, ne totum hoc Christianitatis antemurale brevi, quod metuimus, miserrime corruat, valescntibus in dies et pessimo malevolorum artificio exorientibus ad extremam Regni huius ruinam machinamentis.

Regnantibus in Polonia Serm̃is Casimiro et Ludovica Maria, cum nulla illis proles in spem Regni superesset, quemadmodum eis publica salus semper curae fuit, ita ne decedentibus ex hae vita in Electione, quae plerumque exitialis in Regia orbitate Poloniae esse consuevit, status Reipublicae labasceret, piissimos amantissimosque populi Principes incredibilis incessit cura providendi pacifice in vita sua de successore, ratos optimam se relicturos prolem, si pacem Regno peperissent. Itaque veluti throni possessores e beneplacito suo eam sortem domui Condaeanae in Gallia destinarunt, ea conditione ut Serm̃us Dux Angianus unam ex neptibus Serm̃ae Ludovicae Palatinam Rheni duceret in coniugem, ita securitati et commodo Regnantium provisum iri arbitrati. Iam res ad summum deducta videbatur, plurimis e Proceribus primisque ex Nobilitate Condaeanae electioni subscribentibus, nisi vicinae Domus aemulatio Galliae incrementis invidia bonis conatibus in ipso negotii exitu intervenisset, quos non tantum externo suo molimine, sed interim civium etiam excitato bello proturbavit. Sed enim maxime insperata Ludovicae Reginae mors veluti vitae illius sanctissime exactae imposuit agonem, ita et magnorum

cum universae Christianitatis emolumento moliminum praecidit filum. Ea quoque prudentissimae Reginae mors Serenissimum Regem Casimirum perculit, ut sponte Regno cederet, et tam solium, quam praevisas difficillimas regnandi curas cautus abdicaret. Ita Regnum a dominantibus desertum, et quorundam veluti melius sententium studiis in Gallicanae domus possessionem destiuatum; aliorum vero nutu ac suasu vicinorum in plurium candidatorum delectum prospectans invenit Interregnum.

Datum deinde tempus, praefixaque a me Electioni dies, ad quam dum pro more frequentissimi convenerunt Proceres, solertissimos uniendis animis impendi conatus, maximis quoque meis impensis in id incumbens, ne aliqua pars alicui ex candidatorum numero sese adstringeret, sed ut omnes eum, quem Electio optimum inveniret, legerent, nec sibi Regem utilem, sed Reipublicae quaererent: denique me intuerentur, qui nemini horum adhaesi, verum illum fieri cuperem, qui plurimum Reipublicae commodaret et talentis Regnanti necessariis caeteros antecelleret. Enimvero cum deliberationi dandum esse quam longissimum tempus suaderem, quod in re tam ardua omnino expedicbat: Nobilitas diuturnioris morae pertaesa et praesentium fastidio, cum tempus consulto factionibus protrahi suspicaretur, seque maioribus obiici sumptibus, avide eadem illa die Electionem finiri cupiit, cumque ad extrahendam in aliam saltem diem Palatinus Culissiensis rogatus nominasset Michaelem Nisnievecium, quem ineligibilem putarat, et vel per aemulationem digniorum reiiciendum; en ecce veluti classico dato populorum voces in Michaelem consonare, illum unicum eligere, illi, habilisne, an inhabilis foret, minime quaerendo, Regnum offerre, Regem Poloniae clamare, vivat, vivat! personare. Ita negotium magnae ac diuturnae deliberationis unius ferme horae spatio definitum. Displicuit plurimis ac primis Regni Proceribus tam festinata de Regnante sine controversia declaratio, qui facta publica contradictionis suae Manifestatione, ex illa turbulentissimae Electionis corona abierunt; et ut eandem mihi quoque mentem aperirent, ex podagra tunc decumbentem adire statuerunt. Sed euim me quoque ad locum Electionis euntem obviam nacti, eum sensum suum exponerent, et ne ad nominandum Regem pergerem, rogarent, publicae pacis studiosissimus longis suasionibus, ut sese aliorum consensui accommodarent, effeci, unaque mecum ad campum Electionis pertraxi, et euudem pro iure meo Regem denunciavi. Equidem speravi, quod et aliis insinuavi, fore, ut divina bonitas eam novi Regis animo instillaret sapientiam, quae tanti et tam numerosi Regni gubernationi necessaria esset. Ipsum porro Regem rudem regnandi iis imbuere cogitabam imperandi praeceptis, quae ex instituto patriae et longo rerum usu novo Principi competere sciebam ad rectum, et ex legum regula gerendum tot ac tam vastarum provinciarum imperium. At enim aliud ingenium longeque diversum inveni novi Principis genium, clausum bonis consiliis et monitori asperum, apertum adulatoribus et regnare suo libitu ac libidine cupidum: itaque facilius ipsum alii feliciusque flexerunt ad sua vota, quibus nihil antiquius fuerat, quam suis commodis promotionibusque obstrictum adulationibus delinire; iamque suae fortunae admiratione (veluti debiti sibi sceptri) superbientem supra humanam evchere sortem. Ne vero aliis pateret, aut pluribus se communem faceret, ingesta animo, a natura in suspiciones prono, de diversis Proceribus aversa in se studia tamquam felicitati suae invidis; proseminatae in sui deturbationem e solio meditationes aemulorum; sparsi in vulgus Procerum suae Electioni adversantium, inque sui perniciem conspirantium conatus; vigere nondum sepultam Condaeanam factionem, literas occulto charactere scriptas comeare, quas gentium iure, iuiuria violato, intercipi mandabat. Quae omnia studiose conficta apud credulum, immo fingentem, aut augentem eiusmodi commenta Principem ita ab initio Regnandi valuere, ut eodem plane momento ab Electione sua Nobilitatem abeuntem retrahere decerneret, spretae veluti Maiestatis ultricem. Iu immeusum deinde crevere in animo vindictae cupidissimo, semel concepta contra Proceres odia, iam se veneno appetitum narrare, iam machinationes in vitam fieri, a coniuratorum manu se peti, iudicium Nobilitatis in Electione sibi datum contemni, Regnum sibi a Senatu eripi, et uescio quae alia somnia comminisci. Itaque minime defensioni Regni intentus, suae tantum personae conservandae cupidissimus, iis animum intendebat artibus, ut Status Regni committeret, Equestrem ordinem uti sibi amicissimum ac fidum in Senatum armaret; illuc opes ac reditus Regios conferre decrevit, ubi homines factiosos ac plerumque indigentes corrumperet sibique obnoxios redderet, quorum tumultuosis vocibus in Comitiolis et Comitiis authoritatem Senatus, ac beue sentientium opiniones convelleret. Quid hic agerem? immo quid non agerem? sciebam me eo loci positum, ut Regem inter ac populum mediatoris proviuciam susciperem, neutri vero partium adhaererem. Itaque omnibus adlaboravi modis et mediis, ut ex animo Principis odia eradicarem, partim dehortando, persuadendo etiamque deprecando, quatenus conceptas offensas ac novas sine fundamento

suspiciones Rex animo expungeret et publicae paci donaret; partim ut Proceres insimulati Principi reconciliarentur, ut ad invicem missis, quae laedere potcrant, tandem exoptatissimam animorum coniunctionem coalescere laeti spectaremus. Sed toties tentatam pro frequentissimis Comitiis, magno valetudinis et rei meae familiaris dispendio, Principem inter Proceresque concordiam, ac saepius ad speciem et opinionem hominum initam, corrupit iterum semel radicata in animo Principis suspicio, et quod illa Procerum summissio ficta ad tempus iactaretur, nec me vero suis favere partibus, sed potius in Antiregiam crederet propendere factionem. Accessit, quod pro munere meo ac Legum instituto in monenda et cohortanda Maiestate, ut iuxta Patriae iura Regnum administraret, nihil diligentiae omiserim. Admonui de iuramento mala fide Reipublicae praestito, quo facto fundamentum dominationis petitum; suasi, ut nova declaratione, quam desiderat Patria, restrictum illud solenne iuramentum corrigeret. Ut Camenecense fortalitium, ad quod reficiendum ac muniendum adversus Turcas illo eodem iuramento sese obstrinxerat, omni diligentia communiri curaret. Toties rogavi, ut contra imminentem Turcarum potentiam modum defensionis iniret, ut Legatum Extraordinarium ad eundem Tyrannum destinaret, sedandis, quae nunciabantur, belli occasionibus idoneum. Cuius expeditioni etiam sumptus obtuli una cum Illmo Epo Cracovicnsi necessarios, quod Princeps diceret suum et Regni exhaustum esse thesaurum. Denique petii, ne ultima illa Comitia abrumpi aut scindi pateretur, quod ex eorum conclusione adversus Ottomanicas vires unica defensionis spes dependeret, secus relinqui Regnum omni praesidio nudum et Barbarorum irruptionibus apertum. Surdis ista canebam auribus. Non solum cura procurandae defensionis omissa, omniaque neglecta; sed studiosissime actum tam a Principe, quam eius sequacibus, ne ad populum belli tam gravissimi fama perveniret: ac licet Generalissimo Regni copiarum Duce, cuius muneris est de imminentibus hostibus Regem ac Regnum edocere, continuae mitterentur literae de bello in Poloniam importando, de motis in Valachiam Turcarum copiis, strato per Danubium ponte: tamen ficta ista omnia esse a Regiis spargebatur, nullum fore ab Oriente periculum, vana ista terriculamenta atque figmenta esse malecontentorum, ac cum primis Excellentissimi Mareschalci Regni. Nihil verendum a Turcis, etiam Regio ore dicebatur: timendum potius a domesticis Proceribus, qui eiusmodi inanibus terriculamentis Nobilitatem ad inutiles sumptus et incommoda campi domo extrahere volunt, ut sensim exhaustam obsequentiorem sibi faciant. Ita factum est, ut Princeps et eius assecłae pacem populo et securitatem, quam concupierant, promittentes inermem patriam et omni adversus Turcas destitutam auxilio reliquerint. Unicum porro odium contra Mareschallum Regni et me, aliosque eiusdem sensus Proceres, veluti improspera et palato contraria vaticinantes, in Populorum animis disseminaverint. At enim cum scissis Comitiis, et ad Lares domesticos dilapsis, tandem nunciaretur, vera esse quae Excellentissimus Copiarum Dux de bello Turcico significaret, iamque a Turcarum Tyranno Camenecum obsideri, velut e gravi sopore excitus Princeps vocare coepit Nobilitatem, quam aegerrime confluentem, quod eundem spe pacis inescaverit, tandem post aliquot hebdomadas tardissime venientem, primum trans Vistulam duxit, ubi inglorius longo tempore haesit, et denique Lublinum imbellem illam multitudinem traxit, nihil minus edoctam, quam pugnare. Una omnium vox ab uno ore instillata erat, ut cum innoxiis suis certarent civibus Turcarum Tartarorumque Camenecum, Podoliam, Ukrainam vicinasque provincias oppugnantium ne mentione quidem facta. Atque adeo evocatis ad arma civibus, quibus male contentos peterent, et Confoederatione seditiose inita impie iurata contra innocuos duntaxat, et nullo argumento convictos, veluti tamen Turcarum Barbarorumque adversus patriam ductores.

Unus ego et primus mea cum familia, fratribus et amicis, Foro illi incompetenti obiectus, ferale illud Decretum, quod Sanctissimo Dño Nostro magno meo cum dolore notum feci, retuli: Unus ego a tot furentium millibus gloriosissime sum devictus? Quippe ex eo triumpho de me meisque fratribus et amicis reportato liquido apparuit, me unicum armis Regiis petitum, cum post latam de me sententiam de Scythis Barbarisque vicinas Provincias depopulantibus minime sollicitus Rex, et colluvies illa domum veluti devictis triumphatisque hostibus redierint. Porro eximiae fortitudinis vir, Mareschallus Regni, Generalissimus Copiarum Dux, Excellentissimus Dñus Ioannes Sobieski, esto tot domesticis lacessitus iniuriis et concivium calumniis, insimulatus belli Turcici author, privatae iniuriae oblitus, cum ab illa Nobilitatis a suis sedibus excitae multitudine nulla auxilia diu expectata habere posset, immo se evocari a Rege ad illa fratribus, non hostibus infesta castra intelligeret, tot centenorum millium in Barbarorum captivitatem quotidie abducendorum misertus, quamvis impar viribus, aliquot millium manu e suis militibus subito collecta intrepide sese cuneis Tartarorum obiiciendum statuit, quos, Deo iustam

adiuvante causam, cum felicissime tribus praeliis fudisset, tandem edoctus, duos e praecipuis Tartarorum Ducibus, qui triginta secum Barbarorum trahebant millia, ad Castra Turcarum cum opimis e Polonia spoliis, et captivorum imbellis plebeculae et foeminarum centum circiter millibus redire, magno ac intrepido animo quatuor dumtaxat generosorum militum millibus succinctus, superatis, frigido autumno, duobus nando fluviis, hostem victoria insolentem ac tumidum aggressus tam prospere fudit, ut e tanto Barbarorum numero, unus scilicet Sultanus pedes et inermis ad Imperatorem Scytharum redierit, paucissimis suorum comitatus, caeteri aut in acie ceciderint, aut in captivitatem nostrorum concesserint, integris omnibus et in libertatem assertis, quos barbari in servitutem abduxerant. Magni momenti ea fuit victoria apud Turcarum Tyrannum, et ad pacem mitioribus longe, quam Barbari cogitarant, conditionibus stabiliendam proficuum, quam paucis post ab accepta tam insigni suorum strage diebus facillime composuerunt, alioquin durioribus multo pactis concludendam. Illud Em. Vestrae veluti arcanum commune facio, Imperatorem Turcarum ita ea clade Scytharum suorumque, qui se populabundis adiunxerant Scythis, perterritum et fractum, quod tumentem ab accepto Camencco animum ita ab hinc depressum circumtulerit, ut nihil nisi turpem furgam et trans Tyram discessum cogitaverit. Et profecto si ab otiosis illis Regiis castris et mihi soli infensis auxilia Duci fuissent submissa, facillime Ottomanica illa Orbi gravis potentia Christianorum nostrorum armis concidisset. Nec dubium habemus, si Ductori parem et bello gerendo idoneum Regem habuerimus, fluxa illa et mollia Orientalium corpora, si praesertim in autumnum pluvium et flaccidum bellum protrahatur, ferro et viribus nostris debellari posse. Itaque, Eminentissime Dñe, ex hac tam prolixa narratione mea optima fide collecta cognoscere clare potuit, duo esse, quae florentissimum hoc non ita pridem Regnum, et Barbaris iuxta ac vicinis formidandum subvertere possunt, quemadmodum nunc gravissime quassarunt. Unam, dissensionem concives inter et Maiestatem, Proceribus primis infensam. Alteram, gravem iniuriam Regnantis, qui suopte ingenio iis quas memini artibus Ordinem Equestrem cum Senatorio committit, et in nupera illa expeditione atrocibus iudiciis aut Perduellcs publicavit, aut Decretis Deputatorum e Nobilitate nullo iuris et legum fundamento, immo cum aperta eorum eversione damnandos obiecit, in id bellum domesticum maxime intentus, ut sanguine subditorum manus imbuat, inter concives lanienam instituat, atque ita dividat et regnet; illum unicum hostem existimans, qui imminentia a Barbaris pericula narret, aut domesticis praeliis mixtis timido et iguavo meditationem belli Turcici, et avulsarum a Regno Provinciarum restitutionem persuadeat. Dum hanc finio historiam, tertia cversionis causa me accessit, incredibilis aerarii publici egestas, qua de causa miles ille stipendiarius, qui cum Duce suo Generalissimo quotannis pro finium Regni securitate excubat, et ut supra narravi toties felicissime cum Barbaris pugnavit, novum iniit et curavit Confoederationem ob non numerata a tot annis stipendia, iturus in viscera Regni, et excusso obsequio tamdiu in patria mansurus, quamdiu pecunia sibi debita retinebatur. Multa equidem sunt, quae hunc militarem commendant nexum, quippe zelus gloriae Dei, conservandarumque Legum in illa Nobilitatis Confoederatione violatarum studium, innocentium iisdem iudiciis damnatorum viudicta, sed et praecipue meae personae perperam proscriptae aliorumque mei similium: verum cum difficillima sit stipendiorum numerandorum ratio, nisi eadem quoque Regni huius subvertendi causa tollatur, et aut ex benignitate Sanctissimi Domini Nostri, aut alicuius acrarii nostri indigentiae provideatur, totum hoc pulcherrimi Regni corpus paucos intra annos procul dubio miserrime corruet. Quod reliquum est, paratissimum me sciat esse Eminentia Vestra ad tam gravissimas licet iniurias bono publico condonandas, immo studiosissimum ad providendum cadenti huic patriae, quae me tot beneficiis exornavit, modo providentia Divina immensaque eius clemeutia meos velit secundare conatus. Cuius studii ac curae pro bono publico testem appello Illmum ac Rmum Sanctitatis Suae in Polonia Nuncium, eandemque causae meae arbitrum, veluti tragoediae istius spectatorem et acerrimum Ecclesiasticae Libertatis vindicem, prout in illo Lublinensi Nobilitatis Conventu cum valetudinis incommodo et fortunarum dispendio egregie eam personam gessit. Caeterum me causamque meam patrocinio Eminentiae Vestrae enixius commendans, quoad vivam, futurus sum

Eminentiae Vestrae

Ubcriorem iustificationem causae meae accipere dignabitur ex isto typo,
quem una mecum patrociuio Emiucntiae Vestrae trado.

Dabantur Lovicii 5. Decembris 1672.

Devotissimus et obligatissimus servus
NICOLAUS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS.

DCXXI.

Imperatrix Romanorum pontifici supplicat, ut labenti Poloniae subsidio adesse velit. Litt. Princip. Vol. 102. fol. 321.

Eleonora Divina favente Clementia Romanorum Imperatrix, Germaniae, Hungariae Bohemiaeque Regina, Archidux Austriae, nata Princeps Mantuae et Monteferrati. Rmo in Christo Patri Domino Palutio S. R. E. Cardinali Alterio, Amico nostro charissimo, Salutem ac benevolentiae nostrae affectum. Rme in Christo Pater, Amice charissime. Piissimus Sanctitatis Suae animus haud alias dignius, quam in componendis Christianae Reipublicae turbis potuit inclarescere. Cum vero Poloniae Regnum prae aliis Orbis Christiani partibus in summis ab hoste communi constitutum sit angustüs, non immerito S. S. curas implorat expectatque, in quo perficiendo opere multa cum nominis sui gloria eminebit Rmae Paternitatis V. sollicitudo, si efficacibus ad id impensis officiis sperata maturari curet auxilia, quo Religio Regnumque illud sarta tectaque serventur, et ab extremo vindicari possint excidio. Nos equidem hactenus, quod in nobis erat, S. C. Maj. suae intensos obsecundavimus conatus, ea nimirum submittendo subsidia, quae sive tempora sive rerum ordo exigebant, et in hoc instituto eo magis roborabimur, quo praeter publicas, quae ex hac parte militant Poloniam iuvandi strictae rationes, piis S. S. exhortationibus ac stimulis ad hoc magis permovemur, sperantes utique sanctus rectusque eiusdem animus non patietur sibi quidquam imprimi, quod sincere Maiestati suae menti et nostrae iam satis superque Polonicis rebus invigilanti possit adversari, dum Maiestas sua omni mora seposita et propensissima voluntate Christianitatis unionem et pacem promotura est, dummodo iustae ad eam ineundam conditiones proponantur, et legitimis mediis quies possit comparari. Itaque Rmam Paternitatem V. quam impense requirimus, ut hos de communi tranquillitate aliquando benemerituros sensus apud Sanctitatem S. sustentet nutriatque, ac imprimis nullum maius ac utilius Poloniae posse afferri solatium, quam eandem quantocyus sive negotiationibus interpositis, sive paterna Sanctitatis S. ad Principes factionum authores admonitu in praeliminarem concordiam reducere: frustra enim in omni alio allaborabitur, si repullulantibus in dies dissidiis externis hostibus impar et externis obnoxia fluctibus reddatur. Confidimus Rmam Paternitatem V. ea qua pollet prudentia, zelo ac industria singula haec apud Sanctitatem Suam uberius disposituram, cui de caetero fausta quaeque ac prospera animitus apprecamur. Datae Viennae 10. Mensis Decembris Anno 1672.

Rmae Paternitatis Vestrae

Benevola
Eleonora.

DCXXII.

Carolus XI. Svecorum rex Christinae quondam reginae Sveciae Poloniam contra Turcas adiuvare appromittit. Litt. Princip. Vol. 102 fol. 342.

Madama Ma Tante, La bonté que V. M. a eu de me representer par ses lettres, et par les offices de son envoyé extraordinaire Monsieur le Marquis del Monte les pressantes necessitez de la Pologne, qui à present se trouve accablée par les forces Ottomannes, est digne d'elle, et je ne puis la recevoir, ny y respondre que par toutes le marques de l'estime et de la veneration qui sont deues au zele qui oblige V. M. de me representer la-dessus mon devoir, qui a esté counû et consideré de moy depuis long temps avec les reflexions serieuses, que l'importance de cette affaire exige de moy. Mes lettres escrites à Vienne, en Pologue, en Moscovie sur ce sujet, mes frequentes Ambassades en tontes ces Cours seront des fidels tesmoins au temps present, et à l'advenir que je n'ay rien negligé de ce qui pouvoit dependre de moy. Mais comme V. M. scait mieux que personne que la situation de ce Royaume rend mon peril moins pressant, et plus esloigne que celuy des autres, j'ay esté surpris de la tranquillité avec la quelle les Princes voisins, quoyque plus interessés que moy, sembloient sans s'alarmer regarder cet orage. Non obstant ce calme capable de desarmer les courages les plus hardis, je suis prest d'embrasser la gloire à la quelle V. M. m'appelle; mais je la prie de considerer que pour executer un tel dessin il est necessaire de prendre des mesures des toutes les costés, et pour mes seuretez, et pour les frais d'une guerre si importante, à la quelle je pourrois m'engager, si V. M. avoit la bonté de s'employer pour m'obtenir des interessés les seuretez et les subsides suffisants pour m'embarquer à ce dessein. Je laisse à la prudence de V. M. de mesnager mes interests ou à la Cour de Vienne ou en Pologne et ailleurs, de la maniere qu'elle le jugerà à propos pour la gloire et la seureté de ce Royaume. Ma comme V. M. n'ignore pas les obstacles et les difficultez que j'ay dans le commerce, et les

mesures qu'il foudra prendre la dessus avec la Cour de Rome, elle a aussy de quoy vaincre glorieusement en faveur de la cause commune tout ce qui peut empescher un dessein si glorieux. Je prie Dieu qu'il conserve la personne de V. M. de longues et heureuses années, et suis,

Madame Ma Tante,

Vostre tres affectionné Neveu

Stocholm ce 27 Decembre 1672. CHARLES.

DCXXIII.

Regi Poloniae pontifex negotia Christinae Suetiae reginae in Polonia commendat. Reg. Brev. An. III. fol. 267.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Ea sunt Carissimae in Christo filiae nostrae Christinae Alexandrae Suetiae Reginae in hanc Sanctam Sedem promerita, iisque in dies laetissimarum virtutum fulgoribus Pontificium animum oblectat, ut eiusdem rationes omnes ad Nos profecto met ipsos pertinere censeamus. Cum itaque ob excessum felicis recordationis Carissimi in Christo filii nostri Ioannis Casimiri Poloniae et Suetiae Regis haereditario eadem sibi iure deberi contendat bona, quae ad ipsum spectabant: Maiestatem ideirco tuam ex omni cordis nostri sensu rogamus, ut liberam Ven. fratri Angelo Archiepiscopo Damiatae Nuntio nostro facultatem tribuas, praedictae Carissimae in Christo filiae nostrae Suetiae Reginae nomine eorum bonorum possessionem capiendi, quae in isto Regno sub potestate praefati Regis nuper defuncti fuerant: utque eidem Nuntio nostro in omnibus, quae ad integram rei confectionem conducere reputaverit, impense opitulari velis, paternam Tibi charitatem nostram magis ita magisque devincturus. Ab eximia vero erga Nos observantia filiali Maiestatis tuae id omnino Nobis pollicentes, Apostolicam eidem benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XIV. Ianuarii MDCLXXIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DCXXIV.

Imperator Romanorum commendat pontifici res Poloniae. Litt. Principum Vol. 103. fol. 65.

Beatissimo Padre. Della stimatissima lettera di V. Santità de 14 del passato comprendo la sua paterna solecitudine non meno per la tranquillità dell' Imperio Romano, che per l' unione e conservatione della Polonia dagl' insulti et desolatione del Turco. Io posso ben rendere certa V. Beatitudine, che mai me separerò della causa commune, anziche per il bene della medema contribuerò tutto il mio possibile, desiderando unicamente che le dissensioni interne della Polonia siano pienamente accommodate e composte; et estinta la fiamma dell' incendio, quale ogni dì notabilmente va cresceendo, e al cui effetto cooperererò anche del canto mio con quella prontezza et affetto, che sarà per testimoniare la particolare premura nella conservatione dell' uno e riposo dell' altro, promettendomi vicendevolmente che anco la Santità Vostra, portata dalla propria pietà et amore, inclinerà di promovere questa mia buona et retta intentione, interponendo similmente la potente sua autorità, et aplicherà parimente da parte sua efficace remedio alle congiunture et pericoli presenti, accioche s' estingua l' incendio presente dell' Imperio Romano, e questo possa godere la pace a tanto prezzo comprata et consequita. Et abenche nel rimanente in questi pestiferi accidenti e torbidi dell' Imperio e della Polonia Io mi sono sempre comportato, in modo che non dovrò temere haverne da rendere conto alcuno a Dio, anzi spero essermene acquistato merito appresso Sua Divina Maestà: nulladimeno riguarderò questi paterni avertimenti di V. Beatitudine, conforme richiede la mia figliale osservanza, e rimettendomi al di più che l' esporrà il Cardinale d' Hassia, le prego del Cielo compita prosperità. Vienna 28 Febraro 1673.

Di Vostra Santità

Obedientissimo figliolo

(Epistola autographa.) LEOPOLDUS.

DCXXV.

Rex et regina Polaniae necnon Romanorum imperatrix pontificem de instaurata per eius nuntium extraordinarium animorum in Polonia concordia certiorem reddunt, eique gratias agunt. Litt. Princip. Vol 103. fol. 74, 79 et 84.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementiñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, meique ac Regni dominiorumque meorum filialem commendationem. Quanta cura et sollicitudo paternum S. V. exerceat pectus circa Regnum dominiaque mea potentissimi hostis incursione, tum et

domesticis quassata dissidiis, luculenter ex literis S. V. intellexi, tum et prolixiori Rm̃i in Christo Patris Francisci Bonvisii Archiepiscopi Tessalonicensis extraordinarii S. V. Nuntii relatione. Equidem grati animi excipio sensu haec, quae mandato S. V. Rm̃us in Christo Pater Nuntius extraordinarius proposuit, solitaeque prudentiae et dexteritatis commissum sibi urgendo negotium exhibuit specimen. Iacta sunt iam fundamenta Unionis animorum et consiliorum, spem non dubiam concipio tam efficaciter operaturam S. V. benedictionem, ut afflictum lacerumque Regnum meum reflorescat, et Tyranni Orientis minae aut insana profereudi imperii cupiditas confundi aut frustrari possint. Eo nomine S. V. summas refero grates obuixeque rogo, ad tristem hanc procellam, quae in fundo Regni mei detonuit, avertendam ultoriorem S. V. intendat curam, rcique Christianae servandae, quae non mediocriter in hoc tractatu periclitatur, asserendaeque zelum et fervorem accommodare dignetur. Cacterum uberius haec memoratus Rm̃us in Christo Pater Archiepiscopus Tessalonicensis S. V. referet. Ego interim paternam S. V. cxoro benedictionem, eiusdemque protectioni me dominiaque mea commendo. Datum Varsaviae die XII. Mensis Martii Anno Domini MDCLXXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater, Dn̄e Dn̄e Clcmentissime. Post oscula pedum S. V. meique humillimam commendationem. Vigilautissima S. V. circa gregem a Dn̄o sibi concreditum cura vel hoc argumento satis patere potest, quod non modo afflictis Regni istius rebus adesse voluit, verum etiam summum studium componendis civilibus differentiis impendit. Parui ego paternis votis, atque S. V. animata mandatis, in eum finem omni opera mea contendi, ut quantotius stabilita concordia, Barbari dissidia nostra in gloriam Othomanici nominis vertentis et viscera Christianorum ferociter ambientis impetus sisterentur. Quamobrem, quod feliciter Christianae Reipublicae vertat Divini Numinis singulari beneficio, auspice V. S., de pacatis abolitisque domesticis dissentionibus S. V. certiorem facio, confisa nullam magis acceptam S. V. notitiam me allaturam fuisse, quam eam quae de filiorum suorum unione haberi consuevit. Faxit idem pacis Deus et consolationis, ut iam iuuctis animis et dexteris fortiter contra publicos Sanctae Crucis inimicos eiusdem sub signis armati, ac felici S. V. regimine innumeros possimus triumphos numerarc. Atque sicut non dubiam spem habeo, S. V. manum, quam hactenus procurandae tranquillitati benigne porrexit, caeteris necessitatibus Orthodoxi huius Regni non defuturam, ita inter partes felicitatis computabo, quicquid deinceps in commune rei Christianae bonum iuxta S. V. dcsiderium contribuere potero. Interim felix Sanctae Ecclcsiae regimen et longaevam valetudinem S. V. exopto. Dabantur Varsaviae die XXII. Mensis Martii MDCLXXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissima filia
ELEONORA.

Beatissimo in Christo Patri, Dn̄o Clementi Decimo, divina providentia Sanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Dn̄o Reverendissimo.

Bm̃e in Christo Pater, Dn̄e Reverendm̃e. Post officiosissimam commendationem filialis observentiae continuum omnis prosperitatis incrementum. Pluribus S. V. fusiusque ex Vcnerabilis devoti Archicpiscopi Tessalonicensis literis pcrceptura est, quatenus post difficultatum anfractus, tot dissidentium certamina saevientisque discordiae rcmores divino visum sit arbitrio domesticam Poloniae pacem reddere, et reducto cum Reipublicae capite membrorum consensu, Regnum illud a maligno, quo afflatum erat, dissidiarum sydere vendicare. Cum hoc itaque sedatae tempestatis decus unice post Altissimi gratiam piissimae S. V. sollicitudinis ac authoritatis opus sit, eo impensius gratulamur, quo S. V. ad asserendam Christiani Orbis quietem, distento curis animo, multam solatii summam conciliaturum credimus. Nos vero quanta ex hoc iucunditate perfundamur, facile ex materno nostro in Serm̃os Poloniae Reges Charm̃os filios nostros affectu arguere licet, quorum salus ac incolumitas tot nobis expetita votis, tot quaesita desideriis, melioribus demum videtur nixa auspiciis, et reversis in obsequii stationem animis propitio ac vindici Regnorum genio felicius litatura. Caeterum eius sumus fiduciae, quod iam pacatis internis fluctibus, paterna S. V. pietas in instaurandis, quae ad Regni contra externam vim robur spectant, munimentis benigne progressura est, quo S. V. nomen triplici gloriae titulo, defensae nimirum Orthodoxae fidei, civiles ob compositas turbas, et propugnatum deinceps contra Barbarorum insultus bellum a Chri-

stiana Republica valeat celebrari. His S. V. pro Ecclesiae Catholicae emolumento diuturnam valetudinem impensissime apprecamur. Datae Viennae 20. mensis Martii Anno 1673.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequens filia
ELEONORA.

DCXXVI.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut oblationem decimarum a clero Polonico sibi sponte factam bello Turcico confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 103. fol. 102.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum S. V. meique ac Regni populorumque meorum filialem commendationem. In tam gravi et periculosissimo belli Turcici incendio, quod nuper Regni mei viciniores provincias ambussit, atque ulterius serpere potest, dum cum Ordinibus Poloniae et Lituaniae consilium capcsso, qua ratione immanissimi hostis furor et impetus coerceatur, atque quo subsidio et impensa bellum in hosticum transferri sustentarique valeat, Episcopi et Clerus Regni mei de avertendo ultimo in hisce oris christianae rei exitio anxii et pietate commoti in summis aerarii publici continuo per triginta prope annos bello exhausti angustiis, opem suam ex proventibus ecclesiasticis prompte alacriterque obtulerunt, et decimas omnium proventuum ex omnibus beneficiis et bonis, tam saecularium quam regularium in Regno Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae velle se ultro contribuere declaravere. Quod cum sine Pontificia auctoritate et beneplacito S. V. confici ac in effectum deduci nequeat, enixe postulo, indulgere S. V. mihi dignetur, ut in tam flagranti necessitate altememoratam omnium proventuum annuorum, et censuum decimam Ordo Ecclesiasticus spiritualis et Regularis conferendi potestatem habeat. Ea ratione S. V. ultra alia pietatis et benevolentiae suae erga afflictum Regnum meum documenta, efficacem gratiam paternamque curam exercebit, rebusque nostris summe periclitantibus subvenire dignabitur. Quod iterum exorans Pontificiae benedictioni S. V. me, populosque mihi subditos reverenter dimitto, ac longaevam valetudinem et secundissimos rerum successus apprecor. Dabantur Varsaviae die XXVIII. mensis Martii MDCLXXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

DCXXVII.

Regi Poloniae de instaurata animorum in regno concordia pontifex gratulatur. Reg. Brev. An. III. fol. 298.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Eximia animum nostrum voluptate perfuderunt nuperae Maiestatis tuae literae de extinctis istic intestinis dissidiis, ac de firmata Regni concordia Nos edocentes. Cum enim haec paternae sollicitudinis nostrae votum hactenus et cura fuerit, intimo plane exultavimus gaudio, ubi de eiusdem assecutione, pro qua per Nos ac Nuntios nostros tamdiu laboravimus, certiores facti sumus. Enixis itaque misericordiarum patri, a quo bona cuncta procedunt, de tam faelici successu persolutis gratiis, Maiestatem una tuam, a cuius enim vero clementia tantum in Christianam rempublicam compendium profectum est, praecipua in Domino charitate in praesentia complectimur, praestantioribus quoties facultas aderit documentis adeo praeclarum beneficium repensaturi. Ut strenuam quoque Regii cordis fortitudinem adversus immanissimum Christiani nominis hostem quamprimum exercere valeas, humillimis diu noctuque precibus ab exercituum Domino efflagitabimus, insignes utique duce Te ab inclyta natione de nequissimo tyranno triumphos reportandos omnino Nobis pollicentes. Non defuturam autem egregiis conatibus tuis opem nostram, ut pro certo habeas, interim cupimus, Tibi, Carissime fili noster, Apostolicam benedictionem amantissime impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die VIII. Aprilis MDCLXXIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DCXXVIII.

Regi Poloniae pontifex subsidium ex bonis ecclesiasticis in Polonia exigendum ad bellum contra Turcas concedit. Reg. fol. 7.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

CLEMENS PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quae sit erga Regnum istud paterna charitas nostra, non est, cur pluribus in praesentia Maiestati tuae significare contendamus; praeclaris enim hanc documentis Tibi universaeque Christianae Reipublicae testatam facere impense hucusque

studuimus. Perlibenter quocirca, uti ex alio Brevi diserte intelliges, Ordinibus ecclesiasticis tam saecularibus quam regularibus Poloniae nec non Magni Ducatus Lithuaniae necessariam, ad opportunam Tibi de proventibus beneficiorum ecclesiasticorum adversus immanissimum Christiani nominis hostem suppeditandam opem, facultatem indulsimus. Solidam profecto in spem venientes fore, ut ecclesiasticum eiusmodi subsidium coeteris quoque Regni ordinibus, ad publicum aerarium tanto patriae fideique in discrimine profusis elargitionibus locupletandum, valido sit incitamento futurum. Inclytis interea Maiestatis tuae conatibus propitium faventemque Dominum exercituum enixe precamur, Tibique insuper, Carissime fili, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die II. Iunii MDCLXXIII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

DCXXIX.

Rex Poloniae pontifici significat bellum Turcis se indixisse etc. Litt. Princip. Vol. 103. fol. 174.

Sanctñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula pedum S. V. meique ac Regni dominiorumque meorum filialem commendationem. Ecce iterum triste ac funestum ab Oriente fulgur exit, et post nonnullam quietem collecta rabie validius Regni mei finibus minax illabitur. Afferuntur in dies citi et atroces nuntii, supremum Vesirium Turcicum ducentorum millium conflato et per Danubio instratum pontem traducto exercitu adversus Poloniam movisse, proximoque tempore in limitaneas Russiae provincias impetum facturum: destinari ferro et flammae civitates, oppida, villas, et omni genere hominum caedibus extincto, totum illum tractum, qua belli iter erit, in deserta et vastitatem convertendum esse barbara crudelitas sancivit. Nempe securitatis suae in eo rationem ducens, ne alendo Polonico exercitui illae felicis et facilis proventus regiones suppetant. Erat quidem consiliariis meis in proposito id rerum et temporum Turcam aliqua imagine concordiae attinere, et eo quod rapuit sui furoris alimento, permissa Podoliae et Cameneciae offa, interim consopire, donec placatiore Numine versaque in melius fortuna, et accedentibus Christianorum Principum auxiliis ex intervallo fortius agere et rem restituere possemus; sed valuit apud me et ordines Regni mei paterna S. V. cohortatio, valuere exhibita in parte et ulterius ac cumulatius promissa a Rño Archiepiscopo Tessalonicensi, Nuntio extraordinario, bellici nervi subsidia, ut abiectis pacis meditamentis, non servanda deformia pacta (quae tamen necessitas et fatalis vis excusabat) duxerim; eoque modo Turcicam rabiem in me et meos concitaverim. Quid vero malorum et ultimi prope iam discriminis Poloniae impendeat, prudentia S. V. facile colliget. Ego quod mearum partium et virium erat pro apparando et resumendo Turcico bello nihil relinqui feci. Ingens pecuniarum vis lege publica decreta, census in capita indicti, contributionum vetera et nova genera varie imperata, Magnus Tartarorum Chanus, et Cosacorum rebellium Dux Doroszenkius Legationibus meis non infeliciter tentati, militum delectus ubique habiti, iamque positis ad Sokalum castris, quicquid paratae militiae est properato confluit. Hae curae conatusque, haec domestica arma et ultimae Regni mei vires an praesidio nostro, imo per latus nostrum totius Christianitatis sufficiant, in Deo situm est. De externis christianorum Principum auxiliis, quantum ab initio fiduciae mihi creverat, tantum iam penitus decedit, cum praecipuos, nempe Serñum Imperatorem bello Gallo-Hollandico distineri, Moscum casus nostros speculari agnoscimus. Ergo properantibus iam Poloniae fatis, ad paternam S. V. benevolentiam respicimus, quae votis imprimis et apud Deum sacrificiis suis potens est, ut clangentibus buccinis muri Ierichuntis corruant. Isto pontificiae pietatis et benedictionis fundamento praecipue innitor. Sed non postremo fulcro est liberalitas, quam S. V. promissa aliqua velut arrha, nunc etiam repetita et auctiore beneficentia cumulat, cum pro impendiis belli summam notabilem, ac pulveris nitrati copiam per Rñum Nuntium suum extraordinarium declarare dignata est. Hoc demum illud scitum experior, Ecclesiam habere opes non ut servet, sed ut croget, quando S. V. in Regni mei et populi Christiani tutelam eam tam benigne profundit. Quo nomine habeo debeoque quam maximas possum gratias, atque in spem non dubiam erigor S. V. non tantum ab incoepto cursu paternae erga nos sollicitudinis non destituram, sed etiam Principes christianos zelo suo et auctoritate pontificia excitaturum, ut in Regni mei salute Religionis Sanctae conservationem, integritatem sui Regnorumque et statuum suorum recogitent. De reliquo pontificiam S. V. benedictionem mihi ac populis et dominiis meis humiliter exoro. Dabantur Varsaviae die XXVIII. mensis Iunii Anno Domini MDCLXXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

DCXXX.

Regi Poloniae pontifex significat, archiepiscopum Thessalonicensem ordinarium apud eum nuntium se constituisse.
Reg. Brev. An. IV. fol. 24.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Venerabilis frater Franciscus Archiepiscopus Thessalonicensis eo est erga Maiestatem tuam studio, eoque flagrat publici boni zelo, ut continuatam istic ipsius moram Regno universo salutarem reputemus. Ordinarium quocirca eumdem apud Te Nuntium nostrum declaramus, omnino nobis pollicentes fore, ut in promovendis pro virili publicis rationibus novam usque Tibi Nobisque intimi gaudii materiam praebeat. Ut plenam igitur eidem sensus nostros aperienti fidem tribuas, interim cupimus, Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die xv. Iulii mdclxxiii. Pontificatus nostri Anno Quarto.

DCXXXI.

Leopoldus Romanorum imperator a pontifice subsidium ad Turcas a Polonia et Hungaria arcendos petit.
Litt. Principum Vol. 103. fol. 196.

Bñe in Christo Pater, Domine Reverendissime. Post officiosissimam commendationem, filialis observantiae continuum incremeutum. Ex universali illa, in qua Divina providentia S. V. collocavit, Christiani orbis specula eandem admonitione nostra clarius perspicere scimus, quae nova iterum atque horrenda ab Austro tempestas iam supra caput adest, dum immanis et insatiabilis Ottomanni potentia Polouiam denuo, antemurale Christianitatis antehac inconcussum, centum sexaginta millium armatorum exercitu ac innumerabili apparatu bellico petit, eam hoc impetu pessumdaturus viam sibi in ipsa Christianitatis viscera late aperturus, nisi extremis Christianorum viribus fulciatur atque sustentetur. Neque vero dubitamus, quin praeter exhortationis officia, quibus Nos aliosque Christiani orbis principes ad communem defeusionem excitat animatque S. V., nihil non propriarum etiam virium eo destinatura sit atque impensura. Nos certe, quos et periculi vicinia et Imperatorii muneris ratio partium nostrarum satis admonet, in id ultro Nos impendimus. Cum autem nec commuue uostri etiam Regni Hungariae periculum, nec turbulentissimus modernarum inter Christianos rerum status patiatur, ut copiis nostris in dictam Poloniam missis Sacrum Imperium Provinciasque nostras milite nudatas cuiusvis libidini exponamus, alia merito in eiusmodi extremitatibus usitata media, queis laborantibus subveniatur, solicite circumspicere cogimur. Dum igitur noster apud S. V. Orator Rñus et Illustris Dñus Landgravius Hasiae hac super re, dccimisque per Italiam in subsidium indicendis mentem nostram atque desiderium eidem S. V. reverenter denuo exponet, pro summa et plane filiali, quam in ardentissimo eius erga rem Christianum zelo, tum etiam affectu erga Nos repositam habemus, fiducia requirimus, ut non solum eundem benevole audire, sed petitis etiam iuxta ac res postulat citra longiorem dilationem paterne deferre velit: certa quod quidquid eo nomine Nobis subsidii decreverit, quousque eadem vis Ottomanica ipsis Regnis Provinciisque uostris non ingruet, id laboranti Poloniae fideliter integreque transcripturi, ac super ipso id applicandi modo cum S. V. eiusve deputandis sincere corresponsuri simus, ut ita S. V. de toto Orbe Christiano haud praeclarius mereri, nosque ad impendendum Nos in dies alacrius defensioni communi haud oportunius animare possit. Cui, quod reliquum est, incolumitatem longaevam ad nostrum et militantis Ecclesiae solatium ex animo vovemus. Datum in Civitate nostra Viennae die vigesima quarta mensis Iulii, Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, Regnorum nostrorum Romani decimosexto, Hungarici decimonono, Bohemici vero decimoseptimo.

Sanctitatis Vestrae

Obsequens filius
Leopoldus.

DCXXXII.

Regi Poloniae pontifex ad bellum contra Turcas fortiter gerendum animum addit ac subsidium promittit.
Reg. Brev. An. IV. fol. 30.

Carissimo in Christo filio nostro Michaeli Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi molestissimum, supra quam explicari queat, acciderit Nobis de immani Turcarum exercitu istius Regni in perniciem ruente per

Maietatis tuae literas certiores fieri: non est tamen, cur animis cadamus, fortitudinem enim tuam reportatosque toties ab inclyta natione nequissimo de hoste triumphos accurate perpendentes, iure merito confidimus fore, ut in praesentia quoque impii eiusdem conatus eximie retundantur, insigniumque gestorum vestrorum praestantiam universaeque Christianae Reipublicae plausus consequatur. Age igitur, Carissime filii, apprehende arma et scutum, tantoque Regni atque orthodoxae Religionis in discrimine ad immortalium laudum possessionem occupandam alacri cursu contende: nec timeas a multitudine frementium copiarum, pro illius enim causa tuenda pugnas, qui fidelis est, nec patietur eos praevalere adversum Te, qui ponunt in coelum os suum, et manus suas levant contra Dominum. Enixis interim Nos diu noctuque precibus coelestis exercitus militiam, ipsumque Angelorum Dominum Tibi militibusque tuis conciliare studebimus, sollicitudine, vigilautia, confirmatione medias inter acies adfuturi. Coeterum quod ad belli subsidia, atque ad impendenda iterum iterumque a Nobis apud Catholicos Principes ad publicas rationes iuvandas valida officia spectat, a Ven. fratre Francisco Archiepiscopo Thessalonicensi prolixe acceperit Maiestas tua, cui prospera cuncta ex animo precamur atque Apostolicam benedictionem impertimur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die XXVIII. Iulii MDCLXXIII. Pont. nostri Anno Quarto.

DCXXXIII.

Rex Poloniae, enarrata regni calamitosa conditione, a pontifice per Ioannem Wielopolski oratorem suum subsidium ad Turcas profligandos iterum petit. Litt. Principum Vol. 103. fol. 246 et 272.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Clementissime. Post oscula pedum S. V., mei ac Regni mei filialem commeudationem. Tot aerumuis exercitum Regnum meum, tot casibus cladibusque a compluribus retroactis annis concussa Polonia, adhuc ultimas exerit vires, et adversum communem Christiani nominis hostem exercitum numero, non animo inferiorem iam in aciem educit. Iacta est velut alea meo in castra advcutu, signisque, quod bene et feliciter vertat, hodic in hosticum motis. Ad S. V. Christiauae Reipublicae caput et publicum parentem bellica haec mea destinata refero, ut benedicat illis anima tua. Porro Regnum hoc meum, Russiae praescrtim oris, in extremam redactum vastitatem sumptibus tauti belli impar S. V. curae et cordi esse impensius flagito. Lustravi exercitum meum armis virisque egregie instructum, et quo numerosiorem et validiorem Polonia vix pridem florentibus adhuc rebus suis habuit. Sed maxima me cura angit, ne difficultate et defectu pecuniae, pro qua annona peditatui comparari queat, intra breve tempus laborct et dilabatur. Compertum mihi est, quam flagranti zelo, quanta contentione S. V. pracdecessor fel. memoriae Clemens IX. Candiae periculis succurrebat, ac Principum Christianorum praesertim Italiac auxilia et opes in rem illius insulae excitabat. Eandem mihi Regnoque meo pietatem et benevolentiam S. V. dcclarare dignata est, neque dubito animadverti a Sanct. V. quantum periculum universae Christianitatis in Regni mei periculo vertatur, quam grave et indecorum foret, si promissa sperataque Principum Christianorum auxilia Poloniam destituant, quam damnosum et irreparabile, si tanti exercitus tanto sumptu collecti flos et robur per inopiam et egestatem vacillet, aut pactione aliqua indigna et praeiudiciosa cum hoste transigere uecessitate adigatur. Erit celebratae S. V. prudentiac hunc statum rei Polonae expendere, erit ingentis apud Deum et Christianum orbem meriti, et duraturac ad seram posteritatem gloriae, defensioni Orthodoxi Regni, fidei sacrosanctae propagationi, sanctuariis profauatis expiationi piam liberalitatem prolixius impendi. Quod cum mihi abunde de optima erga me Regnumque meum S. V. pollicear voluntate, tum eiusdem paternam benedictionem mihi ac exercitibus meis exorans, longaevum rei Christianae imperium Sanct. V. apprecor. Dabantur in castris ad Squaravam die XI. Mensis Octobris Anno Dñi MDCLXXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Clementñe. Post oscula pedum S. V., mei et Regni, Populorum ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Saepius iam Sanct. V. ac nuperrima ex castris epistola prolixe repraesentavi, quo in statu res Regni mei versentur, idque ipsum velociore fama in dies S. V. nunciari nullus dubito. Commovit me ac ordines Regni mei summa indignitas, et intaminatae tot saeculis gloriae ac libertatis Polonae zelus, ut quidquid ruptor foederum Turca, anno praeterito occupata Camenecia et Podoliae provincia, conditionibusque pudendis extortis damni et dedecoris invexerat, id nulla longiore mora anno praesenti vindicandum magno animo susceperimus. Valuit imprimis paterna cohortatio S. V. per extraordinarium et ordinarium Nuncios Apostolicos ad ultimas Regni

vires colligendas bellumque hosti inferendum. Iam transmisso limitaneo flumine Tyra in Valachia Turcis serviente, arma Polonica pro Deo et sancta fide, proque Regno hoc Orthodoxo animose et feliciter decertant, atque ultra profusum sanguinem, rigidae hyemis pruinas, penuriam annonae, et quicquid incommodorum belli hac tempestate accidit, invicta fortitudine patiuntur, ut fortia agere et pati plane Polonum esse nemo non fateatur. Sed maxima me cura exercet belli ulterius alendi trahendique modus, qui in Regno ad extremam vastitatem redacto penitus me deficit. Spes etiam subsidiorum a Principibus vicinis iniecta, intra verba tantum consistit. Neque minimum commodi attulissent quinquaginta millia scutorum Romanorum a Rmo Archiepiscopo Tessalonicensi Nuncio Apostolico nomine S. V. promissa, si in praesenti summa necessitate ieiuno peditatui numerarentur. Certus sum S. V. paternum pectus eas volvere curas, quae rem Christianam conservent et tueantur. Amplissimum Poloniae Regnum tot cladibus et calamitatibus adhuc superesse, non nostra tantum, sed Christiani Orbis interest, tam validi et florentis exercitus mei salute vel discrimine salutem vel discrimen rei Catholicae verti, summa prudentia S. V. animadvertit, quem defectu stipendiorum et commeatuum dilabi, aeterna labes, nec reparabilis iactura. Haec prolixius expositurum acturumque apud S. V. pro subsidiis impetrandis delegimus Illustrem Comitem Ioannem Wielopolski Dapiferum Regni, Generalem Cracoviae et Minoris Poloniae Praefectum, virum splendidis natalibus ortum, et in tractandis Reipublicae istius negotiis multo usu exercitatum. Cui ut pronam et benignam aurem S. V. indulgere fidemque indubiam adhibere dignetur, maiorem in modum exoro. Reliquo paternam S. V. imploro benedictionem, eiusdemque protectioni me Regnaque mea commendo. Datum Leopoli die IV. Novembris Anno Dñi MDCLXXIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus Filius
MICHAEL REX POLONIAE.

DCXXXIV.

Ioannes Sobieski pontificem et cardinalem Alterium ei a secretis de victoria a Turcis ad Chocimum relata certiorem reddit, illique vexillum de hoste captum dono mittit. Litt. Princip. Vol. 103. fol. 277.

Sme ac Bme Pater, Dñe Clementme. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae ac Reipublicae Polonae antemuralis Christianitatis, et mei universique exercitus commendationem. Spolia de Orientis, imo Ecclesiae Universae tyranno ad limina SS. Petri et Pauli Apostolorum plantasque Sanctitatis V. depono. Non opima auro, at sanguine magnorum civium quaesita benedictione Sanct. V. parta, fama perennia nimirum Terrorem Orbis fortitudine Polona non terreri solum, sed vinci posse. Protegat itaque Sanctitas Vestra, Pontificum Maximus, cuius benignitati Beatum Stanislaum Kostkam Polonum, Poloniae olim contra Osmanum, nunc mei ac exercitus universi contra Orientis tyrannum specialem patronum inter coelites computandum, ac inter Penates Reipublicae declarandum profundissime supplico, iuraque Maiestatis, ne sub interregno per decreta enerventur, commendo. Dum sacros pedes Sanct. V. per Oratorem meum Venerabilem Chrisosthomum Gninski, Palatini Culmensis filium, abbatem Vagrovecensem humillima mente exosculor. Datum in Castris ad Chocimum in Valachia 20. Novembris 1673.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humillimus Filius et Servus
IOANNES SOBIESKI REGNI POLONIAE SUPREMUS MARESCALCUS.

Eminentissime ac Rme Dñe, Padrone Colendissime (Dñe Card. Altieri). Dum spolia ex Orientis Tyranno ad sacros pedes Sanctitatis suae et limina Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum per Oratorem meum Perillustrem et Rmum Chrisosthomum Gninski, Abbatem Vagroveecensem, depono, Eminentiam V. eodem affectu cultam volo: Cuius studium, curam ac zelum in elargita Reipublicae benedictione, sublevandoque exhausto thesauro novi ac veneror. Rescret coelum Apostolorum Princeps suppliei populo, Paulus bella nostra gladio bellare dignetur, quos Martinus Pontifex tali veste contexit. Protegat autem sua Sanctitas, Pontificum Maximus, foveat fuleiatque cura Eminentiae Vestrae, quae in rem Christianam audiat propitius. Cuius pietate Beatum Stanislaum Kostkam inter coelites refferendum, protectioni autem iura Maiestatis, quorum mihi sub interregno iure iuramentoque praecipua cura, ne sub interregno nominationis Regiae violentur, commendo. Unaque manum Eminentiae V. omni affectu exosculor. Datum in Castris ad Chocimum in Valachia die 20. Novembris 1673.

Eiusdem Eminentiae Vestrae

Ad officia paratissimus Amicus et Servitor
IOANNES SOBIESKI MARESCHALCUS REGNI POLONIAE.

DCXXXV.

Procancellarius regni commendat nomine senatus cardinali Altierio Iacobum Lombardum negotia Poloniae cum aula Neapolitana tractantem etc. Litt. Episcoporum Vol. 56. fol. 259.

Emñe et Rmñe Dñe, Dñe et Patrone Colendissime. Commissum pridem est a Rege demortuo, atque ab Amplissimo Senatu Rempublicam universam repraesentantc, negotium tractandi de certis summis Neapolitanis ad eandem Rempublicam bono iure spectantibus Illmõ Dño Iacobo Lombardo Praelato Romano, quo ille officio functus boni et seduli Poloniaeque rebus addictissimi Ministri laudem promeruit: sed interim maligna quaedam sors optimos eius de Rege et Regno Poloniae benemerendi conatus intervertit, cum eundem repente in casses magnarum calamitatum protrusit. Certe unde ille incrementum maxime sperabat, malignitate fortunae nocumentum, imo prope interitum patitur. Agitur in persona memorati Dñi Lombardi causa Reipublicae Polonae, quae cum grave negotium eius fidei, prudentiae et dexteritati concrediderit, illo iam periclitante, seque incaeptis curis subdicendum, verendum, ne adversam aleam experiamur, et in iure nostro succumbamus. Exinde audaciam sumo rogandi Eminentiam Vestram labentem errorc, an nimio erga Poloniam zelo Plenipoteutiarium Polonum plena clementiae, et iustitiae potentique dextera sua sublcvarc dignetur. Verba impune haberi, cum factorum innocens sit, nihil decentius, nihil magno nomini Emñtiac V. gloriosius. Si privatus ageret D. Lombardus, utcumque silentio et dissimulatione omitteretur; sed cum Ministerium Poloniae sustineat, adversa eius ad nostrum incommodum pertinere videntur: illi cnim scripturae omnes transmissae et summa Tractactionis demandata, illo amoto non facile alius reperiatur, qui tot difficultatibus superandis et ambagibus evolvendis sufficiat. Affirmare etiam Emñtiae V. non dubito, et deducere paratus sum, saepedictum D. Iacobum Lombardum in omnibus epistolis in Poloniam directis summum honorem Curiac Romanae atque Illmõ Dño Archiepo Tessalonicensi habuisse, ac operam suam intentioni et partibus in Urbe regnantibus accommodasse. Quod reliquum est, Emñtiae V. devotissimorum obsequiorum meorum promptitudinem humillime commendo. Varsaviae 13. Decembris 1673.

Eminentiae Vestrae

Devotissimus et obligatissimus servus
Andreas Olszowski Episcopus Culmensis Procancellarius.

DCXXXVI.

Reginam viduam Poloniae pontifex de obitu Michaelis regis solatur. Reg. Brev. An. IV. fol. 70.

Carissimae in Christo filiae Nostrae Eleonorae Poloniae Reginae Illustri Viduae.

Clemens PP. X. Carissima in Christo filia nostra, salutem etc. Ingenti sane nostro moerore affecit intempestivus Carissimi in Christo filii nostri Michaelis viri Maicstatis tuae obitus: fatis enim tum concessit, cum eumdem diutius vitam ducere Poloniae non modo, sed universae quoque Christianae Reipublicae quam maxime intererat. Accuratam tamen in virtutes, quibus eximie fulgebat, cousiderationcm convertentes non leve aegritudini nostrae levamen comparamus: earumdem siquidem commeatu abunde refertum ad immortalitatis tuto portum appulisse religiose speramus. Inflictum alte quoque cordi suo vulnus salutari hac medela lenire non parum potuerit Maiestas tua, cui a Patre totius consolationis respondentia tantae iacturae solatia ex animo precantes, Apostolicam interim benedictionem amantissime impertimur. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xxiii. Decembris mdclxxiii. P. n. Anno IV.

DCXXXVII.

Pontifex proceres cum ecclesiasticos tum saeculares regni Poloniae hortatur, ut quam primum ad novi regis electionem accedant. Reg. Brev. An. IV. fol. 85—100.

Dilecto filio Nobili viro (Ioanni) Sobieschio (Regni Poloniae Mareschalco).

Clemens PP. X. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Regia Comitia non minus quam profligati Christiani nominis hostis eximium Nobilitati tuae de Republica ac Religione benemerendi argumentum praebent: nemo enim convenientes Ordines properam novi Regis ad electionem magis incitare, melius nemo obvias eisdem victorias indicare valuerit. Age itaque, strenue dux, recentibus in Rempublicam promeritis tuis alios adde titulos, auctoritate, qua polles, ad Patriae fideique beneficium utere, Regemque quamprimum renunciari cura, qui debitam inclytis laboribus tuis palmam retribuat, celsioresque ad laureas excitet fortitudinem tuam. Paternos in hunc scopum stimulos nostros Nobilitati tuae validius admovebit Ven. frater Franciscus Archiepiscopus Thessalonicensis, cui fidem dabis. Nos vero interim tibi, Dilecte

fili, Apostolicam benedictionem ex omni cordis nostri sensu impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 10. Ianuarii 1674. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Dilectis filiis Nobilibus viris Ordini Senatorio Regni Poloniae.

Clemens PP. X. Dilecti filii Nobiles viri, salutem etc. Reportata quamvis a Ducibus vestris, universa Christiana Republica plaudente, immanissimo de hoste victoria Nobilitates vestras abunde moneat, quam necessaria sit ad praestantissimi istius Regni incolumitatem prosperis usque successibus firmandam propera novi Regis electio: ea tamen est in negotio tanti momenti pastoralis solicitudinis nostrae magnitudo, ut praecipuas eiusdem esse partes duxerimus, ad rem rationibus vestris totique Christianae Reipublicae quam maxime salutarem quanto citius absolvendam enixissime vos hortari, eximioque erga Patriae fideique incrementum studio vestro pateruae charitatis nostrae stimulos tota animi contentione admovere. Agite itaque, lectissimi Senatores, Reipublicae vobis in primis demandatae in amplificationem rebus feliciter procedentibus festinanter incumbite, concordibusque consiliis publicum in bonum conspirantes vobis Regem constituite, qui strenuo orthodoxae Religionis propagandae zelo exardescens novos, favente coelo, recentibus triumphis triumphos adiiciat. Adeo praeclarum vero Patriae fideique beneficium abque mora a vobis praestandum omnino Nobis pollicentes, ut directos in eundem scopum sensus nostros a Ven. fratre Francisco Archiepiscopo Thessalonicensi prolixius accipiatis, interim cupimus, Nobilitatibus vestris S. Spiritus auram propitiam usque precantes, atque Apostolicam benedictionem paterne prorsus insuper impertentes. Datum ut supra.

Dilectis filiis Universo Ordini Equestri Regni Poloniae.

Clemens PP. X. Dilecti filii, salutem etc. Quanti inclytae istius Reipublicae intersit novi Regis in electionem unanimi consensu propere convenire, supervacaneum profecto fuerit expendere in praesentia. Eximia enim victoria, quam de immanissimo Christiani nominis hoste exercitus vestri benedicente Domino retulerunt, satis id superque exsploratum reddit. Ea tamen est de vestra incolumitate magis magisque firmanda paterna sollicitudo nostra, ut omnes quamvis a vobis in absolvendo tanti negotii momento abrumpendas moras omnino Nobis polliceamur, re nihilominus adhuc infecta quiescere plane in Apostolica statione nequeamus. Charitatis itaque sensu quo possumus amantiori iterum vos iterumque hortamur, ut enixissimis votis nostris quanto citius respondeatis, illumque in Regem inauguretis, qui strenuo Catholicae fidei amplificandae zelo suscensus Reipublicae coeloque militans, felicitati vestrae praestantioribus iu dies triumphis prospiciat. Ut Ven. fratri Francisco Archiepiscopo Thessaloniccnsi fusius mentem nostram explicaturo plenam non secus ac Nobis loquentibus fidem tribuatis, interim cupimus, vobis, Dilecti filii, Apostolicam benedictionem ex animo impertientes. Datum ut supra.

Venerabili fratri Casimiro Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. X. Venerabilis frater, salutem etc. Ingenti sane Nos moerore affecit intempestivus Carissimi in Christo filii nostri Michaelis Poloniae Regis obitus, de quo a Fraternitate tua totius praestantissimi istius Senatus nomine certiores facti sumus: e vivis enim ereptus tunc est, cum eumdem incolumem diutius servari Reipublicae vestrae magis intererat. Levavit tamen non parum aegritudinem nostram inclyta victoria, quam de immauissimo Christiani nominis hoste exercitus vestri reportarunt. Humillis autem pro tam felici successu exercituum Domino persolutis gratiis, iterum vos iterumque hortamur, ut propera novi Regis electione ad novos triumphos invicta fortitudine contendatis, pro quorum assecutione pro eximia erga Regnum istud charitate nostra opportunis subsidiis nunquam vobis Nos defuturos, ut pro certo habeatis, interim cupimus, Fraternitati interim tuae universoque Senatui Apostolicam benedictionem ex omni cordis nostri sensu impertientes. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die 27. Ianuarii 1674. Pontificatus nostri Anno Quarto.

DCXXXVIII.

Archiepiscopus Gnesnensis nomine totius senatus pontifici supplicat, efficiat apud Venetos, ut Poloniam subsidio quodam pecuniario ad bellum contra Turcas continuandum adiuvent. Litt. Episcoporum Vol. 57. fol. 17.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Optimi nota sunt Sanctitati Vestrae feralia Poloniae, patriae nostrae charissimae, cum Schismaticis Cosacis per viginti sex annos bella, nota

quoque perfidia Cosacorum, qui stabilitam multoties pacem abruperunt: quae causa fuit, quod Scrñi Reges nostri defuncti nunquam illis fidere potuerint. Durante bello Cosatico accessit aliud atrox patiter et funestum bellum Moschoviticum, et tandem Sueticum, ut silentio transeamus alias ingentes calamitates internas, quae impediverunt Serños Reges nostros defunctos ab inferendo Turcis aperto bello, vel saltem a mittendis contra eosdem barbaros auxiliis. Caeterum nisi haec bella et tot alia mala intercessissent, pollicemur Sanctitati V., quod Polonia nostra nequaquam ultima fuisset in iuvanda Serenissima Republica Veneta contra communem Christiani nominis hostem. Qua de re ut Sanctitas Vestra Serñam Rempublicam authoritate sua persuasam reddere, eamque disponere dignetur ad submittendum aliquod subsidium tam gravi bello laboranti Poloniae, humillime S. V. supplicamus. Promittimus praeterea S. V., quod submissum subsidium ita accipietur, ut nullo modo redundare possit in detrimentum illud dantis, aeternum autem obligabit Poloniam accipientem. Quamvis enim (si ita S. V. placeret) mitteretur petitum subsidium nomino S. V., tamen Polonia id Serñae Reipublicae tribueret, et suo tempore debitam ei ostenderet gratitudinem. Ignoscat, supplices oramus: summa enim et vere paterna S. V. erga Regnum hoc benignitas et liberalitas addit nobis animum, ut in summis huius Regni necessitatibus et periculis post Deum potissimum ad S. V. confugiamus: cui interim longaevum Pontificatum a Deo precati, eius pedes venerabundi osculamur. Varsaviae 24. Ianuarii 1674.

Sanctitatis Vestrae

Totius senatus nomine humillimus devotñus obligatissimus servus
Casimirus Archiepiscopus Gnesnensis Dux Chartoryski.

DCXXXIX.

Romanorum imperator cardinali Alterio supplicat, ut per pontificem rationes reginae viduae Poloniae in electione novi regis commendatas habeautur. Litt. Principum Vol. 104. fol. 31.

Leopoldus Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniae, Hungariae etc. Rño in Christo Patri, Dño Palutio tit. SS. Duodecim Apostolorum Cardinali de Alteriis, S. R. E. Camerario, Amico nostro charissimo, Salutem ac benevolentiae nostrae affectum. Rñe in Christo Pater, Amice charissime. Nihil ambigimus, quin Cardinalis Hassiae Dilectio non tam Summi Pontificis Beatitudini, quam Rñae Paternitati V. nomine nostro luculentius exposuerit curam et sollicitudinem nostram, qua in bonum incolumitatemque tum Coronae Poloniae, tum totius etiam Christianitatis assidue ferimur, et quantopere Nobis cordi sit, ut talis super Throno collocetur, qui Regiis pollens qualitatibus Regno tot periculis circumdato praesentibus in necessitatibus pro exigentia praeesse, illudque ultimis oppressionibus exuere valeat, ac per quem Serña Regina soror nostra amantissima super Throno conservetur: quem in finem prospecta Nobis quam optime Sanctae Sedis Apostolicae authoritate et viribus, per memoratum Cardinalem Hassiae Sanctitatem Suam aeque ac Rñam Paternitatem V. impense sollicitare fecimus, ut Nuntio Bonvisio Varsaviae commoranti sufficientem ocyus superinde summo in secreto transmittere vellent instructionem, eique singulariter committere, ut is intentionem nostram circa huius Electionis negotium pro exigentia secundet ac promoveat, praesertim vero nihil omittat, quod conservationi Scrñae Reginae super Throno conducere possit. Et quemadmodum peculiarem in Rñam P. V. collocamus fiduciam, et Nobis omnia de perspecta sua iu Nos totiesque contestata devotione et voluntate pollicemur. Hinc memorati Cardinalis Hassiae Dilectioni iterato, ac praeterea Rñis Cardinalibus Nidhardo et Pio commissimus, ut Rñae P. V. mentem et animum nostrum circa Electionem hanc Polonicam uberius aperiant: et omnino persuasum Nobis habemus, quin Rña P. V. etiam pro sua parte et praelibatam instructionem Nuntii Bonvisii celeriter promotura, et omnia reliqua assequendae salubri intentioni nostrae conducibilia efficaciter collatura est, ut effectus in bonum et emolumentum Regni Poloniae et conservationem Serñae Reginae super throno cedens subsequatur, quo nostra unice directa sunt vota, et omnium intenta esse oportet suffragia, qui Regni salutem, qui restaurationem eius curant vel peroptant. Plurimum sibi obinde Rña P. V. merebitur gloriae, quod adeo prompti in Regni Poloniae et boni publici utilitatem Serñae Reginae conservationem super throno allaborat, et Nos id pro augmento sui in Nos zeli et observantiae habituri sumus. Qui Rñae P. V. de reliquo affectum nostrum Caesareum pro omni tempore testatum volumus. Dat. in Civitate nostra Viennae 15. Februarii Anno 1674. Regnorum nostrorum Romani XVI. Hungarici XIX. Bohemici vero XVIII.

Leopoldus.

Ioan. Paul. Hocher L. B. Christophorus D'Abelez.

DCXL.

Pontifex ordines regni Poloniae iterato cohortatur, ut viduatae reipublicae regem et fide catholica et virtute bellica praestantem quam primum constituant. Reg. Brev. An. IV. fol. 121 — 127.

Dilecto filio Nobili viro Magno Cancellario Lithuaniae.

Clemens PP. X. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Quae sint erga Rempublicam Nobilitatis tuae promerita, ex praeclaris in eandem zeli tui documentis abunde novimus: dubitari quocirca non possumus, quin in proxima novi Regis electione eadem sis luculenter amplificaturus. Omnino autem id assequeris, ubi auctoritate consiliisque tuis curaveris, ut is in Regem eligatur, qui orthodoxae Religionis iura strenue custodiat, eximiaque praestans animi fortitudine celsiores usque de immanissimo Christiani nominis hoste victorias reportet. Tantarum autem in partem laudum sedulis studiis accessuram Nobilitatem tuam pro certo habentes, propensae interim erga rationes tuas voluntatis nostrae pignus tibi, Dilecte fili, Apostolicam benedictionem paterne prorsus impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die ix. Aprilis mdclxxiv. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Eodem modo Palatino Vilnensi Magno Generali Lithuaniae; Duci Radzivilio Vicceancellario et Vicegenerali Lithuaniae; Duci Visniovieskio Palatino Belzae et Vicegenerali Regni Poloniae; Episcopo Wladislaviensi etc.

DCXLI.

Oratio habita in regiae electionis comitiis ab illmo ac revmo dño archiepiscopo Thessalonicensi, nuntio apostolico, Varsaviae die 5. Maii 1674. Nuntiat. Polon. Vol. 90. fol. 1.

Minuat aliquando praesentia famam. At ego cum circumspicio sacros Antistites, inclytos Proceres, fortissimos Equites in tam praeclaram coronam coadunatos, agnosco Reipublicae vestrae Maiestatem longe fama esse maiorem, coram qua cum explicare debercm paternas solicitudines et incessantes Sanctitatis Suae curas, excubantes pro custodia Catholici gregis sibi a Deo commissi per unanimem Venerabilium fratrum suorum consensum, dies me deficeret, antequam possem singula charitatis Pontificiae documenta oratione complecti: sufficiet mihi duntaxat peculiarem amorem Sanctitatis Suae erga Serñam Rempublicam vestram testatum faeere.

Nec mirum Apostolicam ipsius mentem adeo anxiam esse rerum vestrarum, spectator enim fuit in prima sua iuventute eximiae vestrae pietatis: ut dum fundamenta legum Sarmaticarum diligenter inquireret, occurrebat semper praecipua illa Maiorum vestrorum solertia tuendae amplificandaeque Religionis Orthodoxae, sine qua feliciter Regna stare non possunt.

Indc imbuit iuvenilem animum tenerrimo amore, quem semper servavit ac fovit, ita ut videatur praeservatus ab Altissimo ad tam prosperam senectutem, ut rebus vestris ab intestina discordia, et ab immanissimo hosto periclitantibus praesidio foret, mittens me Nuntium extraordinarium quamvis tantae molis non capacem. Coaluit, Deo volente, interna tranquillitas: cum tamen remanerct saevissimum bellum externum, non cessavit amantissimus pater solicitare frequentissimis orationibus divinam bonitatem pro incolumitate tam praeclarae gentis. Nec irritae fuerunt Sanctitatis Suae preces, dum dextera Dñi fecit virtutem, et vos decoravit tam insigni victoria, quae sicut in praesenti gignit admirationem, ita in futuro vix credibilis forte videbitur.

Sed posteri considerando strenuitatem vestram, et ea quae a tot saeculis fecistis, possibilia credent quaecunque vultis: non enim deficit nec amplitudo Provinciarum, nec innumerabilis generosa Nobilitas, nec disciplina militaris, cui praesunt gemina illa fulmina belli, supremi scilicet excreituum vestrorum Duces, caetcriquc magni heroes, qui suo sudorc et sanguine triumphales palmas irrigarunt, et vos hostibus metuendos, amicis diligendos reddiderunt.

Remanet nunc Respublica orbata suo Principe, sed post Lunam Visnioviecinam Othomanicae formidabilem, etiam sequuto suo occasu, sperandum est oriturum fulgentissimum Solem, qui lugubres tempestates dissipet et perennem huic Coelo restituat serenitatem.

Iam vero, quia dextera Domini facit virtutem, praccipue cogitandum de Rege vere Catholico, ne Deus exercituum subtrahendo auxilia praedam vos faciat inimicorum vestrorum. Quid enim ad tantas calamitates reduxit Saul, nisi obedientia negata Factori suo, et Sacerdotale munus indebite sibi assumptum: e contra David custodiendo mandata ipsius Israeliticas afflictas res erexerit, et felicissimum Regnum Salomoni reliquit, iterum dilaceratum sub Roboamo, in quo paterna idolatria sera Numinis vindicta expiavit.

Similia vobis metuere possetis, si sectando privata desideria solum Deum prae oculis non haberetis, et si Reipublicae amor totum animum vestrum non occuparet. Abundat vere unusquisque in proprio sensu, nec de facili alieno iudicio se accommodat; verum si firma fide dixeritis: Ostende quem elegeris; non dubium est, divinam Maiestatem daturam vobis Regem publicis privatisque commodis iuxta mentem vestram prospecturum. Fateor vos habuisse Iagellonem magnorum Regum progenitorem, ex idolorum cultore Catholicum factum, quod quamvis prospero illa aetate successerit, nunc aequum non est in ambiguum casum certam coniicere Religionem.

Cavendum omnino est a Rege per ambitionem converso: nam si sub ovina pelle Dominicum gregem lupus invadcret, miserrima strage omnia pollueret; et si villico non fideli Evangelica seges committeretur, statim ipsam zizania suffocarent. Cum enim vestri Reges potiantur authoritate distribuendi officia, si quis daretur in corde malus, pravis Senatoribus impleret subsellia, et antequam Polonia lethalem morbum cognosceret, sentiret ac ingemisceret se iam esse corruptam.

Tutiora itaque consilia in re tanti momenti sunt amplectenda, nec connivendam iis, qui veram pietatem fovent, ne postea sera et inutili poenitentia ducti cogantur dicere: Veh mihi quia tacui!

Hoc solum ut Catholicum Principem eligatis enixe petit Sñus et amantissimus Pater, ne tam calamitosa memoria ad posteros transeat, ipso regente Ecclesiam Sarmaticam fuisse depravatam: sed quia aurea illa lex, Rex Catholicus esto, certam reddit Sanctitatem Suam vestrae pietatis, hac de re pluribus supersedeo.

Restat ut concordem et citam electionem Sanctitatis Suae nomine vobis, obsequentissimis filiis suis, humillimis meis precibus suadeam, neque in hoc multum adlaborabo, scitis enim regna in se divisa desolari, et amputato capite languescere membra.

Nec unquam maior necessitas Thronum vacuum implendi, cum adhuc habeatis intra fines Regni immanissimum hostem irritatum magis quam victum, scitis ipsum frementem, pro inusitata clade accepta spirare minas, meditari vindictam, Tartaros stimulare ad praedam, amicos vestros ad invidiam concitare, ne altius gloria vestra tollatur: et si diuturnis altercationibus bellicosa Nobilitas distinerctur ad Vistulam eo tempore, quo victoriosa vexilla ad Istrum, Deo favente, transferri possent, carpereut certe multum ex vestris triumphis caeterae nationes dicendo, vincere scire Polouos, sed nescire uti victoria.

Vicit Annibal, et multoties vicit, sed intempestive morando apud Capuam cessit in praedam victi: de hoc timere non debeo, dum video tot Senatores, tot Equites prudentes simul et fortes: verum quia magna momenta rerum ictu oculi dilabuntur, iterum rogo, ut citissime talem Regem eligatis, de quo dici possit, quod de Alexandro Severo, factum ipsum fuisse ad remedium humani generis, nec fraudabitur tali encomio vester Princeps, si communes hostes propulsando Christianitatem totam reddiderit securam.

Non opus est vobis in memoriam revocare, quod neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Multum sane passi fuistis a bello Cosacico, Tartarico, Moscico, Suecico et Transilvanico, nec minora mala intestinae discordiae peperere. Exhaustam etiam reddidere Rempublicam commercia imminuta, pestilentiae, fames et frequentes Scytharum excursiones, unde desolatio in agris, solitudo in urbibus, pauperies in provinciis: si autem considerabitis, quanta securitas uxoribus vestris, filiis, patriae et avitae Religioni futura sit, non parcetis pecuniae, qui sanguinem vestrum Reipublicae tam profuse donastis.

Non deficiet Sanctitas Sua pastorali suo munere, et cum transmisserit, quod angustiae aerarii Pontificii permiserunt, decimas Italicas imposuit, subsidia Ecclesiasticorum in hoc Regno concessit, aliquos iam S. Romanae Ecclesiae Cardinales exemplo suo movit ad liberalitatem, et denique Catholicos Principes incessanter ad pacem urget, ut coniunctis viribus communi hosti occurratur, et sperandum pari benedictione omnipotentem Deum piissima Sanctitatis Suae vota prosperaturum, prout hactenus illa non est frustratus.

Agitur, vigilantissimi Antistites, praestantissimi Proceres, generosi Equites, de bello necessario, non pendente a vestra voluntate, nec unquam constanti tranquillitate poteimini, nisi fracto hoste novis cladibus: offeret forsan pacem barbaro more fictam, ut vires a fortitudine vestra debilitatas tractu temporis colligat, renovaturus bellum magis saevum, magis periculosum.

Instandum igitur trepidantibus, et tunc inconcussa pax erit, quando experientia magistra discent, talem esse nobilissimam Sarmatiae gentem, quae toto Orbe labante, sola compescere potest rapidissimum torrentem Christianas Provincias undequaque devastantem.

Exaltabunt vos caeterae nationes immensis laudibus tanquam suos liberatores, benedicent vos miserrimi populi ad inevitabilem servitutem semper expositi, et sub vestra tutela Apostolica fides requieseet.

Eligite interim concordibus suffragiis Orthodoxum Principem, et rependite hoc beneficium Sño Patri Clementi X., qui pro vestra incolumitate tot lachrymas fundit, nec unquam fatigare cessabit Divinam Clementiam, quousque vobis dilectissimis filiis suis omnia fausta et felicia eveniant.

DCXLII.

Ioannes Sobieski rex Poloniae pontifici se pacta conventa solemniter iurasse significat, precesque repetit, velit principes christianos et praeprimis Italiae exhortari, ut Poloniam in bello Turcico adiuvent. Litt. Princip. Vol. 104. fol. 95.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dũe Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, Meique, Regni, populorum ac Dominiorum meorum filialem commendationem. Etsi iam Sanctitatis V. luculenter constat, me liberis ac concordibus populi Poloni suffragiis ad Thronum Regni evectum, id enim ipsum eo temporis momento S. V. significavi: nihilominus nuntium hoc repetendum existimavi ac S. V. communi Christianitatis Parenti deferendum, me die hesterna, ab Ordinibus Regni Electionis Diplomate recepto, solemne ad sacras aras in basilica Varsaviensi supra articulos Pactorum Conventorum praestitisse iuramentum. Non ingratum existimo Sanct. V. fore, cum mihi abunde compertum sit, quam solicita circa res Polonas cura flagret paternum pectus, earumque integritas quantopere sit cordi S. V. Coeterum cum ferocissimus ab Oriente hostis ingenti belli diluvio inundare destinet provincias Regni mei, humillime S. V. supplico, ut in tam ancipiti Regni mei statu orthodoxam Poloniam paterno vultu et affectu dignari velit. Enituit insignis gratia et benevolentia S. V. adiuvandi aerarii Poloniei nimis aretis rationibus, magno sane emolumento istius Patriae, si facilitatis in numeranda hic pecunia gratia et celeritas accepisset. Neque tamen incommode etiam nunc a Rño Nuncio Apostolico S. V. praestari coepit, quod promissum pridem erat. Utinam et alii Principes opibus florentes, praesertim pacatissimae Italiae, rebus Christianitatis subvenire in animum induxissent, quos per Ablegatum Polonicum frustra oratos, non mea duntaxat, sed publica indefensae Christianitatis causa doleo. Sed non despero, iterata Sanctitatis V. propositione et interposita Pontificia auctoritate eosdem ad promovendum hoc sacrum bellum, cui gerendo vitam et sanguinem ego devoveo, auxiliis opibusque suis concursuros. Porro mihi minimo filiorum benedicat S. V., ut Dominus, qui me ad regimen hoc assumpsit, det mihi sedium suarum assistricem sapientiam, doceat manus meas ad praelium et dignitos ad bellum. Contendam sane, daboque operam, ut Sanct. V. intelligat, nihil mihi carius nihilque magis exoptatum haberi, quam populorum gubernationi meae commissorum saluti tutelaeque intendere, ac Religionis Catholicae propagandae zelo vitam et sanguinem impendere. Iterato S. V. paternam exoro benedictionem. Eiusdemque Pontificiae protectioni me Regnumque meum commendo. Datum Varsaviae die VI. Mensis Iunii Anno Domini MDCLXXIV.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

DCXLIII.

T. de Forbin episcopus Massiliensis, oratores regis Galliarum, cardinali Alterio de Ioannis Sobieski in regem Poloniae electione gratulatur. Litt. Episcoporum Vol. 57. fol. 100.

A Son Eminence le Cardinal Altieri.

Monseigneur, Le profond respect, et la veneration extraordinaire que j'ay toûjours eue pour la personne de Vostre Eminence, me fait preudre la liberté de luy renouveller les assurances de ma reconnoissance pour toutes les bontez dont elle m'a honoré jusques-à-present, en me conjouissant avec Elle de l'heureuse electiou qu'on a faite à la Diette de M. le G. Mareschal pour estre Roy de Pologne. On ne pouvoit pas en faire une plus favorable au bien de l'Eglise et de toute la Chrestienté. Aussi est-ce dans cette veue-là que je m'en rejouis bieu plus que par la consideration de tout autre interest. C'est pour quoy je ne m'amuseray point à vous dire la joye que ressent Sa Majesté de voir sur ce trône un Prince d'un si grand merite, et qui par l'inclination qu'il a pour les interest de la France, ne manquera pas d'entretenir l'uniou qui a toûjours esté entre ces deux Couronnes. Je laisse cela pour dire à Vostre Eminence que j'espere que le Roy nouvellement élû, qui a si souvent deffait les Turcs

n'estant encore que personne privée, en sera presentement la terreur, quand ils le verront combatre à la teste de ses sujets, et qu'il les affoiblira tellement qu'ils n'oseront plus entreprendre de troubler le repos de la Chrestienté. Ce sont les prieres ferveutes que je fais continuellement à Dieu, aussi-bien que pour la conservation de Sa Sainteté et de Vostre Eminence, qui travaille avec tant de gloire et de succés à l'honneur de l'Eglise. Je supplie tres-humblement Vostre Eminence de m'accorder sa protection en toutes rencontres, et d'estre fortement persuadée du profond respect, de la vénération extraordinaire, de l'entiere reconnoissance et de l'attachement inviolable, avec lequel je seray toute ma vie,

Monseigneur, de Vostre Eminence

A Varsovie le 1. de Juin 1674.

Le tres humble et tres obeissant serviteur
T. de Forbin Evesque de Marseille.

DCXLIV.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut archiepiscopum Gnesnensem a se nominatum confirmare velit.
Litt. Principum Vol. 104. fol. 106.

Sanctmo ac Beatmo in Christo Patri Dūo Dño Clementi Div. prov. Papae X. etc.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dūe Dūe Clementme. Post oscula beatorum pedum Sauctitatis Vestrae, meique ac Regni et Dominiorum meorum filialem commendationem. Inter primas Regni curas haec me potissimum incessit, ut dum Metropolitanam et Primitialem Gnesnensem Cathedram orbatam Archipraesule invenio, in sortem tanti ministerii parem muneri, et tantae molis capacem sufficiam Antistitem. Anxiam hanc deliberationem meam facile absolvit eximia et praestans virtus, spectataque per omnem vitae cursum iuuoccntia et iutegritas Rndi in Christo Patris Dni Andreae Olszowski Episcopi Culmensis et Pomesaniae, Procancellarii Poloniae, quem in statero Regii iudicii expendens dignum existimo, ut eminentiorem Ecclesiae et Reipublicae occupet locum, utque vita functo Reverendissimo olim in Christo Patre Casimiro Czartoryski Archiepiscopo Gnesnensi eundem designem successorem. Non orbi duntaxat Polono, sed toti Christiano merita Praelati omni commendatione maioris innotuere. A tribus prope lustris praedecessor meus divae memoriae Ioannes Casimirus illum ad Culmensem Epatum nomiuatione sua provexerat, quem furore Suetico vastum et in solitudinem redactum sumptuose restauravit, altaria et Ecclesias profauatas cultui ac nitori pristino restituit, omninoque illius industria omnium iudicio temporis illius acerbitati medelam providit ac solatium. Sigillum Regni, amplissimum Magistratum, a divo praedccessore meo cousignatum, integro iam octeunio, moribus integer, modestia compositus, ingenio florentissimus, ita gerit tractatque, ut in praeteritum nihil habeat excusandum, omnia summe collaudanda. Haeresim, quae Episcopatus illius praecipuam Civitatem Torunium pridem infecit, adeo perdomuit, ut Basilicam S. Iacobi illius loci praecipuam et fama claram singulari cura, industria, maguanimitatc sua Catholicis assereret, processionis in festo Smi Corporis Christi solemnem pompam, per Civitatis Lutheranismo imbutae circulos terrore prohibitam, ipsemet ingenti animo praesens introduxit, Ecclesiam insignem Lichtofeldensem, centum ultra et viginti annos poteutia praevalidae illis oris haereticae Nobilitatis insessam, Romanis sacris viudicavit, Torunü, Graudenti, Mariacburgi totaque provincia seu Dioecesi Pomesaniensi audaciam et insolentiam pravorum ministrorum compescuit, periclitanti Reipublicae, quoties maximo zclo, quam prudenti et maturo consilio cum summa animi moderatione prospexerit, quanta diguitate et commodo publicas lcgationcs obierit, prolixum csset memorare. Neque vero haec promerita S. V. ccnseo ignota, cum quidquid in orbe Christiano agitetur, ad S. V. tanquam ad suum collimet centrum. Humillime proinde a S. V. postulo, Nominationem meam, quam Ordinum Regni consensus, etiam pruisquam Regalis corona caput meum cxoruet, approbavit, ratam gratamque habere velit, ac Praelatum de Ecclesia et Republica optime meritum ad hoc primarium provehere dignetur fastigium. Cum vcro Ecclesiae Gnesnensis patrimonium, nimium quam sit pessundatum, seu temporum iniquitate, seu militari insolentia reditusque decrevcrint, maiorem in modo rogo S. V., ut ad mediocrem sacra diplomata taxam rcduci clementer imperet. Porro gratiae et benignitati S. V. accedet auctuarium, si expeditio maturabitur, et quam primum nominato meo transmittetur: hoc enim tempus vel maxime desiderat, primatialem dignitatem in tam ancipiti et periculoso Regni statu nou diu orbam relinqui. Nec dubito mea postulata paterna excepturam facilitate Sanctitatem V. Agnoscet S. V. meum nominatum pro tanta beneficentia aeternum obuoxium, verum et ego pectori meo inscribam testatam S. V. erga me bcnignitatem. Coeterum longaevum ac felicissimum rei Christianae augurando S. V. imperium

Apostolicum, eiusdem benedictionem mihi populisque meis de genu imploro. Datum Varsaviae die 20. mensis Iunii Anno Dñi 1674.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
IOANNES REX POLONIAE.

DCXLV.

Rex Poloniae reipublicae Venetiarum de auxilio sibi contra Turcas mittendo preces repetit. Nuntiat. Polon. Vol. 90.

IOANNES III. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Serño Principi Dño Dño Contareni Duci Venetiarum, Amico nostro Charissimo, salutem et omnis prosperitatis continuum incrementum. Serñe Princeps, Amice noster Clarissime. Gravissima nos impellit planeque adigit necessitas, ut licet desideria Poloniae nomine Statuum et Ordinum stante adhuc interregno per Ablegatum Generosum Christophorum Masini Equitem Polonum, intimae Regiae Camerae Secretarium, Serenitati Vestrae proposita successu caruerint, iterum nunc fortunam tentare, et votorum nostrorum aleam perielitari non grave ducamus. Afferuut crebriores nuntii Ottomanicum Imperatorem, contractis imperii sui quam latissime patet viribus, atque Czari Tartarorum praesentia, et innumeris myriadibus auctum, traiecto Danubio Poloniae oris imminere. Praecursores Crimenses Tartari Podoliam et Volhiniam late inundarunt, omniaque circum strage et terrore complevere. Magna Nobis fiducia est, posse hostem multitudini suae praesidentem virtute Exercitus nostri cum divino auxilio reprimi et retundi, sed angustiae aerarii publici retrahunt et retardant ingentes animos, planeque verendum est, ne destituti Priucipum Christianorum auxiliis ad tolerabilia, licet minus opportuna transactiouis media desperatione praecipitemur. Cui estremo malo obviare cum universae Christiauitatis, tum praesertim Amplissimae Reipublicae Vestrae interest. Agitur causa publica, neque enim Polonia vergere ad interitum potest, ut non ruina sua potissima Christianitatis Regna et Provincias consequenter trahat provolvatque. Certe non minima portio adversorum nostrorum ad Serenitatem Vestram, ciusque Domiuia derivabitur. Ea de causa maiorem in modum a Serenitate Vestra contendimus, ut de submittendis Exercitui Polonico subsidiis cum cura agitare, Nobisque secretius studium et officia sua efficaciter contestari non intermittat. Non desunt vires et arma Polouiae, si numerata aliqua summa milcs bello nuperrimo fessus quamprimum refieiatur. Praestabit Sereuitas Vestra rem publico bono percommodam, Nobisque et Regno nostro gratissimam, quam contestatam in aucipiti rerum nostrarum statu propensionem, datis quibusvis occasionibus, mutuae amicitiae et benevolentiae studiis et argumentis respondere parati erimus. De reliquo Serenitati Vestrae bonam valetudinem et prosperos successus ex animo precamur. Datum Varsaviae die xx. mensis Iunii Anno Domini MDCLXXIV.

DCXLVI.

Idem rex a pontifice petit, ut episcopum Massiliensem purpura condecorare velit. Litt. Principum Vol. 104. fol. 118.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula beatorum pedum Sanetitatis Vestrae, mei una cum Regno ac dominiis mihi subiectis filialem commendationem. Humanarum rerum vices post divinam providentiam non consistunt felicius quam in negotiorum salubri ministerio: quod uti proprius accedit ad supernum illum caelestem Archetypum, eo consiliorum optabiliorem sortitur effectum. Hinc etsi eadem Divina bonitas orbem Christianum cupiat esse pacatum, si tamen malignitas quaepiam infinitae illi misericordiae adversetur, praesentissimum sibi accersit exitium. Nuper in electione mea numerosis populis et gentibus unanimiter conclusa utrumque apparuit: dum et divina clemcntia evidentissimo potiori parti eligentium affulsit instinctu; tum quod internum dissidium multorum visum est eidem obluctari, sed post multas disceptationes eo paene summa rerum deducta fuerat, ut Regni tam nominati scissio proxime allaberetur, quae fortassis totum orbem Christianum ruina sua involvere posset. Attamen inter alia media affuit opportunissima cura Reverendissimi Tussani de Forbin et Ianson Episcopi Massiliensis, Legati magni Galliarum Regis Christianissimi, qui indefessa ac indicibili solicitudine partim dissona consilia animosque pio ac vere Ecclesiastico zelo conciliando, ad interpellandum illud exemplar, quo finitimae Sarmaticae gentes pericre sua et Christianitatis pernicie. Is itaque Praelatus tam praeclare de re Christiana vel maxime hac occasione optimeque meritus, suapte natura vere pius, suada prudentia ac doctrina eximius, merito sibi meum apud S. V. vendicat suffragium, ut eundem insinuem paternae benevolentiae Beatitudinis V., quatenus ipsum ex mea instantia seu nominatione ad sacrum purpura-

torum Antistitum collegium proxima promotione cooptare dignetur. Non meam rem ago, nec partibus studeo, sed utilitati et profectui totius Christiauitatis a longe prospicio, ut pacato Occidente Oriens tandem contremiscat, quae divino suo iudicio S. V. penitius sapit. Mihi porro uti viro bellatori minime longum esse convenit cum Vicario Domini, verum duntaxat iteratas preces perquam ardentissimas deponere ad Apostolici throni suppedàneum Sanctitatis Vestrae pro tam insigni Praelato, quem maiorem in modum commendans S. V. benedictionem filiali prosequor cultu, et eidem longaevam incolumitatem cum prospero Orbis Christiani regimine devotus exopto. Datum Varsaviae die 2. Mensis Iulii Anno Domini 1674.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

DCXLVII.

Idem rex pontifici supplicat, ut fratres minores Cappucinos in Poloniam mittere velit. Ibidem fol. 131.

Beatissime Padre. Consistendo la base principale de Regni nella misericordia divina, questa devesi implorare di quà giù con fervorose preghiere, le quali acciò giunghino al Cielo grate, si porgano dai buoni servi di Dio, che maciato il corpo dalli rigorosi instituti delle loro religioni, consolano l'animo all'ingrandimento delle glorie di quella superna bontà. Quindi è che io sempre volontoroso di veder coltivati questi principii, ho altre volte avanti la mia assuntione al Trono supplicato la Santità V. a conceder licenza ai Religiosi Capucini di fondarsi in questo Regno, a quali se prima potevo assistere mediocremente, adesso per la Dio gratia spero farlo intieramente. Ne rinuovo però alla Santità Vostra le mie suppliche, facendomi lecito dirle che i riguardi del clima non devono ritardare alla Santità V. il far questa opera pia, poiche si come sussistono molti altri, cosi mi persuado lo possono far questi, e tanto più che i medemi Religiosi se ne compromettono, oltre che per maggior certezza la Santità V. quando le piacesse, potrebbe da commissarii far esaminare se sia ciò praticabile ò nò. In questa supplica ricordo alla Santità Vostra la mia filiale osservanza, la quale per secondare il genio pio le propone una opera santa, et iuchiuato co' miei popoli alla sua santa benedittione, Le bacio i santissimi piedi. Varsavia 11 Luglio 1674.

Di Vostra Beatitudine

Obedientissimo figlio
Giovanni Re di Polonia.

DCXLVIII.

Idem rex Poloniae commendat cardinali Alterio nominatum episcopum Vilnensem. Ibidem fol. 169.

All' Illmo e Rmo Sig. Cardinale P. Altieri a Roma.

Illmo e Rmo Signore. È stato à Noi di molto piacere il segno, che V. S. Illma ci ha dato della sua pietà, dove massime si tratta dell'ingentissimo interesse della Chiesa di Vilna, che crediamo ben certo che ella sia per favorire piu abondantemente la persona di Mousig. Nicolò Stefano Paz, nominato Vescovo alla medesima Chiesa. Ci sarà noudimeuo iutieramente grato che tanto Sua Beatitudine, quanto V. S. Illma si mostrino al predetto Monsig. uominato tanto più favorevoli anco per questa nuova instauza, e per esser la prima sodisfattione, che bramiamo in questo principio della nostra assuntione à questo Throno Reale. Onde perche al sopradetto desideriamo ogni bene per la buona volontà che teniamo verso di lui, e per i suoi molti meriti ben noti anco à cotesta Santa Sede Apostolica, cosi li desideriamo poi particolarmente ogni intiero contentamento negli affari del Vescovato predetto, sapendo auco che il medesimo desiderio è commune à Sua Santità et à V. S. Illma, e sarà sicuro di darci non ordinaria consolatione col vederli finalmente conferita la sudetta Sacra Episcopale, acciò non habbia ancora la sudetta Chiesa à patire di vantaggio pregiuditii maggiori di quelli che patisce, e che ci pervengo giornalmente con nostro gran dispiacere all' orecchio, e si come puole la Pontificia authorità senza altro dubio dispensarlo da ogn'altra legge positiva, che al detto Monsignor nominato sia d'impedimento, senza far nuovo ritorno alla S. Congregatione sopra il sudetto negotio depututa, cosi possono poi rendersi anco certi, che in queste parti non sarà altri che s'inoltri di più à tentare simili materie per la medesima via, tanto più che si vedono le difficoltà non ordinarie che si frappongono in simile affare, le quali nondimeno non ci pare, che fossero incontrate nelle dispense, che furno concesse dalla santa memoria, di Alessandro VII. al Vescovo di Samalò in Francia, e cosi desideriamo vivamente, che si

concedino ancora al sudetto Monsignor nostro nominato di Vilna, dove che maggiormente concorrono urgentissime cause e necessità col prevedersi già il total precipitio di essa Chiesa, e Diocesi per tanto tempo priva del suo authorevole pastore, con vantaggio degl' heretici e schismatici, che in gran numero ne si avanzano, e con discapito della nostra Santa Catholica Religione; parendosi che possa esser scandalo magiore il dover perdere una Chiesa, che di veder concesse le predette dispense per doverla reparare. Ne replichiamo per tanto con ogni premuroso zelo queste nostre nuove richieste, e crediamo che la S. Chiesa Cattolica Romana sia parimente vigilantissima per ovviare ogni magiore incoveniente che possa essere più pernicioso alla medesima. Mentre è quanto con viva cura desideriamo per il buon esito di tutto il detto negotio, et accrescere poi anco in noi maggior contento, et a V. S. Illma preghiamo in tanto dal Cielo continue felicità e prosperi avvenimenti. Di Zulkiew in Russia li 30 di Settembre 1674. Giovanni Re.

DCXLIX.

Pontifex regem Poloniae invitat, ut Romam ad sacrum iubilaeum veniat etc. Reg. Brev. An. V. fol. 166.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quae nostra foret laetitia, Maiestatem ubi tuam coram daretur amplecti, coniicere ultro poteris ex iis paterni amoris significationibus, quibus Te absentem licet prosecuti hucusque sumus: adventante quocirca anno huius saeculi quinto supra septuagesimum, quem annum propitiationis et salutis sanctumque de more pronunciavimus, non est cur Tibi inhaerens alte cordi nostro de tuo ad Urbem accessu desiderium testatum pluribus faciamus, eximiis enim id virtutibus tuis apprime respondere pro certo Tibi fuerit habendum. Quod si praesens rerum conditio, publicaeque salutis custodia ista Te de statione discederc, tantoque Nos affici solatio negaverint, de propensa nihilominus erga Te charitate nostra, necnon de Christifidelibus Romanum iter suscepturis benemereri egregie potueris: faciles enim iis tutas atque hospitales tuis in ditionibus vias ubi parare mandaveris, peregrinorum paupertatem opportuno ubi commeatu instruxeris, cocterisque regiae munificentiae documentis ad sanctam civitatem comitari studueris: praeclaris laudibus tuis ingens enimvero adieceris incrementum, et quos fortitudini tuae plausus comparasti, pietati quoque praeconiis non interituris luculentius excitaveris. Religiosis autem conatibus ad hanc solidorum decorum possessionem occupandam Maiestatem tuam semetipsam incitaturam profecto non dubitantes, Apostolicam eidem benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae etc. die xx. Octobris mdclxxiv. Anno Quinto.

DCL.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut B. Stanislaum Kostkam inter sanctos referre velit, eumque de prospero armorum suorum contra Turcas successu certiorem reddit. Litt. Princip. Vol. 104. fol. 233 et 240.

Sme ac Bme in Christo Pater, Dne Dne Clementissime. Post oscula pedum V. Sanctitatis meique ac Regnorum meorum filialem commendationem. Benedictione V. S. armatus, et auxiliis Beati mei Tutelaris Stanislai Kostka (quem etiam huius expeditionis, post Beatissimam Virginem Dominam nostram, Patronum mihi primarium assumpsi) auctus, quae hactenus pro re Christiana egerim, prolixius Vestrae Sanctitati ab Illmo et Rmo D. Cardinali Ursino referentur. Ut Vestra Sanctitas et suae benedictionis fructu gaudeat, et Beati nostri Tutelaris efficaciam patrocinii agnoscat, cumque mihi dominiisque meis, supremos illi (quod humillimo precor) honores confcrendo, strictius obligatum quam citissime reddat. Haec sunt vota nostra! haec desideria exercituum! haec suspiria populorum. Denique V. S. velit esse auctor Serenissimis Principibus Christianis, ut extinctis mutuis odiis arma christiana contra commune Crucis Christi hostem socient. Certe nullam mihi tempus debellando huic Barbaro aptius esse videretur, quam praesens, cum et vires accisas habeat, et qui non ultra Babam vel Bazarcicum (contermina sunt Danubio) superioribus belli Polonici annis hibernare solebat, nunc usque Adrianopolim fugienti similis rediit. Ego interim, Deo adiutore, Campo non decedam, nisi cum benedictione V. S. et suppetiis Beati vel bellum hoc feliciter conficiam, vel si a Principibus Christianis et ab auxiliis pecuniariis deserar, honestam pacem concludam. Paternam interim benedictionem V. S. humillime implorans, osculo pedum iterum advolvor. In Castris ad Kalnikum die vii. mensis Decembris Anno Dni mdclxxiv.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obedientissimus filius et servus
Ioannes Rex Poloniae.

Sñe Pater, Domine Clementissime. Quidquid mihi in remotioribus Ukainae partibus contra haereditarios sanctae fidei hostes non modo pro huius Regni, sed universae Christianitatis securitate excubanti fortunatorum progressuum propitium indulsit Numen, paternae inprimis Sanctitatis V. benedictioni et faustis Pontificatus sui auspiciis gratus ac lubens in acceptis refero. Indeque est, quod filialis mea erga S. V. veneratio vivacioribus excitetur stimulis, ut redeuntem Dominicae Nativitatis solemnitatem, unaque auspicatum anni vertentis exordium non gralatitio duntaxat officio, verum intimo animi sensu S. V. gratulari inter castrensium curarum strepitum non intermittam. Faxint faventes superi, ut S. V. bono totius Christianitati Orbis et privato solatio meo perenne sit imperium, utque paternae curae et solicitudinis suae, qua afflicto huic Regno opitulari non desinit, fructu Sanctitas V. in multam annorum seriem gaudeat: atque ista est votorum meorum summa, cum qua osculo pedum S. V. reverenter advolvor. Dabbantur in Castris ad Kalnik die 14. Decembris 1674.

Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

DCLI.

Idem rex pontifici dolorem exprimit, quod propter negotia publica sacram Romanam peregrinationem aggredi non possit, grates reddit de indulgentiis sibi concessis, commendatque oratorem suum. Litt. Princip. Vol. 105. fol. 25 et 36.

Sñe Pater, Domine Clementissime. Ad caetera, quae ab ipso evectionis meae exordio e paterno Sanctitatis V. amore in me promanarunt benevolentiae argumenta, praecipuum accedit auctoramentum, dum me S. V. ad notitiam adventantis anni propitiationis admittere ac invitare dignatur. Nihil sane optabilius votis meis accidere potuerit, quam si mihi praesenti tanta devotione frui, eiusdemque fructu potiri daretur: verum cum praesens rerum conditio eam intercipiat faelicitatem, hoc solum in solatii vicem accipio, fastos S. V. ad subsequentium saeculorum memoriam hoc anni sancti recursu insigniri. Non ambigo practerea, cum in hac statione pro publica Christianitatis securitate excubias agam, et non otiosum pietatis studium impleam, quin aliqua inexhausti indulgentiarum thesauri portio e pastorali S. V. benignitate in me sit redundatura. Caeterum quocunque sacrum iter suscepturis opitulari potero officio, ut eo etiam in casu iussis S. V. morem geram, libens impertiar: iam vero dum me Regumque meum paternae S. V. commendatum cupio, osculo pedum suorum reverenter advolvor. Datum in Castro Bratslaviensi ad Hyppanim die iv. Februarii Anno Domini mdclxxv. Regni nostri i. Anno.

Sanctitatis Vestrae

obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

Illño e Rño Signor (il Sig. Cardinal Altieri).

In mancanza del Masini già nostro Inviato à cotesta Corte, habbiamo risoluto dar l'incombenza d'ogni affare, che possa concernere il nostro Regio Servitio e quello di questa Republica, all'Abbate Denhoff figlio del Gran-Cameriere di questo Regno, per che lo conosciamo assai affettuoso verso di Noi, e che non manca d'habilità e destrezza, onde preghiamo V. S. Illña che nelle occorenze che se li presenteranno d'agire in nostro vantaggio à volergli prestar ampla fede. Mentre auguriamo à V. S. Illña ogni prosperità maggiore. Breslavia in Ukrayna li 4 Febraro 1675. Giovanni Re.

Sñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Ita sane pro filiali mea in S. V. fiducia de paterna eius erga me benignitate mihi ominari pollicerique praesumpseram, ut cum per rationem praesentis meae stationis solennitati anni sancti interesse non daretur, aliqua tamen ab inexhausto indulgentiarum thesauro, qui liberali S. V. dispensationi caelitus commissus est, portio in me redundaret. Id vero abunde in praesens experior, neque sine singulari solatio et illecebra pietatis excipio; dum S. V. suspensis in universum omnibus, quae tam Ecclesiis et imaginibus, quam coronis et numismatibus olim concessae fuerant, indulgentiis; mihi duntaxat ipsi, Confessario meo ac aliis duodecem personis easdem plene reservat, ac in peccatorum veniam suffragaturas declarat. Accenseo huius in me beneficentiae S. V. auctoramentum aliorum cumulo officiorum, quae non secus memori quam grato semper culturus animo, osculo pedum S. V. venerabundus advolvor. Dabantur in Castro Bratslaviensi ad Hyppanim die x. mensis Martii Anno Domini mdclxxv. Regni nostri Anno Primo.

Sanctitatis Vestrae

obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

DCLII.

Episcopus Posnaniensis de corpore s. Valerii M. dono sibi dato pontifici grates reddit. Litt. Episcoporum Vol. 58. fol. 29.

Beatissime Pater, Domine Dñe Clemcntissime. Et quo salutarius anno quam saluberrimo hoc magni Iubilei et Sanctitati Vestrae et nobis cidem devotissimis filiis gratulandum, Sanctitati Vestrae optatissimam ad hoc usque sacratum tempus servatam prosperrime valetudinem, nobis eam, quae e paterno S. V. sinu largissime se se in nos universim effundit benedictionem. Certe neque mihi commodior unquam, nec optabilior accidere potuit annus, quo et debitam ad pedes S. V. provolutus cum obedientia vcnerationem praestare, et ingentes pro maximis beneficiis, quibus immeritum me largissima toties cumulare manu placuit, referre possum. Abundat uberrime Mons meus novae propc Varsaviam Calvariae largissima S. V. gratiarum et Indulgentiarum benedictione. Gloriatur gloriosissimo sacri Corporis fulgentissimi Martyris S. Valeriani pignore, quod nuper de manibus S. V. liberalissime oblatum cum ingenti exultantis populi frequentissimi, Cleri, Praelatorum Regnique Senatorum iubilo sub auspiciis Illmi et Rmi S. V. Nuntii triumphali excepit processione. Haec et innumera alia sunt S. V. in me beneficia, quibus cum debitae gratitudinis officio recolendis, simul et negotiis Dioecesis meae S. V. referendis, quia et debilior per aetatem valetudo et continuarum pro Ecclesiae et Reipublicae bono moles curarum obiicem ponunt, Perillustri Nicolao Poplawski meo Posnaniensi Varsaviensi Canonico, Serñi Poloniarum Regis Concionatori ordinario, Sanctitati Suae cum submissima veneratione depromenda commissi. Cui benignissimas aures ut S. S. clementissime concedere, eique de amplissimis gratiae suae favoribus paternum vultum exhibere dignetur, humillime supplico. Me ipsum interim gratiae S. Vestrae quam submissime dum recommendo, pedes sacratos eiusdem devotissime exosculor

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

(Varsaviae .... Martii 1675.)

Humillimus servus
Stephanus Wierzbovski Episcopus Posnaniensis.

DCLIII.

Pontifex commendat regi Poloniae, ut per suos oratores apud aulam Ottomannam catholicos in custodia sacri Sepulchri Hierosolymis conservari faciat. Reg. Brev. An. VI. fol. 236.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi non dubitamus, quin eximius zelus, qui Maiestatem tuam ad Christianae Reipublicae salutem in tuto ponendam ad heroicae fortitudinis documenta continenter excitat, idem quoque Tibi sit incitamento futurus ad obsistendum pro virili per Administros tuos Constantinopoli degentes iniquis Graecorum conatibus, Latinos Catholicos a custodia Sanctissimi Sepulchri deturbare contendentium. Ea nihilominus forent praeiudicia, quae a praedictae custodiae remotione in Catholicos omnes Turcarum ditiones incolentes redundarent, ut inclytam pietatem tuam ad causam tanti momenti pro viribus propugnandam magis magisque duxerimus inflammandam. Certaturum autem Te omnibus nervis, ut in sarta tectaque servanda nationis Catholicae dignitate a Graecis impetita praeclaris in eandem promeritis tuis novum hoc adiicias incrementum, pro certo habentes, Maiestati tuae interim prospera cuncta ex animo precamur, atque Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xviii. Maii mdclxxv. Pontificatus nostri Anno Sexto.

DCLIV.

Rex Poloniae archiepiscopum Gnesnensem de armorum progressu in Ukraina certiorem reddit, petitque, velit senatum adhortari, ut sibi subsidia quamprimum mittantur. Nuntiat. Polon. Vol. 91.

Copia di lettera del Re Giovanni sotto Leopoli de 16 Agosto 1675 all'Arcivescovo di Gnesna.

Habbiamo riccvuto in questa settimana la lettera di V. S. de 7 corrente di Varsovia, scrittaci à nome del Senato radunato, colla copia dell'Universal publicato in luogo delle nostre terze vici per la mossa general della Nobiltà. Non può esserci che gratissima questa cura, che coll'unirvi vi siete presi et havete dimostrato col consiglio del publico bene c della nostra Regia conservatione. Haveriamo però più tosto voluto sentire la conclusione di qualche valido soccorso di danaro, già che dal dì dell'Elettione per mantener l'armata, sostener la fanteria, per le munitioni, per l'artiglieria, e per proveder le fortezze, havendo speso sopra un millione e mezzo, si ci rende più impossibile poter più supplire alle

future continue spese, non essendovi giorno che non occorra contar ò mille ò diecimila, ò ben spesso alcune diecine di milliara di fiorini. Fà instanza quella parte d'essercito di Lituania che si è trovato con noi à faticar in Ucraina, che le venga numerata la paga d'un trimestre, non havendo fin'hora havuta consolation veruna del solito quartiero d'inverno. Convien sborsar ogni settimana à più bisognosi le paghe et i necessarii sussidii, non solo perche non fuggano, e non muoiano sotto i nostri occhi, il che noi non potriamo partire, mà perchè astretti dalla miseria non si vendano all'nemico. Supplicano instantemente i mercanti di Kiovia per il pagamento delle provisioni somministrate alle piazze d'Ucraina, nè mancano quantità di spese minute per i feriti et ammalati, per li scampati di prigione, e particolarmente per la fortificatione di questo luogo. Entrate all'incontro non se ne veggono da parte veruna, et il tesoro di Lituania, scusandosi di mancar de mezzi, non solo non ci paga le somme solite, ma nè meno il debito di 200,000 fiorini, che doveva sodisfarci colle prime contributioni. Da quello del Regno poi è vanità sperar consolation di sostanza, essendo benissimo noto allo stesso tesoro, et à V. S. l'impossibilità di cavar cosa alcuna da Sambora, per esser stata ruinata dal nemico, nè meno da Malburgo, dove secondo il contratto convien quest'anno l'entrate suppliscano alle spese colà fatte, et in fine quanto convenga impiegar per la gran provisione alla Regina Eleonora. Pertanto come noi accettiamo i mezzi proposti, invece del quartier d'inverno da assegnarsi à soldati sù beni Ecclesiastici (impraticabile per altro sopra le tenute Regie) come cose di poco momento, così crediamo che saria molto opportuno ricorrere à i Poborri et all'accise, la continuatione delle quali non cessa, quando la Nobiltà radunata à titolo della mossa generale volesse capire questa publica necessità, mossa principalmente dalle replicate calde instanze, che ricerchiano da V. S. non meno in suo proprio nome che del Senato. Che noi poi se vedremo un eccedente necessità, che questa debba uscir in campagna, non mancheremo chiamarcela coi nostri Universali. Di presente si trattiene ancora il nemico tra Zbaras e Tarnopoli, e benche habbia tentato Zalozce, niente hà guadagnato, e sotto Zloccewa fù coraggiosamente rigettato, e ferito il Sultano Adzigitrei, nè altro acquisto hà fatto che di alcuni luoghi di minor consideratione, ne' quali s'erano ostinatamente scorati i villani, senza volerne uscire; siasi ò che habbia l'occhio al Boristene, et à i Moscoviti, ò che Dio li habbia levato il cuore, ò che stia irresoluto, rispetto alla disposition delle nostre genti, ò ch'attenda nuovi ordini dalla Porta, tutto che assistito da una grandissima potenza, asserendo i prigioni et i nostri schiavi, che i Tartari siano da 120,000 et i Turchi 100,000, che in tutto passano i 200,000, col quale numero potriano tutto inondare, e pur non hanno ardito di passar di quà Zloccewa, nè ci hanno tolto la communicatione non solo con Varsavia, mà nè meno con Zaloscia, Brodi, Zloccowa, Brzezani, Midziboze, Kiovia, e il resto dell'Ukraina. Per gratia di Dio in Ukraina tutti i presidii sono intieri, e sotto Niemirowa il figlio del Han rimasto col Dorosenco è stato notabilmente maltrattato, havendo lasciato sul Campo alcuni cento di cadaveri. Conviene per necessità, che ò si scuoprano trà brevi giorni i suoi dissegni, ò passarà il tempo di poter operar vigorosamente in Campagna, di che non lasciaremo di rendere consapevole V. S. e gli stati della Republica; e raccommandandole di bel nuovo col maggior calore e premura l'efficace applicatione per il supplimento de gli aiuti pecuniarii, le auguriamo tanto à lei ch'à tutto il Senato da Dio benedetto salute.

DCLV.

Pontifex regi Poloniae Franciscum archiepiscopum Corinthi novum ordinarium nuntium apostolicum commendat.
Reg. Brev. An. VI. fol. 215.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Ad obeundam apud Maiestatem tuam ordinarii Nuntii provinciam Venerabilem fratrem Franciscum Archiepiscopum Corinthi, Praelatum nostrum domesticum et Assistentem, genere lectissimisque virtutibus praestantem selegimus, eidemque inprimis iniunximus, ut de paternae charitaris nostrae magnitudine magis magisque Te certiorem redderet, novis in dies bellicae fortitudinis documentis de Christiana Republica benemerentem. Filialis vero erga Sanctam hanc Sedem observantiae tuae fuerit, praedictum Ven. fratrem consuetis ingenitae Tibi humanitatis significationibus excipere, nostraque negotia pertractanti plenam ipsi fidem dare. Utrumque autem Nobis dubio procul pollicentes, Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xv. Septembris 1675. Pontificatus nostri Anno Sexto.

DCLVI.

Regina vidua Poloniae pontifici negotia sua Polonica iterato commendat. Litt. Principum Vol. 105. fol. 234.

Beatissime Pater. Humillimo venerata sum cum osculo Vestrae Sanctitatis Breve de XXVII. Iulii anni praesentis, quod mihi nuper reddidit Rev. Archiepiscopus Thessalonicensis, dum ex Polonia perrecturus Viennam apud me divertit. Fidelissime idem executus est pientissima V. S. mandata, exponendo mihi tenerrima Paterni affectus viscera, foutemque in Domino totius consolationis meae. Pro cuius benignitatis abundantia, quas S. V. in spiritu subiectionis et obedientiae reddere valeam, filiali pietate ac devotione dignas vix invenio gratias: effundo autem intimi cordis mei vota, quo mediante paterna sollicitudine gratiam consequi merear, ut sanctae obedientiae studiis erga Sanctam Sedem Apostolicam in angelicae S. V. erga me charitatis et benignitatis agnitione grata semper et devota existam. Mirum autem in modum in afflicto viduitatis meae statu me consolatur paternae benignitatis de me cura, praesertim nunc obstrepentibus modernorum respectuum contrarietatibus, quae non leviter me angunt. Fiducialiter igitur filialem obsequentissimumque submittens animum paternae S. V. Clementiae, quam altissimum in tribulationibus agnosco refugium, Apostolicae protectionis benignissimique V. S. affectus gratiam humillime imploro, devotissime cum osculo ad pedes Apostolicos inclinata.

Datum Nissae die VIII. mensis Octobris MDCLXXquinto anno.

Sanctitatis Vestrae

obedientissima filia
ELEONORA.

DCLVII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut cardinalem Ursinium in munere protectoris Poloniae confirmare, eique cardinalem Vidonum uti comprotectorem sociare velit. Litt. Princip. Vol. 106. pag. 34.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnique ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Inter caeteros, quos in partem et communionem Regiarum curarum mearum adsciseo viros, praecipuo illos existimo censendos loco, quos ad promovenda in Rom. Curia mea, Regni mei annexarumque Provinciarum negotia e sacro Cardinalium Collegio moris est eligere et assumere. Cui insistens consuetudini, exploratumque iam olim habens, quam solerti studio Illñus et Rñus Dñus Virginius Ursinus Cardinalis, per longam retroactorum temporum seriem, negotia Divorum olim Antecessorum meorum Regum Poloniae, a quibus in Protectorem Regni huius assumptus fuerat, tractaverit et promoverit, consentaneum aequitati meisque opportunum negotiis iudicavi, quatenus ipsum circa idem Protectoris munus conservarem. Porro rogatam S. V. cupio, ut supradictum Illñum et Rñum Cardinalem Virginium Ursinum Protectorem Regni mei agnoscat, et quidquid eidem negotiorum a me commissum fuerit, solita, id est, benigna excipere dignetur aure. Quod dum mihi fidenter a paterna S. V. erga me voluntate polliceor, una simul et longaevum S. V. Pontificatum ex animo precor, et me Regnumque meum S. V. patrocinio diligentissime commendo. Datum in arce Cracoviensi die IV. Februarii Anno Dñi MDCLXXVI.

Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
IOANNES REX POLONIAE.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, et Dñe Dñe Clementñe. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnique ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Negotia varia, quae ex hoc Regno meo ad Sanctam Sedem Apostolicam saepe devolvuntur, postularunt, ut post mortem Illñi et Rñi Dñi Marcelli S. Rom. E. Cardinalis Sanctacrucii destinarem Comprotectorem Regni mei Illñum et Rñum Dñum S. R. E. Cardinalem Vidonum, cuius benevolentia et studium in hoc Regnum meum calamitosissimo olim tempore, regnante Serñο olim Antecessore meo Ioanne Casimiro, constantissimum semper enituit, nec ullis difficultatibus aut labore labefactari potuit. Rogo itaque S. V. quatenus supradictum Illñum et Rñum Dñum Cardinalem Petrum Vidonum Comprotectorem Regni mei agnoscat, et in negotiis meis dominiorumque meorum benigne semper audire dignetur. Interim longaevum Pontificatum faustaque omnia S. V. ex animo precatus, patrociuio S. V. me Regnumque meum diligenter commendo. Datum Cracoviae die IV. mensis Februarii Anno Dñi MDCLXXVI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
IOANNES REX POLONIAE.

DCLVIII.

Idem rex a pontifice petit, ut resignationem episcopi Kioviensis acceptare velit. Litt. Princip. Vol. 106. fol. 67.

Sñe ac Bñc in Christo Pater, Dñe Dñc Clementiñc. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, meique, Regni et Dominiorum meorum humillimam commendationem. Quam anno superiori ad S. V. pro Reverendo in Christo Patre Thoma Vieyski Epo Kyoviensi interposui postulationem, eandem nunc repetendam ac innovandam censui. Supplex ille a me flagitat, quatenus hocce negotium sanctiusque desiderium S. V. impensius recommendem, alias non ignotum S. V. Non alio obtentu aut aliquo laboris tacdio supplicat memoratus Rñdus in Christo Pater Episcopus Kyoviensis a cura pastorali nutu S. V. exolvi, hocque onus cuipiam alteri capaciori committi, nisi ut hac sarcina deposita liberius expeditiusque viam mandatorum Domini decurrens, reliquum aetatis novissimorum cogitationi impendat, ad braviumque aeternitatis comprehendendum tanto facilius se praeparet. Velit igitur iubeatque S. V. Praelatum compertae integritatis aequissimi voti fieri compotem: non longe iam a suprema vitae linea abest, utpote maior sexagenario nutantique et attrita valetudine salvam nihilominus Abbatiae Plocensis, et Praeposituraе Varmiensis S. V. permittat retentionem. Non dubito S. V. paterna facilitate complexuram hoc meum postulatum: merebiturque procul dubio aures S. V. propitias, cum solo caelestium amore accensus id summopere memoratus Rñdus in Christo Pater desideret, a meque petat enixissime, S. V. iterato recommendari. Caeterum longaevum rei Christianae S. V. auguror imperium, eiusdemque protectioni me dominiaque mea commendo. Datum Cracoviae die VI. mensis Martii Anno Dñi MDCLXXVI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

obedientissimus filius
IOANNES REX POLONIAE.

DCLIX.

Archiepus Gnesnensis pontifici supplicat, ut iubilaeum dumtaxat civitati Cracoviensi concessum ad suam dioecesim et provinciam extendere, ac generalem decimarum impositionem, ab regni ordinibus bello Turcico expetitam, a clero exsolvi permittere velit. Litt. Eporum Vol. 59. fol. 107.

Sñe ac Beatñe Pater. Cum sacrum Iubileum Universale a Sanctitate Vestra pro Regno Poloniae inter civitatem Cracoviensem limitate concessum et indultum sit, expono humillime Sanctit. V. Cracoviam in confinis Silesiae et Hungariae sitam vastissimi Regni populo minime sufficere, neque fieri posse, ut plebs Catholica e remotissimis Maioris Poloniae, Russiae, Prussiae, Podlachiae oris, aliisque longe et late dissitis regionibus lucrandi Iubilei causa Cracoviam accedere possit. Miseriae etiam praesentium temporum, caritas et difficultas annonae, agriculturae necessaria diligentia, militum licentia, et undique perturbatio afflictos ruricolas, imo et nobiles multis curis et malis distractos, et sumptibus continuis exhaustos relinquere in longe distans domos suas non patientur. Proinde supplico humillime S. V., ut paterna sua charitate eandem sacri Iubilei gratiam dioecesi meae Gnesnensi impertiri dignetur, si non pro omnibus civitatibus, saltim pro civitate Lovicio in meditullio Poloniae sita, et pro civitate Gnesna, in qua Motropolitana mea Ecclesia consistit. Clementissimam hanc gratiam aeterna recolere gratitudine, ac pro longaeva incolumitate prosperisque S. V. rebus ardentissimis cum tota dioecesi mea votis rependere obstrictus vivam. Cracoviae die 6. Aprilis 1676.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus orator
ANDREAS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS.

Sñe ac Beatñe Pater. Calamitosus rerum status et vergentis in deterius patriae nostrae infortunia notiora sunt Sanctitati V., quam ut prolixe explicari necesse habeant. Cohorrescit ad nomen terroremque potentiae Ottomannicae tota Christianitas: quidni vero Polonia tot bellis malisque fracta et defessa imparem se ac proximam ruinae, nisi Deus ipse conservet, fateatur. Erigimur tamen animis, nihilque intentatum in praesentibus Regni Comitiis reliquimus, quo inclinatam publicam fortunam ab ultimo casu sublevaremus. Colligetur Serñi Regis nostri cura, ductu et auspiciis, vigore sanciti Comitiorum feliciter conclusorum, quicquid virium et virorum reliqui adhuc superest. Neque noster Ordo Ecclesiasticus fulciendae periclitanti patriae extremis opibus suis deesse poterit. Compendiosa ratio augendi aerarii proposita, et Ordinum consensu decreta est, ut nullo personarum discrimine in vim subsidii charitativi census a capitibus exigatur. Opponimus libertates et immunitates Ecclesiasticas, supremam S. V. auctoritatem, ac sacrorum Canonum religionem scuti instar praetendimus: ad extremam tamen adeo in arcto positos nos cognovimus, ut si Rempublicam ac prae primis rem Christianam salvam hisce

in aris velimus, negare id subsidium rebus afflictissimis et militiae sustentandae minime integrum ducamus. Placeat S. V., ut relaxatis pro hac vice legibus Canonicis dicta capitalis contributio e personis omnibus tam saccularibus quam Regularibus Ecclesiasticis permittatur. Quod humillime orantes S. V. felicissimum ac diuturnum rei Christianitatis imperium apprecamur, nosque Pontificiae benedictioni prosternimus. Cracoviae die 6. Aprilis 1676.

Sanctitatis Vestrae

Humillimi oratores
Andreas Archiepiscopus Gnesnensis
meo et Episcoporum meorum nomine.

DCLX.

Pontifex regi Poloniae subsidia ad bellum Turcicum prosequendum promittit, rataque habet subsidia ob universo clero eam ob rem exigenda. Reg. Brev. An. VII. fol. 127.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Invictum enimvero animi Regalis robur eximie referunt literae, quibus de strenua ad bellum adversus immanissimum hostem prosequendum constantia certiores Nos fecit Maiestas tua: repositam vero a Nobis in perspecta fortitudine tua fiducia magis ita magisque confirmarunt, ut validum inde haerenti altc cordi nostro de Christianae Reipublicae salute solicitudini solidi levaminis accesserit argumentum: similem nimirum Te tui usque futurum profecto non dubitamus, novasque sic in eiusdem amplificationem victorias tuas iure merito antevertimus. Quod autem ad subsidia, quae requiris, attinet, pro rerum ac temporum angustiis praesto usque Nos Tibi futuros, ut pro certo habeas, interim cupimus, Maiestati tuae prospera cuncta impense precantes, atque Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die ix. Maii mdclxxvi. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Eidem Regi.

Clemens PP. X. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Ex alio Brevi, quod expediri mandavimus, aperte cognoverit Maiestas tua, quanta cum animi propensione annuerimus precibus, quas pro obtinenda a Nobis necessaria ad belli subsidia ab Ecclesiastico ordine exigenda facultate humillimis ad Nos literis dedisti: fortitudinem nimirum tuam perpeudentes, eximia ab eadem in universa Christianam Rempublicam beneficia redundatura iure merito Nobis polliciti sumus: responsurum autem Te tantae expectationi profecto non dubitantes, Maiestati interim tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die xvi. Maii mdclxxvi. Pontificatus nostri Anno Septimo.

DCLXI.

Rex Poloniae ordinibus regni reginam salutis instaurandae causa ad aquas Borbonenses secedere significat.
Nuntiat. Polon. Vol. 92.

Ioannes III. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Magnifice Nobis intime dilecte. Publicae hac tempestate belli afflictioni, quae in hac hostilitatis meta exercet cor nostrum, novam Nobis Deus addidit, dum Serñam Reginam consortem nostram insolita tetegit infirmitate, et post quatuordecim gravis tertianae paroxismos ita debilitavit, ut sanitas ipsius totaliter a medicis fuerit desperata: in reliquiis morbi talia experitur symptomata, ut sanandorum, post gratiam Dei, in solis aquis Borbonensibus ultima sita sit spes, quae solae huiusmodi morbis medentur. Ad has igitur tam curiales nostri quam Leopolienses et alii medici recurrere suadent: et quamvis id contingat cum magna gravitate avelli a Nobis dimidium animae, attamen teneritudo affectus nostri, cui hac sanitate nihil carius, annuere huic suadet. Cum magna equidem distractione, difficultate et sumptu nostro, attamen voluntati Dei quis contradicat, dum aliter sors non fert tam caram salutem. Id igitur communicamus Sinceritati Vestrae, ut aliis concivibus communicet, de quorum in Nos amore confidimus, quod quemadmodum Nobis cum Republica omnis fortuna communis est, ita dolorem nostrum pro suo computare volent una cum Sinceritate Vestra, cui bonam a Deo precamur sanitatem. Datum Iavorowiae die xvii. mensis Iunii Anno Domini mdclxxvi. Nostri Regni Anno Tertio.

PONTIFICATUS INNOCENTII PP. XI.

DCLXII.

Metropolita Ruthenus catholicus Innocentio PP. XI. de adepto pontificatu gratulatur, petitque, ut nominatum episcopum Smolenscensem confirmare velit. Litt. Eῤorum Vol. 59. fol. 85.

Sñe et Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Dum Principem et Primatem oecumenicum Sanctitatem Vestram orbis Christianus salutat, atque Ecclesia militans assumptionem Sanctitatis Vestrae indicibili excipit gaudio: penetrarunt eadem gaudia cor totius Russiae obedientissimae Sanctit. Vestrae. Quapropter mihi incumbit, ut indigno S. V. super universam Russiam Vicario in gratulationes debitas prorumpere, quod dum votis, ore totoque corde praesto, una mecum gregem meum Rutheno-Romanum cernuum pedibus S. V. subiicio, ac benedictionem Apostolicam S. V. quae summa in orbe est, imploro. Et quia primae gratiae alioquin concessibiles ex clementia S. V. non denegantur, eo audentius humillimam meam interpono instantiam pro Rño fratre Alexandro Michaele Galinski Canonico Regulari, a prosapia, virtutibus, doctrina et effectu erga hanc Russiae meae Unionem Sanctam commendatissimo, quatenus ille, factus iam nominatus Suffraganeus, Episcopatus Smolenscensis benedictionem ac institutionem S. V. per Secretariam Brevium obtineat. Et licet Episcopatus iste Smolenscensis est in manibus Ducis Moscoviae, quia tamen centena millia animarum Ritus Latini, in eodem Palatinatu ad confinia Magni Ducatus Lithuaniae sito, reperiuntur, et haereditates magnas praefatus Dominus nominatus Suffraganeus Smolenscensis contiguas praedicto Palatinatui Smolenscensi habeat, per illas animas illarumque salutem instantissime rogo Sanctitatem Vestram, ut praeficiatur curae illarum animarum Revñus Alexander Michael Galinski, quem impensis votis et supplicationibus dum S. V. commendo, simul me gratiae Sanctitatis Vestrae aeternum devovens, devotissimis osculis pedes S. V. lambo, maneoque quoad vitam superstes — Datum Vilnae die 3. mensis Maii an. 1676.

Sanctitatis Vestrae Dñi Dñi mei Clementñi

Humillimus, devotñus et obedientñus filius et servus
Cyprianus Zochowski Archiepiscopus totius Russiae et Polocensis.

DCLXIII.

Abbas Paradisiensis pontifici significat, regem et clerum Poloniae votis suis obsecundantes seminaria clericorum vel erecta, vel erigenda ad instar seminariorum s. Caroli Borromaei patribus s. Vincentii de Missione vulgo dictis dirigenda traditurus. Litt. Diversorum Vol. 56. fol. 138.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Inter oborta Christiano orbi felicitatis gaudia de auspicatissima Sanctitatis Vestrae inauguratione me etiam gratulantium turbae prociduum ad Beatissimos pedes immisceo. Ille ego sum, qui non ita pridem circa festa paschalia anni istius debiti cultus venerationem exhibui S. V., et aliquoties paterne a S. V. acceptus reliqui imaginem Serñi Ioannis III. moderni Regis Poloniae. Redux tandem ad patriam, ac ad Regium delatus conspectum exposui luculentissime zelum S. V. quo flagrabat pro iuvanda patria nostra; retuli quid scripserit ratione decimarum ex Italia pro Polonia destinatarum ad Eñum Cardinalem Archiepiscopum Toletanum, et quomodo lachrymis non temperarit, me vel leviter tangente calamitates Regno istius; insinuavi S. V. aestimationem Regiae personae, affectum in totam gentem, singulariter in personas Ecclesiasticas, illas praecipue, quarum tum promotio in Curia Romana agitabatur; tandem innui ardens S. V. ad exemplum S. Caroli Borromaei Seminariorum excitandorum sub directione Missionis de Monte Citorio studium, tanquam unicum formandi Cleri, ac exinde corrigendi populi medium. Plura alia dixi, quae ne sim prolixior omitto. Quibus Rex avidissime auditis, de aetate aliisque attributis S. V. diligentius perquisivit, admiratus unde tanta vis beneficentiae in gentem remotam ac immeritam promanaret. Ad maiorem vero dictorum expressionem, quia plures icones S. V. ex Urbe allatas habebam, unam ex illis in tela depictam tradidi

Serenissimo, qui illam, quamvis tum adhuc constaret de vivente Pontifice, in primaria cubiculi parte appensam ac venerationi expositam circumferebat, et circumfert semper, ratus sublimioris genii dictamine cunti sibi ad castra validi instar praesidii futuram. Addidit Rex hac eadem occasione vota, et non vana auguria supremae dignitatis gradum Sanctitatis V. ominantia. Auctus Magnatum, militum ac gentis totius applausus, qui iam divina providentia ad solatium Christianitatis felicissimum maturuit ad eventum. Haec eo fine insinuanda putavi, quatenus sciat Poloniam tot nominibus obligatam prolusisse electioni S. V., tum quod cultus Divinus nunquam in his partibus efficacius promoveri poterit, quam sub auspiciis illius, qui antequam summus in terris Dei Vicario crearetur, iam omnium desideriis tamquam communis Pater expetebatur. Ante aliquot annos inchoatum est in hac civitate Varsaviensi Seminarium, frequenter conveniunt viri Ecclesiastici etiam ex illustribus familiis, ut imbuantur spiritu pietatis, et se ad omnes functiones, quae vocationem hanc decent, reddant idoneos; unde nonnulli prodiere virtutibus insignes et dignitate conspicui: quam sane institutionem utilissimam hic florere incipientem cura et laboribus dictorum Sacerdotum Congregationis Missionis confidunt omnes boni futuram alterum veluti obiectum paterni affectus, quem S. V. in nostram praefert Poloniam. Dicam enim cum summa quam erga S. V. exprimere possum reverentia, et cum ea simplicitate, quam olim in me non est dedignata, nihil in hoc Regno fieri posse efficacius ad restituendam avitam pietatem, retinendam venerationem et omnimodam subiectionem in Sanctam Sedem, atque proinde impetrandos faustos belli eventus, quam huic Seminario in meditullio Regni, in oculis Principum et Procerum, in theatro confluentis populi in perpetuum providere, cum vix piorum quorumdam eleemosyuis susteutatum fuerit: quasi Deus insigne meritum hoc ac gloriam S. V. reservasset, ut nobis Clerum per omnia exemplarem sua providentia redderet, atque in toto Regno, cuius fidem Religionemque proprii aeris copiosa largitione tuetur adversus infideles, morum sauctimoniam haud parum iniquitate temporum labefactatam renovaret, Divinique cultus honorem augeret. Quod dum providae ac intentae ad propaganda Ecclesiae Dei incrementa S. V. expono menti, ad eiusdem sacros pedes iterum devotissimo cultu procumbo.

Sanctitatis Vestrae Dñi mei Clementissimi

Varsaviae die 21. Octobris 1676.

Indignus exorator
Casimirus Sczuka Abbas Paradisiensis.

DCLXIV.

Narratio authentica victoriae, quam Ioannem III. rex Poloniae a Turcis et Tartaris retulit, per nuntium apostolicum Innocentio PP. XI. transmissa. Nuntiat. Polon. Vol. 92.

Relatione della breve e gloriosa campagna di Giovanni III. Rè di Polonia contro li Turchi e li Tartari, scritta dal campo Regio di Zorawna in Pocutia sul Neistro li 21 d'Ottobre 1676.

Grandi e gloriose in vero saranno eternamente con stupore memorando stimate nell'universo l'intraprese, e le geste di Giovanni Terzo tanto prima, che doppo la sua elettione al Trono della Polonia; ma tutto insieme però ben ponderato e ristretto pervenir non potrebbe mai alla meraviglia di quel che di più magnanimo, e poi di più aveduto e di coraggioso, et insieme di più saggio e di resoluto ha fatto egli relucere in sua persona nella presente campagna. L'historie de secoli andati non ci han descritto sin hora l'idea d'un Capitano e d'un Principe di perfettioni si scielte, onde lasciando à i volumi interi il narrar la serie di tante heroiche prerogative, basterà hora di palesare con purità di racconto quel che di più stupendo è seguito in questa campagna.

Solennizata che fu à Cracovia nell'inverno decorso la Coronatione del Regnante con quelli applausi et acclamationi, che dilataronsi insino alle più remote parti dell'Universo, con successo non men felice terminò la Dieta generale, in cui la Maestà Sua con inarrivabil sagacità e discernimento publico la distributione di tutte le cariche e dignità che vacavano, tanto Ecclesiastiche che Secolari, aggiustò e pose fine alle più esacerbate contese, che vertevano trà i principali Signori del Regno. Scrisse di proprio pugno e fece leggere in Dieta li motivi et i mezzi d'alleviar la Republica, et havendo dato la norma di mantenere in piede tanto in tempo di pace, che di guerra considerabili forze con pochissimo aggravio publico, stabilì finalmente d'universal consenso della Dieta di venirne all'esecutione col formare un esercito di sessanta mila huomini, cioè di tre mila Husari, dieci mila Loricati, tre mila Valachi, mille Reitari, quattro mila Dragoni, quatro mila Cosacchi, mille Aiduchi, dodici mila Fanti di

milizia forestiere, altri dieci mila da contribuirsi dal Regno à ragione d'un soldato per ogni trenta fuochi, et in oltre dodici mila huomini, che la Lituania obligavasi à mantenere nella sndetta forma e maniera. E perche fu unanimente risoluto nel mese di Marzo, che per il primo di Giugno tali milizie dovessero esser all'ordine per marciare ovunque da i Generali del Regno sarebbesi giudicato opportuno, furono per ciò deputati senza ritardo gl'esattori per li Palatinati ad effetto di providere abbondantemente, e per il tempo all'attiraglio del canone, e di havere in contanti la paga di sei mesi per tutto l'esercito, et in fine fu stabilita la falcidia delle sudette militie per applicare quel denaro alla sussistenza degl'Uffiziali.

Da consenso si unanime per Constituzioni si salutari non poteano presagirci che avvenimenti di somma felicità, e già dal Rè di Polonia s'andavano formando vasti progetti per l'avantaggio e la gloria della Religione e del Regno, quando adunate le Dietine ne i Palatinati sentissi con gran rammarico il discioglimento d'esse senza veruna resoluzione à cagione d'un falso rumore, che da i nemici della Corona s'era andato spargendo in ogni Provincia, cioè che la Pace fosse di già conclusa con gl'Infedeli, e che perciò un esercito cosi grande resterebbe impiegato per altra guerra pregiuditievole alla Polonia. Intanto havutosi avviso, che Ibraim Bassà, avvicinatosi al Danubio con forze ponderosissime per proseguir la marcia à i danni della Polonia in risarcimento di quella fama, che haveva persa nella campagna decorsa, era stato assalito da morte quasi improvisa, si seppe poco doppo che all'imperio di tant'esercito era succeduto Saitan Bassà con augumento di molte truppe venute sin dall'Affrica, dalla Mesopotanea, e dall'Asia Minore sotto il comando di diversi Bassà, e nell'istesso tempo s'apprese la venuta del Ham dei Tartari con li due figli, insieme con li Sultani Galgas e Nuradino con tutti gli Agà e li Mursà della Crimea.

Il Rè che con la sua vigilanza et avvedutezza inesplicabile haveva molti poco prima inviati diversi partiti sotto la direttione e comando d'esperti Capitani per iscoprir gl'andamenti dei nemici, e liberar nello stesso tempo il paese dalle loro incursioni, desolationi et incendii, pensò anche ad impedir l'unione di due potenze si formidabili coll'incendio del grande e forte ponte che i Turchi haveano fabricato in sul Neistro sopra le barche, il che reuscì all'hora si felicemente, che ne seguì il disfacimento totale di doe mila Turchi e cinque mila Valacchi, che vi furon trovati alla guardia, conforme da altra banda, e da altro partito erano poco prima stati tagliati à pezzi cinque mila e più Tartari: mà la potenza e numero insuperabile di quelli Infedeli, havendo in pochi giorni rifatto un nuovo ponte, rese impossibile impedir l'unione di due armate, che avanzatesi prestamente nel Regno occuparono diversi luoghi; fecero gran nnmero di schiavi, e minacciavano di già l'esterminio dei popoli di diverse Provincie, quando li Generali del Regno conoscendo il pericolo grande, à che trovavasi esposta la Polonia, pregorno unitamente Sua Maestà di voler pigliar ella stessa il comando assoluto dell'esercito.

Non è solito in Polonia che i Rè doppo la coronazione marcino all'armata contro i nemici del Regno senza la Nobiltà dei Palatinati, nulladimeno Sua Maestà, vero padre della Patria, che molto ben conosceva quanto in pericolo sì imminente si richiedesse la sua presenza, e quanto nel tenere accampato sotto Leopoli esercito cosi debole, havrebbero potuto quelli Infedeli scorrer impunemente da ogni banda alla desolazione di tutto il Regno, risolse di mettersi egli medesimo in marcia alli 20 del decorso, havendo dato il comando dell'ala destra al Palatino di Russia, Generale di campagna, quello della sinistra al Generalissimo di Lituania, con riservar per se il corpo maggiore col Principe Demitrio Generalissimo di Polonia.

Tre gran giornate di marcia passando il Neistro e lo Stri in somma diligenza fecero avvicinar l'armata Regia à tre leghe dal nemico quasi improvisamente, e poco doppo l'arrivo dei Commissarii di Sua Maestà per la pace, che in numero di sette erano partiti di Leopoli alli 16 di Settembre verso la città di Brzezany, per portarsi di là all'armata Turchesca, subito che gl'ostaggi per la lor sicurezza fossero arrivati, e ricevuti nella sudetta città dal presidio Polacco.

Arrivati al luogho del campamento avanzossi il Rè per esaminar da se stesso la situazione, e scelto un luogho sicuro in una pianura in sul Neistro, tra stagni, tra paludi et altri piccoli fiumi, et havuta contezza del campamento dei Turchi e Tartari, si mise in marcia Sua Maestà alla volta loro due hore avanti giorno alla testa di tutta la cavalleria con haver prima lasciati gl'ordini necessarii per la sicurezza del campo, ove restava l'artiglieria, l'infanteria e bagaglio.

Doppo d'un hora e mezza di marcia havendo inteso il Rè, che tre mila e più Turchi davano assalto vigoroso ad un forte castello, à dove s'erano refugiati molti villani et altra gente con quantità

di mobili e di bestiami, spedì in uu subito il Principe Cavaliere Lubomirski con dieci compagnie di Loricati per riconoscere il nemico, et in caso di bisogno per darli adosso, il che il Principe essequì con tanto valore, che nou ostante la gran diffesa de Turchi, che durò alcunc hore, ne uccise effettivamente più di mille trecento, ne fece sopra à cento prigioni con molti Tartari, e mettendo il restante in fuga salvò il castello, che già era in sul punto di rendersi, non havendo preso de suoi che cinque ò sei dei migliori soldati.

Con questa bella vittoria ritornandosene il Principe all'esercito, si trovò chiuso un passaggio da trenta mila Tartari, de quali egli schivò ogni iusulto col soccorso, che la diligenza e cura ben grande del Rè l'inviò prestamente di dodici compagnie di cavalleria, e di poi d'altre otto, le quali attirando dietro di loro quel gran numero d'Infedeli s'iucominciò sul mezzo giorno una sciaramuccia, che per ordine di Sua Maestà fù leggerissima sino alla sera dalla banda dei Christiani, à fine allettar quei Barbari ad inoltrarsi, e lasciar dietro loro il passaggio stretto, il che essendo seguito felicemente, spedì il Rè il Palatino di Russia con venti compagnie per assalirli, onde datisi essi precipitosamente alla fuga, ne fece il Palatino grand'uccisione al sudetto passaggio, couducendo molti prigioni, e tra essi diversi Mursà, l'un di quali in età di venti anni era proprio nipote del Cham de Tartari.

Ritornato il Rè con si fausto principio al suo campo, ordinò di trincierarlo providendo benche il nemico verrebbe à quella volta il giorno seguente, conforme la mattina in sul far del giorno incominciorno li Tartari à comparire in cosi gran numero, che Sua Maestà andò disponeudo in battaglià tutta l'armata; mà tanto in quella giornata che nella seguente del Sabbato non seguiron che sciaramuccie, con morte però si considerabile di Tartari, e con la ritirata loro si combattuta, che la Domenica non si lasciarono vedere che nei quartieri dei Turchi, i quali avanzatisi à fronte del campo Regio sopra d'una collina andavano spiegando e disponendo i loro padiglioni, il cui infinito numero ricava tanto stupore, quanto meraviglioso appariva in quella notte lo spettacolo di loro sito, che con quei de Tartari che occupavano di faccia una legha e mezza di paese.

La mattina Luuedi lasciata l'Infedeli la collina s'avanzarono al piano piantando quivi li padiglioni nello stesso tempo che tutte le loro forze stavano ordinate in battaglia.

L'armata Regia fatto anch'ella lo stesso fuori delle trinciere, che già erano in buouo stato conforme lo erano le ridotte avanzate col cannone bene in ordine, si diede principio à battersi in sette luoghi differenti; mà non essendo stato pensiero nè degl'uni, nè degl'altri iu quel giorno che di vedere e farsi vedere, seguì il tutto assai leggiermente per otto hore contiuue, il canone solamente fatta strage non piccola di Turchi e Tartari, gli fece per dispetto avanzar tutti insieme al tramontar del sole contra l'armata Christiana.

All'hora il Rè col suo animo intrepido giudicando bene di prevenirli, inviò ordini ben precisi à tutta la faccia dell'esercito, il quale si mosse in un subito con tanta furia, et iu si bella ordinanza, che allo sparo del cannone, della moschetteria e delle pistolle, et al rumor de tamburi, dei timpani, delle trompe e d'altri guerrieri strumenti con le strida ben grande delli soldati furon quelli Infedeli fatti ritoruar precipitosamente, e con ritorno ai loro posti uel tempo, che un renigato, entrato furtivamente nel campo Christiano, fu per grazia divina sorpreso nel punto istesso di voler mettervi il fuoco col favor d'un gran vento.

Delusi i Turchi dei loro disegni, e vergognosi della loro fuga si presentarono la mattina 29 in battaglia più numerosa e più viciua del giorno precedente al campo Regio. Il Rè havendo fatto lo stesso, avanzando anche di vantaggio l'esercito mirabilmente disposto, scrisse uua lettera risentita alli Commissarii rimproverandoli la lor tardanza à coucluder o disciogliere il Trattato; et un altra ne scrisse al Cham de Tartari per fargli intendere, che Saitan Bassà doppo d'haver fatte proposizioni di pace, havendo ricusato d'acconsentire à un' armistizio conforme lo dimandava il Generalissimo di Polonia, s'era il Rè trovato costretto di venire in persona alla testa dell'armata, per concluder prestamente la pace, o continuar determinatameute la guerra, havendo rimesso nelle mani e voler di Dio il buono o sinistro evento delle sue armi.

Da questa lettera irritati quelli Infedeli, si mosse inverso la sera un'gran partito di Tartari ad attaccar l'ala destra del campo Regio, e s'inoltravano tutti i Turchi con il restante dei Tartari ad assalire la siuistra con vigor cosi graude, che il sol coraggio del Rè, e la sola sua sperienza e providenza meravigliosa potevan esser capaci à remediare alla confusione, che un si grau numero d'Infedeli era

all'hora per eagionare. Sua Maestà correva da per tutto dando da per se solo gli ordini, e disponendo quanto oeeorreva senza verun risparmio della sua vita, poiehc oltre à una infinità di palle che fisehiavano ad ogni momento vieino alla sua testa, furon feritc genti ehe erano à canto alla Maestà Sua, e li oreeehi del suo eavallo furon feriti di mosehettata. Finalmente fu eosi grandc il valor nei regii soldati, e principalmente nei Cosaeehi, animati tutti da un tanto Rè, che se la notte non si fussc resa sì scura, poteva forse quel giorno di San Michele rendersi memorando alla posterità, mentre in un sol hora di combattimento havendo li Christiani obligati quelli Infedeli à fuggire eon la solita preeipitazione e vergogna, si seppe il giorno seguente per via delli Rcgii Commissarii, che in quel conflitto erano restati morti più di seieento Turehi, una infinità di feriti, e ehe lo spavento era assai grande in qucl eampo per la morte seguita d'un Bassà e di molte persone di noto, che in tutta quella notte stettero i Turehi in arme, et à eavallo per tema d'esser sorpresi da un sì grande Rè, la reputazione del cui solo nome arreeava loro terrore.

Sbigottiti dunque li Turchi per il sinistro evento del precedente eonflitto, mà non volendolo mostrare, anzi ostentando eon il disprezzo il loro fasto c potenza, procuraron ehe il Cham de Tartari insieme eon li Sultani Galgas c Nuradino faeessero intendere al Rè esser molti disgustati, ehe ei non si fusse servito della loro mediazione, e ehe per ciò i Turchi non solo non moderebbero verun punto delle loro pretensioni, mà anzi rieusarebbero di trattar più di paee, che prima non si venisse à un generale fatto d'armi.

Il Rè che molto ben eonoseeva le loro astuzie stimò ben di diluder l'arte con l'arte, serivendo à i Commissarii una lettera ostensiva del seguente tenore: Già che i Turehi diehiaransi di non voler trattar più di pacc scnza di venir prima ad un gencral fatto d'armi, voi li farete sapere, ehe Noi non siamo venuti qui, ehe per eseguir prontamente l'una e l'altra delle due risoluzioni, e ehe essendo seorsi hora mai molti giorni, che Noi li stiamo attendendo, potran veuire quando à lor piaee. Per quello poi ehe eoncerne l'Ucraina, Noi non sappiamo eon qual fondamento essi s'arrogano quella Provincia, già che il Cosaeeho Doroseneo, da eui pretendono havcrne la eessione, è un traditore, datosi à i Moscoviti, à i quali egli ha portato lo stendardo di Machometto, ch'essi ealpestrono in publica piazza. Onde se i Turehi pretendon da quell'huomo eosa veruna, che s'addrizzino ad esso, e non all'Ueraina, il di eui Generalato habbiamo Noi confcrito al Signor Hohoul, persona di valore e à Noi fedele, e il quale Noi non laseieremo mai di proteggere. Del resto ehc più non s'aspettino alcun messaggio per parte nostra, mentre contr'ogui Ius delle genti e furor d'ogni humanità hanno spogliato l'huomo, che i nostri Commissarii havevan spedito per venire à trovarci. E se la loro pretensione è di non venire presto alla risoluzione del trattato, dite pure loro liberameute, che vi rimandino à Brzezany, addove i loro ostaggi li saranno fedelmente restituiti.

Volumus praeterea vias et flumina publica, nec non commercia et negotiationes mutuas per Regna et Provincias nostras omnibus et siugulis regnicolis, provincialibus et subditis nostris tam terra quam aqua utrinque libera esse, nec ullis unquam interdictis, arrestationibus, seu repressaliorum concessiouibus impediri, sed utriusque Nostrum subditos iu alterius Regnis et Dominiis libero transitu, ac fide publica, quam salvumconductum vocant, non minus quam proprios cuiusque subditos gaudere, uti ac frui posse et debere. Neque denique cuiquam Nostrum, aut his, qui Nobis subditi sunt, querelas et actiones suas, si quae iam sunt, vel futuris temporibus oboriantur, aliter quam mediante Iure prosequi liceat.

Ut autem omnes vel protelatae, vel denegatae iustitiae querelae tam inter Nos, quam subditos nostros hinc iude praecaveantur, sed cuique expeditum ius et iustitia summarie et de plano administrari, eiusdemque debita executio effectualiter obtineri valeat: convenimus et concordavimus, quod si quis Nostrum vel unius Nostrum subditi contra alterius unum, vel plures privatos subditos actiones sive personales, sive reales intentarent, tunc semper pars ageus forum et iudicium ipsius rei sequi debeat, et quod in personalibus iniuriarum, violentiarum, super spoliatione seu similibus Iudex permissione subitarii Iudicii, citra dilationum et exceptionum admissiouem, Actori forensi simplici et plano iustitiae complementum facere; in realibus vero secundum unius cuiusque ditionis consuetudinem ita procedere teneatur, ut quilibet citra dilationem iustitiae executiouem obtinere queat, id quod per superioritates et Magistratus fideliter provideri et dirigi par est.

Quod si alter Nostrum contra alterius provinciam vel communitatem aliquam, vel vicissim provincia, communitas vel privati subditi unius Nostrum contra alterum ex Nobis, vel eius provinciam seu communitatem privatas aetiones praetenderent, tunc causae huiusmodi coram alterius Nostrum, sub quo pars rea degit, consiliariis seu commissariis per eundem iuxta partium conditionem et causarum exigentiam, non minus septem numero designandis, summarie audiri, et vel amicabiliter componi vel iure mediante determinari et executioni demandari debeant.

Porro si inter Nosmet ipsos Reges, seu forsan Regna et Provincias nostras tum metarum et terminorum, tum commerciorum, seu quarumlibet aliarum tam veterum, quam uovarum causarum, iurium vel obligationum occasione querelae, gravamina et controversiae suborientur: tunc alter Nostrum, qui vel cuius Regnum seu Provincia ius vel querelam praetendit, alium per nuntios vel literas suas amicabiliter informare, ac pro tollendo, sarciendo amovendoque gravamine admonere et requirere debet. Quod si obtinere nequeat, tunc quilibet Nostrum statim intra duorum mensium spatium, a facta amicabili requisitioue, tres consiliarios suos e Proceribus Regnorum Hungariae, Bohemiae, Moraviae, Silesiae, et vel ex aliquibus harum, prout quodque negotium ad aliquam harum provinciarum pertineat, vel etiam ex omnibus, pro exigentia et gravitate negotii, ab una Regnique Poloniae et Magni Ducatus Lithuauiae, ab altera partibus ad convenientem diem et locum, per partem laesam seu querulantem nominandum, semota omni excusatione mittere debeat. Qui utriusque Nostrum consiliarii summam imprimis diligeutiam adhibeant, quo huiusmodi querelae, gravamina et controversiae inter Nos, Regna et Provincias nostras amicabili compositione transigantur: ea vero non succedente, tunc lacsa pars sive agens coram praedictis sex consiliariis actionem suam statim ipso die iuridice exhibendi potestatem habeat idque duplicatis scripturis, quarum unam consiliarii penes se retineant, aliam vero parti reae transmittant, quo facto pars rea responsum suum, etiam scriptis duplicatis saepedictis consiliariis vel ei, cui ex illis hoc demandatum fuerit, iutra spatium proximorum duorum meusium, a transmisso actionis libello, mittere

teneatur, ut scilicet actor replicas, reus vero duplicas suas, ac praeterea utraque pars tertiam quoque conclusionem et submissivam scripturam, de bimestri in bimestre duplicatis, ut praefertur, scriptis offerre queat, eo sane modo et ordine utrique parti transmittendis, sicut de actionis libello demonstratum est. Oblatis tandem successive ab utraque parte duplicatis trinis scripturis, in quibus utrinque omnia iura sua explicabunt, sex illi commissarii partibus ad promulgandam sententiam inter proximum sequens bimestre diem ad eum locum, ubi causa primo agi caepit, indicent: quo loco et tempore partes per procuratores suos pleno mandato suffultos comparere, illicque et ipsi consiliarii convenire, ac diligenter visis scriptis, et discussis actis totius causae, partes rursum ad concordiam et amicabilem compositionem invitare et cohortari, nihilque in eo operae et diligentiae intermittere debeant: quam si ne tunc quidem inter partes obtinere queant, statim ad ferendam sententiam procedant, ac id quod iuris et iustitiae fuerit, cognoscant et decernant. Quod si supradicti consiliarii de ferenda sententia, sive interlocutoria, sive definitiva fuerit, concordare non possint, tunc toties, quoties opus fuerit, arbitrum communi voce deligant, vel per quamlibet consiliariorum partem, duabus idoneis personis propositis, ex iisdem sorte constituant: cuius partes sint huic consiliariorum opinioni, quae et iuri et aequitati magis consona videatur, subscribere, eandemque laudare et approbare. Quidquid autem per ipsos consiliarios nostros, seu maiorem eorum partem separatim, vel per eosdem vel arbitrum coniunctim decretum et pronuntiatum fuerit, id ratum firmumque mancat, ac statim debitae demandetur executioni, remota omni plane appellatione, supplicatione, reductione, in integrum restitutione, aliisque iuris beneficiis et remediis, etiam motu proprio concessis, obtentis non obstantibus. Debent autem consiliarii per Nos pro tempore deputandi, nec non et arbiter ipse per Nos, et quantum ad quemlibet Nostrum spectat, ab obedientiae et iuramenti debito ad eam causam tantum absolui, ac pro administranda iustitia novo consuetoque iuramento obstringi. Quod si pendente lite unus vel plures ex ipsis consiliariis mortem obirent, tunc in demortuorum locum, prout ad quemlibet Nostrum pertinebit, alios semper surrogabimus. Ipsi quoque consiliarii non plures scripturas admittant, aut terminos alio modo, quam supra dictum est, prorogandi aut alterandi potestatem habeant, sed forma et modo illis concesso procedant, excepto casu, quo partes testes producere necesse haberent, tunc ipsi consiliarii iurisdictionem suam prorogandi potestatem habeant, tantisper donec testes eius causae conscii, secundum iuris dispositionem, legitime producti et auditi fuerint, ita tamen ne ulla minus necessaria prorogatio quaeratur vel admittatur, sed omnes testes ad unum diem et terminum, quantum fieri potest, audiantur, a publicatis attestationibus non nisi unica scriptura a qualibet parte recipiatur.

Proinde quo magis Regna, Principatus et Dominia nostra ab omni bellorum, depraedationum, latrociniorum hostilitatisque periculo libera, secura purgataque esse queant, conventum inter Nos est, quod nullus Nostrum alterius, seu Regnorum, Provinciarum vel subditorum suorum diffidatores, hostes, homicidas, raptores, seu damnificatores, nec non profugos cuiuscunque conditionis, sive ecclesiasticos sive saeculares, item rebelles subditos, quicunque in alterius Nostrum Regnis et ditionibus reperti, denuntiati, vel per Nosmet aut officiales nostros pervestigati fuerint, nequaquam amplius fovere et assecurare, multo minus vero per subditos nostros ullo hospitio, auxilio sive receptatione quocunque praetextu, directe vel indirecte, publice vel occulte recipere, iuvare vel intertenere debeat: sed ubicunque huiusmodi grassatores, raptores, diffidatores et damnificatores ubilibet in praefatis Regnis et ditionibus nostris deprehensi fuerint, contra eos iussu nostro et directione atque accurata diligentia officialium utrobique parti laesae atque deferenti iustitia immediate atque irrecusabiliter permitti atque administrari, aut etiam citra partium requisitionem de iis ut communibus hostibus a Capitaneis et Magistratibus ubicunque ex officio inquiri, insequi et poenaliter procedi debeat. Casu autem quo aliquis ex officialibus, aut subditis nostris propter receptationem, assecurationem vel defensionem antedictorum diffidatorum, aut omissionem antedictorum diffidatorum iusecutionis, captivationis sive animadversionis scienter contravenerit, in tales utrobique sive delati a parte altera, sive alias vero simili suspicione deprehensi forent, capitali supplicio irremissibili debet animadverti.

Quod si alterius Nostrum unus vel plures incolae vel subditi alteri Nostrum, seu Regnis et Dominiis nostris generaliter, vel singularibus personis, incolis et subditis privatim hostilitatem denunciaverint, tunc statim Praefectus, Capitaneus aut officialis illius loci sive districtus, cui diffidatio indicta est, Generales, Praefectos et Capitaneos Regnorum et Provinciarum alterius Nostrum, sub quo tales diffidatores degunt, ea de re certiores reddere, ipsisque exemplar diffidatoriarum literarum transmittere debeat, quo accepto, praefati Praefecti et Capitanei diffidatores pro publicis hostibus iudicare, publicare,

promulgare, omnibusque et singulis incolis, cuiuscunque ordinis et conditionis extiteriut, eorum consuetudinem interdicere, et ne a quoquam hospitio recipiantur, aut consilio, auxilio sive re ulla alia iuventur, prohibere et cavere, bonaque diffidantium applicare fisco et camerae Regiae, ac proiude in hospites, socios, conscios et complices pari quoque severitate animadvertere teneantur, ignorautiae excusatione universis penitus sublata. Quodsi quispiam Praefectus, Capitaneus, aut Magistratus in huiusmodi casibus subitam iustitiam administrare cunctaretur, aut etiam alias ex officio, inquisitione, insecutione et animadversione debita non procederet, tum tales nostrae punitioni immediate obnoxii et rei esse debeant.

Ut autem praecipuus diffidationum et grassationum fons, quo huiusmodi latrocinia imprimis aluntur, e medio tollatur, coerccaturque licentia et impunitas receptandi hostes, praedones et diffidatores: serio inter Nos convenit, ut omnes promotores, detentores, receptatores, complices dictorum faciuorosorum homiuum, qui vel notorietate facti, vel ex veraci deuuntiatione spoliatorum, aut ex fuga captivorum (modo tales captivi aut spoliati bouae fidei et iutegrae famae sint) sive aliis tam manifestis iudiciis, ut ulteriori probatione res non egeat, convicti vel deprehensi forent, iisdem citra ulteriorem purgandi sui admissionem et concessionem spoliatis et damnum passis ad restitutionem et satisfactionem probabilium damnorum de bonis suis teneautur, aut si solvenda non sint, secundum qualitatem delicti corpore luant. Quod si tales etiam patrati criminis conscii vel complices essent, et ad illata damna caedemque evidentem causam scienter praebucrint, iidem non tam parti ad restitutionem damnorum, ut iam praemissum est, teneantur, quam ut superioritatis suae cognitioni ad sumendum de eis pro modo delicti supplicium citra evasionem subiaceaut. Si vero aliqui receptatorum aut complicum non omnino manifestis indiciis, nec apertis captivorum confessionibus, sed alias delati, et de tali facinore suspecti potius, quam convicti fuerint, contra tales tam ex delatione damnificatorum vel alterius superioritatis officialium, quam ex officio per Capitaneos aut Magistratus eius Regui, aut ditionis, iu qua fuerint, hac tamen conditione, differentia sive moderatione debet procedi, ut si forent nobiles, aut possessionati cives antehac in talibus non infamati, neque ullis prioribus confessatis suspecti, tales in casu negationis sese proprio eorum iuramento coram supremo eius ditionis Magistratu publice de huiusmodi infamatione exonerare et purgare queant. Si vero iidem anterioribus infamiae aut confessatorum praeiuditiis notati, aut semimanifesti forent, ita tamen ut huiusmodi confessata non omnimode certum facti indicium praebere possent, tales etiam ad purgationem sui medio iuramento etiam tertia mauu integrae famae possessionatorum vicinorum admitti, aut si iu utroque casu in purgatioue sui defecerint, debitae capitis animadversioui subiici debeant. Quod si quis ex Regnis et Provinciis nostris ausu temerario contra ius et aequitatem, ac publica mutuaque Reguorum nostrorum foedera in alterius Regna vel ditiouem excursionem et irruptionem faceret, atque ibi mercatores et vectores depraedaretur aut detineret, homines occideret vel abduceret, pecora abigeret, incendio saeviret, aut alio quovis modo damnum et iniuriam inferret, et patrato nefario scelere rursum se domum vel cum praeda securus, vel fugiens insequentium manus in hospitia consueta et solita diverticula reciperet, tum in eo Regno Praefecti illius territorii vel districtus, et omnes incolae totaque vicinitas, mox ut a damnificatis et iniuriatis, seu quibusvis aliis hostem, praedonem et communium foederum violatorem insequentibus commonefacti evocatique extiterint, debeaut laesis ferre opem, adesse in armis fortiter et graviter insequi, et inquirere noxios et turbatores pacis publicae et tranquillitatis. Et si sui tuendi causa in aliqua castra et fortalitia, vel loca abdita, seu natura munita profugerint, acrius ac diligentius insistere, et ipsos et eorum hospites, socios, conscios complicesque obsidere, oppugnare, et ita omnes ad deditionem urgere, ad debitum supplicium trahere, et ad restitutionem recompensationemque damnorum illatorum cogere teneantur. Si qui autem negligentiores et remissiores iu differendo offeusis auxilio et iu prosequendo hostes et damuificatores sese exhibuerint, hi sciant, se iudignationem nostram et severam animadversionem irremissibiliter incursuros esse. Si vero contiugeret, aut per subordinationem Superioritatis, aut alioquin per damnificatos atque diffidatos contra praemissos damnificatores, diffidatores, malefactores, receptatores aut complices captivandos, sive etiam iam tunc captivos et convictos in alterutrius Regnum et ditionem pro imploratione iustitiae mitti, iidem imploratores non solum ad executionem iustitiae pro ratione delicti cum omnibus in tali facto necessariis admitti et provideri, verum etiam tam in loco administraudae iustitiae, quam in reditu ad propria omnimode tuti atque assecurati esse debeant: casu etiam quo in alterutrius Nostrum Regno et ditioue aliquis ex nobilibus, aut aliis zelo honestatis et studio supprimendorum publicorum malefactorum, aut iussu Magistratuum, aut motu proprio huiusmodi publicos praedones et grassatores insequeretur, idque sibi a

quoquam, ut inhoncstum exprobraretur, talis exprobratio nulli cuiuscunque status ullum honoris sui discrimen, imminutionem et praeiuditium aliquod generare qucat: sed exprobrator ad revocationem probri una cum aliquali carceris punitione et restitutione impensarum cogi, atque lacsum rogare debet, ut sibi talem iniustam imputationcm propter Deum remittere velit.

Cum denique Nostra Regnorumque et Provinciarum nostrarum maximopere intersit, ut in Regnis et Dominiis nostris bonam eandemque iustam habeamus monetam: quamobrem pro bono communi utrinquc curabimus et efficiemus, ne illegitima, prava et reproba moncta in Regnis et Provinciis nostris cudatur recipiaturque. Quod si hac ex parte quaestio inter Nos incideret, agemus quantum opus fuerit cum Ordinibus Regnorum Provinciarumque nostrarum, atque eorum assensu commissarios nostros utrinque deputabimus, qui habita ratione communium Regnorum Provinciarumque nostrarum eas tentent ineantque rationes, quibus vel eadem bonitate et valore utrobique moneta cudatur, vel diversarum monetarum, prout quaevis vel melior, vel deterior reperta fuerit, iustum semper pretium aestimatioque constituatur. Id quod de sale utrinquc Nostrum in alterius Regna et Provincias educendo pariter cautum esse volumus. Quod si tamen hac res vel altero, vel utroque casu inter communcs nostros commissarios transigi nequeant, tunc salvum liberumque semper utrinque Nostrum esse debere et de moneta et sale suo statuendi, id quod cuiusvis ac Regnorum et Provinciarum suarum nccessitas utilitasque exegerit.

Quae omnia et singula matura Procerum et Consiliariorum nostrorum deliberatione praevia Nos Imperator Leopoldus, et Nos Ioannes Tertius pro Nobis et Successoribus nostris acceptamus, approbamus, et Regia nostra authoritate ratificamus per praesentes, Promittentes in verbo nostro Imperiali et Regio, et bona fide sub onere iuramenti mediante praeinserta pactorum et foederum capitula in omnibus eorum punctis, clausulis, conditionibus et articulis firma, rata et grata semper habituros, ac sancte inviolabiliterque observaturos, necnon per officiales et subditos nostros, ac omnes quorum interest, pariformiter observari et manuteneri curaturos, dolo et fraude semotis. In quorum omnium robur et evidens testimonium Nos praefati Reges binas eiusdem tenoris literas manuum nostrarum subscriptione, sigillorumque apprensione munitas, ac cuilibet Nostrum alteras consignatas expediri fecimus. Datae in Civitate Nostra Viennensi, et Arce Regia Varsavicusi, die vigesimaquarta mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimoseptimo, Regnorum Nostrorum Leopoldi Imperatoris Romani decimonono, Hungarici vigesimosecundo, et Bohemici vigesimoprimo, Nostri vero Ioannis III. Poloniae Tertio.

Leopoldus. (L. S.) Ioannes. (L. S.)

Quapropter mandamus omnibus et singulis cuiusque status, conditionis et dignitatis subditis nostris, tam dignitatibus et officiis quibuscunque publicis in Regno Dominiisque nostris fungentibus, quam etiam privatis, ut praeinsertam Pactorum formulam integre et inviolabiliter observent, secundum praescriptum illius controversias ac differentias quascunque definiant et sopiant, nullaque in re aut ipsi illi contraveniant aut contravenire aliis permittant, sub gravi indignatione et animadversione nostra. In cuius rei fidem praesentes sigillo Regni nostri communiri iussimus. Datum Varsaviae die ... Mensis ... Anno Domini MDCLXXVII. Regni Nostri III. Anno.

DCLXXIII.

Pontifex rogem Poloniae monet, ut patres Franciscanos in custodiendo ss. Domini Sepulchro Hierosolimis per administrum suum Constantinopoli degentem tueri velit. Reg. Brev. An. I. fol. 148.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Innocentius PP. XI. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Perspecta Nobis adeo est eximia pietas Maiestatis tuae, ut dubitare non possimus, quin gravis et molesta Tibi supra modum acciderit nuper fratrum Minorum observantiae sancti Francisci a possessione Sñi Sepulchri deturbatio. Etsi autem pro certo habeamus nihil a Te intentatum relictum iri, quo tam pretiosa Christi Salvatoris Nostri haereditas e Grecorum Schismaticorum manibus eripiatur, ac praedictis fratribus religiose iterum custodienda tradatur: pro rei tamen magnitudine praetermittere nulla ratione potuimus, quin solicitudinis nostrae stimulos inclyto zelo tuo insuper admoveremus, causamque Catholicos omnes, Nosque praesertim quam maxime tangentem enixe Tibi commendaremus, sedulis ubi studiis, sicuti Nobis omnino pollicemur, in opus adeo praeclarum per Administrum tuum Constantinopoli degentem incubueris, praeter insigne meritum, quod apud Catholicos omnes consequeris, divinam quoque gratiam et protectionem magis Tibi

magisque conciliaveris. Maiestati interim tuae propitiam eandem ubique ex animo precamur, atque Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die III. Aprilis MDCLXXVII. Pontificatus nostri Anno Primo.

DCLXXIV.

Instructio pro legato Polono ad Portam Othomanicam in negotio pacis misso, et relatio eiusdem de rebus gestis, a rege Poloniae nuntio apostolico exhibita. Nuntiat. Polon. Vol. 95.

Primaria puncta Instructionis Legato Regio ad Portam Othomanicam datae.

Remonstrandum Portae, quod cum Cosaccis ex eo sit orta bellorum tempestas, quod Poloni eorum excursiones in Ponto Euxinio aliisque locis cohibuerint, unde eorum ferocia in propria viscera Regni Poloniae conversa has seditiones concitaverit. Quapropter vel ex hac merito primus gradus tractatuum et negotiationis instituendus erit, ut Legatus restitutionem Ukrainae simulque Podoliae, excepto Cameneco, praetendat.

Pro 2° gradu: Relinquenda Turcis pars Ukrainae a Trachctimirovia Baszheruviam usque inclusive, ita ut quae ex hac parte Kyoviam versus situata sunt, spectent ad Poloniam. Podolia ex una parte ad fluvium Sbrucz, ex altera ad Zroan, et ex tertia ad Muksze usque ad Tyram cedenda: si vero et hic impossibilitas apparuerit, saltem Baron, Medziboza, Iaslovicium et Czarnestro salvandum.

Tertius tractatuum gradus erit, ut cadente spe de omni restitutione aut mutatione, ultimate ea omnia concedantur et relinquantur, quae sub Zorawno conclusa sunt.

Urgebit Legatus promissa, et ab ipsismet Turcis oblata auxilia bellica, praesertim contra Moschos post expirationem armistitii, idque per Tartaros, ad quod utique tenentur tam ex recenti oblatione, quam antiquo cum Sigismundo contractu, cuius gratia etiam summam annuatim pro pelliceis accipiunt et accipient.

Curabit vel maxime Legatus, ut Turcae tractando pacem cum Moschis includant semper Polonos ut amicos, et repraesentandum Turcis, quod si loca Polonis adempta permanserint penes Moschos, diminuendam facile potentiam Othomanicam crescente Moschovitica.

Curabit idem Legatus, ne Tartari seu Lipones in Podolia stabiliantur, vel tollerentur, utpote qui pacem publicam turbaturi sint.

Nec intermittet quoque Legatus praecustodire, ne ullus alius Basza in Ukraina et Podolia praeter Camenecensem fundetur.

Transfugae alterutrius partis non admittendi, et iudices limitanei constituendi.

Commerciorum libertas horumque securitas prospicienda non modo ex Ukraina et Podolia, sed et Hungaria, utque vicinus in Hungaria Basza moneatur, ne dominio Szepusiensi aliisque Regni provinciis quandocumque aliquid novi eveniat.

Gedanensibus ab Africanis in mari Mediterraneo naves acceptae restituendae, littorumque custodes in posterum praemonendi.

Procuranda eliberatio nobilis Luzechianae cum filiabus et parochi in arce Rudzianoviensi captorum.

Excusabit Legatus evacuationem Bari et Medzibocae ex hyemis asperitate et solitudine, per quas praesidiarii transire debuissent, intermissam. Praeterea praecedere debuisse eliberationem obsidum Leopoliensium, et restitutionem Sepulchri Domini Ierosolimis.

Urgebit nunc Legatus restitutionem hanc templi Ierosolimitani et Betlehemici.

Exemplaria Buczacensium et Zorawnensium tractatuum accipienda, et ex iis novum fundandum pacis instrumentum.

Primaria puncta secretorum Senatusconsultorum postcomitialium.

1.) Si Turcae a Legato desideraverint armorum coniunctionem contra Moschos, et in praemium Ukrainam obtulerint, respondebit Legatus, nec dum esse elapsum armistitium, et interea per mediationem Principum Christianorum tentandam pacem: qui Principes certe offenderentur, si Respublica neglecta illorum mediatione exercituum suum Turcis uniret.

2.) Legatio in Moschoviam acceleranda, ut Respublica ex relationibus negotiationum informata sibi consulere possit. Legatus ex Regno Princeps Czarthoriski Palatinus Wolyniae, et ex Lithuania Palatinus Polocensis Sapieha.

3.) Legatio quoque ad Summum Pontificem promovcnda, pro qua nunc Primas Regni Archiepiscopus Gnesnensis declaratur.

4.) Ordinatio exercitus iuxta mentem et rcsolutionem Reipublicae committitur Ducibus cxercituum.

5.) Pro consistentia cxercitus determinatur et assignatur Tremboula, Iablomovia, Mogilnia cum adiacentibus villis et pagis, ubi exercitus locatus per aestatcm et hyemem excubabit.

6.) Conveniet autem exercitus pro 15. Iunii sub Szyrniam tribus milliaribus ultra Leopolim.

. Relatio Legationis ad Portam Othomanicam ex castris prope Zurawne expedita (mense Aprili 1677. conscripta).

Ante Adrianopolitanae urbis ingressum omnia, quae dignitatem et honorem S. R. Maiestatis et Reipublicae concernere videbantur, observata: milliari uno a praedicta urbe, ab obviam misso supremo Czaus Bassa, cum triginta equitibus nomine Magni Wezyri prope pontem flumine urbem praeterlabcnti inditum salutatus, et humaniter exceptus: demum equus Turcicus auro et gemmis fulgens ad ingressum faciendum mihi praesentatus. Imperator Turcarum incognito, sagittae iactus spatio distans, relicta tota Aula et militibus ad Montis radices, quibus, ne urbem ingredientium oculis incurrerent, tegebantur, solis licet a multis Turcis agnitus, cquo insidens nostrum speculabatur adventum. Lento procedendo gradu palatii Imperatoris facto transitu et urbis ingressu in meditullio mansioni meae data domus. Aliquot dierum spatio elapso significatum de audientia apud Magnum Wezyrum habenda. Itaque die Mercurii mane a Czaus Bassa aliisque assistentibus aulicis deductus ad palatium Magni Wezyri, ubi in limine ingressus ab eodem Czaus cum aliis exceptus. In ipsis vero gradibus a Terdziman Bassa latus eius primariorum Turcarum stipante caterva susceptus. Facto ad primum conclave ingressu, plurimi Magnates, Turcico more super tapetia ostro picta cubantes et sedentes, obviam reperti, a quibus humaniter exceptus, sella mihi quoque praesentata, cui insidens ingressum Magni Wezyri praestolabar: qui parva elabente mora Bassis et Czausis stipatus supervenit, loco sibi molliter strato insidens dextram porrigendo humaniter me excepit. Sella, cui insidebam, propius ex mandato illius admota, traditis a S. R. Maiestate literis Legationem expedivi. Demum a Magno Wezyro de S. R. Maiestatis sanitate, uti etiam de rerum in Polonia statu requisitus, responsum dedi requisitioni consentaneum. Comitia generalia 14. Ianuarii inchoata insinuavi, et non sine mysterio hanc quaestionem institutam suspicabatur: innotuerat enim mihi Magno Wezyro inditium datum, non ab omnibus Polonis et Lithuanis Tractatum Pacis ad Zurawne factum acceptari, ac ratione status vicinorum Principum, qui euudem reprobare videntur. Demum certi presentati liquores ad bibendum, Turcico idiomate nuncupati Kawe et Sorbet, thurificia etiam variorum odoramentorum velatis capitibus subsecuta, et aqua rosarum lotione adhibita, nucesque Turcicae postremo ad manducandum oblatae. Hacc audientia sedendo peracta. De illa apud Imperatorem Turcarum habenda declaratum, literis S. R. Maiestatis interpretatis et perlectis intimationem faciendam. His peractis, comitantibus Czaus et Terdziman Bassis, conscenso equo, illisque denuo stipantibus ad hospitium revectus: acdium ingressu facto, repertis plurimis Aulae officialibus, qui gratulabundi in limine introitus se presentavere: ceutum aurei distributi. Elapso aliquot dierum spatio literarum S. R. Maiestatis translatione facta, a Supremo Wezyro Terdziman Bassa ad me missus, qui nomine Wezyri supremi protulit: Eundem huius opiuionis esse, Tractatum pacis iu castris conscriptum perfectum opus esse, nec ullam hoc in negotio praetexendam difficultatem, aut instituendam conferentiam: interea tamen literis S. R. Maiestatis exhibitis maiora contineri, Ablegato quoque oretenus deferenda Portae Othomanicae. Declaratum etiam a Wezyro supremo, prius audientiam nullatenus concedendam, quoadusque series commissorum non fuerit totaliter prius supremo Wezyro exposita et communicata. Promissorum proinde et materiarum ratificationem concernentium explanatio, et series exposita. Insuper additum Pacis Tractatum nondum in castris conclusum, nunc primum terminandum ratihabendum. Haec omnia a Terdziman Bassa calamo excepta, et supremo Wezyro relata. Hoc super negotio habitis plurimis cum supremo Wezyro conferentiis, audientia apud Imperatorem assignata: declaratumque statim aliquem aulicorum ad S. R. Maj. ad extraordinarii Legati advcutum accelerandum expediendum: responsum datum post audientiam Imperatoris et cum Wezyro conferentia habita, ad S. R. Maiestatem certa cum informatione negotii delegandum. Illa die transeuntibus undis, quae urbem ab arce Imperatoria disterminant, audientia dilata: siquidem usus huius Aulae usitatus solummodo die

Dominica et die Martis externorum Principum Legatis audientias concedi. Dilapsis fluctibus, terminus audientiae iterum ultima Iauuarii praefixus: generosus ostro gemmisque fulgens equus adductus, quo, comitantibus eisdem semper Czausis et officialibus, qui me saepius ad Magnum Wezyrum deduxerunt, pontem lateritium praetervectus, ipso Turcarum Imperatore e summitate arcis per feuestram velo obductam spectante. In limiue arcis Czaus Bassa, et alii Czausi pretiosis vestibus zebelinisque pellibus subductis induti, manibus argenteos baculos gestantes, me ad Imperatorem Turcarum deduxerunt, in meditullio atrii subsistentes paulisper, ut Magnificentia Imperatoris, frequentia Magnatorum et multitudo Ianizarorum oculis ingredientium occurrerct, monstrando etiam supremum Ianizarorum ostro et gemmis fulgentem Sultanum, late ex utraque parte assideutibus septem officialibus praecipuis. Hi omnes in introitu arcis a dextris constituti, uti etiam alii plurimi a sinistris splendide vestiti conspiciebantur. Palatii ingressu facto, reperti plurimi Maiores Wezyri, Thesaurarius supremus et alii officiales Turcico more cubantes, quorum societati sellae insideudo adiunctus supremi Wezyri ab Imperatore, quem more gentis prius salutatum iverat, reditum praestabar: qui a Caesare adventaudo dexteram porrexit, nomineque Imperatoris humauiter me excepit, occulte e fenestra obducto velaminc speculante Caesare. Supremo interea Wezyro iudicia exercente, Christianorum aliqui apostatae facti Machometanam amplexi sectam. Terminatis iudiciis et peractis impiis caeremoniis, epulis nomine Imperatoris a supremo Wezyro exceptus, me solo mensae illius accumbente, sociis meis aliis in tricliniis cum Imperatoris Ministris, vulgo Caimacanis, Wczyris minoribus et Praefecto supremo Aerarii cibum sumentibus, ferculis appositis, supremus Wezyr petit a me iudicium de statu Imperii Othomani ferendum: cui per modestiam et beneplacitum responsum dedi. De temperie coeli requisitus referenda retuli, uti etiam de fertilitate glebae plurima in laudem Reipublicae retexendo. Questio demum de pace Polono-Suetica, armistitio cum Magno Moschoviae Duce et aliis status materiis. Responsum datum, pacem cum Suecis perpetuam coli; cum Magno Duce Moschoviae armistitium, regnante olim Rege Casimiro initum, nunc in declivio esse et intra biennium terminandum, Citeriorem Ukraiuam, Smolenscum, Scveriensem Ducatum expirantibus iam induciis Reipublicae restituendum, aut armis vindicandum. Praeterea discursus etiam habitus de potentia Moschovitica, bello Suetico cum Danis, Elcctore Brandeburgico, ut etiam de incendio moderno in Imperio flagrante. Sumpto interea praudio, intimatio facta de audientia ab Imperatore danda. Itaque sueto more omnes oblonga veste Turcica inducti, progressu ulteriori ad audientiam facto, praeeunte supremo Wezyro, priusque Imperatoris triclinium intrante, obvii nobis facti supremi Aulae Mareschalli, plurimis Bassis auro et gemmis decoratis stipati, quorum duo praehensis ex utraque parte brachiis meis, me cum summa venerationc ad Imperatorem deduxerunt. Quo sueto more salutato, literisque Regiis per supremum Wezyrum traditis, functus officio legationis. Imperator autem Turcico more throno superbe strato (cuius summitas quatuor columnis auro, gemmis lapidibusque pretiosis insertis fulciebatur), toga candida argenteis filiis intextis, zebelinisque subducta pellibus indutus, capiteque Turcica mitra pretiosis lapidibus adornata revincto, totusque margaritis et gemmis irradians insidiebat, bissinis et purpureis acuque pictis velaminibus parietes Palatii obductae erant, et pavimentum pretiosis stratum tegumentis, quod mira colorum varietate pictura decorabat.

Finita audientia ad hospitium revectus, gratantes personas mihi obvias muneribus affeci, centumque viginti aurei liberalitati impensi. Illis vero, qui singularia officia mihi praestiterunt, munera non exigui momenti data. Et Ianizaris quoque iuxta consuetudinem danda eruut.

Transumptum ex literis Domini Modrzeiowski Ablegati Regii de data 14. Maii 1677. Constantinopoli.

Innotuit iam Imperatori Turcarum et Visirio, quisnam sit ex nomine et officio destinatus a Rege et Republica in Oratorem sive Legatum Magnum ad firmanda pacta cum Porta Othomanica.

Inquisivit Visirius ex mandato ipsiusmet Imperatoris Turcarum, cuiusuam sit qualitatis et authoritatis iste Dominus Palatinus Culmensis, accepit iuformationem a Domino Ablegato Modrzeiowski, quod iste Dominus Legatus sit primarius in Prussia Palatinus et Senator clarus, magna rerum experientia et legationibus ad Reges et Status Europae. Absolvit enim legatioues illustres cum gloria ad Regem Sueciae, Daniae, Imperatorem Moschorum, ad Ducem Brandeburgicum Electorem, aliosque Principes Brunsvicensem, Holstinensem etc. Item quod praesens fuerit in multis expeditionibus bellicis, habuitque legionem peditum et catafractorum sive hastatorum cohortem. Cumque hanc informationem

detulisset Imperatori Visirius, cum applausu accepit hanc notitiam, quod tantus vir, tot legationibus insignis, et apud Reges Poloniae Casimirum, Michaelem et praesentem Ioannem magnae sit aestimationis et confidentiae, dignusque reputatus Cancellariatu Magno, qui acquiparatur officio et dignitati Magnorum Visiriorum in Aula Othomanica.

Igitur eum Imperator ac Visirius praestolantur magno desiderio ac lactitia. Proinde obviam ipsi expediti sunt Pereretam et usque ad Danubium viri clarissimi, qui ipsum exciperent cum omni humanitate. Expedita est etiam Caravana instructissima cum multis bellariis alimoniis ad tractandum in itinere Legatum.

Exercitus Turcicus hoc anno numero et armis magis est instructus, quam praeterito anno. Nam praeter illum exercitum, qui fuit in directione Ibraim Bassae, expeditus est alius Achmet Bassa cum decem millibus selectarum copiarum, qui in Saraszkiera pro custodia corporis Imperatoris remanebat. Movit igitur exercitus ex suis stationibus in festis nostris Paschalibus. Clarius de apparatu istius exercitus dabit relationem Dominus Polauski, qui praesens adfuit et vidit, quando praesentabatur acies coram Imperatore, et per capita describebatur. Exiit edictum ad Bassas, Prefectos maris et classium, quatenus potissimam et magis armatam classem in Mare Nigrum sive Ponticum educerent. Alia vero classis in mare Mediterraneum, nondum tamen innotuit quorsum dirigeretur.

DCLXXV.

Rex Poloniae cardinali Cybo supplicat, efficiat apud pontificem, ut A. Pikarski e Soc. Iesu a se nominatus episcopus Kioviensis confirmetur. Litt. Princip. Vol. 108. fol. 128.

Illmo ac Rmo in Christo Patri Dño Aldercuio Cibo Sacrae Rom. Ecclesiae Cardinali, Suae Sanctitatis Primo Status Ministro, Amico Nostro Charissimo.

Ioannes Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Illmo ac Revmo in Christo Patri Dño Alderenio Cibo S. R. E. Cardiuali, Suae Sanctitatis Primo Status Ministro, Amico nostro charissimo et honorando, salutem et felicitatis continuum incrementum. Curarum mole, quas Episcopatus Kyoviensis iuundatione Schismatica mersus indies progenerat, pressus non ita pridem Reverendus Thomas Vieyski manumissionem totics expetitam tandem Apostolica ab authoritate obtinuit. Nunc ea Nobis relicta cura, quemnam tanto oneri parem Sanctitati Suae praesentemus? Quaesivimus virum, cuius super humeros illius Ecclesiae imponeretur principatus: nec tam facile inter vivos reperiri Nobis licuit. Invenimus inter viros mortuos sacculo hominem genere antiquae nobilitatis decorum, Religiosum Adrianum Pikarski Societatis Iesu praesbyterum, trium Poloniae Regum, imo a quindecim annis publicum totius Regni coucionatorem et Theologum, pietate insignem, zelo religionis ardentem, raro imitabili eloquio conspicuum, sacrarum et profanarum scientiarum guarum, activitate, vigilantia, bellicis quoque laboribus induratum, talem per omnia virum, quem ceu castrorum aciem ordiuatam Pontificis Maximi providentia Schismaticae opponeret pravitati. Verum cum ciusmodi Religiosus Pater Professionis suae sepultus claustris, ut extra spheram ambitiouis, ita extra metas Imperii nostri positus non alia percipit dictamina, nisi ea, quae legitima iubendi profert potestas, eiusque iuratam ligat obedientiam, necessum habuimus a Sanctitate Sua supplicare, quateuus is tantusque vir saltem Pontificiae obedientiae remedio perfectiori coucedatur statui. Qua in re Illustritatem V. compellere ardentissime voluimus, quatenus authoritatem suam pro tam pia et sancta iutentione nostra apud Suam Sauctitatem interponere non gravetur, gloriae Dei consulere et percuntibus in momenta animabus. Fateri enim non piget vix reperiri apud Nos ad praesens virum, qui a tam pio sanctoque Antistite dimissum acceptet onus. Praesentamus eundem virum Sauctitati Suae etiam ad Abbatiam Tremesnensem post Venerabilem Matheum Miaskowski vacantem, cum Episcopatus ille totis per belli occupationem sit nudatus proventibus. Rem faciet Illustritas V. ut Ecclesiae Dei proficuam, sic et rebus nostris percommodam, cum vir ille Episcopus et Senator factus et castrorum nostrorum comes et periculorum socius, belli pacisque consiliorum particeps multa in publicum Christianitatis bonum profert emulumenta. Quare hoc restat unicum, ut Pontificio mandato eius pulsata obedientia subeat onus Episcopalis vocationis eo in loco, ubi non miuores quam in China et Iapon pauduntur messes. Optime interea valere Illustritatem Vestram cupimus. Dabantur Mariaeburgi die III. mensis Iulii Anno Domini MDCLXXVII. Regni vero Nostri Anno Tertio.

Ioannes.

DCLXXVI.

Pontifex episcopo Leopoliensi Rutheno gratulatur de reditu suo ad ecclesiam Romanam, et metropolitae Rutheno catholico de opera hoc in negotio praestita. Reg. Brev. An. I. fol. 219.

Venerabili fratri Iosepho Episcopo Leopoliensi, Haliciensi et Camenecensi.

Innocentius PP. XI. Venerabilis frater, salutem etc. Ingenti Nos voluptate perfudcrunt literae, ex quibus intellcximus Fraternitatem tuam ad Romanae Ecclesiae Unitatem accessisse, ac Catholicae Fidei Professionem alacriter emisisse. Non enim in te uno sistit gaudium nostrum, sed a consideratione virtutum, quibus praeditus es, atque existimationis, quam merito tibi istis in regionibus conciliasti, uberioris laetitiae sumimus argumentum, ad eadem nimirum sectanda vestigia reliquis Graecanici ritus Episcopis, qui in errore sunt, quem tu strenue deposuisti, valido incitamento futurum exemplum tuum plane confidimus. Profusis itaque scientiarum Domino persolutis gratiis, quod tibi illuxerit ad salutem, te, Venerabilis frater, Pontificiae charitatis in sinum recipimus, praestantibus, ubi facultas aderit, propensae voluntatis documentis declaraturi, quam praeclare de tua pietate ac Religionis studio sentiamus. Quia vero ad Orthodoxae Ecclesiae incrementum magis conducit Praesulum dotes super candelabrum lucere, quam abscondi sub modio, et confessionem ore faciendam ad salutem monet Apostolus, consilium de celanda ad aliquod tempus conversione tua probare minime possumus, quamvis egregium tibi fructum proposuisses, lucrum animarum: necesse quocirca erit, palam te profiteri, quod tanta cum laude tua fecisti, apertisque studiis de re Catholica bene mereri. Persuasum autem tibi esse volumus, piis conatibus tuis omni Nos ope semper affuturos, nihilque a Nobis desiderari passuros, quod ad promovendum zelum tuum proficuum fore censebimus, uti fusius a Ven. fratre Francisco Archiepo Corinthi Nuntio nostro cognosces. Iugia interim a bonorum omnium authore Deo celestis gratiae dona Fraternitati tuae ex animo precamur, atque Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem etc. die xi. Septembris mdclxxvii. Pontificatus nostri Anno Primo.

Venerabili fratri Cypriano Archiepiscopo totius Russiae et Polocensi.

Innocentius PP. XI. Venerabilis frater, salutem etc. Peculiari cum laetitiae sensu de emissa a Venerabili fratri Iosepho Episcopo Leopoliensi Catholicae fidei Professione certiores facti sumus. Cum enim Orthodoxae Religionis propagatio votorum nostrorum summa sit, praecipui gaudii materiam merito cepimus e re, quam in huiusmodi scopum conferre admodum posse existimamus. Quia vero perspectam habemus operam, quam in eadem re promovenda sedulo impendit Fraternitas tua, eximium zelum tuum magnopere commendamus, testatumque tibi esse volumus, charitati, qua te iam pridem prosequebamur, non levem ea de causa cumulum accessisse. Huiusce autem propensionis nostrae, praestantia, ubi facultas aderit, a Nobis non desiderabis argumenta. Reliquum interim est, ut constanter ac alacriter pergas in instituto de Ecclesia Catholica bene merendi, dum Nos ad id patrocinium usque nostrum Fraternitati tuae pollicemur, atque Apostolicam benedictionem Pontificiae erga te voluntatis pignus peramanter impertimur. Datum ut supra.

DCLXXVII.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut a se nominatos archiepiscopos Leopoliensem ac Gnesnensem et episcopum Varmiensem confirmare velit. Litt. Princip. Vol. 108. fol. 163, 168, 204 et 216.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementiñe. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Quo longior intercessit mora temporisque intervallum meam inter praesentationem, et obitum olim Reverendi in Christo Patris Alberti Korycinski Archiepi Leopoliensis, eo maior Sanct. V. comparet certitudo de seria mea deliberatione, qua Metropolitanae illi Ecclesiae in confineo Draconum iam ad praesens constitutae intrepidum ad Othomanica monstra designarem pastorem. Erant quorum solida in Deum pietas, generis nobilitas morumque integritas meum meruerant respectum: at eosdem a me ad eam Sedem vocatos luctae periculorum, tumto talis bonorum Archiepiscopalium post tot Barbarorum inundationes deterruit vastatio. Aegre inveni virum tanto oneri munerique parem, Venerabilem Consiantinum Comitem a Lipie, Gnesnensis Ecclesiae Decanum, actate ultra quinquagenarium, viginti novem annorum presbyterum, ab Archiepiscopo Gnesnensi patruo suo educatum sacrisque initiatum, inculpatam vitam per Ecclesiastica Regnique mei munia agentem, tribus Serñis Antecessoribus meis mihique fide, constantia, obsequio charum, cura

Ecclesiae Camenecensis probatum, Archiepiscopatus Gnesnensis vacante Sede geminata administratione ad metropolitanam Sedem regendam exercitatum, Supremi Regni mei tribunalis tribus vicibus Iudicis, quatuor Praesidis laudabiliter et incorrupte functum officio, internorum exteruorumque bellorum tempestatibus numquam a studio decoris domus Dei abreptum, a se ipso non diversum, avitam pietatem, praeclarum maiorum gloriae Dei zelum in se conservantem. Huuc itaque praesentatum nostrum tot stipatum decoribus, meritis conspicuum, decoratum virtutibus ut Sanctitas Vestra acceptare, adque Archiepiscopatum Leopoliensem sublimare clementer dignetur, venerabundus supplico. Utque ea mora, quam in deliberatione subiecti consumere necessario debui, felici eiusdem per me electione, per Sanctitatem V. evectione et approbatione compensetur, humillime peto: praestolatur Ecclesia illa pastorem suum anhela, a quo iu aestu periculorum temperiem, in fletu solatium sibi affore ominatur. Cum vero hisce diebus ex hac ad meliorem migraverit vitam Rm̃us in Christo Archiepiscopus Gnesnensis, Abbatiamque Andreoviensem Iuripatronatus mei vacantem reliquerit, non dubitavi ad eandem Abbatiam eundem Sanct. V. presentare Praelatum, suadente mihi id non solum Autecessorum meorum usu, sed summa quoque urgente necessitate, ut prostratis penitus moderno bello proventibus illius Archiepiscopatus, in subsidium et solatium detur haec Abbatia nominato Archiepiscopo. Si enim temporibus florentissimis nunquam sine simili erant subsidio Archiepiscopi Leopolienses, multo magis ad praesens, ubi incinerati pagi, extincti proventus, et plurima mortis imago auctis periculis inibi observentur. Quare priori secundam hanc meam supplicationem Sanctitati Vestrae humillime expono, ut Sanctitas V. praesentem nominatum meum et archipraesuleae Sedi praeficere, et hoc sustentatiouis eius admiuiculum Abbatiam Andreoviensem eidem confirmare dignetur. Longaevum interea prosperrimum Orbis Christiani regimen, incolumem ac vegetam valetudinem Sanctitati V. filiali voveo affectu. Dabantur Gedani die VII. Mensis Septembris Anno Dñi 1677. Regni vero Anno Quarto.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

Sm̃e ac Bm̃e in Christo Pater, Dūe Dūe Clementm̃e. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Immaturo nou ita pridem functus fato Rm̃us olim in Christo Pater Andreas Olszowski Archiepiscopus Gnesnensis, Sanctae Sedis Apostolicae Legatus natus, Primas Regnique mei primus Princeps, ut Metropolitanae Ecclesiae orbitatem, ita mihi nominandi et Sanctitati Vestrae praesentandi dignissimi successoris reliquit necessitatem. Quaesivi itaque reflexa per Regnum meum mente dignum tanto culmine et vocatione subiectum, quod tam meo de se iudicio, quam Sanct. V. expectationi satabundeque condignis responderet qualitatibus. Et quamvis primus laterique meo pro munere suo assiduus occurrerit Revereudus iu Christe Pater Ioannes Stephanus Wydzga Episcopus Varmiensis, Regni mei Procancellarius, non prius tamen etsi tot stipatum decoribus Sanctitati Vestrae praesentandum censui, donec ceu facto per tot subiecta scrutinio solam sine aemulo eiusdem comperissem dignitatem. Degebat is Antistes octodecim ab annis dioecisanis applicatus curis, tam procul Aulae ab oculis quam remotus ab ambitione, vir generis splendore, morum integritate, omnigenae doctrinae sacrae et profanae scientiae claritate, eximiae prudentiae aestimatione probatus, indefesso quondam in Principes obsequio, nec concussa in adversa fortuna erga eosdem fidelitate conspicuus, Serenissimorum olim Casimiri et Ludovicae Priucipum individuae utriusque sortis comes, Vladislai IV. et Ioannis Casamiri Regum tantus Ecclesiastes, ut consono Principum et populorum elogio sacrum Orbis Sarmatici nuncuparetur oraculum. Cancellariatum Scrm̃ae quondam Ludovicae Reginae, Referendariatum, Supremum Regni Secretariatum inter praemia politicae prudentiae, Abbatiam Sieciechoviensem, Episcopatum Luceoriensem tandem et Varmiensem inter bravia dignitati et pietati suae debita obtinens pacatus, ut Sanctitati V. exposui, prope quatuor annorum lustris gubernando Episcopatui, propogandae Religioni, extrucndis Monasterüs se totum tradiderat, doncc felicem meam post clectionem aegre se passus ad Procancellariatum Regui evocari, aegre modestiam eius mea in tantum virum propensio, et ille raro vel nunquam visus Ordinum Regni mei flexerat viceratquc consensus, qui incompatibilitatis legem de Sigillo Regni cum Episcopatu Varmiensi ultro mihi dispensandam obtulerat, quatenus ei Regni ministerium, patriarum legum custodia committi valeret. Non recensemus alia dicti Praesulis decora, per compendium dixisse sufficit, virum omni exceptione maiorem, aetate maturum, prudentia defaecatum, existimatione singulorum et universorum Primatiali dignitati parem, Sanctitati V. supplex praesento, et

quem non tam facile a Regni mei ministerio absolvcrem, nisi maior mihi sacrorum quam temporalium inessct cura. Hunc itaque praesentatum meum tam meo iudicio, quam universali suffultum testimonio Sanctitas V. dum Metropolitanae confirmatum impones Sedi, orbitatem eiusdem patcrne consolaberis, Pater Beatissime, crebrasque Gncsnensis Cathedrae iacturas tanto pastore pensabis. Merebitur hie idem Praelatus meo ad Sanetitatem Vestram humili instantia eam sumptuum moderationem, quam Antecessori suo indultam novimus, vel ex ea ratione, si aliae abessent, quod tam crebrae, quas ex fatis suorum Praesulum Archiepiscopatus ille patitur eeclipses, non nisi extenuationcm provcntuum et deteriorem statum causare poterant. Prosperrimum interca Universalis Ecclesiae regimen, longaevam optimamque valetudinem Sanctitati V. animitus apprecor. Datum Gedani die 3. Mensis Octobris Anno Domini 1677. Regno vero mei Anno Quarto.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

Sñe ae Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula beatorum pedum Sanetitatis Vestrae, neenon mei Regnique ac dominiorum meorum humillimam commendationem. Accedo festivis Orbis Christiani plausibus et iubilis, quibus summum Sanctitatis V. in tcrra fastigium sacris Natalis Dominici feriis, vertenteque feliciter anno devotus circumsonat. Ita cnim filialis meus erga Sanct. V. iubet et imperat cultus, ut nihil unquam reliquum faceam, quod pro tantis in me Regnumque meum pontificiae solicitudinis et bcnevolentiae argumentis in tesseram gratitudinis cedere valeat. Desinit porro debita veneratio mea in gratulationem, affectus in votum, ut ille, euius viccs Sanctitas V. in terris agit, Eandem Ecclesiae ornamento, Christianitatis solatio, Regnique mei tutelae in prolixam annorum seriem clementer servare dignetur, quatenus fclicis regiminis sui fructu et diutissime et felicissime gaudeat. Haec vero dum venerabundus S. V. auguror, paternam ciusdem benedictionem devotissime imploro.

Dabantur in Urbe mea Gedancnsi die x. Mensis Decembris Anno Dñi 1677.

Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

Giovanni III. per la grazia di Dio Re di Polonia ete. (A Monsignor Martelli Nuntio Apostolieo ete.) Illmo e Rmo Signore. Le ragioni, che V. S. Rma eon l'amorevolissima sua delli 8 eorrente ei porta del paterno sentimento di Sua Beatitudine eirea il non poter rieever nel Stato Eeclesiastieo il Sig. Duca Radziville, in riguardo delle eongiunture presenti di eontagio, e per il perieolo di non restar privi del eommereio eoi vicini, sono tanti effieaei, ehe se bene le relationi, ehe di eontinuo sopra di eiò da diverse parti ricevevamo, non erano d' intiera nostra satisfattione, eon tutto eiò non possiamo ehe restarne à pieno eontenti et appagati. Anzi molto ei professiamo tenuti alla benignità di Nostro Signore, mentre sappiamo ehe non solo ha essereitato ogn' atto della sua clemenza solita, aeeiò il medesimo fosse ammesso, ma per il eompatimento ehe mostra provare, vedendolo per lo spazio di tre mesi eontinui neeessitato à restar in un luogo eosi ineommodo et angusto. V. S. Rma pure ehe eon espressioni cosi benigne ei rapprcsenta i sentimenti della Santità Sua, e ehe con tanta eura et applicatione procura i vantaggi nostri, e di questo nostro Regno, puol ereder per certo, ehe con eiò aecresce sempre in Noi la stima, ehe faeeiamo del suo gran merito, sieome nelle oeeorrenze gliene daremo veridiehe prove; e in tanto le auguriamo dal Cielo ogni contentezza. Giulkiev 18 Deeembre 1679.

DCXC.

Episcopi Rutheni catholici pontificem de regis consilio conventum Lublinum convocandi, ibique unionem Ruthenorum schismaticorum cum ecclesia Romana tractandi certiorem reddunt. Litt. Episcoporum Vol. 63. fol. 34.

Sme ae Bme Pater, Dne Dne Clementissime. De Regiae Maiestatis voluntate Civitatem Poloniae Lublinum Episcopi, Prelati, Religiosi et praeeipui Sacerdotes Uniti numerosi in Ianuario elapso aeeesseramus, ut tandem aliquando cum Sehismaticis, quorum pars non spernenda fuit, in fide saneta eoneordiam iniremus. Sed haec non evenit nobis felieitas, quod ex instinctu suorum Praelatorum Sehismatici Nobiles ad S. R. reeurrerint Maiestatem, implorantes, ne iuribus quaepiam eorum fieret iniuria, atque ut eoneordia haee de suorum lieentia Patriareharum statueretur. Saera R. M. reeursum ad Patriarchas uti lege Polona prohibitum denegavit: interim tamen, ob quosdam Patriae nondum sedatae respeetus, terminum eongressus nostri et eoneordiae itidem Lublini, faxit Deus ineundae, ad 24. Iunii labentis anni protelavit. Itaque nonnulli nostrum, emensis ad eentum quinquaginta leueis et exhaustis sumptibus, inopino ad proprios reverti lares eoaeti sumus. Et quia hoe onus nobis congregandi iterum impendet, quod S. R. M. veneremur eonatus, longeque magis anhelemus ad eoncordiam, comparere quidem Lublini volumus, verum ut etiam S. R. M. nostro praesens eongressui, et Illmus Nuntius tempore et loeo praefixo adesse dignetur, peroptamus; hinc enim faeile eoniicimus, imo speramus, et effugiis Sehismatieorum et perplexitatibus dubiorum obviari posse: quare omni qua par est submissione, neenon precum contentione V. S. exoramus, ut et S. R. M. hac super re benigne eompellare, et Illmo Nuntio summe necessariam nobis assistentiam iniungere velit. Nostra insuper humillima cum nomine aliorum omnium, qui ante hoc scriptum domos seeessernnt suas, tum nostro V. Sanetitati deferentes obsequia, pedibus eius sanetissimis humilibus cum oseulis advolvimur. Chelmae 26. Februarii 1680.

Sanctitatis Vestrae Domini Dni nostri Clementissimi

humillimi, devotissimi et obligatissimi servi et filii ad pedes
Cyprianus Archiepiscopus totius Russiae et Polocen. mpp.
Iacobus Susza Episcopus Chelmae et Belzae manu propria.

DCXCI.

Rex Poloniae pontificem de nato sibi filio certiorem reddit. Litt. Principum Vol. 111. fol. 53.

Beatissimo Padre. Per eonfermare alla Santità Vostra in ogni oeeasione la mia filial osservanza non tralaseio la presente, portandogli riverito ragguaglio del parto felieissimo seguito questa mattina

alla Serma Regina mia carissima consorte d'un Principino, e supplico Sua Beatitudine à compiacersi di ricevere l'avviso per nuovo contrasegno del mio habituato ossequio, tanto più che augmentandomisi la prole, vedo anche avanzarsi in me il dovere d'obedirla, e di porger incessanti preghiere alla Maestà divina per la longa vita e prosperi successi della Santità Vostra, alla quale inchinato con questi popoli alla sua benedittione le bacio i santissimi piedi. Varsavia il primo Maggio 1680.

Di Vostra Santità

Obedientissimo figlio
Giovanni Re.

DCXCII.

Pontifex episcopis Ruthenis catholicis et regi Poloniae de consilio Ruthenos schismaticos ad unionem cum Romana ecclesia revocandi inito gratulatur. Reg. Brev. An. IV. fol. 99.

Venerabilibus fratribus Cypriano Archiepiscopo totius Russiae et Polocensi, et Iacobo Episcopo Chelmensi et Belzensi.

Innocentius PP. XI. Venerabiles fratres, salutem etc. Ex literis Fraternitatum vestrarum ingenti cum animi nostri gaudio intellexímus, quanta cura ac solicitudine sub Regiae Maiestatis auspiciis una cum Episcopis ac Religiosis viris Graecanici Ritus, huic Sanctae Sedi obsequentibus, Ruthenos Schismaticos eidem Sedi conciliare studeatis; ad pios vero conatus vestros iuvandos provehendosque opportuna, ut a Nobis flagitastis, Ven. fratri Francisco Archiepiscopo Corinthi Nuntio nostro mandata dedimus, a quo nihil desiderabitis, quod tanto operi perficiendo prodesse possit. In reliquis, quae sit mens nostra, et quomodo vos gerere debeatis, a Cardinalibus Congregationi de Propaganda Fide praepositis fuse cognoscetis. Propensae interim erga Fraternitates vestras, universamque Sanctam Unionem voluntatis nostrae testem Apostolicam benedictionem vobis peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die octavo Iunii MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Innocentius PP. XI. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi non dubitamus, quin Maiestas tua eximio erga Catholicae Religionis propagationem zelo ducta omni ope, ac studio sit affutura Ruthenis Unitis in colloquio, quod authore inprimis Te cum Schismaticis pro ineunda pia et salutari concordia habere parant: pro rei nihilominus gravitate et officii nostri debito iniunximus Ven. fratri Francisco Archiepiscopo Corinthi, ut in id ipsum Maiestatem tuam magis etiam nostro nomine incendat, atque ad tam praeclarum opus opportuno tempore perficiendum vehementius inflammet. Perspectae pietatis ac filialis erga Nos observantiae tuae fuerit, eundem Venerabilem fratrem hoc super negotio disserentem diligenter audire, dum Maiestati tuae prospera omnia a Deo praecamur, atque Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die XV. Iunii MDCLXXX.

DCXCIII.

Rex Poloniae pontifici de legato suo perhumaniter excepto grates reddit. Litt. Princip. Vol. III. fol. 104.

Beatissimo Padre. Mi trovo in obligo di portar alla Santità V. ossequiosi e riveriti ringratiamenti tanto per l'affettuoso zelo, col quale si compiace compatire le afflitioni de questo Regno, che per la benignità senza pari, con la quale sin qui si è degnata ricevere il Sig. Duca Radziville mio Ambasciatore. Prego la Maestà Divina à concedermi forze sufficienti da poter metter in esecutione i miei pensieri, che ad altro non tendono la mira che à secondar i santi e pii di V. Beatitudine; e se questo anno in riguardo della debolezza di forze, nella quale si trova questo Regno, mi giova à destreggiare col commun' inimico, sia pur la Santità V. più che certa, che la campagna futura, ò per amore ò per forza la guerra non si potrà evitare: e se bene le congiunture non sono favorevoli da sperare soccorsi stranieri, e che tutta la mia speranza resti solo fondata nella clemenza e benignità della Santità Vostra, non dispero con l'aiuto divino render il suo nome immortale, ben sicura che non resparmierò la vita propria per secondare i gloriosi inviti di Vostra Beatitudine; onde rimettendomi à quel di più che dal Sig. Duca Radziville le sarà rappresentato da mia parte, prostrato con questo popolo ai santissimi piedi di V. S. la supplico della sua benedittione. Pzlascovicz 24. Luglio 1680.

Di Vostra Santità

Obedientissimo figlio
Giovanni Re di Polonia.

DCXCIV.

Pontifex regi Poloniae reditum eius legati ex Urbe significat, commendatque Opitium archiepum Ephesinum novum nuntium apostolicum. Reg. Brev. An. IV. fol. 134.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Innocentius PP. XI. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Iis, quibus par erat, amoris atque existimationis testificationibus excepimus Dilectum filium Nobilem virum Michaelem Radzivillium, quem ad praestandam Nobis atque huic Sanctae Sedi Maiestatis tuae, istiusque inclyti Regni nomine filialem de more obedientiam extra ordinem ad Urbem oratorem allegasti, nihilque praetermisimus, quod mutuam, ac plane paternam erga Te nostram Regnumque tuum voluntatem ostendere poterat. Illud vero pro comperto Tibi esse volumus, non minori animi propensi studio, quaecunque se dederint, occasiones Nos amplexuros, novis in dies documentis idipsum luculentius declarandi, quemadmodum a praedicto Oratore tuo, qui demandati sibi muneris partes splendide ac magnifice implevit, sicuti personae, quam gessit, amplitudo et clarissimae gentis vestrae gloria postulabat, quique ob praeclaras animi dotes et ornamenta non mediocre sui desiderium Nobis reliquit, abunde cognosces. Ac Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. die xx. Septembris mdclxxx. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Innocentius PP. XI. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Ordinarii apud Maiestatem tuam Nuncii munus Venerabili fratri Opitio Archiepiscopo Ephesiuo, Praelato nostro domestico et Assistenti, demandavimus, quem praeter generis decora, singulares animi dotes, ac virtutes et comparata longo rerum usu prudentia magnopere commendant: non dubitamus, quin sicuti nostram, Maiestatis ita tuae voluntatem sibi sit conciliaturus, cum praesertim nominis laudumque tuarum sit studiosissimus. Ut nostra atque huius Sanctae Sedis negotia pertractanti plenam ipsi non secus ac Nobis ipsis loquentibus fidem praestes, interim cupimus, ac Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissims impertimur. Datum ut supra.

DCXCV.

Leopoliensis et Premisliensis episcopi Rutheni pontificem de eorum ad ecclesiam Romanam reditu certiorem reddunt, quos metropolita et reliqui episcopi Rutheni catholici eidem commendant, precesque de fundando seminario et typographia Slavonica repetunt. Litt. Episcoporum Vol. 64. fol. 64 et 67.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dūe Dñe Clementiñe. Parvas, sed utiles manifestationis meae nectebam moras, ut Sanctitatis Vestrae Apostolicos pedes numerosiori accedentium Praesulum et mitratorum possem (ut promiseram) mille basiis amplecti. Ecce, Sanctissime ac Oecumenice Orbis et Urbis Arbiter, Leopoliensis et Praemisliensis duae vastissimae Dioeceses una cum suis Pastoribus, nec non duobus Unioviensi et Ourucensi, tertio autem Melecensi, absente licet, sed per Epistolam Catholicam ad me scriptam tanquam praesente, Archimandritis, Monasteriis et Cleri numero innumero vocem Sanctitatis Vestrae iam audiunt, et ab illa penduli cum hac Catholica confessione accedunt, ut recognoscant Primatum Sanctitatis V., et Processionis vivifici a Patre Filioque Paracliti sacrosanctum ore cordeque profiteantur dogma. Horum omnium post Deum primum et principale movens fuisse S. Reg. Maiestatem Dominium meum Clementissimum, qui uti ad felicitatem declaratissimam huius Reipublicae celitus est datus, ita ad clavum eiusdem constitutus inter tot ac plane immensas curas Roxolanae Gentis conversionem, sic disponentibs Superis, meditatus curavit et efficit. Profcssionem sacrosanctae Oecumenicae Florentini Synodi ab Orientalibus praestari solitae in praesentia Illmi ac Rmi Episcopi Chioviensis, nec non Illmi et Excellmi Dñi Palatini Russiae, Exercituum Regni Campi Ducis, S. Regiae Maiestatis ac Reipublicae iucomparabilium Commissariorum et moderatorum emisimus, et subscriptionibus nostris roboravimus. Superest, ut Sanctitas V. profitentium Oratorum supplicationibus annuat, et apud S. Regiam Maiestatem mediante optimo rerum nostrarum Ecclesiae fautore et moderatore Illmo Dño Archiepo Ephesino, Nuntio Sanctitatis V. Apostolico, iuribus et immunitatibus nostris conciliet diuturnitatem. Nunc vero quam devotissime fixis osculis pedibus Sauctitatis V. eiusdem Supremam, quae in Orbe est, imploramus benedictionem. Varsaviae 27. Martii Anno Domini 1681.

Sanctitatis Vestrae Dñi Dñi mei Clementmi

Humillimi et devotissimi sacellani et creaturae
Iosephus Szumlanski Episcopus Leopoliensis et Camenecensis Administrator bonorum Metropolitae Kioviensis Ritus Graeci Unitus.
Innocentius Winnicki Episcopus Premisliensis.

Sñe ac Beatñe Pater, Dñe Dñe noster Clementissime. Anno elapso Lublini pro conversione gentis Roxolanae, eiusque Clcri lachrymis fusis, expensis effusis, quaesivimus oves errabundas ovili Sanctitatis V. Dñi Dñi Nostri Clementissimi aggregare: sed ita voleute, vel differente hoc magnum salutis negotium Divina Maicstate, non valuimus quidquam ex voto communi perficere. Hisce vcro Comitiis indefessis studiis, tantoque fortunarum nostrarum dispendio, ac sollicitis conatibus Illñi ac Rñi Dñi Dñi Archicpiscopi Ephesini Nuntii Apostolici effecimus hoc, ut Rñi Dñi Iosephus Szumlanski Epus Leopoliensis, Innocentius Winuicki Episcopus Premisliensis, una cum aliquot Archimandritis accesserint Sanctitatis V. Petream, scd verius in Petro et Sanctitate Vestra Christi potestatem adoraturi, atque manifestaverint se esse Episcopos Sanctae Sedi Oecumenicae Romanae unitos. Hoc dum gaudium S. V. uniti Praesules annunciamus, iustantissimis supplicamus precibus, ut nosmetipsos Religionem Basilianam paternis beneficentiis et Pontificia munificentia saltem pro Typo Slavonico excitando ac Seminario in Russia, et praecipue ad Monasterium Basilianum Zyrovicense erigendo sublevare dignetur. Vix enim spiramus hisce calamitosis Reipublicae temporibus ob graves et publicas contributioues, ob hyberna militum, et instans Turcicum bellum. Accedentes vero noviter Dños Episcopos Leopoliensem et Premisliensem dignetur S. V. non modo paternis prosequi gratiis, sed et Sacrae Regiae Maiestati commendare, ut supplicationibus eorum circa promissos olim et obtinendos apud Rempublicam honores, ac temporalia commoda satisfiat. Gratiam interim Sanctitatis V. et benedictionem ceruui imploraules, quam devotissimis osculis pedes S. V. amplectimur. Varsaviae 30. Martii 1681.

Sanctitatis V. D. D. Clementissimi

humillimi, devñi et obligatñi filii ad pedes
Cyprianus Zochowski Archiepiscopus totius Russiae et Polocensis.
Stephanus Martirikiensis Busiski Prothoarchimandrita Ord. D. Basilii.
Iacobus Susza Episcopus Chelmensis et Belzensis.
Leo Zalescki Protothronius Metropolita Kioviensis Episcopus Wladimiriensis et Brestensis.
Io. Malachowski Episcopus Presmisliensis et Samboriensis.

DCXCVI.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut cardinali Vidono defunto cardinalem Barberinum in Poloniae protectorem approbet.
Litt. Principum Vol. 112. fol. 65.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Eadem inevitabilis fati necessitate, qua Sacrum Collegium in persona Illñi olim Cardinalis Vidoni praecipuam sui amisit portionem, Reguum quoque meum praevalidae in Curia Sanctitatis V. protectionis subiit iacturam. Hanc ut mihi ad praesens condigne resarcire et compensare liceat, S. V. filiali et reverenti flagito desiderio, ut eum, quem peramanter Regni mei confero Protectoratum in Illñum et Rñum in Christo Patrem Dominum Carolum Barberinum S. R. E. Cardinalem, natalitiis splendoribus, insigni pietate, singulari prudentia et activitate Urbi et Orbi conspicuum, S. V. ratum gratumque habendo, omnia abhinc desideria mea, Regnique mei necessitates per Illustritatem suam S. V. proponendas et promovendas, paterua benignitate audire et votivo successu beare dignetur, eo praesertim tempore, quo tam gravis mihi adversus immanissimos sacrosanctae fidei hostes pro gloria Crucis, tuitione Sacrorum, populorum salute, Christianitatis antemurali intercedit lucta: quo, ut arma mihi foris necessaria, ita domi consilia expedita, primum a liberalitate Pontificia non exigua sumit incrementa, alterum in maturandis Eporum corundemque et Senatorem a Curia S. V. expeditionibus, in utroque paternam S. V. filiali submissione appello clementiam. Prosperum interea universalis Ecclesiae regimen ac longaevam Sanctitati V. voveo et apprecor valetudinem. Dabantur Varsaviae die ultima mensis Aprilis Anno Domini MDCLXXXI. Regni vero mei Anno Septimo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

DCXCVII.

Nuntius apostolicus cardinalem Cybum pontifici a secretis de misero comitiorum exitu (malis administri Brandeburgici artibus producto) certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 101.

All' Emo o Rmo Sig. Card. Cybo.

Emo et Rmo Signore. Porto à V. E. una notitia, quale sò che riceverà con molto disgusto e dispiacerà grandemente à N. Signore. Quando si sperava un fine prospero di questa Dieta, e che il vascello sin' hora tanto agitato fosse condotto in porto, ecco improvisamente perduto il tutto et insieme tante e tante fatiche sendosi la Dieta rotta, et in conseguenza svanito quanto si è fatto sin' hora, onde le cose son ridotte nel stato, nel quale erano avanti quest' anuo, se non che sono deteriorate, sendosi perso inutilmente tanto tempo neccssario per porsi all' ordine, irritato l' inimico, che spira vendetta, allettatolo all' invasione col mostrarle i sconcerti e discordie interne; et il Moscovita resta bruttamente deluso sendosi patteggiato seco una lega, che hora non può più concludersi per mancanza di potere sufficiente, non sendovi chi possa rappresentar la Republica, la di cui determinatione và per terra, risolvendosi tutto in niente per l' accennata rottura. Hor dirò particolarmente come la cosa sii passata.

Giovedì verso la sera il Nuntio Terrestre di Posnania Prziemski diede segni aperti di voler far seguir la rottura: Sua Maestà fra qualche altre provisioni prese inviò subito à me un suo Gentilhuomo à significarmelo, perche operassi in quelle forme che stimavo più proprie ad impedire l' intento temuto. Hor io considerando come non poteva adoperarsi mezzo più efficace che il Palatino di Posnania infermo, procurai, che questo scrivesse, come fece subito e con ogni maggiore fervore, perche il Prziemski tralasciasse di venire à quest' atto, ma la lettera non arrivò in tempo, sendo egli prima di giungere questa in Dieta, partito, e fatta precedentemente una protesta nella forma solita et atta à romper la Dieta. Fù tutta la notte travagliato per ritrovarlo, sendosi egli nascosto, anzi sendo l' opinione commune, partito anco di Varsavia. Hor alla mattina havendo io trovato un suo amico, che mi persuadevo sapesse ove egli fosse, introdussi con esso discorso, e dalle risposte datemi congetturai, che veramente ciò le fosse noto, e scoprsi, che modi valessero per farlo ritornare, et essendomi portato da S. Maestà le significai quel che havevo scoperto, onde il Rè fece subito chiamare il medesimo, e trattò con esso, e così il giorno istesso di Venerdì verso le tre hore doppo il mezzodì comparve il Prziemski con gran sodisfattione publica, corrispondente alla quale furono le lodi e gratie rese a me pel lavoro e cura adoperativi. Sembrava quest' huomo come un' ossesso, tanto era agitato dalle sue passioni ò più tosto da quei mali sensi, che haveva nell' animo, onde quell' istessa sera fù due volte in punto di venire à nuova rottura, e la mattina del dì seguente diede novi segni di voler far lo stesso, onde io ricordai che si avertisse, in caso ch' egli uscisse dalla Dieta, di farlo seguire da alcuni, che havranno potuto avvisare ove andasse, e con chi trattasse, lumi che potevan giovar molto, come apparisce ad esso, che per esser affatto oscuro con chi communicasse, e che sii di lui, non si sa che fare. Hor sabbato la sera presa licenza di parlare disse, che vedendo andare la Dieta tanto in lungo, con gran detrimento privato e publico spirando la proroga fatta per quel dì non intendeva, che più si prolungasse, anzi che si dovesse finire prima del tramontare del sole, se così si fosse fatta, aggiunse, che seria ritornato, altrimente si protestava della rottura, e detto ciò si alzò per uscire dalla Sessione. Si era già previsto, come si voleva, che quel dì fosse l' ultimo della Dieta, onde si era travagliato, perche si abbreviassero le cose, anzi molte se ne troncassero, et io quella mattina istessa havevo vivamente operato à questo fine presso i Lituani, ma con tutto ciò era quasi impossibile, che si potesse terminare in così breve spazio, onde il Rè chiamato à se Prziemski gravemente, ma anco amorosamente l' ammonì come egli operando in tal forma faceva un gran torto alla sua famiglia, et à se; à quella ch' è insigne nella Republica, et à se, che havrà potuto sperare i gradi goduti già da suoi maggiori. Che in questa guisa metteva in gran pericolo la Patria, attente le circostanze, nelle quali si era, e si portava si malamente verso la madre, che meritava d' esser corrisposta in altra forma. Lo richiese in ultimo, a voler considerare meglio una risolutione tanto importante, et a non precipitare se et altri in baratro di calamità, e disse ch' era anco tempo, nè essersi passato il Rubicone, esser meglio che ritornasse al suo luogo e ivi attendesse il fine, che sollecitamente si sarà posto alla Dieta. Ma vane riuscirono le gravi et amorose essortationi Regie, perche il Prziemski, a pena riverito il Re, dicendo esser meglio romper la Dieta, che fare perire la Nobiltà et il Popolo, se ne partì immediatamente della sessione. Fù seguito lui da Monsig. Vescovo di Posnania, che si studiò di ricondurlo, nè voleva lasciarlo, ma sendo stato deluso

colla speranza data dal Prziemski di voler ritornare Monsig. lo lasciò, e rientrò nel Consesso, assentandosi intanto il Prziemski. Hor nel Consesso vedendosi non esservi altro modo di salvare la Dieta, che terminar le risolutioni nel tempo, che voleva il Prziemski, perche cosi non vi sarà stata contraditione, si affrettò cotanto che in breve tempo si fece quel che per altro haverà consumato settimane, e la Polonia quasi finì tutte le suc cose. Ma la Lituania, che si ritrovava assai da capo per le discordie particolari, che l'han travagliata in questa Dieta, cominciò à mettere in dubio, se la Dieta fosse rotta, sendo già tramontato il sole, nè vedendosi comparire il Prziemski. Il che diede occasione ad alcuni Nuntii, che opinavano per la rottura, di dire, che ormai si violava il Ius fondamentale della libertà che la contraditione d'uno impedisse l'attività, cosa che dal Notario Campestre del Regno Ciarneski fù così abbracciata, che dicendoselo, come si metteva in pericolo la Repubblica, rispose, che voleva più tosto morire libero, che viver servo. E qui à gran pena si puotè ottenere, che i Lituani proponessero, sotto conditione del ritorno del Prziemski, le loro materie, e così si determinassero, et in questa guisa si travagliò sin' à mezza notte, facendo io intanto le mie parti presso gli amici del Przemski, perche indicassero ove fosse, e procurassero il di lui ritorno.

Il giorno di Pentecoste la mattina fù usato ogni studio per venire in cognitione ove egli fosse, fù inviata gente fuora, per rintracciare la via da lui tenùta, ma tutto riuscì vano, passando quel dì, e parte del seguente fra la speranza et il timore. Ma vedendo io le cose ridotte à questi termini, stimai bene di procurare, che i Lituani si dichiarassero, come per la conditione apposta del ritorno del Prziemski, non intendevano di porre d'insistere in quella che riputavan necessaria, e secondo la natura della cosa, onde se la Repubblica stimasse, che la partenza del Prziemski non portasse la rottura, non intendevano, che non ritornando lui la Dieta dovessi haversi per rotta, per la conditione apposta da loro del di lui ritorno, il che procurai, credendo che non il ritorno del Prziemski, ma la conditione de Lituani che non potea verificarsi, annullasse la Dieta.

Bisognava per sostenere che la partenza del Prziemski non rompesse la Dieta interpretar la sua volontà, cioè che il doversi finire tutto prima del tramontar del sole s'intendesse così, che non si dovesse far altra sessione, benche quella durasse oltre il tramontare del sole, et il suo ritorno, che disse seguirà, non fosse conditione, ma quasi un modo. Hor l'ordine Equestre, che si persuade, che la sua libertà consista in mantenere questa potestà, che ciascheduno in particolare possa gettare à terra la Dieta con qualsivoglia segno di contrarietà, et in qualunque modo questa apparisca, non ha voluto ammettere l'interpretatione sudetta, poco valendo il dire, che almeno in queste circostanze bisogna prendere ogni senso più favorevole per la conservatione della Patria, senza la quale la libertà perisce, e che non è libertà, ma dura schiavitudine l'esser soggetto al capriccio di ciascheduno.

È sospetto che quest'huomo possa esser stato corrotto dall'Elettore di Brandenburgo, che non ostante tante dichiaratione fatte dal Rè, teme che prese una volta le armi in mano queste si voltino contro lui, ricordandosi bene dell'offese fatte à questo Regno. Un de Nuntii Terrestri disse sabbato, come era stato tentato per rompere, accennando Brandenburgo, e soggiungendo che bisognava cacciare i suoi ministri, e che se alla Repubblica fosse piaciuto il suo consiglio, si offeriva d'esserne esecutore. Vi è anco rincontro, che l'Elettore habbi detto, che questa Dieta si romperà, e ben si sà che il suo Ambasciatore ha questo principio, cioè, essere errore che chi teme della Polonia si armi, il che non può farsi senza gran dispendio, et il vero modo di precaversi, essere il romper i suoi disegni colla rottura della Dieta, cosa che si crede sii stata fatta fare altre volte da quel Principe.

Io penso, che quando ciò sii vero, sii stato fatto hora, perche le cose si vedevan disposte in modo ch'era invitabile l'armamento della Polonia, sendosi messo ogni studio, perche si prendessero risolutioni assolute, e senza rimettersi ad arbitrio d'alcuno, sendosi chiuse anco tutte quelle uscite, onde potea evitarsi l'adempimento, et essendosi provisto quasi à tutto, rimane hora per quell'infelice rottura la Republica in stato assai misero.

Che sarà, se i Moscoviti insisteranno per la conclusione della lega, di che crescano ogni dì l'apparenze? Questi si stimeranno burlati, quando se le dirà che ogni cosa è svanita per la rottura della Dieta, onde può credersi, che faran la pace col Turco, che non puol' essere se non esitiale alla Polonia. Che irrisione ne farà il mondo, dicendo essersi chiesti l'aiuti stranieri per la guerra, prima d'accordarsi interamente fra loro? Qual fede presteranno a Polacchi, quando dimanderanno nuovi aiuti? Che farà il Turco (che hora non è determinato ove volti le suc armi, e si trova irritato da Polacchi) udendo

li discordi, con poca gente, e senza danaro, non sendo stabilite le contributioni? per il meno estenderà molt'oltre la sua pretensione de limiti. Questi sono i mali, che a prima fronte appariscano esser per derivare dalla rottura di questa Dieta. Et all'Eminenza Vostra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia 27 Maggio 1681.

Di Vostra Eminenza

humilissimo e devotissimo servo
O. Arcivescovo di Efeso.

DCXCVIII.

Pontifex clero Polono indulget, ut pro expeditione bellica contra Turcas contributionem solvere possint. Reg. Brev. An. V. fol. 218.

Venerabili fratri Stephano Archiepiscopo Gnesnensi et aliis Poloniae Episcopis.

Innocentius PP. XI. Venerabilis frater, salutem etc. Accepimus literas Fraternitatum vestrarum, in quibus petitis, ut occasione bellicae expeditionis, quam adversus Turcas Respublica inclyta vestra comparare statuit, facultatem vobis universoque Poloniae Clero concedere velimus contributiones solvendi. Commendamus magnopere zelum ea de re vestrum, proque solicitudine, quam de clarissimi istius Regni salute, cum qua publica coniuncta est, gerere debemus, allatis ad Nos precibus libenter annuere decrevimus, quemadmodum intelligetis a Venerabili fratre Opitio Archiepiscopo Ephesino, qui sensus nostros singillatim vobis exponet. Reliquum est, ut sociatis studiis Divinam opem tantae causae conciliare satagamus, cui sane causae paterna subsidia et conatus nostri nunquam deerunt. Ac Fraternitatibus vestris Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xxxi Maii mdclxxxi. Pontificatus nostri Anno Quinto.

DCXCIX.

Pontifex epis Ruthenis catholicis, regi et palatinis Russiae et Cracoviensi de opera in reducendis Leopoliensi et Premisliensi episcopis Ruthenis ad unionem cum Romana ecclesia navata grates reddit. Reg. Brev. An. V. fol. 237.

Venerabili fratri Cypriano Archiepiscopo totius Russiae et Plocensi, caeterisque Ruthenis Praesulibus huic Sanctae Sedi Unitis.

Innocentius PP. XI. Venerabilis frater, salutem etc. Ex literis Fraternitatis tuae reliquorumque Ruthenorum Praesulum huic Sanctae Sedi unitorum manu subscriptis ingenti cum spiritualis laetitiae sensu cognovimus, consociatis studiis animisque strenue vos curasse ac reipsa impetrasse, ut Venerabiles fratres Iosephus Leopoliensis, et Innocentius Praemisliensis Episcopi una cum amplissimis suis Dioecesibus eidem Sedi accederent. Pro muneris autem nostri debito sicuti uberes et condignas eximio zelo vestro de hoc laudes tribuimus, ita nulli occasioni deerimus pios conatus vestros iuvandi provehendique, quemadmodum fusius intelligetis ex literis Cardinalium Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, et a Ven. fratre Opitio Archiepiscopo Ephesino, qui iussu nostro, omni ope ac studio vobis adesse, rationesque vestras apud Regiam Maiestatem sedulo promovere nunquam intermittet: tibique, Ven. frater, cui imprimis tam praeclari operis successum, adeoque egregium apud Deum, et apud Apostolicam Sedem meritum gratulamur, caeterisque Praesulibus, qui in eundem scopum certatim tecum conspirarunt, peramanter benedicimus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxvi. Iulii mdclxxxi. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Carissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Innocentius PP. XI. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi non dubitamus, quin Maiestas tua assiduis regiae benignitatis ac beneficentiae documentis sit prosecutura Venerabiles fratres Leopoliensem ac Praemisliensem Episcopos, qui opera praesertim tua huius Sanctae Sedis unitati una cum Dioecesibus suis nuper accesserunt, adeo tamen Nobis cordi sunt et esse debent eorum rationes et commoda, ut stimulos in ipsum nostros Tibi duxerimus admovendos, de singulari tua pietate et filiali erga Nos observantia plane confidentes fore, ut quod sponte tua praestares libentius etiam ac liberalius intuitu uostro praestes. Praeter ingens meritum, quod Tibi apud Deum comparaveris, voluntatem nostram arctius etiam hoc nomine Tibi devinxeris, Carissime in Christo fili noster, cui Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die secunda Augusti mdclxxxi. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Dilecto filio Nobili viro Stanislao Iablonowski Palatino Russiae et Exercituum Regni Poloniae Campiduci.

Innocentius PP. XI. Dilecte fili Nobilis vir, salutem etc. Non ignoramus, quantum operae ac studii impenderit Nobilitas tua pro aggregandis huic S. Sedi Venerabilibus fratribus Leopoliensi et Praemisliensi Epīs, quantumque in te meriti ex tam praeclaro facto reduudaverit. Quamobrem muneris esse nostri duximus eximiam pietatem atque animi religionem tuam magnopere de hoc commendare, nostraeque ob id erga te charitatis incrementum hisce tibi testatum facere, non defuturi occasionibus, quae se dederint, id ipsum luculentius declarandi. Etsi autem facile Nobis persuademus, constanter te praestiturum in suscepto instituto de Catholica Religione benemerendi, nihilque praemissurum, quod ad eam in dies magis propagandam conferre posse existimaveris: currenti nihilomiuus stimulos libenter adiicimus, quo ampliorem perspecto zelo tuo virtutis exercendae campum aperiamus. Benevolentiae iuterim, qua te prosequimur, testem Apostolicam benedictionem Nobilitati tuae peramanter impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die secunda Augusti mdclxxxi. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Eodem modo Andreae Potoskio Palatino Cracoviensi.

DCC.

Episcopus Chelmensis Ruthenus catholicus cardinales congregationis de Propaganda Fide de laeto apud schismaticos suae dioecesis fidei progressu certores reddit, petitque, ut nonnullis ritus sui clericis collegio de Propaganda Fide aditus daretur. Nuntiat. Polon. Vol. 102.

Emi ac Rmi Principes S. R. E. Cardinales de Propaganda Fide, Dni Dni et Patroni observandissimi. Supplices obtuli preces Illmo et Rmo pro nunc in Polonia Nuutio Apostolico, ut in siuum Vestrarum Eminentiarum suam pro me Religiosisque meis Chelmensibus deponeret intercessionem, qui ad amplissimum et beneficentissimum Vestrum de Propaganda Fide collegium pro studiis litterarum altioribus et diviuioribus admitti possint. Qua in re ipse quoque Vestris supplex et cernuus accedo Eminentiis, praestare id mihi gratiae dignentur, qui totis annitor viribus sanctam Uuionem propagando tam in istis nostris, quam in Lithuania tenacibus in Schismate partibus. Exilium Chelmae a Schismaticis per biennium fere passus sum, cum Cathedram, antequam Episcopus essem, post victoriam de Polonis a Cosacis obtentam Schismatici recepissent Chelmensem. Sed eandem rursum, existente Virginis Icone miraculosa Chelmensi, in castris Berestensibus, profligatis Tartaris et Cosacis, a Ioanne olim Casimiro Rege, ad cuius latus id tempus eram, receptus, et totum Episcopatum cum tot centenis animarum millibus e Schismate vindicavi, et in dies, Dei gratia, variae accedunt quali quali meo labore ad fidem sanctam parochiae. Quinimo concussiones, convulnerationes, venena et alia vitae meae pericula pro fide sancta suscepi, quae omnia humillime Vestris Eminentiis defero. Ut autem possim habere cooperarios in vinea ista Domini, egregios iuvenes ad religiouem et monasterium meum colligo Chelmense. Pro quibus Vestris submisse et enixe supplico Eminentiis, quatenus locum etiam mei Religiosi in vestro eminentissimo de Propaganda Fide pro studiis litterarum erecto habeant Collegio. Contulerat hanc gratiam Emus olim Barberinus S. Ouuphrii Cardiualis, Praefectus Congregationis Vestrarum Emiuentiarum, antecessori meo Methodio Terlecki Episcopo Chelmensi Unito, ut tres vel duo pro semper mittereutur, et fuerat id ante Cosatica bella semel practicatum: post succedentibus tot variationibus in Regno et Unione cessatum est. Unde etiam modo omni, qua possum et debeo, contentione animique submissione a Vestris id Eminentiis peto, ut tres, siu minus est possibile, duo suscipi valeant, et quidem, ut etiam semper haec gratia Eminentiarum Vestrarum Chelmeusibus Religiosis conferatur. Quo fiet, ut non modo hic locus Chelmensis, propter Virginem miraculosam clarissimus, viris doctis et probis exornabitur, verum etiam hisce Russiae partibus Schismate abundantibus summus adferatur fructus. Quod totum Vestrarum Emiuentiarum coram divina Maiestate cedet remunerationi. Nos autem omues, quicunque huius participes erimus gratiae, aeviteruum Vestris Eminentiis et Fidei Sanctae Catholicae obligatissimi manebimus. Quibus nunc omnia faustissima animitus apprecando mea humillima praesento obsequia

Chelmae 22 Ianuarii 1682.

Vestrarum Eminentiarum

humillimus servus et orator
Iacobus Susza Episcopus Chelmensis et Belzensis Unitus mpp.

DCCI.

Metropolita Ruthenus catholicus pontifici et cardinalibus de Propaganda Fide supplicat, velint ad rem catholicam apud Ruthenos iuvandam subsidia sibi dare, quibus seminarium et typographiam Slavonicam ad excudendos correctiores libros liturgicos fundare possit. Litt. Ēporum Vol. 65. 61.

Sñe ac Bñe Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post tot labores sumptusque impensos a me, postquam Dei et Apostolicae Sedis gratia hunc Metropolitanum Russiae ascenderim Thronum, ut ad veritatis cognitionem populum Schismate infectum reducerem, tandem Divina Maiestas dignata est, quemadmodum iam innotuit Beatitudini Suae, consolari me conversione Episcoporum Leopoliensis et Premisliensis, ac restitutione plurium ecclesiarum longo ante tempore Scismaticis datarum, novisque fundationibus Monasteriorum diversis in locis pro Ruthenis unitis. Nihilominus intuenti mihi tam copiosum numerum huius populi, maximasque corum necessitates, et paucos Orthodoxae fidei operarios, quibus fruimur, gaudium vertitur in moestitiam, quies in tacdium. Verum enimvero multoties exposui Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, duo efficacissima fore media ad excolendam hanc nationem ac reducendam ad ovile Christi: Primum fundatio alicuius Collegii Nationalis, ex quo possint maiori copia prodire idonei operarii; Secundum providere typum linguae Illyricae ad reimprimendos libros ecclesiasticos diuturnitate temporis consumptos, eosque subministrare ecclesiis, ne amplius Moschoviae e partibus corruptos mendicemus. Et si redditus mihi Episcopales valerent sufficere, Suaque Beatitudo facultatem impertiret, libenti animo privarem me iis, ut applicatis hisce rebus publicum eo magis cresceret emolumentum. Restat iam supplices B. V. porrigere preces, dignetur nos etiam benigno respicere oculo; et siquidem nunc Vaticanae Bibliothecae Custodis officium vacat, facta dignissima promotione ad Cardinalatum R. P. M. Lauria, complaccat B. S. conferre illud R. P. Iosepho de Camillis Procuratori nostro Romae, quotiescumque eum idoneum reperierit: addet enim non leve subsidium pauperrimo illi hospitio, in quo permanet ille, agnoscet hunc honorem in persona eius tota Religio Basilicana mecum ac universa Russia, eique adauget animum eo magis incumbendi pro beneficio publico. Proinde prostratus ad exosculandum B. S. pedes precor, ut quam diutissime Deus servet incolumem. 24. Martii 1682.

Sanctitatis Vestrae Dñi Dñi mei Clementñi etc.

Eñe ac Rñe Dñe, Dñe ac Patrone Colendñe. Desiderium, quod in pectore meo continuo ardet, videndi tandem aliquando conversam totam Russiam, et reductas ad ovile Christi tot myriades ovium, quae destitutae salutari pabulo pergunt errantes, adeo me tenet solicitum, ut vix, ne vix quidem aliqua tanto labori sufficiat quies. Proxime elapsis temporibus uti V. E. sat notum est, auxiliante Dei gratia, reduximus ad Unionem Episcopos Leopoliensem et Premisliensem, ac etiam spero divinam misericordiam in futurum largitatem dexterae suae extensuram. Sed cum considero, quod messis magna, operarii vero pauci, et illi nostri, qui in diversis Collegiis student, non sunt sufficientes, eo quod vel ad prima quidem officia Religionis assumantur, vel a nostra Regia Maiestate ad mitras vacantes promoveantur, et si etiam isti omnes operam darent animabus instruendis, adhuc pares non essent tanto negocio. Quare non semel proposui Illño Nuncio, quam magnum foret in Russia iubilum, si alicubi Seminarium aliquod pro natione hac erigeretur, unde maior copia operariorum exiret, et si typus pro idiomate Illyrico fundaretur ad providenda tot millia Ecclesiarum libris ecclesiasticis, qui pluribus in locis prorsus non extant, atque ad erudiendum populum aliis libris spiritualibus ac doctrinalibus. Ad quae opera libentissime applicarem meos proventus, si abundarent mihi. Sed cum nimis ardua videatur huius laudabilis finis consecutio, saltem in signum benevolentiae, quam V. E. habet erga nos, dignetur apud Sanctitatem Suam intercedere, ut R. P. de Camillis mihi multum dilecto conferatur officium Custodis, quod ob promotionem P. M. Lauriae in Cardinalem in Vaticano Bibliotheca vacat. Si enim vellet praedictus Pater venire in Russiam, exciperet apud me honores non mediocres, tam ob antiquam inter nos amicitiam, quam ob suas optimas qualitates. Nihilominus cum notum mihi sit illum magis complacere in quiete Romana, non audeo inferre ipsi violentiam, cum praesertim se occupet in operibus, quae merita ipsius augebunt in futura vita, et post mortem adhuc viventem cum laude in hominum mentibus conservabunt. Quare favores quos E. V. dignabitur ipsi praestare, reputabo mihi esse praestitos, quos etiam indelebili sigillo in corde meo exprimam. Inter supplicationum mearum optimum sperando exitum, incolumes ac prosperitate plenos V. E. deprecor annos plurimos. 24. Martii 1682.

Eñae et Rñae Celsitudinis Vestrae

Humillimus, devotissimus et obligatissimus servitor
Cyprianus Zochowski Archiep. totius Russiae et Polocensis.

DCCII.

Rex Poloniae pontificem rogat, ut ecclesiam s. Ioannis Varsaviensem nonnullis privilegiis condecorare velit. Litt. Princip. Vol. 115. fol. 100.

Beatissimo Padre. Fra le Collegiate di questo Regno una delle più riguardevoli è quella di S. Giovanni in Varsavia, tanto per la frequenza delle Diete e Convocationi, che si sogliono là tenere, che per la solita residenza pratticata quasi sempre tanto da me, che dai miei Antecessori: onde desiderando quel Venerabile Capitolo condecorarlo anche maggiormente con la cappa usata dai Canonici in molte altre di queste Chiese principali, mi fanno instanza d'intercedergliene il placet dall'innata clemenza di V. Beatitudine, perciò gliene presento le mie riverentissime suppliche à prò del sopradetto Capitolo, sperando che anche in questa congiuntura, si come in tutte le altre, vorrà farmi provare gli effetti della sua paterna bontà, potendosi la Santità Vostra assecurare che tal gratia sarà da me registrata fra tante altre, che di continuo mi vengono compartite dalla somma sua benignità. E qui col ossequi ofilial mio solito, prostrato col medesimo Capitolo e questi popoli tutti alla sua benedittione, li bascio i santissimi piedi. Strya li 29 Ottobre 1682.

Di Vostra Santità

Obedientissimo figlio
Giovanni Re di Polonia.

DCCIII.

Idem rex cardinali Cybo legatum suum extra ordinem ad pontificem in negotio belli Turcici missum commendat. Litt. Principum Vol. 115. fol. 4.

Ioannes III. Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Illmo ac Rmo in Christo Patri Dño Alderano Cibo S. R. E. Cardinali, Amico nostro charissimo et honorando, salutem et felicitatis continuum incrementum. Illme et Rme in Christo Pater. Dum contermina Regno nostro Hungaria sub apparatu belli Turcici anno proxime elapso tantummodo ostentati, ad praesens vero magnis et et ingentibus viribus impendentis sortem suam perhorrescit, iustum etiam ad Nos Regnaque nostra derivamus metum, ne per inundationem et possessionem dicti Regni ditionibus quoque nostris contiguis eadem Ottomannica potentia illabatur, oppressisque viribus Polonis, intolerabilis universae ingruat Christianitati. Quaerimus hisce malis opportuna remedia, et quia nullibi magis praesentia tali in passu speramus, quam a Sancta Sede Apostolica, unde regimen et prospectus in res christianas semper derivari consuevit: commisimus Venerabili Casimiro Denhoff Abbati Clarae Tumbae, Ablegato nostro extraordinario, quatenus Suae Sanctitati uberius nostra et rei christianae pericula explicet, paternumque eius erga Patriam nostram sollicet pectus. Habet praeterea hic idem in commissis difficultates de Iure Patronatus nostri in conferendis Abbatiis exortas Suae Sanctitati explanare, ac tandem efficax aliquod pro retinendo iure nostro, componendisque importunis controversiis impetrare remedium. Quod totum ut eo facilius et ex maiore succedat commodo, Illustritatem Vestram obnixe compellamus, ut pro sua in rebus gerendis dexteritate, amore in res christianas atque incomparabili erga Nos Regnumque nostrum affectu eidem Ablegato favere, et gratiose in omnibus assistere velit, plenamque ei, quidquid nomine nostro proposuerit vel curaverit, adhibeat fidem. Quae dum Nobis eventura ex voto pollicemur, bonam Illustritati Vestrae valetudinem et prosperos rerum successus precamur. Dabantur Varsaviae in Comitiis Regni Generalibus die xxiii. Mensis Martii Anno Domini mdclxxxiii. Regni vero nostri Undecimo Anno.

Ioannes.

DCCIV.

Romanorum imperator commendat pontifici oratorem suum, petitque, ut contributionem a clero Germaniae sibi concessam ad bellum Turcicum approbare velit. Litt. Princip. Vol. 115. fol. 18 et 19.

Beatissimo in Christo Patri Domino Innocentio Undecimo Divina providentia Sanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Domino Reverendissimo.

Bmc in Christo Pater, Dūe Reverendissime, post officiosissimam commendationem filialis observantiae continuum incrementum. Dum hostilia Ottomani arma nostrum Hungariae Regnum lacessunt, simul ac vero Ecclesiae ac Reipublicae universae ingulum petunt, discriminis magnitudo classicum quasi canit, eosque in arma vocat, qui laudis servatae rei Christianae partem affectantes, fortitudinis exercendae campum sibi vendicare student. Ex illorum numero est Camerarius noster sacrique Imperii fidelis

dilectus Wicardel de Fleury et Beaufort, maritimi belli imprimis gnarus ac editis facinoribus clarus. Hic enim devotissima Nobis obsequia sua comprobaturus, navalem quandam contra Turcas expeditionem molitur, ut atrocissimus hostis alibi etiam lacessitus impeditusque una virium mole Nobis tantum haud incumbere queat. Quod institutum dicti Camerarii nostri cum in tutelae Christianae salutis redundet, non possumus non ex filiali nostra observantia Sanctitati V. maximopere commendare, ut pro paterna sua cura indefessa, qua incolumitatem Christianorum cum immortali nominis sui elogio asserere nititur, egregium hoc opus provehere et iuvare, ac memoratum de Fleury benigno favore prosequi dignetur. Quod ea qua solemus fiducia exposcentes, Sanctitati Vestrae diuturnam prosperamque valetudinem, et faustos in Ecclesiae, tum Reipublicae securitatem consiliorum successus ex animo optamus. Datum Laxenburgi die vigesima Mensis Maii Anno Domini Millesimo sexcentesimo octuagesimo tertio, Regnorum nostrorum Romani vigesimoquinto, Hungarici vigesimooctavo, Bohemici vero vigesimoseptimo.

Sanctitatis Vestrae

Obsequens filius
LEOPOLDUS.

Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Reverendissime. Post officiosissimam commendationem filialis nostrae observantiae perpetuae felicitatis continuum incrementum. Minime latent Sanctitatem Vestram indefessae curae, diurnae nocturnaeque sollicitudines, quibus pro totius Christianitatis incolumitate, vel maxime autem animarum fideique orthodoxae conservatione contra capitalem Christiani nominis hostem Turcam, et ad repellendas eiusdem vix unquam graviores machinationes et minas pro munere Nostro Caesareo Regioque quotidie occupamur, et vix non immergimur, unice in id intenti, ut Regna et provinciae nostrae haereditariae in sinu sanctae matris Ecclesiae Romanae tranquille conserventur. Commovit et quodammodo adegit Nos hic ipse zelus noster, ut si praefixum finem adipisci voluimus, quoque iu tempore de necessariis mediis prospiceremus: quod et fecimus, dum fideles status et subditos nostros in Regnis et provinciis nostris haereditariis (inter quos status Ecclesiasticus primatum tenet) per literas patentes adhortati sumus, ut quilibet illorum pro sui et totius Universi salute, iuxta propriae conscientiae et integritatis dictamen, ad extremas hasce necessitates publicas centesimam partem suarum facultatum conferret, idque ad exemplum Maiorum nostrorum, qui pro exigentia status publici, indictis Comitiis publicis statibusque suis, tum Ecclesiasticis, tum Laicis ob communia iisdem in realibus commoda et proventus ad eadem indistincte vocatis, Iure suo collectandi a tempore immemorabili usque et usque usi sunt. Quod vero in praesenti periculosissimo rerum statu consueta Comitia pro more non indixerimus, ursit et exegit hoc extrema necessitas, quae legem non habet, et summum in mora periculum, quod tantum temporis spatium, quale in Comitiis publicis impendi solet, minime admisit: qua de causa etiam fideles status et subditos nostros in ipsis ante memoratis literis nostris patentibus eo assecurari fecimus, hanc extraordinario modo et ob extraordinarias causas publicatam collectam eorundem iuribus et privilegiis, nec non inveteratae observantiae infuturum nullo modo praeiudicare vel posse vel debere. Quibus ita genuine se habentibus, cum nihilominus Rñus in Christo Pater Dñus Franciscus Bouvisius, S. R. E. Presbyter Cardinalis, S. V. et S. Sedis Apostolicae apud Nos Nuncius ordinarius, Amicus noster charissimus, sacpius Nobis repraesentare non cesset, salvam et integram non remanere Ecclesiasticam immunitatem, etiam respectu aliorum Principum, qui exemplum hoc male essent secuturi, uonnullique Ecclesiastici de statibus nostris hacreditariis dubium aliquod foveant circa huiusmodi contributionem ut supra ordinatam, et circa expressionem in Edicto factam, pro nostra, qua erga S. V. specialiter ferimur, filiali observantia, et ad evitandas similes controversias nimium intempestivas ac perniciosas, instanter petimus, ut hanc nostram, sic iubente inevitabili ratione temporis et salutis publicae, susceptam ordiuationem, qua extremo quodammodo totius Christianitatis exterminio pro viribus consulere unice inteudimus, nullatenus autem Ecclesiasticae immunitati praeiudicare voluimus, sauando quoscunque assertos defectus paterne comprobet, et Pontificio assensu roboret quoad exactas pariter et exigeudas ex ordiuatione praefata Ecclesiasticorum contributioues. Quod reliquum est, Sanctitatem Vestram Deo, Ecclesiae et sibi quam diutissime incolumem vivere filiali observantia animitus comprecamur. Datae Laxemburgi die vigesimanona mensis Maii Anno Domini 1683. Regnorum nostrorum Romani vigesimo quinto, Hungarici vigesimooctavo, Bohemici vero vigesimoseptimo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequens filius
LEOPOLDUS.

DCCV.

Innocentius PP. XII. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Etsi ad Maiestatem Regiamque Domum tuam effuso quodam paterni cordis affectu prosequendam valida Nobis, et quidem praeclara non deerant incitamenta: novos nihilominus in idipsum stimulos addiderunt humanissimae literae, quibus perceptam a Te ex nostra supremum ad Ecclesiae Catholicae regimen Assumptione exuberantem laetitiam luculenter declaravisti. Quamobrem pro explorato habere poteris, maiorem in modum Nos gravissuros, ubi praestantes se occasiones offerent, propensam erga Te praedictamque Regiam Domum tuam voluntatem nostram testatam Tibi, eidemque Domui abunde facieudi, attenta praesertim constanti ac nunquam satis commendauda deliberatione, quam de Turcico bello indefessis conatibus prosequendo geris, necnon zelo, quo flagras, Graecos Schismaticos in viam salutis deducendi. Uberrimas interim utroque ex capite Maiestati tuae laudes tribuimus, ac iudefinitam secundorum eventuum faustitatem a Deo Tibi impense apprecantes, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum etc. die xxii. Septembris mdcxci. Pontificatus nostri Anno Primo.

DCCXXXVIII.

Rex Poloniae, fausto ultimo bello recenso, ordinibus deliberanda pro proxime futuria comitiis proponit.
Nuntiat. Polon. Vol. III.

Ioannes Tertius Dei gratia etc. Terminatur gratia supremi Domini cum summa utilitate et immortali decore moderua campania. Non solum etenim Scytica potentia totius Bassarabiae a Domiuiis nostris remota, et cum sua confusione ex campo ad proprias propulsata stationes, verum etiam quidquid terrarum ad recipiendum erat convenieus, et in illis sese stabilieudum, et insimul propulsandum Budziacensium Scytharum auxilio et benedictione Dei cessit manibus nostris. Prout enim in tres bellicas operationes moderuam campaniam divideramus, unam sub Camenecum, alterum a fluvio Tyra versus Bassarabiam, tertiam per superiorem regionem intra terram Valachiae versus Moldavos. Ita utrobique adstitit dextera Domini. A fluvio Tyra exercitu Cosatico et certa exercitus nostri parte cum generoso Castellano Chelmensi recepimus Sorokam cum arce ad ipsum fluvium Tyrae, unde non solum ad arcem Tehyni Turcico praesidio munitam aperta via, sed etiam tota Bassarabia velut ex equo Troiauo infestari potest. Hic vero arcem Niemec nuncupatam, opus non solum fama antiquitatis, sed etiam munitione loci et arcis commendatum, recepimus, ex qua incubam in totam terram Valachiae et Moldaviae exercere possumus potestatem. Non tum nihilominus nos haec expressa contentos facit prosperitas, prout affligit, quam exprimere impossibile, miseranda Reipublicae sors, quam ubique semper evidentissime observamus, nunquam tamen et nullibi magis, quam dum paternam fortunam operationibus belli ad summam aliquid et immortale exponere expedit. Miraculum ferme utique Omnipotens Deus super nos fecit, quod aliquid prosperi et opportuni effici potuit, circa tam gravissimos Laudum Comitialium conatus. Quis sperasset, ut tanto rigore duo quartalia solutionis stipendiariae pro auxilio redeuntis ex campo militis, duo pro adiuvamento egredientis in anteactis assignata Comitiis debuissent inverti? et nihilominus non solum magna ex parte factum, sed etiam incipiendo ab octo usque ad sexdecim et octodecim debitis quartalibus ascendit querela militum, exindeque insufficientia facillime itaque a quolibet concipi

potest, quantum potuisset esse malorum in exteris nationibus devastatis et remotis, et cessante iam ordinaria Beatissimi Patris tempore modernarum campaniarum insufficientia. Si incipiendo ab expeditione Cosatica usque ad ultimam ferme legionem militum, quaecumque prompta ad hoc fuit propriae substantiae largitione, non se opposuissent necessitates. Imminet nunc equidem istud tempus per legem patriam biennali cadentia assignatum, quod huic deberet mederi: sed quid prodest? quando hucusque Respublica fato suo amplius non didicit, quod omnium malorum Comitia erant remedium, modo dum Comitiola remedium ipsum tollunt, videtur quid incurabile. Utrumque sit, non potuit nostra paterna simul et filialis erga istam patriam teneritudo reticere, quidquid candem premit, et vel levi tangere palpebra periculosissimum morbum, cui remedia non prosunt, ut cordatissimorum civium zelus aliquando pro bono publico obsisteret, et tempestive, quomodo hoc corrigendum esset, in futuris reflectet sese Comitiis. Ista vero ubi et quando? punctum ipsum modernae deliberationis Sinceritatibus vestris tempus adhuc expeditio adimit bellica, et deberet adimere, quam longissime reflectendo ad resolutionem a Magnifico Castellano Siradiensi Commissario nostro ad tractatus cum Porta destinato, ne nos domi invehant, ad quos adhuc hucusque parum apparentiae. Locum repraesentat lex Grodnae, et nihil esset super hoc deliberandum, si Deus optata benediceret pace. Sed quia res in dubio, et hic istarum terrarum Russiae iam inter viscera devastationis subiectarum necessitas ipsa sollicitam imponit curam, et remotio ab iisdem memoria periculi incursionis Scythicae usque versus Sokalim tempore anteactorum Comitiorum Grodnae in conscientiam revocat, est certe super quo deliberandum accordando luctam legis cum necessitate. In tali itaque occassione, et insimul quidquid futurorum Comitiorum instructionem spectaret, optamus et volumus ex perspectis Sinceritatum vestrarum votis quam perfectissime illuminari, et eadem diligentissime perspiciendo votum nostrum addimus, ut id quod optimum est, inspiret cordibus Deus, a quo insimul Sinceritatibus vestris salutem exoptamus. Datum in Castris nostris in terra Valachiae ad fluvium Moldawa nuncupatum die xx. mensis Octobris Anno Domini MDCXCI. Regni nostri XVIII.

IOANNES REX.

DCCXXXIX.

Idem rex pontifici supplicat, ut Stanislaum Domski episcopum Plocensem et Andream Zaluski episcopum Chioviensem ad cathedras Cuiaviensem et Plocensem transferat. Litt. Princip. Vol. 126. fol. 284 et 299.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñc Clementissime. Post oscula beatorum pedum S. V. et mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Binis licet iam vicibus, stante meo regimine, Rñdum Stanislaum Dombski Episcopum Plocensem ad Cathedrales Ecclesias nominatione et praesentatione devotissima sanctis liminibus commendaverim: viri tamen et Episcopi huius pietas, eruditio, vita clara cum natalium sanguine, ac omnis ille, qui statum hunc ornare solet, decor et dignitas est talis, ut nunquam mihi satis promotus videatur, cum nunquam ille satis habeat bono Ecclesiae ac utilitati publicae totum se impendere; sed amplissimis virtutum suarum ac meritorum incrementis superet omnes gratiae Regiae respectus. Hinc optime provisum arbitror recenti Ecclesiae Cathedralis Vladislaviensis orbitati, dum memoratum Rñdum Episcopum Plocensem humili mea commendatione S. V. ad dictam Cathedram Kuiaviensem, post fata Rñdi Bonaventurae Madalinski Episcopi Vladislaviensis vacantem, praesento. Id ego dum pro munere meo ac iustitia facio, S. V. enixis oro precibus, ut huic nominato meo tantum gratiae et benignioris respectus in sacra expeditione impertiri dignetur, quantum ille de me, Republica ac sancta Ecclesia meritus est, quantumque optime mereri semper cupit. Quidquid illi exhibuerit, in partes mearum obligationum ac filialis cultus derivabo. Felix interim cum incolumi semper valetudine S. V. Ecclesiae sanctae regimen ex animo precor. Dabantur in Russia Iavoroviae die prima mensis Decembris Anno Domini MDCXCI.

Sanctitatis Vestrae

obedientissimus filius
IOANNES REX POLONIAE.

Beatissimo Padre. Trà i Senatori Ecclesiastici di questo Regno uno dei più zelanti per ciò che riguarda il servizio Divino, e che con applicazione e lode eserciti la Dignità Pastorale, è il Venerabile Zaluski Vescovo di Chiovia, il quale è hormai gran tempo che cercavo l'opportunità di destinargli qualche posto superiore nel Senato, poiche sin qui non senza sua spesa et incommodo, non ostante che il Vescovato non li fruttasse cosa alcuna, sostenne sempre col dovuto decoro il suo luogo. Mi si

presenta hora occasione di portar le mie suppliche alla S. V., acciò si degni confermar al medesimo la grazia da me compartitagli del Vescovato di Plosca, con la retenzione dell' Abbazia Vonkoska, il qual Vescovato viene a vacare, mentre il Venerabile Domski Vescovo di Plosca ascende à quello di Cuiavia, che pure è vacato in questi giorni. Le ottime prerogative, le virtù singolari, il merito suo e di tutta sua casa aggiunte ad un' assiduità fedelissima verso me e miei interessi sono i motivi, che mi necessitano non solo à desiderarli, mà di contribuire per i di lui vantaggi; e perciò riceveremo per un vero e nuovo testimonio dell' hormai esperimentata paterna clemenza di V. B., se si degnerà honorarlo dell' approbazione al Vescovato di Plosca, con la retenzione dell' Abbazia Wonkoska. In ogni congiuntura non mancherò mai di render alla Santità Vostra gli attestati del mio filial rispetto. Et hora humiliato con questi Popoli alla sua benedittione le bacio i santissimi piedi. Iavorova li 12 Decembre 1691.

Di Vostra Beatitudine

Ubidientissimo figlio
Giovanni Re di Polonia.

DCCXL.

Idem rex pontifici Carolum M. Votam e Soc. Iesu oratorem suum commendat. Litt. Principum Vol. 127. fol. 40 et 107.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementiñe. Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vestrae, et mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Vellem equidem et ita omnino contendo, ut a me Sanctitas V. ex sacro contra sanctae Crucis hostes foedere nihil unquam molestiae, sed semper multiplicia solatia, ac in decus S. Sedis Christianitatisque prosperum usum continua recipiat incrementa: sed eum bellum hoc nemini maiori labore et dispendiis, minori autem emolumento, quam mihi veniat, impossibile est, ut Sanctitati V. veluti optimo Patri, saerique huius foederis summo protetori angustiae et afflictiones Regni mei prope exinaniti non pateant, tenerrimo illius ampleetendae affectu. Ne autem longiori hae in re Sanctitatem Vestram obruam narratione, per Venerabilem Carolum Mauritium Votam S. J. Theologum meum, qui tanquam oculatus actionum mearum testis, omniumque difficultatum spectator fideliter et diserte informare poterit, humiliter deferendum existimavi ea omnia, quaecunque sollicitas meas semperque impensas execdunt curas, ac plane imparem me reddunt consilio. Dabit proinde Sanctitas V. illi non modo facilem aurem, sed clementissimum propositis desideriis tribuet respectum, superque urgentes necessitates et egestatem publicam natam ex eo, quod Regnum meum sibi sit consumptum rei Christianae ac utilitati Collegatorum inserviendo, paterne intelligere dignabitur. Pro quo dum humillimas plantis Sanctitatis V. adsterno preces, me ac Regnum meum gratiis illius devotissime commendo, immensa fundens vota pro longaeva S. V. incolumitate, felicissimoque Ecclesiae Sanctae ac rei Christianae moderamine. Dabantur in Russia Leopoli die ... mensis Februarii Anno Domini MDCXCII.

Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

Beatissime Pater. Has etiam litteras manu mea exaratas pedibus S. V. humillime adiicio, ut conceptum de eiusdem exaltatione gaudium, prae omnibus Regibus mortalibusque contester, illi toto animo gratuler, longaevos annos apprecer, ac laborantem in extremis Christianum populum impense commendem. Plura addet Pater Carolus Mauritius Vota, rerum nostrarum conscius, fidusque cordis mei interpres: quem inter omnes clegi ad S. V. pedes mittendum, utpote zelo erga S. Sedem, cui diu et fidelissime serviit, nulli secundum, meritisque erga saerum foedus insignem. Cui proinde fidem integram in hiis, quae nomine meo exponet, benignissime praestandam minime dubito. Coeterum oculo pedum S. V. et paternae benedictioni me domumque meam humillime advolvo

Sanctitatis Vestrae

Leopoli 16. Aprilis 1692. (Epistola autographa.)

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

DCCXLI.

Episcopus Premisliensis Ruthenus catholicus pontifici et cardinalibus S. C. de Propaganda Fide significat, professionem fidei se emisisse ac sacrum iubilacum in dioecesi sua promulgasse. Ex archivio S C. de Propaganda Fide.

Sñe ac Beatiñe Pater. Post oscula Sanctitatis tuae pedum, quibus interim in pagina humillima advolvor, antequam coram, quod in animo et votis habeo, ad eosdem eadam. Triumphalia Christi

resurgentis festa Sanetitati tuae demissiorem in modum gratulor; servent coelites Sanetitatem V. orbi Catholico in annos plurimos incolumem; servent florentem diu Ecclesiam Christi Divi sub felicissimis Sanctitatis V. auspiciis et innocenti sidere, (cui) cum nobilissimo et praenobili grege meo, in faeie orbis Poloni, Maiestatum, Procerum, Apostolici Nuntii et Episcoporum, anno superiore magno animae meae solatio Tc, Beatissime Pater, Pastorem meum Oecumenicum et Uuiversalem sequens aggregatus sum. Iusonuit Sanetitatis V. nomen in scisso olim populo, in coelosque partibus fusis per oppida et vicos, sublatumque est iubilaei proximi tempore, quod etiam ex paterna Sanetitatis tuae gratia obedientissimus filius aeeepi et debite promulgavi. Nce pensi habeo sareamos, et odia Sehismatieae adhuc vicinitatis, qui Deum solum et meam meorumque salutem aeternam omnibus praehabeo temporalibus. Pro adunatione seissae in meo Episcupatu iurisdictionis immortales Beatitudini V. ago gratias. Cedat hoc in maius ovium mearum solatium, et ante omnia Dei gloriam. Interim ad omnia adversa perferenda et in Christo vineenda Sanetitatis V. imploro benedictionem, eui eaput meum ad usque pedes beatissimos submitto.

Praemisliae ad Cathedram meam S. Ioannis Baptistae die 23. Aprilis 1692.

Sanctitatis Vestrae

indignissimus et subiectissimus exorator

Innocentius Episcopus Praemisliensis ritus graeci unitus.

Eminentissimi Principes, Domini Dñi mei et Patroni Colendissimi. Operae pretium iudieavi in eireumstantia triumphantis Christi et Paschalium gaudiorum coram Eminentiis Vestris, ac S. Congregatione eomparere, cui vel maxime Christi gloria et triumphus eordi est. Haec ego triumphalia Eminentiis Vestris tota animi latitudine gratulor, vel eo etiam nomiue, quo ipsemet anno immediate lapso Varsaviae cum millenis ovibus meis a Christo Pastorum Principe, et Innocentio P. O. M. eiusdem Vieario duear in triumpho. Ubi in facie Regis et Regni coram Nuntio Apostolieo et Epis, quam in corde pridem habui fidem Catholicam et obedientiam Sanetissimo Innoeentio XII. publiee professus sum et iuravi. Cedat hoc mihi gregique meo ad aeternam salutem, Sanetae Romanae Eeclesiae, cuius fidelis et obedientissimus sum filius, ad solatium, vicinis Sehismatieis ad exemplum, ut in Domino confido. Confundentur eerte, qui voluerunt mala mihi, et apud Sacram Eminentiarum VV. Congregationem non verebantur detrahere animae meae. Deum solum et unieum, Purpurati Patres, prae oculis tunc habui habeoque, animam meam et extra omnem eogitationem ne dum euram. Aceepi novam Sanetmi gratiam, hoc est adunatam, quae fuit eum Revereudo Malachovio, in meo Episcopatu iurisdietionem. Utar illa ad maiorem Dei gloriam et Ecclesiae Sanctae ineremeutum. Couditiones porro ab Eminentissimo Cardinale Barberino mihi transmissas tanquam eas, quae minime graves et omnino iustae censentur, sincere amplector et admitto. In reliquis Eminentissimus Cardinalis Barberini, Regui et meus Proteetor, Sacram Eminentiarum Vestrarum Congregationem informabit. Hoe dum Eminentiis Vestris Deo et eonseientia teste declaro et spondeo, Earundem gratiae et favoribus cum saerae purpurae osculo me demissiorem in modum eommendo.

Dabantur Praemisliae ad Cathedram S. Ioaunis Baptistae die 23. Aprilis 1692.

Eminentiarum Vestrarum

humillimus et devotissimus exorator

Innocentius Winnicki Episcopus Praemisliensis ritus graeci unitus.

DCCXLII.

Rex Poloniae commendat cardinali archiepiscopo Gnesnensi episcopum Premisliensem Ruthenum catholicum, eumque a quacunque suspicione purgat. Ex archivo S. C. de Propaganda Fide.

Ioannes III. Dei gratia Rex Poloniae, M. D. Lithuaniae ete. Illño et Rño in Christo Patri Miehaeli S. R. E. Cardinali Radzieiowski Archiepo Gnesnensi ete. Venerabilem Vinnieki gravi affieit iniuria, quieunque suseitat aliquas aut suggerit suspiciones. Vir is, uti Illustritati Vestrae bene notum, adoleseentiam suam ad latus et in conspeetu nostro probe et integerrime transigit. Possumus pro eodem spondere, quod pceeare nequeat, nisi solo nimio zelo. En et modo in dioecesi sua promulgavit et celebravit exemplo nostrorum Iubilaeum. Insuper eapitulum more Romanae Eeclesiae eonstituere decrevit in dioecesi sua, volens se in omni Romanae Eeclesiae conformare. Confuudantur exinde, qui eundem prosequuntur gratis. Dabantur Iavoroviae prima mensis Maii 1692.

Ioannes.

DCCXLIII.

Rex Poloniae oratorem suum apud Caesarem de conditionibus pacis sibi a Porta Ottomannica propositis certiorem reddit, mandans, ut easdem cum Caesare communicet, adiectis ea de re litteris a Hano Crimensi ad regem datis. Nuntiat. Polon. Vol. 113.

Copia literarum S. R. Maiestatis ad D. Equitem Proski, ad Caesaream Maiestatem Ablegatum Regium, Iavoroviae die 2. Iulii 1692.

Ioannes etc. Generose fideliter Nobis dilecte. Ut non modo constantiam, sed etiam et teneritudinem summam amicitiae nostrae Caesareae Maiestati moustraremus, nullam rem, quae ad unanimes progressus et stabiliendos tractatus cum Porta pertinet, occultam esse volumus. Cum huc itaque hisce diebus advenit Magnus ab Hano Crimense ad Nos Legatus sollicitando pacem, sine mora Fidelitati tuae genuine communicavimus, ut Caesarea Maiestati eadem deferas haec ita, uti res ipsa in se erat. Hau Crimensis is idem nunc est Soltan, qui sub illud tempus in patria nostra illicitae confoederationis fuerat vocatus, sed quod iam eadem pacata advenerat in Poloniam, tractus contra Moschovitas, et illico Nobiscum, dum adhuc Vexilliferum Regni agebamus, directus, ubi humanitate nostra ad strictiorem adactus amicitiam. Demum eundem Soltanum sub tempus felicis victoriae nostrae ad Kalussium obtentae, manu adhuc ducali fudimus, et carissimum illius Agam Aliszagam, qui nunc supremus apud eundem Vezyrius est, in captivitatem accepimus, qui aliquot annis honorifice apud Nos habitus, libertati restitutus, continua pro Nobis fundit vota. Ex his itaque amicitiae primordiis tam Hani ipsius, quam et Vesirii haec forsan legatio maturuit, et adhuc ut eadem gratior foret, pro Legato ordinatus filius illius Saffankazy Agae, qui dux fuerat in Polonia contra Suecos et Brandeburgicum. Literae sat decentes et amicis terminis iuxta illorum morem scriptae, velut patebit ex copia, quam transmittimus. Ex quibus et hoc patebit, quomodo Hano absoluta potestas concessa ad tractatus a Porta. Audientiam instantaneam urgebat, et iam eandem obtinuit. In confereutiis praeteritis has propositiones (si pro ultimo, vel pro primis gradibus nedum constat) fecit: 1° Kamenecum intaminatum reddere; 2° Provincias Ukraiuam et Podoliam et omnes ad easdem praetensiones abrenunciare; 3° Centum millia framearum in quodvis obsequium et necessitatem Reipublicae offert et talem amicitiam, quod licet etiam successu temporis reiteraretur bellum cum Turcis, eosdem contra Nos bellare nolle, tractatus praesentes manutenendo. Haec dum ex parte nostra omni agimus sinceritate, certi sumus a Caesarea Maiestate non tantum in moderna expeditione Legati Anglici reciprocationis, sed etiam et in communi tractatu debitam satisfactionem. Quod autem Hani per casus, facta et mortalitatem mutari soleant, tunc ut securior daretur fides et certior foret tractatus, non tantum ab Hano, sed etiam et Primariis Beis Crimensibus nomine totius gentis Tartaricae instrumenta ad tractandum idem Legatus praesentavit etc.

Copia literarum a Saffa Gierico Soltano et Hano Crimensi ad S. R. Maiestatem Poloniae.

Ex intimo corde, amice frater clementissime Rex Poluniae, coram Maiestate Tua nimis amabili mea praesento obsequia, deque cara valetudine tua sciscitor. Amicitiam nostram erga vos ex corde, charissime clementissime frater, offero, significando quod a Summo Deo misericordia et potestas sit, qui nos adiuvit antecessoris nostri terrae Crimensis Hani Imperatorisque Reipublicae nostrae sedem occupare, Imperatoremque fieri, quod ad hoc tempus Maiestati Vestrae amico nostro clementissimo cognitum iam esse potest, id quod divina bonitas prosperet et benedicat insimul cum Maiestate Vestra, faciatque in amicitia et benevolentia vivere. Nos amicus Vester ab antiquo sumus, et nolumus esse tales, quales alii Haui fuerunt, stante moderno nostro regimine: nam et cum Maiestate Vestra et cum exercitu Polonorum toties amice agebamus in tot praeliis ac variis locis una nobiscum existentes, praeteritas amicitias nostras ex corde non possumus exinanire, imo plus ultra amicitias et amorem erga vos testari desideramus. Hanc epistolam meam mitto per Legatum meum Saffankazy Agae filium Derwisz Murzam, cui intenta nostra et commissa sunt nota et declarata. Quidquid igitur Legatus hic dixerit et dicturus sit nomine nostro, hoc totum ex ore nostro processit et propria sunt verba nostra: intentiones nostrae sunt tales, quatenus prout antea fuit, ita nunc etiam sit hoc amicitia et fraternitas, ad quod ipsimet volumus esse incitamentum: si itaque desideratis ex vestra parte concordiam, nos quoque eo magis ex parte nostra, quod ore proprio Legato nostro insinuavimus. Mandatum ex parte nostra tale est illi datum, ut concordiam tractet, quanto melius fieri poterit, ultimamque illi resolutionem dedimus ne amplius nobis difficultates oboriantur, sed omnes sermones Vestri et Nostri in unum iungantur: Legatusque

noster longum non detineatur. Propositiones et conclusiones in literis exprimere, probumque Vestrum Legatum eligere, et ad Nos quantocitius mittere, quod percupide optamus, et grate illum acceptabimus. Imperator Turcarum omnia nobis commisit, itaque adiuvante Deo sic speramus, quod stante regimine nostro utriusque partis odia in amicitiam vertentur, et prout praeteritis temporibus ante inchoatum bellum fuit inter nos amicitia, ita redibit ad suum vigorem, et certificamus vos, quod longe maiorem amicitiam et unanimitatem vobiscum servare conabimur. Velitis itaque nominatum Derwisz Murzam Legatum nostrum exaudire, et de concordia colloqui et statim tractare, in literisque, quas ad nos mittetis, quodlibet verbum quanto melius enucleare, et per Excellentem aliquem Legatum ad Nos transmittere, cui Deo iuvante competentia reddentur pacta. In signum vero futurae amicitiae et bonae correspondentiae rogamus, ut absque mora, etiam intra unam diem, quantocitius ex nostra et vestra parte concordiam componatis. Quibus significat etc. etc.

DCCXLIV.

Rex Poloniae Caesarem ad pacem cum Gallorum rege ineundam invitat: Caesaris eo in negotio responsum.
Nuntiat. Polon. Vol. 113.

Copia litterarum Serenissimi Regis Poloniae ad Augustissimum Romanorum Imperatorem, Iavoroviae 9. Iulii 1692.

Ioannes III. etc. Diu est, ex quo Christianitatem inter se dissidiis et armis commissam non sine acuto doloris sensu contemplamur. Quippe vires totius Imperii alio distractae gloriosiores triumphos morantur, faciuntque, ut communis Christianorum hostis iam pridem vincibilis adhuc non succumbat, quinimmo post tot exercituum suorum interneciones eamdem ferociam spiret, habeat deuique cum laetitia hanc cruentam electi in uuaque fide connexi populi scenam, utpote qui favore tantae tempestatis aegras partes Christianas faciliter concussurum se praesumit, succumbiturus alias, si tantum fortissimorum exercituum robur Christianum in ipsum tota mole verteretur, vel saltem a mutuo bello quiesceret. Unde optabamus ardentibus votis, ut aliquis divinus Spiritus dissipatae in tot potentibus animorum symmetriae reunionem suggereret: dum scilicet alium Christianitatis in capite habeat hostem, pressuraque populorum omuino publicam pacis ingerat sitim, et praeclarum sit inter Christianos victoriae genus, quoties charitate transigitur. Nec patitur Sanctissimus Pater vigilantissimusque Pastor diutius nostra publicaque vota sub desiderio torqueri, dum ad leniendas et disponendas utrinque animos totum se convertit. Ergo ut Nos quoque tantae spei non desimus, prout ad partes non accedebamus, ita inter easdem mediatorem nua cum tota nostra Republica agere Christiani Principis esse existimamus. Trahunt, Nos non tantum ex vicinitate, sed etiam ex foedere partibusque aliis cum Maiestate Vestra initis officia, et coniuncta contra Orientem causa, ut pacatum hinc inde Maiestatis Vestrae Imperium cupiamus. Quam nostram ac Reipublica nostrae mediatiouem Maiestati Vestrae gratam acceptamque fore, uti non dubitamus, ita eidem longaevam iucolumitatem prosperosque rerum successus a Deo precamur.

Copia responsi Augustissimi Imperatoris ad Serñum Regem, Viennae 27. Augusti 1692.

Leopoldus etc. Quam acuto doloris sensu contemplctur Serenitas Vestra Christianorum Principum inter se dissidia, quamque sollicite de pace iuter eosdem reducenda restabilicndaque cogitet, eumque iu finem tam suam quam inclitae Reipublicae mediationem offerat, ex literis eiusdem die 9. mensis proxime praeterlapsi ad Nos datis diffuse intelleximus. Sunt omnino digni Christiano Principe hi Serenitatis Vestrae affectus et studia, atque uti Nobis similiter nihil antiquius et optabilius, quam ut arma, quae pro defensione Imperii contra iuvasionem Gallicam inviti coactique suscepimus, pace aequa, secura et houesta deponere valeamus, ita Serenitati Vestrae pro sincera officiorum suorum oblatione gratias debitas peramauter habemus, eaque Nobis tanto addictiora fore merito confidere possumus, quo arctius non vicinitatis modo, sed et foederis aliarumque necessitudiuum, nec non coniuuctae contra Orientem causae vinculis colligamur. Verum et Serenitati Vestrae perspectum est, Nos, quando tam inopinate Gallorum armis obruti fuimus, ad certa quaedam foedera cum aliis Potentiis, uti et Electoribus, Principibus et Statibus Imperii ineunda adactos fuisse, quorum praecipua lex est, ut sine eorum consensu nihil de tractatibus seorsim statuamus. Deiude arma ab eo prius deponenda iniuriaeque resarciendae sunt, qui prius ea intulit. Toti sane mundo constat, Nos, cum exercitus noster duceutis ferme leucis a confiniis Galliae abesset atque ad Belgradum haereret, Galliae bellum non movisse. Illa est,

quae progressus nostros et Turcarum in Europa oppressionem noluit, quae pacem fregit, quae indicta causa et inaudito modo Imperium invasit. Quantae operae pretium fuerit, ut Serenitas Vestra securam sese de Christianissimi Regis voluntate et intentione reddere non gravetur, fore, ut iuxta Pyrenaeae et Westphaliae Pacificationis leges, quas rupit, in pristinum statum omnia restituat. Quod si ab illo Serenitas Vestra pro sua apud eumdem auctoritate impetraverit, certi sumus foederatis nostris omnibus id genus officii acceptissimum futurum, Vestramque Serenitatem singularem ab iis gratiam inituram esse. De coetero Deum O. M. precamur, ut gloriosis Serenitatis Vestrae conatibus benigne favere, eamdemque omni foelicitatis incremento adaugere velit.

DCCXLV.

Rex Poloniae pontifici supplicat, ut a se nominatum episcopum Luceoriensem confirmare velit.
Litt. Principum Vol. 117. fol. 50.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementissime. Post oscula beatorum Sanctitatis V. pedum, et mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Plurimum mihi indolere venit, quod valido adhuc aetatis suae cursu necessarius Regni Senator ac utilissimus Ecclesiarum Pastor, Revñus Boguslaus Leszczynski Episcopus Luceoriensis et Brestensis, Magni Ducatus Lithuaniae Cathedram suam mortalitate exacta citius deseruerit, quam vota et desideria omnium cuperent. Sed huic dolori meo pensatum et utilitati Ecclesiae prospectum abunde censeo, dum Ven. Franciscum Prazmowski Maiorem Regni Secretarium, primum in Regno Praelatum, Metropolitanum Cathedrae Gneznensis Praepositum, perpetuum Abbatiae Sieciechoviensis administratorem, Sanctitati Vestrae praesentandum esse duco, uti quidem per praesentes humili cum devotione pro iure meo praesento. In viro isto natalibus insigni, pietate, doctrina ac modestia spirituali conspicuo, nihil non dignum Praesulea dignitate reperio. Tenera aetate sacrae suae vocationi adscriptus Regentem spiritualis Cancellariae Regni usu et exercitio longo, probitate pari ac dexteritate gessit, mox gratia Serenissimorum Praedecessorum meorum provectus ad Secretariatum Regni maiorem, primum post Senatores locum, et ex quo ad omnes praecipuas Cathedras lege patria cautam habendo securitatem, maluit plures ante se videre cum nemini cedere deberet, quam omittere immortalia nominis sui decora ex ministrata in supremis Regni tribunalibus iustitia, in quibus novies absoluto iure Praesidens. Rarum id et extra exemplum in Regno meo, sed rarius quod tam intaminatum ac impenetrabilem lenociniis corrumpentium se reddiderit, ut si possibile, immortalis pro hac praesidentiali dignitate voto meo ac omnium expeteretur. Hunc ergo summum iustitiae cultorem, ac in usum eiusdem pro servanda semper authoritate Ecclesiastica patrimonialibus bonis paene exhaustum et evisceratum, minime dubito, reperturum apud Sanctitatem Vestram cam iustitiam, qua par sit exhiberi universis, Apostolicas gratias scire tales coronare, qui legitime certaverint. Cum praecipue ascendat ille hanc Cathedram, quam olim Nicolaus Prazmovius frater ipsius germanus supremo Cancellariatu Regni vere magnus insignivit, recentemque ibi semper praeclarissima merita reliquit, post Archiepiscopus Regni, memoriam. Favebit itaque Sanctitas V. huic meo nominato tam in expediendis sacris pro Episcopatu literis, quam in retinenda ob angustos ciusdem Episcopatus reditus Abbatia Sieciechoviensi omni concessibili favore ac praestantissimis suis gratiis: quibus me quoque intime commendando felix ac diuturnum Sanctitati V. cum optima valetudine S. Ecclesiae regimen exopto. Dabantur in Russia Iavoroviae die prima mensis Novembris Anno Domini MDCXCII.

Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

DCCXLVI.

Archiepiscopus Seleuciensis pontificem de novis Tartarorum in Poloniam incursionibus, de pace cum Turcis incunda, de infelice comitiorum exitu, deque vacillante sacri foederis conditione certiorem reddit. Nuntiat. Polon. Vol. 113.

Varsavia, 18 Giugno 1692.

Le prede fatte da Tartari nella Volinia, gl' incendj e le devastazioni descritte ne' fogli publici della scorsa settimana riescono sempre più grandi, et anco maggiori della fama stessa, che da per tutto ne riusciva con urli di pianto. Sessanta mila sono i schiavi che han fatto, e la Nobiltà di Gran Polonia, ch' è il maggior nervo del Regno, v' ha perduto infinite sostanze; onde nell' augmento de danni s' augmenta per conseguenza sempre più il pericolo di questa benedetta pace particolare da me som-

mamente temuta, mentre la veggo sù la faccia del luogo molto più dalla necessità che da qualunque altro rispetto, e del desiderio di tutta la Repnblica ardentemente promossa. Io l'apprendo quando devo, e non tralascio per impedirla le vive rimostranze, l'esortazioni, gl'efficaci argomenti, e tutto quel di più che dall' E. V. m' è stato nelle sue lettere benignamente snggerito, sperando altresì ch' ella non prenderà alcuna maraviglia, che in una materia, che tanto punge, sia qnesto per ordinario l' intercalare delle mie. Nondimeno voglio lusingarmi, (benche il mio troppo geloso cuore non v' acconsenta) che prima di fare questo gran passo, che potrebbe segnire sotto i padiglioni, s' osserverà il fine della campagna in Ungaria, ma dopo questo ò felice, ò infelice, ò si faccia, ò non si faccia dalla Maestà di Cesare la pace con la Porta, mi protesto, che nel solo miracolo si dovrà ascrivere, se qui al chiudere della campagna non seguirà la privata, perche in fatti non si pnol più, la Nobiltà esclama d' essersi affatto impoverita, deplora ognuno i proprii disastri, e la Polonia (a dire il vero) anco nel suo floridissimo stato mai ha sostenuto una guerra di nov' anni continui.

Varsavia, 9 Luglio 1692.

L' Inviato Tartaro batte gagliardamente per la pace particolare, e le di lui proposizioni sono graudi e vantaggiose: si tratta di restituir Kaminietz iutiero, senza smantellarlo, cedendo ad un punto che ne' trattati vecchi è stata sempre il loro Achille, la Podolia e la fortissima Ukraina, e vi sono ancora dell' altre condizioni, che le paleserà, quando sia sicuro di non seminar nell' arena. Lo strepito che hanno fatto nella gente volgare è incredibile, come anco la breccia in persone di maggior sfera; ma non essendo ora il tempo della Dieta, benche siano molti i chiamati, si ristringe in pochi la resoluzione: io hò parlato e scritto al meglio che hò sapnto e potnto, e ne hò rieavato al fine che si communicheranno ai Collegati l'accennate proposizioni.

Varsavia, 16 Luglio 1692.

Il sudetto Inviato Tartaro nella seeonda udienza espose le condizioni, con le quali offeriva a questo Regno la pace particolare, e queste furono di restituire Kaminietz senza smantellare, l' Ukraina e la Podolia, come stavano avanti la guerra, e 100 mila uomini armati ad ogni richiesta de Polacchi. S'è sentito tutto, e non s'è risoluto cosa alcuna, volendosi prima sentire il sentimento di tutti i Collegati, a' quali si sono commnnicati tali progetti.

Varsavia, 23 Luglio 1692.

Il Kam de' Tartari in persona con le sne orde, oltre a 6 mila Tnrchi che l' accompagnano, si va disponendo all'assedio di Soroka in Moldavia, il qual posto benche di somma importanza per noi non essendo però troppo forte, molto dà da temere, et ha fatto risolvere la Maestà Sua a spedire il Sig. Castellano di Kelma Generale de' Cosacchi con gente e denaro per assistere alla conservazione di esso.

Alla Corte trovasi ancora l' Inviato Tartaro, il quale vorrebbe rimandarsi prontamente stante il modo improprio pratticato dal Kam nel medesimo tempo, che il suo miuistro propone i trattati di pace; ma ancora si attendono le risposte dell' Imperatore sopra la partecipazione de consaputi proggetti.

Trasmetto quì ingiunta all' E. V. la copia della lettera scritta dal Gran Kam de Tartari alla Maestà del Rè per conto della pace particolare, e da essa vedrà V. E. la qnalità delle condizioni che s' offeriscono, le quali fanno gola a tutti già stanchi della guerra et impoveriti affatto di sostanze. Questa lettera è stata eommunicata alla Corte Cesarea, e trasmetto parimenti all' E. V. la copia di quanto è stato scritto al Sig. Cavalier Proski Residente in Vienna per S. M. L' officio passato con qnella Corte potrebbe far sperare maggior fermezza nella S. Lega e maggior costanza nel rigettare la tentazione; ma quando le risposte non tornino, come qui si desidera, v' è gran dubbio che possino credersi disciolti da ogni legame con aver commnnicato il progetto.

Varsavia 29 Luglio 1692.

Esclama l' Inviato Tartaro, che qnando dal Rè non possa spuntar la Pace, si porterà da tutti i Senatori a dirgli d' averla offerta con quelle condizioni, che mai potranno accordarsi nello stabilimento dell' Universale, e che non essendo stata accettata si preparin pure ad ogni più barbara incursione: nè manca di soggiungere, che non riuscendogli il far breccia prima della Dieta, comparirà infallantemente nella medesima, dove con ardita orazione e con publica scrittura in lingua Polacca farà conoscere e toccar con mano, qnanto sia oppressa la Nobiltà inferiore per il capriccio de' Grandi, e qnanto ad essa

si renderà sensibile il detrimento; onde trattandosi nella Dieta tumultuariamente gl' affari e senz' alcun filo di circospezione, supplico l' E. V. di riflettere preventivamente, qual parte potrà avere il negozio, e di qual forma saranno le mie opposizioni. Per sfuggire il presente m' aiuto quanto sò e posso, ma il timore tutto consiste nella Dieta, che si prepara torbidissima contro la S. Lega, come ben lo sanno li due Ministri Cesareo e Veneto informati di quanto faccio per divertire ogni sinistro successo.

Varsavia, 27 Agosto 1692.

La Maestà del Re hà intimato per li 10 dell' entrante mese una radunanza di quindici Senatori, senza prescrizione di luogo, non sapendosi dove in quel tempo la medesima sia per trovarsi: si dice per concertare e stabilire in che forma si debbano trattare nella futura Dieta l'offerte vantaggiose fatte dall' Inviato Tartaro in ordine alla pace. La maggior parte dei più sensati temono, che la Corte voglia la pace particolare, supponendosi che a Vienna non desiderino efficacemente la universale; et avendosi anco notizie della Porta, che il presente primo Visir benche mostri di voler la pace, e quietar il popolo stanco della guerra e costernato per l' acquisto di Varadino, in sostanza non la voglia almeno per quest' inverno: onde posti questi principii, che qui si tengono per indubitati, tutta la Polonia esclama sino alle stelle, che si faccia la pace, e benche il Rè sin' adesso si sia mostrato molto costante di non accettarla senza i Collegati, ora si stima, che se non la desidera positivamente, almeno non la escluda, e questo non escluderla in un paese, et in un tempo, che tutti positivamente la bramano è più che sufficiente per farla stabilire; e per l' appunto avendo interrogato l' altro giorno un personaggio grande dei sentimenti del Rè sopra la detta pace, mi rispose queste precise parole: Non vult facere, sed vult cogi.

Varsavia, 1 Ottobre 1692.

Il nostro esercito si trovava di là del fiume Seret lontano cinque in sei sole leghe da Kaminietz, et è ben numeroso di buona cavalleria, ma scarsissimo d' infanteria, non passando questa di 5293 in tutto. Il treno del cannone è così considerabile, che dicono appena essersene veduto un' altro simile in Polonia: con tutto questo però l' impresa di Kaminietz dubitasi assai, se potrà tirarsi a fine, e si crede che non sarebbe poco se riuscisse di lasciar bloccata la piazza per il futuro inverno, il che quando segua, si lascierà parte dell' esercito in Svagnez e Coccino fortezze ora deserte viciuissime a Kaminietz, et in altri posti sul Nicster commodi per unire, concorrendo l' esercito incommodar l' inimico, e l' impedire introdurre vettovaglie nella piazza.

Otto benche grandi cariche a Voloscowa d' alcuni grossi cannoni, mortarj, bombe, palle et altre monizioni sono restate indietro per il Niester per mancanza d' acque.

La Maestà Sua si trova indisposta, dicono di calcoli, il che fà credere, ch' ella non si porterà altrimenti al campo.

Varsavia, 11 Novembre 1692.

Quanto più si vanno perdendo le speranze della Pace universale col Turco, tanto più s' avanzano i pericoli della particolare, non pensandosi ad altro che a questa, e non volendo più i Palatinati già resi esausti pagare le contribuzioni, che di già hanno pagato in dieci anni di guerra Ad essi così duri s' aggiunge anco la milizia non pagata, la quale si dubita molto che in Dieta sia per commoversi, e siamo costretti a vedere in essa qualche stratagemma, che anche in Polonia dove questi sono consueti, apporti terrore; si che congiungendosi il non voler fare la guerra con il non poterc, stimo che a questo negotio non vi sia riparo, se la Divina bontà non protegge la propria causa con qualche mezzo impensato.

Varsavia, 18 Novembre 1692.

Sentisi adesso che i Moscoviti con inaspettato attentato abbiano compreso alcune terre della giurisdizione Polacca mai controverse, e frà l' altre la Starostia del Gran Generale del Regno. Ha la M. S. a quest' avviso immediatamente per mandato a chiamare il Residente Moscovita per sentirne le cause, e farne le dovute doglianze. Questi però non è ancora comparso, e all' apparenza si giudica che i Moscoviti sono stati fomentati ò dal Colonnello Palli suddetto, ò da qualche consiglio straniero.

Varsavia, 16 Decembre 1692.

Doppo scritta l' altra mia lettera sopra gl' affari della Dieta, sono stato dal Signor Cardinal Primate, che si ritrova quì aspettando il Rè per cercar' aiuto e consiglio in questi emergenti. S. E.

m'ha confermato, che sicuramente la Dieta mi chiamerà per specificare la somma, che Nostro Signore darà per la guerra, essendoci di già il decreto del consiglio sopra questa materia, e mi hà soggiunto, che S. M. con tutti quelli che li parlano della necessità di far la pace particolare, si scusa con dire, che il negozio depende affatto da Roma, e dalla precisa dichiarazione del Nunzio in Dieta, essendo la S. Sede garante della Lega, et obligata di supplire a ciò che manca quì, come manca al presente, per aver di già ordinato le Dietine a' loro Nunzii terrestri di non acconsentire alle contribuzioni per i loro Palatinati; e stringendo S. E. il discorso con somma franchezza m'hà concluso due cose: una, che dalla mia dichiarazione in Dieta dipenderà la continuazione della guerra, ò la pace particolare; l'altra, che tanto la Corte quanto la Republica averanno molto più gusto dell' esclusiva, che dell' inclusiva de' sussidii, per aver' una legitima causa di far' una pace tanto sospirata. Questo per l' appunto sono state le parole del Signor Cardinale, a cui di mano in mano hò risposto ciò che si conveniva in tal materia.

Varsavia, 16 Decembre 1692.

Hò saputo in questo punto, che il Ministro di S. M. Residente in Vienna hà spedito un corriero con l'avviso, che nell'ultimo congresso tenuto in Belgrado fra l'Ambasciator d'Olanda, et il Primo Visir per conto della pace non s'è fatto menzione se non che dell'Imperatore, senza nominare nè meno per ombra nè il Rè di Polonia, nè la Republica di Venezia. Questo per apunto sarà l'olio nel fuoco, e mi dispiace estremamente, che la notizia s'unisce alla voce publica, che da due settimane in quà senz'alcun fondamento n'era percorsa; ond'io m'abboccai subito con il Residente di S. M. Cesarea, e lo richiesi strettamente a dirmi, se vi era qualche ombra di verità, soggiungendo che bisognava far argine in ciò che si poteva, e sincerare la Republica sopra questo punto, già che ognuno esclamava, che il prevenir averebbe agginstato tutto, e che bisognava finirla una volta. Il Residente mi rispose, che di quest'ultimo fatto non aveva alcun lume, e che quando anche l'Ambasciator Olandese avesse considerato il sol'interesse proprio nel far l'istanza, l'Imperatore non potendo mancare a se stesso, mai senza i Collegati averebbe conclusa la pace; ma io confermando il suo detto stimai bene di soggiungerli, che ciò non basta, e ch'era necessarissimo il sincerare la Republica con qualche nuova e speciale dichiarazione, ancorche ingiusto sia il diffidarc d'un sì religioso Monarca; ond'egli mi promise di scriver caldamente, ma non sò, se produrrà buon'effetto, essendosi più volte formalizzata, ò per dir meglio, offesa la conferenza di quella Corte sopra le cose di Polonia, del timore che quì s'aveva ò si mostrava d'avere, che contro un giuramento solenne e la publica fede si potesse stringere una pace senza il pieno consentimento e vantaggio de' Collegati.

Varsavia, 30 Decembre 1692.

Benche il negozio della pace particolare tante volte da me accenuato giri pur troppo da se medesimo, come la ruota percossa dalla mano, ad ogni modo per render più violento il moto, uscì alcune settimane sono una scrittura assai popolare e forte, con la quale si persuade vivamente la Nobiltà Polacca a concluder senza dimora, et anco prima della Dieta la solita pace particolare col Turco senza i Collegati. Questa scrittura a guisa d'una fiaccola ardente infiammò, ò per dir meglio, accrebbe l'incendio ne i piccoli e grandi, a tal segno che non si sentiva altro nome che di pace, et erano infinite le imprecazioni, che quì per la grandezza della Casa d'Austria unicamente si travagliava. Io mi viddi a mal partito, credendo con fondamento che si dovesse improvisamente intimare una convocazione, come si costuma ne' casi più urgenti, ne' quali non si può aspettar la Dieta, e che in essa dovesse concludersi alla cieca, come in Polonia è molto facile, l'accennata pace. Più cose pensai, e ripensai fra me stesso, ma ritrovando in tutte non mediocri difficoltà, finalmente risolvei di stringere fortemente il Vescovo di Plosko, che prima era di Kiovia, e che in Varsavia casualmente si ritrovava, a rispondere adequatamente alla scrittura della pace: nè sopra il soggetto m' ingannai, essendo uomo di gran talento, di molta capacità e sodezza, e da cui si può sperare, che debba esser' un' gran Vescovo, se vorrà metter' in opra le qualità accennate, et un gran Ministro, se dalla Corte in ciò sarà adoperato, come ognuno li presagisce. Al detto Prelato io vivamente rimostrai l'obbligo recente, che egli aveva con la Sede Apostolica per la nuova Chiesa di Plosko, e per la diminuzione delle Bolle ultimamente ottenuta dal S. Collegio, l'onore che averebbe riportato da tutti, facendo conoscere i doni, de' quali Iddio l'aveva arricchito, e finalmente il distinto merito, che con le mie lettere li averei fatto acquistare appresso Sua Beatitudine, se con forza e con vigore Ecclesiastico avesse con altra scrittura ribattuto

gl'obietti, che venivano fatti nella proposta. Egli più d'una volta si strinse nelle spalle, e ripugnò, essendo un gran peso nel tempo che corre il contradire alla Corte, che secondo la voce comune aderisce in questa parte ai sentimenti di tutta la Republica, ma vinto finalmente dalla cognizione dell'obligo suo, mi promise di farla, e m'hà attesa la promessa con stendere in tre giorni la scrittura, che qui includo con la proposta, la quale a mia contemplazione hà mandato alle stampe, e non si può dire l'applauso che da ognuno hà riportato; se poi questo produrrà anco il frutto, ciò non mi dà l'animo d'indovinare in Polonia, et io sò molto bene che non bastano le scritture, benche efficaci, per metter puntelli ad un muro che rovina, come pur troppo con mio gran cordoglio siamo nel caso circa il punto che tanto importa della S. Lega, rimirata qui da ognuno con astio e con intoleranza: ma nondimeno hò voluto fare quel poco che posso, e questo credo sia l'ultimo aiuto, che il negozio possa riceverc nelle circostanze presenti. Sembra però, che l'accennata scrittura abbia ridotte le cose in qualche calma, ma io non m'arrischio d'affermarlo, temendo anco nella verità di lusingarmi troppo per quella parte, che hò avuto in quest'affare, ma comunque sia per riuscire, il Prelato è ben degno del gradimento di S. B. e dell'E. V., costando a me, ch'egli hà sacrificato molto con questo fatto, et io supplico V. E. a degnarsi di scrivere ò a lui, ò a me un'espressiva lettera di commendazione del suo operare, in cui mi parerebbe, che non si dovesse far menzione alcuna dello stimolo, che io li diedi, perche in questa scena d'onore, ch'egli con molta sua lode hà rappresentato, risplenda maggiormente il concetto formato da S. B. della di lui virtù, et il far ciò lo stimo molto opportuno, non avendo io quì altri per difender i diritti della S. Sede, che il far conoscere ai Vescovi, che in Roma sono apprese e gradite le azioni forti, che si fanno per servizio di essa, e che le mie rappresentanze sono accreditate.

DCCXLVII.

Rex Poloniae supplicat pontifici, ut metropolitae Rutheno catholico archimandriam Suprasliensem conferre velit.
Litt. Principum Vol. 128. fol. 17.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñc Dñe Clementñe. Post oscula beatorum pedum Sanct. V. et mei Regnorumque meorum humillimàm recommendationem. Accepta notitia de collatione Archimandriae Suprasliensis Rñdo Cypriano Zochowski Archiepiscopo Ritus Unito Graeci utriusque Russiae, a Magnificis Casimiro Palatino Vilnensi exercituum Duce, Benedicto Sapieha Thesaurario M. D. Lithuaniae supremis fratribus collatoribus, peropportunum duxi, eundem filiali commendatione mea concomitari, ac apud Sanct. V. faciles pro illo expeditionis gratias expetere. Quod eo libentius contendo, quo certius confido personam istam exemplari pietate, eruditione et laboribus in propagatione Orthodoxae fidei S. V. pridem iam fuisse commendatam, adeo ut illi nullos suos contribuendos non iudicaret honores. Pro solita igitur erga optimos bonitate velit S. V. praedictum Rñdum Cyprianum Zochowski supercollatum beneficium dictae Archimandriae approbare, atque pro decore Ecclesiae singularibus suis cumulare et manutenere gratiis. Quod dum mihi certe pollicere, S. V. optimam ac longaevam valetudinem, diuturnumque rerum Christianarum moderamen ex animo precor. Dabantur in Comitiis Regni generalibus Grodnae die XVI. Mensis Ianuarii Anno Domini MDCXCIII. Regni nostri XIX.

Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
Ioannes Rex Poloniae.

DCCXLVIII.

Idem rex pontifici commendat causam divortii viduae quondam palatini Lublinensis in curia Romana pendentem. Ibi fol. 49.

Sñe ac Bñe in Christo Pater, Dñe Dñe Clementñe. Post oscula beatorum pedum S. V., mei Regnique simul humillimam commendationem. Exposuit mihi non sine lachrimis Illustris Theophila de Goray, olim Magnifici Rey Palatini Lublinensis vidua derelicta, modo vero Illustris Fredro Castellani Leopoliensis in lite divortii existens uxor: quod licet per octennium circiter in variis Episcoporum Consistoriis omni diligentia et attentione, cum notabili substantiae suae iactura, intentatae praesenti marito ex legitima ratione ad divortium causae, decisionem quesierit, nihilominus eandem subterfugiente ubilibet iustitiam parte adversa, idque propter diuturniorem bonorum contractu matrimoniali inoneratorum possessionem, nullibi hactenus resolutionem rei obtinere valeat. Consulendo igitur tantis difficultatibus implicatae eius conscientiae, necnon ultimam residuae fortunae suae ex causa diuturni processus procul dubio subsecuturam avertendo ruinam, a S. V. humillimis contendo precibus, quatenus pro decidenda

finaliter, sine ulteriori appellationum et diffugiorum beneficio, praedicti negotii controversia ultimarium iudicem ex spiritualibus benigne destiuare, sopiendamque totaliter causam paterne committere dignetur. Cuius rei dum pleniorem coram S. V. informationem lator praesentium religiosus noster Pater Potocki expositurus est, ego prosperrimos rerum successus diuturnumque Orbis Christiani regimen Sanctitati Vestrae filiali apprecor veneratione. Dabantur in Comitiis Grodnensibus die XXIII. Mensis Februarii Anno Dñi MDCXCIII. Regni vero nostri XVII. (sic) Anno.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Obedientissimus filius
IOANNES REX POLONIAE.

DCCXLIX.

Episcopi Rutheni catholici cardinalibus S. C. de Propaganda Fide supplicant, velint decretum Urbani PP. VIII. circa ritum Graecum innovare, episcopis latinis ac generalibus ordinum religiosorum in Polonia inhibere, ne iuvenes Ruthenos amplius ad ritum latinum et ad ordines religiosorum ingrediendos alliciant: mittunt denique missale Slavonicum non ita pridem correctius editum. Litt. Episcoporum Vol. 82.

Eminentissimi et Rmi Principes, ac Domini Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Cardinales, Dñi Dñi et Patroni nostri Colendmi. Adhuc sub felicis et suavissimae record. Urbano VIII. P. O. M. obtinuerat Russia nostra, et ordo Basilianus, cuius de gremio sumus, multa Decreta et Brevia favorabilia pro augmento et incremento Unionis Sanctae, inter quae numerare licet Decretum illud memorabile a Sacra Congregatione de Propaganda Fide sub numero primo 7. Iulii 1624. latum, ne nimirum et de coetero audeant presbyteri et alii Ecclesiastici Ruthenorum Unitorum, et praesertim monachi sancti Basilii ad Latinum ritum, quacunque de causa, etiam urgentissima, sine speciali Sanctae Sedis Apostolicae licentia transire. Quod quia effatum et mandatum Eminentiarum Vestrarum, consentiente Sanctissimo Urbano VIII., hactenus sanctissime observatum, et intra suam manet orbitam, hinc oritur nova supplicatio, ex quo dioecesis Praemisliensis, duobus millibus parochialium Ecclesiarum constans, Sanctae Romanae Ecclesiae recens agglutinata, et aliae Luceoriensis et Leopoliensis nostra indigna cura et solicitudine agglutiuandae maneant, ut nimirum insignis iuventus Ruthena Unita, propriis sumptibus parentum vel in scholis nostris Epalibus nobilissime exculta, et latinitate aliisque scientiis imbuta, et iam ad suscipiendos vel ordines presbyteratus, vel amplectendum ordinem Basilianum proxime accincta vel accingenda, non pertrahatur amplius a Dñis Ecclesiasticis Latinis ad suas parochias Latinas, vel a Religionibus et familiis sacris ordinum, quicunque illi reperiuntur in hoc Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae, ipso facto non suscipiantur ad professionem praefatorum ordinum et Societatis Iesu, quae sub titulo Scholarum et Academiarum praestantissima Roxolana ingenia magnis solertiis exhibitis capit, et habet insignes operarios, sed non pro nostra vinea Romana Ruthena. Compertum enim Eminentiis Vestris, quod recentissime isti Magni Duces Moscoviae abnuerint acceptare de quacunque Religione Latina Missionarios praeterquam Petrinos, ut vocant suo idiomate Slavonico, hoc est parochos institutos a Sancto Petro Primo Pontifice visibili, et Vicario Domini nostri Iesu Christi. Unde magna spes affulget, quod satius nobiscum et nostris Basilianis, ac presbyteris saecularibus Unitis scientiam magnam parochialium, et in Slavonico idiomate habentibus non vanum, sed utile colloquium instituet aliquando, pro neoaccedentia Moschoviae ad Sanctam Romanam Ecclesiam. Quapropter expectamus per gratiam Sanctissimi Dñi Nostri et Eminentiarum Vestrarum talem inhibitionem praefatis Dñis Ecclesiasticis Latinis, et sacris ordinibus Religiosorum, ne deinceps super laica iuventute Unita laxentur retia corum in capturam. Missale proditum Slavonicum magnis sumptibus Illmi Domini nostri Metropolitani, et iam consignatum ad manus Illmi Dñi Nuntii moderui mittendum, ut promiserat, Romam, ut serviat pro omnibus gentibus Slavonicis tam sub ditione Sacrae Caesareae Maiestatis, quam Serñae Reipublicae Venetorum contentis, obnixe rogamus Eminentias Vestras, nec dum enim visum in tali ordine, et est ad instar Eminentissimi Cardinalis Nerlii Protectoris Russiae compactum. Hic iam Eminentiarum Vestrarum purpuris devotissimum figimus osculum, manemusque

Dabantur Supraslii 4. Maii 1693.

Emarum et Rmarum Dominationum Vestrarum

humillimi, devotissimi et obligatissimi servi
CYPRIANUS ZACHOWSKI ARCHIEPISCOPUS METROPOLITANUS CHIOVIENSIS HALICIENSIS ET TOTIUS RUSSIAE NECNON POLOCENSIS.
GEDEON WOYNA ORANSKI EPISCOPUS CHELMENSIS ET BELZENSIS.
LEO ZLUBIC ZALESKI PROTOTHRONUS METROP. CHIOVIENSIS EPISCOPUS VLADIMIRIENSIS.

DCCL.

Archiepiscopus Seleuciensis nuntius apostolicus pontificem de comitiorum exitu, de invasionibus Tartarorum ac de propenso Polonorum animo pacem cum Turcis ineundi edocet. Nuntiat. Polon. Vol. 114.

All'Emo Signor Cardinal Spada. Varsavia, 20 Gennaro 1693.

V'è qualche trattato in questa Corte per il matrimonio dell'unica figlia della Maestà del Rè con il Principe di Danimarca. A chi me n'ha fatto la confidenza, mi son contenuto in termini generali, senz'approvare nè disapprovare, rimanendo in dubbio, se sia perdita ò acquisto, che una Principessa Cattolica si sposi ad un Principe heretico per la speranza che vi potrebbe essere per guadagnarlo; onde questo rispetto benche remoto potrebbe contraporsi alla meraviglia, che forse apportarebbe il successo; e tanto più mi sono confermato nella mia opinione, quanto che mi consta che il detto Principe conserva una tenera et obligata memoria per le cortesie ricevute in Roma da S. Beatitudine, et in Parigi, dove presentemente credo che tuttavia dimori, n' ha parlato più d'uno con sentimento d' obligazione, si che potrebbe anche un frutto acerbo farsi maturo. Il giorno degl'13 seguì in Dieta la solita ceremonia di basciar la mano al Rè sedente sul Trono, la qual riuscì assai bella, se bene non molto numerosa, essendo comparsa ne' due giorni seguenti la maggior parte de Nunzii e Senatori.

È comparso ancora l' Inviato Tartaro che fù alla Corte l' estate passato per i progetti della Pace; ma non aveva ancora passato il fiume, nè fattosi vedere in Grodna.

Ai 9 fece la Maestà Sua le sue proposizioni in Senato intorno agl' affari da trattarsi specialmente nella Dieta, le quali però si restringono in sostanza a cinque capi: 1° se si deve far la pace ò proseguir la guerra; 2° di trovar mezzi opportuni in caso che deva proseguirsi la guerra; 3° di dispor le cose per il mantenimento delle conquiste dell' anno passato in Moldavia; 4° la moderazione delle monete; 5° circa la contribuzione per le paghe decorse alla milizia, e l'osservazione del Decreto di terminar la Dieta in sei settimane.

Arrivò ieri in questa Città il Sig. Generale di Gran Polonia, che oggi parte per Grodna, e questa sera s'aspetta il Sig. Ambasciator Cesareo, al quale questo Sermo Principe Giacomo ha preparato un lautissimo banchetto.

Varsavia, 27 Gennaro 1693.

In Grodna dopo l'elezione del Maresciallo della Dieta, che fù un Cavalliere Lituano di Casa Crispini, soggetto di molta capacità, hanno fatto i Senatori le loro orazioni, ò note sopra una parte delle materie correnti, restandone molte da ventilarsi, et essendo ancor la Dieta poco numerosa per l'insalubrità dell' aria, atteso il non aver gelato quest' anno, il che ha prodotto nella detta Grodna, dove vi è concorso e si habita con strettezza, un infinità di malatie, e si fa un brutto discorso, che possa succedere la pestilenza, che Iddio tolga, mentre quì in simili congiunture non si prattica veruna immaginabile diligenza per estinguerla. Si venne al negozio della Pace, e benche il fine dell'opera e particolarmente in Polonia debba lodare il maestro, s'udirono nondimeno i sentimenti di molti non tanto proclivi alla pace, come prima della Dieta apertamente dimostravano. Il Vescovo di Vilna fece un bel voto, e concluse in esso, esser più profittevole alla Republica una dispendiosa guerra, che una vergognosa pace. Quello di Plosko fù più chiaro nella scrittura fatta a mia istanza, e trasmessa a V. E., che nel voto presente, avendo ragionato con soda eloquenza, ma con saltare il fosso della conclusione. Il Vescovo di Culma orò ancor lui per la continuazione della guerra. Quello di Kelma dimostrò con gl' esempi de secoli passati e del corrente, esser sempre riuscita infelice a questo Regno la Pace col Turco; di poi entrò inaspettatamente nell' auttorità del Nunzio Apostolico, e nella benevolenza che si deve ancora per il medesimo, dicendo al Rè, che negl' altri tempi si portava a questo grado maggior venerazione, e che non bisognava haver a male, se per servire alla Sede Apostolica erano costretti di repugnare a voleri di Sua Maestà, toccando anche qualche particolare delle traversie da me provate nell'affare dell'Abbadie. Ma più d'ogn'altro si segnalò nel zelo, e nella forma del dire il Palatino di Siradia ben conosciuto dalla Santità di N. S., avendo con pienissima orazione esagerato sopra il Tribunale del Regno e disordini di esso, sopra i soldati che non si pagano con inveire contro la pace particolare, dicendo apertamente che non poteva farsi senza incorrere nello spergiuro, e concludendoal fine contro un tal Bezzal Ebreo, cagione di molti scandali e disordini per gl' appalti che tiene nella Russia, contro il quale hanno zelato e zelano continuamente il detto Palatino di Siradia con il Vescovo di Culma con essersi tirati addosso inimicizie potenti.

Varsavia, 3 Febraro 1693.

Sin' ora in Dieta v'è un gran silenzio circa il uegozio della Pace particolare, ma l'istessa calma fà molto temere, essendoci mine incredibili per farla scoppiare, quando manco s'aspetta; nondimeno vi sono de' personaggi grandi, i quali difendouo la uostra parte, et io m' aiuto quanto so e posso col Gran Generale di Lituania capo della casa Sapieha potentissima in quel Ducato, perche cou la sua autorità s'opponga a tentativi coutrarii, e sostenga in una congiuntura di tanto strepito il decoro non meno della Cristianità, che della sua nazione. Il Palatino di Siradia mio grand' amico con il risoluto parlare ha turbato molti, avendo fatto per la seconda volta un' orazione da Demostene, dicendo e provando con efficaci e solidi argomenti, che quando s'avesse a fare la pace particolare, era necessario di tener prima una Dieta con la soldatesca a cavallo, come quando in caso di discordia s'eleggono i Rè, esagerando che prima di mettersi una maschera in faccia al mondo tutto, si doveva esplorare il sentimento universale della Nobiltà, giacche tutta non poteva comparire nella Dieta presente. Il ragionamento commosse gl'animi, e facendo breccia diede gusto e disgusto alle persone secondo gl'affetti. Per verità l'uno e l'altro degli accennati soggetti sono degni di gran lode, il Generale per la risoluta speranza che mi dà di voler fare, e molto più il Palatino per aver fatto: onde se almeno a questo la Santità di N. S. stimasse di scriverli un Breve, da cui venisse commendato il suo operare nella Dieta, crederei che ciò fosse molto giusto per dar al merito qualche rimunerazione, et utile iusieme per accender gl'altri e con un tal gradimento e con tal esempio, avendo io qui veduto con l'esperienza che nel mantenersi amico un tal soggetto, ò altri non dissimili a lui nella robustezza dell'animo non si semina certamente sù l'arene.

Varsavia, 17 Febraro 1693.

Serrato di già il piego mi giunge un espresso con l'avviso, che la Dieta fù rotta la sera degl'11 del corrente da un Nunzio terrestre del Palatinato di Plosko, per non aver voluto acconsentire alla prolongazione, termiuando in quel giorno le sei settimane prescritte dalla legge a finirla. Per lo più la proroga facilmente s'accorda, ma questo è stato il motivo apparente, mentre s'è lavorato à mine, e si sono avuti fini più alti. Sempre più mi consolo di non essere andato secondo l'arbitrio datomi da V. E. circa l'andare, ò il non audare, mentre si sentiva acerbissimamente la mancauza de' sussidii Pontificii nel maggior bisogno, et i fautori della Pace particolare, i quali erano moltissimi, m'aspettavano con le mani giunte, per interpellarmi in publico sopra questo punto, e poter poi dalla mia risposta, che di già si suppoueva contro il loro gusto, stringerla subito, e secondo la loro opinione rendcrla giustificata.

Varsavia, 24 Febraro 1693.

Il giorno delli 10 del cadente che fu l'ultimo della Dieta, ebbe l'Ambasciator Cesareo un audienza privata dalla Maestà della Regina, e la mattina delli 14 l'ebbe publica dal Rè con l'intervento di tutti i Senatori, nella quale presentò le letterc credenziali toccanti il proseguimento della confidenza con la Casa d'Austria, alle quali particolarità fu risposto con termini generali.

La mattina de'15 fu ammesso il detto Ambasciatore ad un cougresso particolare di 12 Senatori, nel quale avendo egli nuovameute proposto le particolarità sudette, li fu risposto che bisognava prima che sodisfacesse a punti seguenti: 1° che facesse osservare la condizione delle Decime d' Italia promesse alla Polonia nella stipulazione della Lega; 2° che cedesse alla Polonia le pretensioni sopra la Moldavia e Valacchia; 3° che permettesse alla Polonia di poter estrarre dalla Transilvania i promessi viveri e cavalli per l'esercito col denaro Polacco; 4° l'assicurazione perpetua della città del Sepusio da quartieri Alemanni; 5° la dichiarazione dell' Imperatore di qual doverà esser il frutto della guerra per i Polacchi, se trascurano le larghe offerte fattegli dal Turco per la Pace particolare. L'Ambasciator prese tempo a risponderc.

Varsavia, 24 Febraro 1693.

È mancato in Grodna, dove si ritrovava per occasione della Dieta, di febbre maligna e diarea il Sig. di Landeval Ambasciatore del Rè Xp̃mo, soggetto iu vero di gran qualità, e di molt'esperienza ne' publici maneggi, egli ne andò convalescente, e non ha potuto resistere all' inclemenza di quel clima, che in pochi giorni li ha dato la morte. È qui rimasta l'ambasciatrice sua moglie senza alcun parente, e priva d'ogni aiuto; onde per esser il caso degno d'estremo compatimento, come Miuistro del Padre commune, ho stimato mio debito d'asserirli ogni assistenza in tutto quello che li potesse occorrere in

questo soggiorno, e li ho esibito anco di pregare con mie lettere Monsig. Nunzio di Francia a rappresentare ai Ministri della Maestà Cristianissima le sue urgenze, quando avesse qualche riguardo di non dire tutto da se medesima, essendo molto esemplare non meno la di lei modestia che l' umiltà. Non posso esprimere all'E. V. quanto abbia gradito l'afflitta Dama questo mio officio, e subito ne ho dato parte al Gran Cancelliere del Regno suo avo.

Varsavia, 10 Marzo 1693.

Sono ritornate da Grodna le LL. MM. con perfetta salute, et hanno sollecitato il viaggio per avergli spedito un espresso il Sig. Principe Giacomo con l'avviso del pericolo, in cui si ritrovava d'abbortire la Serña Signora Principessa sua moglie. Fui Lunedì sera a prestare i miei ossequii alle LL. MM., e ritrovai il Rè molto afflitto per le nuove pessime sopraggiunte dalla Russia del danno grande fatto dai Tartari due settimane fà, con aver danneggiato venticinque leghe di paese, e fatti infiniti schiavi. Mi disse Sua Maestà con gran sentimento, che da che la Polonia è Polonia mai più era accaduta una cosa simile, et alle lamentazioni della medesima non s'è mancato di rispondere da persona autorevole, non già in mia presenza, che per schivare l'ultima rovina era necessario il fare la pace in qualunque maniera con ridersi di tutto e di tutti, al che S. M. non rispose parola, ma il colpo li ha penetrato il cuore.

I Tartari in numero di 14 mila hanno fatto già una tremenda scorsa nel paese Polacco, essendosi accostati a cinque leghe a Leopoli, e fatta preda d'un numero infinito di popolo. I soldati della nuova fortezza non hanno potuto impedirgli, et il Sig. General di campagna, ch'era sotto Bresan non ostante ogni diligenza fatta per raccoglier soldati, quando intese i Tartari vicini, non potè che star sù la difesa, non avendo più di mille cavalli, che non fecero altro che accostarsi alla fortezza, per il che non potendo i Tartari passar oltre voltarono il passo verso Strì.

Varsavia, 17 Marzo 1693.

Persone venute da Slocciova portano che un'altra partita di Tartari abbia già risoluto di portarsi a danni della Polonia, onde è indicibile lo spavento cagionato in quelle parti da tal novità, intanto vien confermato il ritorno di quelli che hanno scorso ultimamente, et ogni giorno si scoprono maggiori i danni cagionati in questa incursione, non potendosi ancora risapere il numero preciso de prigioni che hanno condotto seco, e basta dire che la causa della loro ritirata non è stata altra che esser troppo carichi di preda.

Varsavia, 14 Aprile 1693.

I reggimenti commandati dal Sig. Prefetto della Cucina del Regno sono ridotti in tal miseria, che per procacciarsi il vitto la maggior parte de' soldati è stata necessitata a vendere sino le vesti, e mangiatosi il danaro cavato di esse a darsi ad una desperata fuga, e quelli che non hanno forza da fuggire, vanno morendo giornalmente ne' loro posti, nè v'è chi pensi a resarcir tanto danno.

Venerdì passato dopo una longa infermità passò all'altra vita il Sig. Tommaso Talenti, segretario delle lettere Italiane di Sua Maestà.

Varsavia, 19 Maggio 1693.

Sono compite le Dietine della Provincia di Russia, et in tutto è restato stabilito di non prestare le solite contribuzioni per la guerra se non per la prossima campagna, et à quest'effetto saranno spediti a Sua Maestà e Palatinati del Regno tre ambasciatori per partecipare questa resoluzione e le ragioni di essa, la principale delle quali si è che trovandosi la Republica, e quella Provincia in particolare affaticata e snervata dalle continue contribuzioni e scorrerie del nemico, non può e non vuole in conto alcuno che per la sua parte si continui la guerra.

Varsavia, 3 Agosto 1693.

Le risposte date nello scritto Congresso, che doveva tenersi per questo conto dall'Ambasciator Cesareo alle proposizioni accennate con le passate, hanno non poco inasprito gl'animi, essendo stato totalmente contrarie alla commune espettazione nelle presenti congiunture; onde il medesimo Ambasciatore non averà le finali risoluzioni se non nella Conferenza, che doverà tenersi qui in Varsavia doppo l'arrivo della Corte, che già stà in viaggio, essendosi terminato lo scritto Senatus Consulto in Grodna senza stabilire cosa alcuna.

DCCLI.

Magnus regi secretarius auditorem nuntii apostolici in Polonia de invasione Tartarorum certiorem reddit.
Nuntiat. Polon. Vol. 114.

Illmẽ et Rmẽ Domine, Dñe et Patrone Colendissime.

Venerationem meam sinceri affectus plenam erga Illmãm Dominationem Vestram praesentibus eidem transmitto, optoque ex animo, ut de meliori statu minus prosperae valetudinis Illmãe D. V. quamprimum habeam notitiam, cuius meliorationem apprecor animitus. Serm̃am Regiam Maiestatem Dominum Nostrum Clementissimum versus Lcopolim, ulterioremque Russiae oram ultra spem nostram citius ferunt imminentia a Tartaris pericula, de quibus nuntiat Excellentissimus D. Supremus Exercituum Generalis, exprimendo quod Sultanus Galgha cum solita numerosa hostium illuvie appropinquet Cameneco, ut idem praesidiariis et victualibus optime muniat. Infausti siquidem huius anni Christianitatis contra Turcas successus clarum est, quod novos iisdem magnos contra nos dent animos. Hi itaque Tartarorum exercitus, qui ad hoc usque tempus haerebant, liberato omni metu Belgrado movent nunc contra nos. Quem sicuti exercitus noster in campo forti animo expectat, qui propter summam equorum pestem totus plane pedestris vocari potest, ita Serm̃us Rex praesentia sua famaque suae personae consulto hac in regione substitit, ut obstaculum adferat hostili incursui versus Iaroslaviam et Zamoscium, ad hoc usque tempus integras oras. Comitia certa in Decembri ante festa Natalis Domini, expeditiones iam paratae, subscribitque eas Serm̃us Rex: impositum in iisdem punctum et de Iure Patronatus. Certissimum est, quod hoc negotium habebit suos zelatores et propugnatores, maxime quod S. R. Maiestas post tam longam patientiam in hac materia laesam se privato dolore a Romana Curia sentiat, ex affectu et obsequio meo erga S. Sedem sicuti hac de re tempestive denuucio, ita animitus opto, ut Sua Excellentia Illm̃a D. Nuncius suavia remedia huic malo in tempore procuret. Certissimum enim super hoc fastidiosissimo negotio aut rumpenda fore comitia futura, quod remedium peius morbo, aut emanaturas leges, quae non concordabunt cum Maiestate Suae Sanctitatis et Sanctae Sedis: ultra quod Ecclesiasticus Status insolentissimis orationibus proscindetur, quo non solum infringi, sed omnino deturpari Dignitatem Sacerdotii per se clarum est. Scribitur ex partibus Valachiae, Vesirium cum 80,000. iam transivisse Salamkemenium, subsequique omni velocitate Christianum exercitum: avertant Coelites omne malum a populo Christiano, maxime quod exercitus noster Germanicus summe sit debilitatus in equis ob summam etiam ibi mortalitatem eorundem. Finio praesens cum solia protestatione, quod sim semper

Illmãe et Rmãe Dominationis Vestrae

Iavoroviae 7. Septembris (1693).

Affectionatissimus, devotissimus et obligatissimus servus
Nicolaus Czynski.

DCCLII.

Pontifex regem et ordines regni Poloniae hortatur, ut in proximis comitiis immunitatem ecclesiasticam defendant, et bellum Turcicum promoveant. Reg. Brev. An. III. fol. 313.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Innocentius PP. XII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Adeo soliciti esse debemus de indemnitate Iurium, quae ad hanc Sanctam Sedem, in qua quanquam immeriti constituti sumus, spectant, ut quamvis pro explorato habeamus Maiestatem tuam eundem sensum alere, praetermittere nihilominus nullo modo possimus, quin instantibus generalibus istius Regni Comitiis in ipsomet sensu magis magisque Te confirmemus, a filiali tua erga praedictam Sedem observantia enixe petentes, ne ullum in praefatis Comitiis memoratis Iuribus inferri praeiudicium patiaris. Quia vero non minus Nobis cordi sunt commoda, quae in Christianam Rempublicam ex prosecutione belli adversus Turcas derivari possunt, ad constanter illud gerendum perspectae, totque praeclaris comprobatae documentis fortitudini tuae validas faces admovemus, firmam in spem venientes, novas a Te de immanissimis Barbaris reportandas esse victorias immortali cum fidelium populorum plausu et exultatione. Ubi utrumque agas, praeter meredem magnam nimis, quam a liberali egregiorum operum retributore Deo recipies, voluntatem quoque nostram, quemadmodum a Ven. fratre Andrea Archiepiscopo Seleuciensi fuse cognosces, arctius Tibi devincies, Charissime in Christo fili, cuius interim Maiestati indefinitum secundorum eventuum faustitatem impense auspicamur, atque Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 14. Novembris 1693. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis in generalibus Regni Poloniae Comitiis congregatis.

Innocentius PP. XII. Venerabiles fratres, salutem etc. Fidelibus quidem omnibus, inprimis vero Episcopis magnopere cordi esse debet immunitas Iurium ad hanc Sanctam Sedem spectantium. Pro explorato itaque habemus, Fraternitates vestras tota animi contentione curaturas, ne in generalibus istius Regni Comitiis ullum praedicta Iura detrimentum patiantur. Deesse nihilominus muneris nostri debito videremur, nisi vobis etiam currentibus per literas, perque vivam vocem Ven. fratris Andreae Archiepiscopi Selcuciensis in idipsum stimulos admovcremus, plane confidentes fore, ut impensius etiam instituti vestri partes impleatis. Quia vero ex prosecutione belli, quod adversus Turcas inclyta Poloniea Natio gerit, ingentia in Christianam Rempublicam universam derivari commoda possunt, ut in tam illustri proposito ipsam confirmare studeatis, vehementer cupimus, de Nobis non minus, quam de praefatamet Republica egregie benemeritari. Hae spe freti uberem benevolentiae nostrae responsionem Fraternitatibus vestris pollicemur, atque interim Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum ut supra.

Dilectis filiis Ordini Equestri Regni Poloniae.

Innocentius PP. XII. Dilecti filii, salutem etc. Praeter incitamenta, quae perspecta erga Sanctam hanc Sedem observantia filialis vestra vobis admovebit ad ciusdem Sedis Iura sarta tecta servanda, vehementius magis etiam in idipsum nostro nomine vos urgebit Venerabilis frater Andreas Archiepus Seleuciensis, qui solicitudinem, quam de praedictorum Iurium indemnitate gerere debemus, pluribus exponet. Et quidem adeo praeclare de praefata observantia vestra sentimus, ut peculiarem memoratae solicitudinis rationem vos habituros omnino Nobis polliceamur. Quia vero non minus cordi Nobis est bellum, quod adversus Tureas strenue agitis, in eo constanter prosequendo magis quoque magisque fortitudinem vestram confirmare contendet. Pietatis itaque ac amplitudinis vestrae erit expectationi nostrae utraque ex parte respondere, dum Nos nullam, quae se offerat, occasionem dimittemus praestantibus documentis testatum vobis faciendi pergratam his de causis voluntatem nostram, Dilecti filii, quibus interim Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum ut supra.

Dilectis filiis Nobilibus viris Ordini Senatorio Regni Poloniae.

Innocentius PP. XII. Dilecti filii Nobiles viri, salutem ete. Etsi de filiali erga Sanctam hanc Sedem Nobilitatum vestrarum observantia persuasi abunde sumus, tantopere nihilominus pro muneris nostri debito soliciti esse debemus de praefatae Sedis Iuribus, quae haereditas Christi sunt, ut ipsorum immunitatem impensa vobis commendare omnino censeamus, de praedicta observantia vestra plane confidentes, non omissuros vos magis magisque testatum facere, qua in existimatione ac pretio habeatis eiusmodi haereditatem. Adeo praeclaram vero de fortitudine quoque vestra gerimus opinionem, ut dubitare minime possimus, quin incoucussa constantia in bello Domini praeliendo perseveraturi triumphos triumphis additari sitis. Nos sane assiduas enixasque ad eundem Dominum in hunc scopum preces effundere non deerimus, omnesque, quae se offerent, occasiones alacriter amplcetemur praecipuis benevolentiae nostrae documentis compensandi merita, quae apud universam Christianam Rempublicam vobis comparabitis, quemadmodum fusius a Ven. fratre Andrea Archiepo Seleuciensi cognoscetis. Nobilitatibus interim vestris Apostolicam benedictionem ex omni cordis nostri sensu impertimur. Datum ut supra.

Eodem modo Stanislao Lubomirskio Magno Regni Poloniae Mareschallo, Stanislao Principi Radzivillio M. D. Lithuaniae Magno Mareschallo, Casimiro Ioanni Sapieha Palatino Vilnensi supremo M. D. Lithuaniae exercituum Duci, Stanislao Iablonowski Castellano Cracoviensi supremo exercituum Regni Poloniae Duci.

DCCLIII.

Episcopus Premisliensis Ruthenus catholicus pontificem et cardinalem Barberinum de laeto sacrae unionis progressu certiorem reddit. Litt. diversorum Vol. 83. fol. 101.

Beatissime Pater. Post sacratissimorum pedum oscula, ac demisissimam supremam Sanctitatis Vestrae authoritati submissionem humillime rogo, dignetur gratiarum actiones a me debitas, quas intimo animi sensu meis hisce litcris defero, paterna qua solet clementia excipere, ob sacrae Congregationis de Propaganda Decretum approbatione ac iussu Sanctitatis Vestrae ad me missum, ac a Patre Carolo

Mauritio Vota Soc. Iesu delatum pro Unione integri Epatus Premisliensis, prorsus opportuna ad bonum regimen populosissimae dioecesis, ac ad praecavendas in posterum dissensiones et scandala omnia, quae hactenus oriebantur. Audeo etiam gratulari Sanctitatis V. nomini ac gloriosissimo Pontificatui acquisitionem plus quam octingentarum Ecclesiarum, et plus quam trium millium Nobilium praeter aliquot centena millia animarum, quae ex tenebris et umbra mortis ad lumen verae et Orthodoxae fidei, adnitente Serñi Regis pietate, in mea Provincia accesserunt. Unde progressus longe ampliores in Dioecesi Leopoliensi ac Luceoriensi merito polliceri poterit, Deo, Sanctitate V. ac Rege auspice, zelus noster, collaborante Patris Vota indefessa industria. Sospitem Ecclesiae suae incremento ac ormamento Sanctitatem Vestram servet diutissime Deus ter Optimus Maximus. Interea provolutus paternam benedictionem etiam atque etiam imploro

Zolkieviae die 16. Martii 1694.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus addictissimus obsequentissimus ac fidelissimus servus
Innocentius Winnicki Episcopus Premisliensis cum S. R. Ecclesia Unitus.

Eminentissime et Rñe Princeps, Dñe Dñe et Patrone Colendissime. Placuit Sacrae Congregationi de Propaganda, iussu ac approbatione Sanctissimi, expeditiones pro Unione integri Episcopatus Premisliensis ad me per Rñum Patrem Carolum Mauritium Vota Regium Ablegatum mittere, has ut debita reverentia, submissione ac gratissimi animi sensu accepi, ita satisfaciendo muneri meo censui non solum ad pedes Sanctissimi Domini Nostri, sed etiam ad Eminentiam V., cuius gratiae ac protectioni Pontificiam beneficentiam merito adscribo, gratias demississimas hisce meis literis transmittendas. Dignetur Eminentia V. pro ea, qua pollet et per totum orbem potissimum vero a Rño Patre Vota celebratur, pietate ac humanitate amplissimae ac numerosissimae Dioecesis meae nuper ad Sanctam Unionem adductam, mihique immerito Pastori apud Summum Pontificem opitulari: unde non modicum ad Divinam gloriam ac Sanctissimae Sedis honorem additamentum secuturum confido. Spesque mihi est haud dubia, si mediante Eminentia V. Sanctissimi Pontificis dextera Regi piissimo ac Religionis propagandae cupidissimo, adlaborante Revño Patre Vota, porrigatur, reliquos Schismaticos per amplissimas Regni Provincias adducendos. Interea pro Eminentiae V. incolumitate diutissima Deum impensissime precabor

Zolkieviae die 16. Martii 1694.

Eminentiae ac Reverentiae Vestrae

Humillimus addictissimus et obsequentissimus servus
Innocentius Vinnicki Episcopus Premisliensis Samboriensis et Sanocensis cum S. R. Ecclesia Unitus.

DCCLIV.

Rex Poloniae Caesarem et Venetos de propenso Portae Ottomanicae animo pacem ineundi certiorem reddit.
Nuntiat. Poloniae Vol. 115.

Copia litterarum Serñi Regis Poloniae ad Augustissimum Romanorum Imperatorem datarum die 20. Aprilis 1694.

Illam, quam ex Ablegati nostri ad Hanum Crimensem destinati nuperis (quae toto tempore Ablegationis illius primae et ultimae erant) literis accepimus, relationem instantanee communicari fecimus Ablegato nostro in aula Maiestatis Vestrae insinuandam ibidem, cui interesset. Nunc ubi ex ore ipsius eadem nobis genuine constitit, ad non perexiguam sacri foederis pacisque generalis urgendam opportunitatem pertinere arbitrati sumus, totum id, qualiter se res gesserit ac in quibus steterit terminis, perscribere Maiestati V. eoque celerius referre, quo instantius a nobis exposcitur resolutio. Ablegatus hic noster Adrianopolim ad Hanum deductus est, ibique per tres non ultra septimanas detentus, quinquies honorificis a memorato Hano exceptus admissionibus, nihil in his frequentius expugnandum habuit, quam pacis particularis oblatae utiliores fore propositiones. Verum ubi ille generalis desiderium probaret exhiberetque, obiiceretur vero de ea nihil statui posse sine omnium Colligatorum plenipotentiariis, deventum est ad congrui disceptationem loci. Quem nostro Ablegato urgente Agriam, sive Pressoviam, negatum est posse Portam mittere suos illuc plenipotentiarios, unde querebatur acerbam primi sui tractamenti retulisse memoriam, exindeque infercbatur potius repetendum morem antiquum mittendi ad eam, quam ut ipsa ad alios mittat. Refutante Ablegato nostro nequaquam esse de praesenti tempore, nec sacri foederis decore, ut quatuor ad unum, sed satius ut unus ad quatuor suum designet plenipotentiarium. Id ubi aliquanta discussum deliberatione resolutum tandem ex Magni Sultani Turcarum consilio, perque Hanum

ultimarie declaratum est, Portam consentire inprimis pro loco pacis tractandae Sassys; secundario vero, si hic non placuerit, prout statim recusatus, in gratiam nostram acceptare Sniatinum sive Strium uti loca vicina ac fere contigua ditionibus Maiestatis Vestrae, modo quantocyus sibi de mutuo partium consensu significatum sit, antequam bellicarum operationum incipiat aestus. Nos profecto diffiteri non possumus, eum Turcarum pro loco tertio idque in ditionibus Christianis consensum non solum rei Christianae non esse inglorium, sed perquam opportunum promovendis tam pacis universalis honestae adipiscendae, quam sacri defensivi foederis perpetuandi negotiis. Interest, ut Maiestas V. quoque sensum suum adaperire velit, resolutionemque quantocyus responso suo transmittere. Obligati enim eramus id ipsum, quod ad Colligatos cum hac nostra denuntiatione expedivcrimus, Hano Crimensi incessanter significare. Quamprimum autem a Maiestate V., prout et ab Inclyta Venetiarum Republica acceperimus responsum, pollicitus est idem Ablegatus noster nomine nostro significaturos nos ad Portam sine mora. Idque ne aut momenta in talibus frustra elabi patiamur, aut hostiles impetus solito acriores celerioresque initiandis bellicis operationibus provocemus. In hac itaque communi causa communem et unanimem Maiestatis Vestrae nobiscum praestolantes assensum, eidem prosperos rerum successus cum optima precamur valetudine.

Copia litterarum eiusdem Serenissimi ad Serenissimam Rempublicam Venetam.

Hisce diebus a Crimensi Hano Adrianopoli redux Ablegatus noster Generosus Rzciowski Gubernator Kelmensis retulit, se effecisse opera eiusdem Hani apud fulgidam Portam, quod pro tractanda finiendaque, utinam, Pace generali, post obstinatam aliquamdiu eiusdem Portae pertinaciam (urgebat enim ad se mittendos plenipotentiarios) tandem proposuerit locum Sassys in civitate capitali Moldaviae, vel si is non placuerit, prout de facto reiectus est, in gratiam nostram regiam accepturam se polliceatur Sniatinum vel Strium civitates nostras conterminos Transilvaniae et Hungariae, quod ipsum, dum pro muuere sacri foederis Serñio Romanorum Imperatori relatum fecimus, Serenitati quoque Vestrae communicamus, ut de locorum istorum electione plenipotentiariique sui designatione nos quantocyus resolvere velit. Obligatus est enim Ablegatus noster ad mittendam sine mora Hauo declarationem, ni velimus experiri velociorem et graviorem solito in Regnis nostris hostilitatem. Quam uti pro mutuo foedere avertere a nobis Serenitas V. tenetur, ita resolutionem hanc prout non difficilem, inque Christianorum rerum solatium cessuram nequaquam censebit. Totum vero id uberius Generosum Residentem Inclytae Reipublicae in Aula nostra, uti sufficienter iuformatum, relaturum omnino confidentes. Quod reliquum est, felicissima honoris auspicia inter exoptatos Inclytae Reipublicae successus atque optimam valetudinem precamur.

DCCLV.

Pontifex regi Poloniae de matrimonio inter eius filiam et ducem Bavariae gratulatur. Reg. Brev. An. III. fol. 354.

Charissimo in Christo filio nostro Ioanni Poloniae Regi Illustri.

Innocentius PP. XII. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Effuso plane animum paternum nostrum affecerunt gaudio literae, quibus de statuto inter lectissimam Principem Theresiam Maiestatis tuae unigenitam filiam, ac Maximilianum Emanuelem Bavariae Ducem coniugio certiores Nos reddidisti: praestantia utriusque decora perpendentes, ingens Tibi solatii argumentum huiusmodi coniugium in dies magis allaturum, pro explorato habemus. Quod ad Nos attinet, non omittemus impense rogare illum, a quo bona cuncta procedunt, ut votis uostris annuere, susceptamque inde expectationem abunde implere dignetur. Maiestati interim tuae, ipsisque sponsis Apostolicam benedictionem ex omni Pontificii cordis affectu impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 3. Iulii 1694. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DCCLVI.

Episcopus Baccoviensis in Valachia petit a pontifice, ut propter summam egestatem super pluralitate beneficiorum secum dispensare velit. Nuntiat. Polon. Vol. 115.

Beatissime Pater. Post oscula pedum Sanctitatis Vestrae, ad quos cum prostratissima devolutus submissione obtemperatissimum me paternis iussionibus Sanctitatis V. exhibendo filium, impositum Baccoviensis Episcopatus onus imparibus licet suscepi humeris, et iuramentum iuxta Bullarium Sanctitatis Vestrae sub tempus publicae consecrationis meae in manibus Illñi et Rñi Dñi Episcopi Posnaniensis,

assistentibus Vilnensi et Livoniensi Episcopis, emisi. Quo susecpto onere, Dei favente gratia, et Apostolica Sanctitatis V. opitulante benedictione, eo omnem meam eurabo adhibere sollieitudinem, quatenus in Barbaris illis partibus lucrandarum animarum zelus et Dei gloriae, qua par est, vigeat cultus, ad id negotii minime dubitans Serenissimi Regis nostri mihi suffragari tutamen, et speeialissimam proteetionem Illñi ac Rñi Dñi Nuntii Apostoliei, qui fortissime zelat, omnem adhibendum euram et diligentiam, ut in illis partibus possit tandem reflorescere orthodoxa fides, eultus ae gloria promoveri divina, eui et ego omnem possibilem vovco, spondeo et promitto apponere conatum. Tandem defero Suae Sanetitati, quod unicam habeo paroehiam Mseiboviensem in dioeeesi Vilnensi, ex qua annualem pensionem pro persona mea pereipio quinquaginta seuta Romana, et quia haec absolute insufficiens est, si quidem nec ista habere potui ob summam devastationem a militibus, dedit mihi alteram paroehiam Serñus Rex in dioecesi Praemisliensi Volazarzecka dictam, ex qua potero habere similem pensionem. Peto igitur Suam Sanetitatem, quatenus velit mecum dispensare, ut possim utroque frui benefieio, si quidem nullos habeo alios proventus pro honesta sustentatione vitae Episeopalis: ex Episeopatu vero nihil percipio, nec possibile quidquam habere, stante et durante bello, et tamen quam primum illue proficisci eonabor una eum soeiis vitae probatissimae, ab Illmo ac Rño Dño Nuntio Apostolieo mihi designatis eiusdem dioeeesis alumnis. Quod ut eo felieius divina praestet clementia, Apostolieam Sanctitatis V. supplex inelino percepturus benedictionem et gratiam

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Varsaviae 31. Augusti 1694.

Humillimus obsequentissimus obligatissimus ac devinctissimus servus
Fr. Amandus Victorinus Cieszeyko Episcopus Baccoviensis.

DCCLVII.

Nuntius apostolicus in Polonia per cardinalem Spada pontificem de progressu pacis cum Turcis ineundae, et de praeclaris victoriis per Polonos a Tartaris relatis certiorem reddit, adiectis harum victoriarum narrationibus a rege sibi datis. Nuntiat. Polon. Vol. 115.

Varsavia, 15 Giugno 1694.

Trasmetto qui ingiunte all' Emza V. le lettere che la Maestà del Rè serisse aleune settimane sono alla Maestà di Cesare, et alla Serenissima Republiea di Venezia per conto della paee universale doppo il ritorno del suo Inviato, che già fu spedito all' Ham de Tartari, e di là in Adrianopoli, dove il sudetto Ham si ritrovava, et ora posso dire a V. Emza, ehe essendoci dichiarata la Porta per mezzo dell' Ham all' Inviato Polacco, ehe mai più mandarà a Vienna i suoi Ambasciatori al trattato di paee per il poeo conto, che ivi si feee di loro, il che dalla Maestà del Rè fu avvisato distintamente all' Imperatore. Sua Maestà Cesarea eon le ultime lettere ha risposto, ehe inelina che il congresso si faceia a Stry, luogo situato alle frontiere della Polonia, e proposto dall' Ham all' Inviato, ehe eolà si portò per tal effetto, e che mandarà i suoi plenipotentiarii subito, che si sappia il tempo determinato. Questa facilità dell' Imperatore di condeseendere ad un trattato da farsi nelle frontiere della Polonia qui è piaeinta infinitamente, tanto più che da ogn' uno si supponeva, ehe mai si fosse aderito da quella parte a prestar l' oreeehio a verma proposizione, ogni volta ehe ne proprii stati non si fosse intrapreso il trattarne: onde le amarezze, ehe v' erano e per il Scepusio e per altri rispetti con quella Corte, paiono assai mitigate, ma è ben vero ehe tutto il giorno quasi per fatalità vanno ripullulando, quando sarebbe più necessaria una perfetta unione.

Varsavia, 19 Ottobre 1694.

Benche la destinata impresa di Caminiez sortisse quell' infeliee evento, ehe avvisai all' Emza Vostra eon ultime letterc, nulladimeno s' è degnata la divina Clemenza di eoneedere a queste armi sul fine della campagna la segnalata vittoria, ehe non solo si rieonosee dalla relazione annessa, ma più ehiaramente dal capitolo della lettera, che il Gran Generale della Corona ha spedito per un espresso alla Maestà del Rè. Infinito è il giubilo di questa Corte per tal successo, di ehe un paggio della Maestà S. d' ordine dalla medesima è partito subito sù le poste a portarne la notitia alla Corte Cesarea.

Relazione del fatto d'armi seguito ad Oluff villaggio mezza lega distante da Pomerzane fra 35 mila Tartari e soli 600 Polacchi, li 10 Giugno 1694.

Condotto dai Tartari un soccorso di mille earri in Kaminietz, la metà provianda, il resto mercanzia, eon qualche denaro per la guarnigione, si fermarono qualche giorno sotto la fortezza, nel qual

tempo la guarnigione si provvedde di legne e foraggio, senza che il presidio di S. Trinità potesse impedirlo per la disparità delle forze.

Levato il Campo da' Tartari s' avanzarono 35 mila iucirca di loro verso la Polouia, ed arrivati ne' beni del Rè girarono da Fegerni oltre il fiume Striza sino a Slocciova, marciando in corpo con una linea larga in fronte quasi un miglio italiano, di che restarono marche visibilissime, ridotta l' erba in aridissima terra per la folta pista de' cavalli.

In venendo incontrarono alcune piccole partite, dalle quali e da' paesani riseppero, che s' adunava in più parti l'esercito, il che gli persuase restar iu corpo per dubbio d'esser disfatti, separandosi conforme sogliono quando vanuo iu corso.

Una partita di 600 cavalli del Forte di S. Trinità, e dell'altro di S. Maria nuovamente costrutto sul Dniester a Wasilow seguitavano in qualche distanza li Tartari appunto per coglierli, quando si fossero smembrati per la meditata corsa, e la mattina di giovedi giorno del Corpus Domini, scuoperti da 5 mila Tartari, e poco dopo da tutto il resto, convennero combattendo ritirarsi nel villaggio d'Oluff a meza lega da Pomerzane solita residenza del Rè, quando và su' confini situato supra il fiume Lippa.

Comandava in capite il valoroso Zachorowski, quale sostenne l'impeto con resoluzione, ritirandosi con ordine, ed il Biskowski, che teneva la retroguardia, sarebbe cou gli altri salvo entrato nel villaggio, se cadutoli sotto il cavallo con due ferite non fosse infelicemente restato prigione. Immediate roversciati nella strada i carri del villaggio, attraversate porte, barili ed altri simili impedimenti, s' accinsero i Polacchi a valorosa difesa contro gl' attacchi de' Tartari altrettanti risoluti, che fuori del costume loro messo piedi a terra venivano a postar le sicpi, coprendosi dai colpi di carabine e pistole con porte, barili et altro, che portavano innanzi a loro in forma d' approccio, e talc animosità era fomentata da' Tartari Lipki soliti stare in Kaminietz, quali volevano vendicarsi di questa cavalleria, che particolarmente nell' ultimo iuverno gli avevano fatte soffrire tante angustie. Durò l'ostiuazione d' ambo le parti fino alla sera, che stauchi li Tartari, e ributtati con la perdita di sopra due mila tra morti e feriti, abbandonarono l'impresa, dato prima fuoco ad alcune kaluppe, dove avevano raccolti molti cadaveri, i quali mezzi arrostiti, per nou essersi abbrucciato, che il coperto di quelle capanne cinte di terra, causano al presente fetore grandissimo in quella vicinanza immediate abbandonata da' Tartari, che da quell' ora cominciarono a retrocedere verso Kaminietz, ritornando con loro molta vergogna, e senza bottino, che è cosa straordinaria.

Mentre se ne cerca la causa, che non si può attribuire ad altro che alla miracolosa resistenza di 600 uomini, quali con perdita di soli cento frà morti e feriti, ne hauno ribattuti 35 mila, si combinano assieme molte circostanze, e si conclude, che la Divina Provvidenza evidentemente ha voluto salvar la Polonia dalla desolazione. Trà le circostanze principali vi sono i preaccennati riscoutri, che avvertiti i Tartari dell'unionc dell'esercito abbiano concluso nel loro Consiglio di non proceder più oltre nell' evidenza d' esser tagliati dalle partite sparse da pertutto, sempre che si fossero smembrati per le solite corse. S'aggiunge, che hanno risaputo trovarsi S. M. ne' borghi di Leopoli, d' onde altre volte in caso per appunto similissimo potè piombare sopra di loro, e scoufiggerli con forze a momenti radunate. Anco il calor eccessivo può averli obbligati a risparmiar i cavalli divorati dalle mosche, se meditano, come dicesi, di passare in Transilvania.

Ma tutto questo pare insufficieute a frenare l'avidità di quella canaglia, che s'è contentata partire con una ventina di schiavi, dove altre volte ne aspettano treuta e quaranta mila, da Dio oggi preservati per sua misericordia, la quale sarebbc più di mai visibile, se fosse vero ciò che si susurra, che la guarnigione di Kaminietz non contenta del poco soccorso abbia trucidato il Bassà, di che però s' aspetta la confermazione per tentar forse ciò che fin' ora s' è negletto, di forzar quella piazza, della quale parerebbe s' aprissero miracolosamente le porte.

Copia litterarum Illmi Castellani Cracoviensis Supremi Exercituum Poloniae Dueis de castris sub Uscieczko, datarum ad Screnissimum Regem, die 10. Octobris 1694. de expeditione contra Tartaros feliciter gesta die sexta eiusdem mensis.

[Post praemissas congratulationes taliter rem exponit.] Postquam rescivimus Soltauum et Saraskierum cum vectualibus Camenecum inferendis stetisse, super campis dictis Cecora ea intentione, ut

